13
5 K
13

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

29.1.22
13-15-a.-12

Digitized by Google

Digitized by Google

VOTA DECISIVA
CANONICA, ET CIVILIA

Cum quamplurimis nouiſſimis Deciſionibus Sacræ Rotę Romanę, & Decretis Sacrarum Congregationum, nullibi adhùc impreſſis.

OPVS

IOSEPHI BERTACHINI
FIRMANI,

ET BONONIÆ AVDITORIS GENERALIS.


DICATVM

EMINENTISSIMO, ET REVERENDISSIMO PRINCIPI D.

D. IOANNI BAPTISTÆ CARDINALI SPINOLÆ

NVNCVPAT. SANCTI CÆSAREI

Bononiæ à Latere Legato.



BONONIÆ. M.DC.XCVIII.

Typis Petri-mariæ de Montibus. *Superiorum permiſſu.*

Digitized by Google

EMINENTISSIME,
ET REVERENDISSIME
PRINCEPS.

QVod ortum eſt domi Tuæ, EMINENTISSIME PRINCEPS, tuique ſub dominatus vmbra adoleuit, ſpectare lucem OPVS hoc non debuit, niſi tuum ſuæ fronti præclariſsimum nomen obtenderet. Equidem ſentio, cum adeò ſpectabilis omnibus ſis virtute ſingulari, tibi par munus afferri nullum poſſe: cum tamen perſpectum habeam, qua indole ſit, quo ſenſu, qua magnitudine animus tuus, mihi haud ægrè ſuaſi, tàm humano DOMINO quodcumque vel tenue deuotæ men-

Digitized by Google

tis argumentum ſatis fore. Quocircà nulla incidit in me dubitatio, quin ea, qua es comitate, legalia hæc placita ſis admiſſurus, quæ quidem egò potiùs aliqua meæ facultatis curà, & amore ductus, quam oſtentandi acuminis gratia collegi, & Poſteris donare ſtatui, eorum ſcilicet bono, qui Iuris Arti ſe impendent. Quod ſi vetus ille, à me præſtitus domi tuæ famulatus, præſertim verò ſpectatiſsimo Principi Auunculo tuo, IVLIO SPINOLÆ Purpuratorum omnium exemplo abſolutiſsimo, tuique in primis, qui per eius veſtigia progreſſus eò perueniſti, vt dubium, ſuiſnè ille virtutibus præclarior, an ijs, quæ tibi hæreditario quaſi iure obuenere, cenſeatur; ſi vetus, inquam, familiaris quondam ſui, tuique modò Clientis, ac Serui titulus me ad hoc operis vectigal non obſtringeret; id ſanè ſpectata etiam vtilitate mea, præſtare deberem. Nam ſi moris eſt, dùm quiſpiam ingenij ſui partus luci committit, eos ornare, tuerique patrocinio Virorum Principum nobilitate, ac ſapientia effulgentium, quem ego reſpicerem, in quo hæc duo fœliciùs conuenirent? Quid enim SPINOLA ſtirpe nobilius? in qua videlicet honores quilibet vel ſupremi numerò, ac frequentià ſuà quodammodò viluere; quæ tot Heroes habuit quot Auos; tot Maximos, quot Maiores tuos. Verùm pauca de ijs, de quibus plurima apud omnes refert publica ætatum omnium, terra-

rumque

rumque fama: Ad te pace tua, ſermonem conuertam; ad animum illum tuum regimini, imperijſque natum, omniumque dignum obſequio. Et ſanè careret ille conſilio, ac mente, quicumque dotes, quibus emicas, non miraretur. (Vt dona fortunæ ſileam, tibi cum SPINOLA gente communia,) & quis non admiretur animum tuum, ijs affatim virtutibus præditum, quæ vel diuiſæ reliquos homines in ſummam admirationem adducunt? Oſtendiſti has ſanè plurium annorum curriculo, quot in dignitatibus plurimis tibi creditis egregiè collocaſti. Illa enim tot publica munera, quibus maxima cum laude perfunctus es, adminiſtratio Vrbium adeò ſapiens, Romę ipſius regimen ad quinquennium ferè productum, fœlicitate ſumma, atque prudentia, palam fecere, quàm ſublimia forent conſilia tua, quod robur animi, quæ ſtrenuitas in agendo, quàm promptè, fortiterque ardua ſuſciperes, quàm cautè deliberares, quâ demùm integritate iuſtitiæ, & præmia largireris, & infligeres pœnas, nullo alio ſpectato fructu, quàm gloria tua, Supremique Principis bono, præſertim verò Numinis obſequio. Et tamen has inter grauiſsimas curas, quaſi verò ad te illarum ſenſus non pertineret, affulgebat tibi in vultu pacata quædam, ſed non perquiſita ſerenitas; miſcebas autem præcipuè eam ſuauitatem morum grauitati tuæ, qua vel alienos in tui amorem rape-

res,

res, illumque germanum candorem cum arcanis tuæ prudentiæ iungebas, quo nullæ in moribus tuis ambages, nullæ tenebræ timerentur longâ ſolùm temporis diuturnitate aperiendæ. Quæ omnia adeò præclara ornamenta animi tui, Supremum Orbis Antiſtitem INNOCENTIVM XII. compulere, vt quod Maximum in terris poteſt, illud tibi præmium largiretur, ornaretque virtutem Purpura, Purpuram verò virtute, illâ virtute, quæ eò etiam maior eluxit, quòd longè antè videbatur ſacrum oſtrum fuiſſe promerita.

Poſſem etiam gloriæ tuæ faſtis Legationem Felſinæ adſcribere, toties à te recuſatam ſtrenuiſsimè, ac demùm obſequendi ſtudio ſuſceptam. Verùm cum liceat vnicuique intueri, quo nominis tui honore, qua Vrbis vtilitate hoc faſtigium obtineas, ſinam ego alios præſentem famam conſulere, atque in te vno imaginem tuorum operum meditari.

Hæc tibi argumenta, EMINENTISSIME PRINCEPS, exiguum iſtud munus ſatis depoſcebant; quamuis à me illud non acceſsiſſet debitum, vt nempè Orbi vniuerſo non indignum me penitus oſtenderem patrocinio tuo, ijſque gratijs, quibus me cumulatiſsimè affeciſti. Cum verò teſtari animum meum nulla ratione alia poſsim, neque amplitudo tua pari munere ornari poſsit à vi-

rium

rium mearum tenuitate, lubeat humanè hoc qualecumque volumen ſuſcipere; cum hoc autem Vota pro te mea ad DEVM O. M. vt perennem tibi fœlicitatem impertiat, tuiſque conſilijs præſto ſit, quibus communi bono, Sanctæque Sedis honori allaboras: poſtremò autem me tibi impensè commendato, Sacræ Purpuræ tuæ fimbriam pronus exoſculor.

APPRO-

APPROBATIONES.

Vidit D. Sebaſtianus Giribaldus Cleric. Regular. S. Pauli, in Eccleſia Metropolit. Bonon. Pœnitentiarius, pro Eminentiſſimo, & Reuerendiſſimo D. D. Iacobo Cardinali Bonçompagno Bononiæ Archiepiſcopo, & Principe.

PRæſens Opus, cui Titulus: *Vota Deciſiva, Canonica, & Civilia, &c.* Illuſtriſſimi D. Abbatis Joſeph Bertachini Firmani, in hac Bononienſi Legatione Auditoris Generalis meritiſſimi, diligenter de mandato Reverendiſſimi Patris Magiſtri Pii-felicis Cappaſanta Inquiſitoris Bononiæ percurri, nilquè niſi hæreditaria magnæ ſuperſtitis Famæ pro legalibus ſyncerè attingendis arcanis veſtigia Johannis Bertachini altiùs comprobans; Doctrinarum aptiſſimâ undequaque compage clariſſimam Ipſorum referens Patriam; ac integerrimæ Juſtitiæ reſerans vota conſpexi, ſecluſis omnino quibuſcumque Sacros Canones, Orthodoxam Fidem, Principes, aut bonos offendentibus mores. Quamobrem, ut omnium utilitate fœcundum Authoris NOMEN magìs, magìſquè in dies AUGMENTUM recipiat, glorioſi laboris ſtudio jacta Sententiarum Fundamenta Prælo committere dignum prorſus cenſeo IV. Kal. Quintil. CIↃ. CIC. IIC.

Ego Bartholomæus Ceſi J. U. D. utrobiq; Collegiatus, Prothonotarius Apoſtolicus, Baſilicæ valde Inſignis Collegiatæ S. Petronii Canonicus, Sanctiſſimæ Inquiſitionis Conſultor, Examinator Synodalis, ac in Archiepiſcopali Curia iteratò olim Auditor m. p.

Stante ſupradicta Atteſtatione

Imprimatur

F. Pius Fœlix Cappaſancta Inquiſitor Generalis S. Officii Bononiæ.

INDEX

INDEX ARGVMENTORVM.

ARGVMENTVM VOTI PRIMI.

Renunciatio quando dicatur valida non obſtante exceptione metus, & iſte quomodo excludatur. Statutum excludens Fœminas dotatas à ſucceſſione, excludit etiàm à legitima.

VOT. II.

In ſocietate, ſeù locatione quando ſint reſtituenda omnia animalia, quamuis mortua finita ſocietate, ſeù locatione, & quando ſit illicitum pactum, quod capitale ſit ſaluum.

VOT. III.

An iuſpatronatus veniat in generali confiſcatione bonorum, examinatur.

VOT. IV.

In confectione Inuentarij ſunt citandi omnes creditores, nèc ſufficiunt proclamata, & quando ſint citandi etiàm Creditores, qui habent credita litigioſa. Inuentarium eſt nullum non deſcriptis omnibus bonis. Mulieres, & Minores non deſcribentes omnia bona in inuentario, non habent aliud remedium, quàm reſtitutiones in integrum.

VOT. V.

Fœudum quando ſit nobile, & antiquum, & quando in eo detur ius accreſcendi. Sumptum de ſumpto quando probet.

VOT. VI.

Sub nomine, & legato ſtabilium veniunt loca Montium, & cenſus, & pecunia deſtinata ad emptionem alicuius fundi, & an veniant fructus. Clerico quando ſit prohibita negotiatio.

VOT. VII.

Soluens litteras cambij non ſequuta reimburſatione tempore conuento, poteſt prætendere damna, & intereſſe. Pro litteris cambij datur via exequutiua, & competit hypotheca intèr Mercatores. In apochis vulgò *pagherò* intèr Mercatores intelligitur etiàm obligatio inſolidum.

VOT. VIII.

Agitur quandò ſit locus exhibitioni Scripturarum, & librorum.

VOT. IX.

Mobilia, ac etiàm veſtes exiſtentes penès tertium, quando remaneant hypothecata fauore Creditoris anterioris.

VOT. X.

Quando poſſit eleuari murus non obſtante oppoſitione Domini in parte inferiori, & quando ſit locus fideiuſſioni de demoliendo.

b VOT.

VOT. XI.
Examinatur materia, quando detur actio prò conſequenda pecunia lucrata in ludo.

VOT. XII.
Conditiones omnes ſunt adimplendæ ad effectum conſequendi legatum. Conditio poſſibilis ab initio ſi mora legatarij euadit impoſſibilis, impedit acquiſitionem legati. Conditio nubendi intrà triennium eſt adimplenda, & quando procedat.

VOT. XIII.
Quando ob non adimplementum ſit locus reſolutioni contractus, ſeù potiùs detur actio prò damno, & intereſſe.

VOT. XIV.
Mandatum ſuſpicionis fugæ poteſt expediri etiàm ante diem conuentæ ſolutionis, & ſubſtinetur expeditio facta prò credito non liquido, ſi poſt carcerationem liquidetur.

VOT. XV.
An, & quando debeatur vſusfructus Patri in bonis Filij.

VOT. XVI.
Contractus Mulieris, ſeù Minoris quando ſubſtineatur, etiamſi non interuenerint in eo conſanguinei proximiores requiſiti à Statuto.

VOT. XVII.
Habens ſchedulam vulgò *pagherò* ſoluendam *à chi preſenterà*, debet conſequi ſatisfactionem, etiamſi ille, cui in primo loco fuit conſignata à ſcribente, ſit debitor ipſius ſcribentis, vèl compareret creditor anterior illius, cui primo loco dicta ſchedula fuiſſet conſignata.

VOT. XVIII.
Solutio conuenta in tranſactione non poteſt retardari ſub prætextu exceptionis turbidæ, & donèc non fuerit declarata nulla tranſactio per tres conformes, & probationes contrà tranſactionem ſunt admittendæ non retardata tamèn ſolutione.

VOT. XIX.
Soluens pecuniam prò dote ſubingreditur in iura anteriora abſquè vlla ceſſione.

VOT. XX.
Delictum factum in Eccleſia poteſt puniri tàm à Iudice Laico, quàm ab Eccleſiaſtico, & in iſto caſu eſt locus præuentioni. Delinquentes in Eccleſia quando gaudeant immunitate.

VOT. XXI.
Appellatio non admittitur antè Decretum diffinitiuum, vèl vim diffinitiui habens in cauſis tàm ciuilibus, quàm criminalibus, agitatis in foro Epiſcopali in prima inſtantia, & quando.

VOT. XXII.
Viduæ facta interpellatione debentur fructus tàm dotis, quàm donationis proptèr nuptias, & quando prò rata dotis ſolutæ.

VOT. XXIII.
Emptor retinens rem, & pretium tenetur ad fructus recompenſatiuos, & quando debeantur ad rationem conuentionis.

VOT.

VOT. XXIV.
Hæres non eſt vexandus in bonis proprijs, quando adiuerit hæreditatem cum beneficio legis, & inuentarij, & quando iſtud dicatur legitimè factum.

VOT. XXV.
Statutum Vrbis poſt lapſum 16. annorum inducit præſumptionem ſolutionis etiam in contractu iurato, & contrà forenſes, & referuntur plures coniecturæ pro inducenda præſumptione ſolutionis.

VOT. XXVI.
Confeſſio dotis receptæ facta in Teſtamento, quando probet ſolutionem dotis, & quando legatum factum à Viro ſit compenſandum cum dote.

VOT. XXVII.
Ad effectum retinendi etiàm ſine pacto ſubingrediendi, & ceſſione iurium creditoris dimiſſi poſſeſſor poteſt tueri aduerſus alios creditores anteriores. Eadem anterioritas, quæ competit prò ſorte debetur prò fructibus, & annuis præſtationibus. Remedium ſubſidiarium *leg. in rebus C. de iur.* dotium eſt perſonale, & non tranſit ad hæredes extraneos.

VOT. XXVIII.
Inſtrumentum abſque clauſula *actum* eſt inualidum, & quando Minor maior factus non præſumatur ratificaſſe actum nullum, quando non probetur de eo habuiſſe notitiam, quę concluſio procedit etiamſi contractus fuerit initus præſente ipſo minore.

VOT. XXIX.
Frater debet ſubminiſtrare alimenta alteri fratri pauperi, etiàm naturali, & in qua quantitate ſint taxanda, & vbi præſtanda.

VOT. XXX.
Quando dicatur inita Societas intèr fratres etiàm minores in negotio paterno poſt mortem Patris, & quando minores poſſunt contrahere ſocietatem ſinè ſolemnitatibus.

VOT. XXXI.
Legatum factum Capuccinis vnius ferculi prò qualibet die an ſubſtineatur. Legatum factum Capuccinis, & Fratribus Minoribus de Obſeruantia tàm olei, quàm cereæ prò vſu Eccleſiæ quando debeatur.

VOT. XXXII.
Filiatio an, & quando probetur examinatur, & plures caſus referuntur.

VOT. XXXIII.
Mulier maior poteſt donare, & quando requiratur cauſa ſecundum Statutum Vrbis; donatio intèr Virum, & Vxorem non ſubſtinetur.

VOT. XXXIV.
Quando per prædeceſſum Donatarij bona donata reuertantur ad donantem.

VOT. XXXV.
Procurator excedendo fines mandati dicitur facere aliud negotium, quam commiſſum, etiamſi exceſſus ſit in minimo, & accidenti, & voluntas contrahentium ex quo deſumatur.

VOT. XXXVI.
Contrà Mulierem repetentem ſuam dotem an, & quando poſſit opponi exceptio adminiſtrationis bonorum, & quando filij primi Matrimonij poſſint prætendere aſſicurationem dotis reſtituendæ Matri binubæ.

VOT. XXXVII.
Renunciatio facta à Religioſo antè profeſſionem intuitu ingreſſus Religionis dicitur realis, & abdicatiua, itaùt non reſoluatur per prædeceſſum renunciatarij, ſeù aliarum perſonarum in dicta renunciatione contemplatarum.

VOT. XXXVIII.
Libri Adminiſtratoris, & Tutoris, & aliorum quando probent etiàm prò ſcribente contrà Tertium.

VOT. XXXIX.
Creditores priuilegiati multis in caſibus præferuntur etiàm doti.

VOT. XXXX.
Confeſſio qualificata, & reſponſio qualificata ad poſitiones an, & quando poſſit diuidi.

VOT. XXXXI.
Seruitus diſcontinua quomodo acquiratur, & quanto tempore præſcribatur.

VOT. XXXXII.
Defalcus, ſeù remiſſio mercedis conceditur conductori ob damnum paſſum proptèr aquarum inundationem, & quando.

VOT. XXXXIII.
Fœtor non eſt permittendus in Ciuitate, & artes immundæ, quæ excitant malum odorem non poſſunt exerceri in domu propria, reclamantibus vicinis.

VOT. XXXXIV.
Molendina noua an, & quando poſſint ædificari in præiudicium viticinorum tàm in flumine publicò, quàm in priuato.

VOT. XXXXV.
Operarij quando habeant actionem prò conſequenda mercede à Dominis fundi, quando iſti ſoluerunt pecuniam vulgò *al Caporale*, ſiuè *al Capo Maſtro*, qui dictos Operarios conduxit.

VOT. XXXXVI.
Aliud prò alio inuito Creditore ſolui nequit, & expenditur *authent. hoc niſi C. de ſolut.*

VOT. XXXXVII.
Latè examinatur an, & quando iuſpatronatus veniat in venditione fundi, cui ſit annexum, & quando iſtud comprehendatur ſub alienatione, ſeù donatione bonorum.

VOT. XXXXVIII.
Ceſſionarius non poteſt agere contrà cedentem, niſi adhibitis diligentijs contrà Debitorem ceſſum. Schedulæ vulgò *pagherò*, & aliæ apocæ ſimiles regularitèr non dantur in ſolutum, ſed prò ſoluendo, quando fuerint alteri ceſſæ.

VOT. XXXXIX.
Attentata ſunt purganda. Aduocatus, & Procurator prò ſuis patrocinijs

nijs præferuntur omnibus alijs creditoribus anterioribus. Pecunia venit ſub generali obligatione bonorum. Mulier non præſumitur habere aliud pratèr dotem.

VOT. L.
Succeſſor ſingularis an, & quando teneatur ſtare locationi ſui anteceſſoris, & quid ſi fuerit facta ab Oeconomo, ſiuè Adminiſtratore.

VOT. LI.
Declaratur Statutum Barbitonſorum Vrbis *in cap.* 24. & 37. Diſtantia in menſuratione à qua parte ſit accipienda. Contractus ſi prò ſua validitate requirat, vt ſtipuletur penes acta alicuius Notarij ſufficit, vt exhibeatur in dictis actis etiàm poſt ſtipulationem.

VOT. LII.
In fideicommiſſo agnatitio Religioſus in Religione capaci ſua vita durante ſuccedit, & quando, & quid in Patribus Societatis Ieſu.

VOT. LIII.
Examinantur Edictum Diui Claudij, & diſpoſitio conſulti Liboniani cōtrà ſibi adſcribentes in teſtamentis.

VOT. LIV.
Maior pars Creditorum in præiudiciū minoris poteſt obligare diſſentientes ad recipiendum bona in ſolutum non exiſtente pecunia, etiamſi agatur de credito pecuniario.

VOT. LV.
Inuentarium eſt validum, etiamſi in eo non fuerint deſcripta mobilia cū expreſſione valoris, & nominis Artificis.

VOT. LVI.
Salarium debetur iuxtà cōſuetudinem loci, & perſonarum. Idem ſalarium ſolutum Anteceſſori, aliquando non eſt ſoluendum Succeſſori.

VOT. LVII.
Citatio ad informandum, & ad videndum referri, quando requiratur ad effectum ſubſtinendi relationem Periti, ſeù ſententiam Arbitri, aſſertioni Iudicis quando credatur.

VOT. LVIII.
Inquilinus non poteſt expelli etiam finita locatione, ſi velit continuare ad formam Decreti Cameralis, & quid in Subinquilino.

VOT. LIX.
Dos quando dicatur congrua, & habens facultatem taxandi dotem ſuo arbitrio non poteſt excedere ſummam, dari ſolitam.

VOT. LX.
Vocatus ad fideicōmiſſum poteſt agere etiàm pendente conditione prò præuentiua declaratione. Fideicommiſſum perpetuum, & deſcenſiuum, & reciprocum ex quibus arguatur.

VOT. LXI.
Contractus irreuocabiles poſſunt effici in teſtamentis. Donatio non inſinuata quando ſubſtineatur.

VOT. LXII.
Clericatus, ſeù officium Curiæ Eccleſiaſticæ ſuſceptum poſt delictum, quando ſuffraget, itaùt Curia Laica procedere nequeat, & referuntur decreta Sacræ Congregationis Immunitatis.

VOT.

VOT. LXIII.
Teſtamentum factum ad interrogationem alterius an, & quando ſubſtineatur.

VOT. LXIV.
Nec Parochus, nec Epiſcopus poſſunt impedire, quod non ædificetur noua Eccleſia intrà limites Diœceſis, ſeù Parochiæ, quando fundator intendit illam dotare.

VOT. LXV.
Examinatur quando ſit contracta vniuerſalis Societas, & de eius effectibus.

VOT. LXVI.
Emens loca montium non poteſt moleſtari ab eis, quorum fauore vinculata fuerunt, dummodò eadem vincula non ſint expreſſa in litteris patentibus. Minor, & Mulier an poſſint vendere loca Montium ſinè ſolemnitatibus.

VOT. LXVII.
Dupplex ſalarium debetur exercenti duo officia, & quando.

VOT. LXVIII.
Nudum, & purum nomen in contractu quando, & quomodo probetur. Procurator quando poſſit eſſe Teſtis. Simulatio ex quibus arguatur.

VOT. LXIX.
Integrum Salarium debetur ei, qui locauit operas ſuas ad certum tempus, quando fuit impeditus facto Conductoris, ſeù caſu fortuito.

VOT. LXX.
Facultas quando dicatur data intuitu perſonæ, vel officij ad effectum cognoſcendi an ſit tranſmiſſibilis ad Succeſſores.

VOT. LXXI.
Renunciatio facta alicuius hæreditati, quando extendatur etiàm ad bona fideicommiſſi per illum poſſeſſa.

VOT. LXXII.
Mulier quando teneatur de euictione in bonis traditis in dotem Maritó. Lucrum dotale quando debeatur Vxori, ſi Maritus fructus dotales exigere non potuerit.

VOT. LXXIII.
Prò validitate tranſactionis ſufficit ſuſpicio litis. Erroneitas calculi quãdo ſit conſiderabilis in tranſactione. In contractu plurium Mulierum an ſint neceſſarij plures Curatores. Euictio regularitèr in tranſactione non eſt præſtanda.

VOT. LXXIV.
Collegia Societatis Ieſu an ſint capacia legatorum cum onere Miſſarum.

VOT. LXXV.
Salarium non conuentum non debetur, & in qua ſumma præſumatur conuentum, & quando ſit præſumenda eius ſolutio.

VOT. LXXVI.
Procuratores, alijque Cauſidici quomodo poſſunt prætendere ſalarium, ſeù honoraria tàm ad formam reformationis Sa. mem. Pauli V. quàm etiàm Sa. mem. Innocentij XI. Cõtractus intèr Procuratorẽ, & Clientem durante lite factus quando ſubſtineatur.

VOT.

VOT. LXXVII.
Subſtitutio pupillaris excludit Matrem à legitima. Pupillaris ſubſtitutio ex quibus deſumatur.

VOT. LXXVIII.
Subſtitutio reciproca de linea ad lineam quando deſumatur, examinatur in hoc Voto.

VOT. LXXIX.
Fideiuſſor eſt releuandus, ſi ſoluerit intimatis moleſtijs principali debitori. Aditio hæreditatis an, & quando inducatur, & quando competat reſtitutio in integrum aduersùs hæreditatem aditam, & inuentarium non confectum.

VOT. LXXX.
Vxor in ſubſidium tenetur ſoluere penſionem domus habitatæ vna ſimul cum Viro, quando remaneat prò Vxore ſalua medietas ſuæ dotis.

VOT. LXXXI.
Identitas bonorum an, & quando probetur, etiamſi appareat mutatio confinium.

VOT. LXXXII.
Cedens an, & quando teneatur præſtare nomen ceſſum non ſolum verum, ſed etiàm exigibile, & per quantum tempus. Diligentiæ quando dicantur factæ ad effectum habendi regreſſum contrà cedentem.

VOT. LXXXIII.
Vendens cum reſeruatione dominij vſque ad integram pretij ſolutionem dicitur facere potiùs contractum locationis, quàm venditionis, itaùt non ſoluto pretio poſſit rem alteri vendere, & quando hoc procedat.

VOT. LXXXIV.
Creditor non habet actionem in bonis ſui debitoris, emptis prò perſona nominanda. Nominatio quo tempore ſit facienda, & quando probetur facta, etiamſi non fuerit intimata.

VOT. LXXXV.
Dicta Teſtium quando dicantur didicita ad effectum impediendi admiſſionem articulorum, etiàm contrariorum.

VOT. LXXXVI.
Minor, & Mulier an, & quando validè obligentur prò excarcerando Patre, Viro, ſeù Filio, vel Fratre etiàm in caſu, quod ſit imminens carceratio.

VOT. LXXXVII.
Emptio, ſeù locatio quando dicatur ad corpus, ſiuè ad menſuram, & de eius effectu.

VOT. LXXXVIII.
Epiſcopus quando poſſit viſitare Eccleſias exiſtentes intrà limites ſuæ Diœceſis, non obſtantibus priuilegijs etiam in fundatione, & conſuetudine immemorabili in contrariũ. Collatio beneficiorũ quando ſpectet ad Epiſcopum, ſiuè ad Capitulum. Ius deputandi Oeconomos in Eccleſijs Parochialibus exemptis, & vacantibus ſpectat ad Epiſcopum.

VOT. LXXXIX.
Qui præſentari debebat, ſi non fuerit à Patronis præſentatus, & ſe oppoſuerit legitimo tempore habetur prò præſentato. Verba ex parentela ſua, & Matris quid importent, quando ſub nomine familiæ veniat tàm

effe-

effectiua, quàm contentiua. Beneficium quando ſit incompatibile cum alio.

VOT. LXXXX.
An, & quando exiens ab Eccleſia blandis, ſubdoliſque verbis, & à Birruarijs captus amitta immunitatem.

VOT. LXXXXI.
Conſilium Adiunctorum quando ſit neceſſarium in viſitatione Cathedralis facienda ab Epiſcopo. Libri quando ſint aſportandi ad Palatium Epiſcopi, vel ſint recognoſcendi, & reuidendi in loco viſitationis.

VOT. LXXXXII.
In Sacra Congregatione Immunitatis plenè diſcuſſo articulo fuit reſolutum, Equites Sancti Stephani teneri ad ſolutionem collectarum Communitatiuarum in bonis proprijs. Cum exemptio eiſdem ſuffragetur tantum in bonis Comendæ.

VOT. LXXXXIII.
Quando penſio reſeruatur in pleno beneficio ad euitandas colluſiones debet apparere ſolutio penſionis integræ ex publicis inſtrumentis, & quando congrua, quæ debet remanere Rectori ſufficiat, vt ſit de ſcutis centum iuxtà morem regionis. Penſio ſtatim ceſſat, ſi penſionarius fuerit adſcriptus Militiæ ſeculari.

VOT. LXXXXIV.
Habens indultum conferendi beneficia reſeruata non poteſt conferre beneficia affecta dupplici reſeruatione æquali. Prothonotariatus, Conclauiſtatus, & Subcollectoria ſpoliorum, & decimarum faciunt beneficia reſeruata, & quando.

VOT. LXXXXV.
Indulta conceſſa Confeſſarijs abſoluendi à caſibus reſeruatis ſunt reuocata in Italia. Confitens à Sacerdote non habente facultatem abſoluendi, ſi confeſſio fuerit facta bona fide, remanet abſolutus, & refertur in hac materia reſolutio Sacræ Congregationis Concilij.

VOT. LXXXXVI.
Fœminæ agnatæ quando ſint excluſæ à primogenitura facta prò conſeruatione familiæ etiàm defectis omnibus maſculis agnatis. Theatini an ſint capaces acquirendi hæreditates.

VOT. LXXXXVII.
Cenſuarius in emptione fundi cenſiti ſubhaſta præfertur omnibus alijs oblatoribus, & declarantur conſtitutio Sa. mem. Gregorij XIII. & Statutum ſupèr retractu.

VOT. LXXXXVIII.
Vt Dominus fundi præferatur Creditori habenti hypothecam, etiàm anteriorem in frumento recollecto in fundo locato, debet probare identitatem frumenti, declaratur deciſio in Romana grani 17. Iunij 1697. coràm R. P. D. Anſaldo.

VOT. LXXXXIX.
Cambium quando validè ſit initum ex pretio mercium. Fructus cambij an debeantur poſt decoctionē Mercatoris. Decoctio quando dicatur probata.

VOT. C.
Onera reparationis Eccleſiæ, ac prouidendi de ſuppellectilibus Sacris eidem Eccleſiæ, quando ſpectent ad Commendatarium, & Monaſteria, ſeù potiùs ad Vicarium perpetuum.

VOT. CI.
Regulares an, & quando ſint exempti à quarta funerali, etiàm poſt Concilium Tridentinum.

VOT. CII.
Quando fuit Eccleſia inſtituta hæres, licèt illius Canonici fuerint nominati, ac etiàm grauati, tamèn hæreditas debetur Eccleſiæ; & Canonici cenſentur conſiderati vti puri adminiſtratores.

VOT. CIII.
Canonico iubilato debentur omnes diſtributiones, quamuis in earum augumento non concurrat ſeruitium quadragenarium.

VOT. CIV.
Pœna Raptoris quænàm ſit etiàm dè iure canonico contrà Perſonas Eccleſiaſticas, & Religioſas. Raptus an, & quando dicatur concluſus.

VOT. CV.
Parochus habet aſſiſtentiam iuris in exactione decimarum, etiàm contrà Regulares. Laicus eſt incapax iuris exigendi decimas.

VOT. CVI.
Legatum prò celebratione Miſſarum an, & quando ſtet taxatiuè, vèl demonſtratiuè, & de eius effectu.

VOT. CVII.
Diligentiæ quando dicantur factæ à Ceſſionario, vt agere poſſit contrà cedentem; negligentia in exigendo nomen ceſſum, quando præiudicet ceſſionario.

VOT. CVIII.
Redhibitoria an, & quando habeat locum in venditione animalium. Morbus quando dicatur recens, vèl antiquus. Statutum Bononiæ in *lib. 4. de proxenet.* declaratur.

VOT. CIX.
Alienatio facta à Socio, ſeù condomino rei communis quando ſubſtineatur. Statutum laicum non poteſt diſponere contrà Clericos. Statutum Bononiæ non eſt confirmatum in forma ſpecifica.

VOT. CX.
Emphyteuſis Eccleſiaſtica an, & quando ſit tranſitoria ad extraneos. Bona emphyteutica an, & quando poſſint obligari.

VOT. CXI.
Reductioni canonis an, & quando ſit locus in contractu emphyteutico. Quando contractus ſit potiùs locationis, quàm emphyteuſis. In locatione an, & quando ſit locus remiſſioni mercedis, vèl reſolutioni contractus.

VOT. CXII.
Exemptio conceſſa Inſeruientibus Almæ Domui Lauretanæ, eiuſque Miniſtris, & Officialibus competit ſolum eis, qui inſeruiunt cum ſtipendio, non autèm alijs Patentatis.

VOT. CXIII.

Patres Societatis Ieſu ſunt exempti à decimis tàm in bonis primæ erectionis, quàm etiàm in alijs ſucceſſiuè acquiſitis.

VOT. CXIV.

Simonia an, & quando incurratur, an de ſimonia poſſit inquiri poſt ſpatium 20. annorum.

VOT. CXV.

Parochus Eccleſiæ Matricis non poteſt prohibere, vt Parochus Eccleſię filialis non prædicet in ſua Eccleſia ſaltèm diuerſa hora, ſeù tempore.

VOT. CXVI.

Habens facultatem eligendi vnum ex certo genere perſonarum, non poteſt electum grauare aliquo onere. Cenſus impoſitus à Minore prò extinguendo altero, qui erat nullus, ſubſtinetur, & quando.

VOT. CXVII.

Diſmembratio Eccleſiæ Parochialis tempore, quo erat vacans eſt nulla. Ad faciendam diſmembrationem, quæ requirantur.

VOT. CXVIII.

Taxa, quæ ſoluitur Seminario à beneficiatis, eſt reducenda proportionabilitèr diminutis fructibus beneficiorum.

VOT. CXIX.

Fabrica Sancti Petri vigore ſuorum priuilegiorum poteſt prætendere omnia legata pia incerta, Legatum factum Eccleſiæ abſque expreſsione nominis certi quando dicatur incertum.

VOT. CXX.

Filij légitimati per ſubſequens Matrimonium reputantur vti veri legitimi, etiamſi Teſtator vocaſſet legitimos, & natos ex legitimo Matrimonio. Facultas alienandi prò dotandis filijs intelligitur prò filijs eorum, qui ſucceſſerunt in fideicommiſſo. Legatum dotis factum prò nubendis non debetur nuptis; ſecus ſi eſſet factum prò dotandis.

VOT. CXXI.

Teſtamentum Ceci an, & quando ſubſtineatur. Nepos ex fratre defuncto quando ſit obligatus vna ſimùl cum patruo alere Amitam.

VOT. CXXII.

Via quando dicatur publica, vèl vicinalis. Seruitus recipiendi aquas in prædio inferiori non poteſt euitari, quando non poteſt habere exitum in alia parte.

VOT. CXXIII.

Stuprator quando poſsit cogi ad contrahendum Matrimonium cum ſtuprata vna cum conſtitutione dotis. Partus in lucem editus in quinto Menſe poſt celebrationem Matrimonij an ſit reputandus legitimus.

VOT. CXXIV.

Ædificatio nouorum Monaſteriorum, ſiuè Conuentuū quando ſit permiſſa Religioſis. Regulares an, & quando poſſint exercere aromatariam. Præcedentia competens Fratribus de Obſeruantia Sancti Franciſci debetur etiàm Fratribus Strictioris Obſeruantiæ eiuſdem Ordinis.

Index Argumentorum.

VOT. CXXV.
Quando detur appellatio à denegata iuſtitia non elapſo biennio à die inchoati iudicij in cauſis tàm ciuilibus, quàm criminalibus agitatis in foro Epiſcopali.

VOT. CXXVI.
Iocalia, gemmę, & ſuppellectilia quando præſumantur adeſſe penes Vxorem, & declaratur deciſio Rotæ in Romana iocalium 14. Aprilis 1690. coràm Reuerendiſs. Vrſino.

VOT. CXXVII.
Eccleſia quando teneatur inueſtire vltimi Emphyteutę proximiorem finita emphyteuſi.

VOT. CXXVIII.
Quomodo ſit cogendus qui fidem datam in ſponſalibus adimplere recuſat. Refectio expenſarum an, & quando debeat practicari, quando ab vno fuit receſſum à ſponſalibus.

VOT. CXXIX
Mandatum ſuſpicionis fugæ an, & quando poſſit relaxari ad inſtantiam Socij contrà alterum conſocium antè redditam rationem.

VOT. CXXX.
Profeſſio tacita an poſſit dari in Religioſo, qui non habuit notitiam nullitatis profeſſionis expreſſæ.

VOT. CXXXI.
Vſus Camini quando non poſſit impediri à Domino in parte ſuperiori, etiàm ſub prætextu fumi, ac timoris ignis.

VOT. CXXXII.
Statutum diſponens, quod in concurſu ſit potiùs attendendum ius ciuile, quam ius canonicum, an ſit validum.

VOT. CXXXIII.
Patrimonium ad effectum ſuſcipiendi Sacros Ordines poteſt conſtitui in bonis fideicommiſſi; Sed dicta bona prò patrimonio aſſignata mortuo Sacerdote reincidunt in fideicommiſſum.

VOT. CXXXIV.
Pactum redimendi, ſeù francandi cum clauſulis ſempèr, & quandocumque etiàm iuramento firmatum quadraginta annorum ſpatio præſcribitur.

VOT. CXXXV.
Stantibus coniecturis attenditur proximitas grauantis, & non grauati. Hodiè fructus ſtabilium taxantur ad rationem quatuor prò centenario, licèt olim taxabantur ad rationem quinque.

VOT. CXXXVI.
Subſtitutio cum conditione ſi ſinè filijs deceſſerit, expirat exiſtentibus filijs iuxtà celebre *conſilium* 21. *Oldrad.* Receditur ab iſta regula, quando adſunt coniecturæ in contrarium. Prælegatum quando veniat in reſtitutione fideicommiſsi.

VOT. CXXXVII.
Habens facultatem diſponendi per vltimam voluntatem intèr filios an poſsit iſtos grauare fideicommiſſo ad fauorem Nepotum.

VOT. CXXXVIII.
Quando agitur de Barone, ſeù alia perſona potenti, tunc pertinentia iuriſpatronatus ad illius fauorem quomodo ſit probanda.

VOT. CXXXIX.
Mater dotando filiam de bonis proprijs præſumitur donaſſe dotem eidem filiæ, quamuis iſta conſequi potuiſſet dotem ex bonis paternis.

VOT. CXXXX.
Pactum futuræ ſucceſſionis ſupèr re particulari ſubſtinetur.

VOT. CXXXXI.
Agitur plenè de iuriſdictione Epiſcoporum in exemptos, pluresque caſus reſoluuntur iuxta opinionem Sacræ Rotæ Romanæ, & Sacrarum Congregationum.

VOT. CXXXXII.
In materia reſeruationum Apoſtolicarum in collatione beneficiorum. Menſis quando incipiat, præſertim ſtante diſcrepantia horologiorum. Ex cantu gallorum an arguatur tempus mediæ noctis.

VOT. CXXXXIII.
Legatum factum Ieſuitis an, & quando ſit irreuocabile. Legatum ſolutum à Teſtatore dùm viuebat an, & quando ſit irreuocabile.

VOT. CXXXXIV.
Filij in conditione poſiti quando cenſeantur vocati. Statutum nouum, quando comprehendat etiàm caſus præteritos.

VOT. CXXXXV.
Reſoluuntur plura dubia, concernentia materiam Sacramenti Matrimonij.

VOT. CXXXXVI.
In delictis læſæ maieſtatis ob crimen commiſſum à Parentibus imponitur etiàm pœna eorum filijs, quamuis innocentibus. Examinatur in hoc Voto an dicta pœna comprehendat filios etiàm natos antè delictum paternum.

VOT. CXXXXVII.
Teſtamentum Amantis fauore Amaſiæ an, & quando ſubſtineatur.

VOT. CXXXXVIII.
Beneficium quando ſit Clericale, vèl Sacerdotale. Qualitas quando requiratur actu, vèl habitu.

VOT. CXXXXIX.
Emphyteuſis an, & quando dicatur acquiſita titulo oneroſo, vt primus Acquirens poſſit præiudicare comprehenſis in emphyteuſi.

VOT. CL.
Teſtamentum conditum ab Infirmo fauore Medici, quando ſubſtineatur.

VOT. CLI.
Epiſcopus an, & quando poſſit ordinare ſuum familiarem non Subditum ad titulum patrimonij.

VOT. CLII.
In alienatione bonorum Eccleſiæ an, & quando requiratur beneplacitum Apoſtolicum, & quando iſtud præſumatur interueniſſe ex lapſu temporis; & quandò ante exequutum

Apo-

Apoſtolicum beneplacitũ poſt perfectam venditionem, ſit locus maiori oblationi.

VOT. CLIII.

Iuſpatronatus quando dicatur laicum, ſiue Eccleſiaſticum. Præſentatio facienda ab Incolis, ſeù Parochianis alicuius Parochiæ an ſit valida ſi non fuerit facta ab omnibus ſimùl congregatis. Parochianus an, & quando quis dicatur.

VOT. CLIV.

Filiusfamilias, qui nulliter contraxit, an poſſit cogere alium contrahentem ad obſeruationem contractus. Conſenſus an ſufficiat ſi interueniat re non integra, & poſt inchoatam litem.

VOT. CLV.

Et locus diuortio ob cauſam adulterij. Et iſtud quomodo probetur.

VOT. CLVI.

Miles, qui in bello neminem occidit, vel mutilauit, an ſit irregularis. Bellum quando dicatur iuſtum.

VOT. CLVII.

Agitur de iuriſdictione Archiepiſcopi in Suffraganeos, ac etiàm de materia Concilij, ſeù Synodi Prouincialis.

VOT. CLVIII.

Reſoluuntur plura dubia concernentia immunitatem Eccleſiaſticam.

VOT. CLIX.

Plura dubia, quoad materiam Hebræorum, habitantium intèr Catholicos, examinantur.

VOT. CLX.

Aſſecuratio nauis promiſſa in quocumque caſu ſiniſtri euentus, debetur ſecluſo caſu doli, & barattariæ. Quælibet notitia etiàm poſſibilis naufragij, ſequuti, irritat contractum aſſecurationis.

VOT. CLXI.

Præceptum Teſtatoris, quod in exequutione legatorum piorum non ſe intromittant Miniſtri Reu. Fabricæ Sancti Petri, an ſubſtineatur.

VOT. CLXII.

Dominus fundi ſuperioris quando non poſſit diuertere curſum aquarum in præiudicium Domini fundi inferioris.

VOT. CLXIII.

Ius offerendi an competat ſecundo creditori, quando primus prædium communis debitoris vtrique hypothecatum acquiſiuit tamquàm licitator per ſubhaſtationem.

VOT. CLXIV.

Emphiteuta ob alienationem factam rei emphiteuticæ incurrit caducitatem, prò qua euitanda admittitur ad purgationem moræ, & ſufficit prò huiuſmodi effectu, vt requirát conſenſum Domini directi.

VOT. CLXV.

Quando capitula diſcordant ab inſtrumento, an ſit attendendum potiùs inſtrumentum, quàm capitula. Beneficium deducto ne egeat quando competat, & quando amittatur.

VOT. CLXVI.

Subhaſtatio, & deliberatio facta pecu-

nia nō præſente, quando ſubſtineatur. Subhaſtatio facta ſinè æſtimatione bonorum, & tribus Oblatoribus an ſit valida. Tempus quod debet præcedere inter edicta de ſubhaſtando, & deliberatione, an debeat eſſe vtile, vel continuum.

VOT. CLXVII.
Pars conditionalis regulatur à præcedenti parte diſpoſitiua, niſi eſſet amplior, & comprehenderet nouas perſonas, & quando qualitas expreſſa in diſpoſitiua cenſeatur repetita in conditionali.

VOT. CLXVIII.
An dicatur inductum perpetuum, & abſolutum fideicommiſſum ex præcepto facto per Teſtatorem hæredi, eiuſque deſcendentibus, aſſumendi Cognomen, & Arma abſque mixtura in perpetuum.

VOT. CLXIX.
Quarta debetur Viduæ pauperi in hæreditate Viri prædefuncti, & quando.

VOT. CLXX.
Regularis quando poſſit eijci vti incorrigibilis à Religione, & quando eiectus à Religione recuperet bona renunciata, & ab alijs poſſeſſa.

VOT. CLXXI.
Indultum transferendi penſiones conceſſum Conclauiſtis, & Dapiferis comprehendit etiàm Conclauiſtas, & Dapiferos Vxoratos, & penſiones reſeruatas ſupèr diſtributionibus quotidianis.

VOT. CLXXII.
Tempore Sedis Epiſcopalis vacantis an iuriſdictio poſſit reſidere penès aliam perſonam, quàm Capitulum ſtante antiqua conſuetudine, & an tali caſu electio Vicarij Capitularis ſpectet ad Capitulum, & reſoluitur fauore Archidiaconi, & contrà Capitulum Gerundenſe.

VOT. CLXXIII.
Canonicus ex diſpenſatione Apoſtolica retinens duos Canonicatus in duabus Eccleſijs lucratur fructus vtriuſque reſidendo in vna Eccleſia; Imò ſtante iuſta cauſa, etiamſi fuerit abſens ab vtraque lucratur fructus vtriuſque Canonicatus, & quando in his terminis dicatur legitima abſentiæ cauſa.

VOT. CLXXIV.
Filiæ excluſæ per Statutum an, & quãdo faciant numerum prò augenda legitima maſculorum. Dos an, & quando ſuccedat loco legitimæ.

VOT. CLXXV.
Examinatur quando dos conſiſtat in fundo, ſeù in quantitate.

VOT. CLXXVI.
Cenſus impoſitus ſuper re aliena quando ſubſtineatur. Cenſus impoſitus ſupèr re infructifera quando ſit validus.

VOT. CLXXVII.
Eques Hieroſolymitanus iàm profeſſus an poſſit aliquem ſibi in filium arrogare.

VOT. CLXXVIII.
Conductor, ſeù Inquilinus an, & quando teneatur de incendio, vel potiùs quando cedere debet in damnum locatoris.

VOT.

VOT. CLXXIX.
Retractus vigore Statuti permiſſus in venditione non habet locum in permutatione. Et quando dicatur potiùs contractus venditionis, quàm permutationis, & quando cenſeatur ſimulata permutatio ad effectum excludendi retractum.

VOT. CLXXX.
Filiusfamilias non poteſt carcerari prò debitis factis viuente Patre, niſi adeſſet ſpecialiſſima renunciatio *l.* 2. *C. quod cum eo*, dum non ſufficiat ſimplex obligatio cameralis, vel generalis renunciatio.

VOT. CLXXXI.
Per alluuionem factam ab aquis fluminis terrenum quibus prædijs augeatur.

VOT. CLXXXII.
Captura debitoris ceſſi facta ad inſtantiam cedentis poſt ceſſionem eſt nulla, etiàm ſi fuerit ratificata à Ceſſionario.

VOT. CLXXXIII.
An Monaſterium poſſit obtinere legitimationem inuito Monacho legitimando, ad effectum ſuccedendi ex perſona ipſius Monaci ad bona fideicommiſſi, à quo illegitimi ſunt excluſi.

VOT. CLXXXIV.
Beneficium quando dicatur regulare, vel ſeculare.

VOT. CLXXXV.
DD. Comites de Campeggijs habent Priuilegium legitimandi Baſtardos ampliſſimum, & procedit etiàm in filijs naturalibus ex Patre nobili, & habente fæuda, & quando.

VOT. CLXXXVI.
An filio legitimato cum clauſula ſinè præiudicio venientium ab inteſtato, competat ius petendi legitimam, ſi Pater extraneos inſtituerit.

VOT. CLXXXVII.
Subſtitutus in caſu non adimplementi quando admittatur, vel potiùs ſit locus purgationi moræ. Et quando ſit neceſſaria interpellatio.

VOT. CLXXXVIII.
Hæres in proprietate ſcriptus poſt mortem vſufructuarij, an dicatur hæres ab initio ad effectum tranſmittendi hæreditatem, ſi prædecederet.

VOT. CLXXXIX.
Expenduntur plura dubia in materia funerum, & electionis ſepulturæ.

VOT. CLXXXX.
Subſtitutus in caſu, in quo filia vidua ſecundò nuberet, & decederet ſinè filijs, admittitur etiàm in caſu, in quo dicta vidua ad ſecunda vota non tranſierit.

VOT. CLXXXXI.
Oblationes factæ alicui Sacræ Imagini depictæ in pariete, ſeù exiſtenti in aliqua Cappella, Oratorio, vèl Eccleſia, cui debeantur.

VOT. CLXXXXII.
Erectio noui Archidiaconatus in Capitulo Cathedralis an poſſit fieri ab Ordinario, vèl potiùs ſit recurrendum ad Pontificem. An talis erectio

ctio poſſit fieri reluctante Capitulo. Et an præeminentiæ cum voce actiua, & paſſiua in tali caſu debeantur nouo Archidiacono.

VOT. CLXXXXIII.
Valet conſuetudo, quod in Eccleſiâ receptitia non admittatur Presbyter ad participationem Maſſæ Capitularis, niſi poſtquàm inſeruierit ſinè ſtipendio Eccleſiæ per aliquod tempus.

VOT. CLXXXXIV.
Creditor cenſus, ſeù cambij recipiens partem ſortis abſque vlla proteſtatione extinguit in toto cenſum, ſeù cambium, itaut prò rata ſortis non ſolutæ non poſſit ampliùs prætendere fructus, ſeù lucra.

VOT. CLXXXXV.
Reſoluuntur plura dubia ſpectantia ad materiam Indulgentiarum.

VOT. CLXXXXVI.
Scriptura quando ſit falſa, & ſimulata, & numerantur plures coniecturæ prò detegenda falſitate, & ſimulatione.

VOT. CLXXXXVII.
Appellatio à mala relatione Examinatorum, & ab irrationabili iudicio Epiſcopi quando detur. An ſit locus nouo examini poſt viginti duos Menſes à die facti concurſus.

VOT. CLXXXXVIII.
Tempus adiectum ſolutioni legati an, & quando efficiat legatum conditionale, itaùt non tranſmittatur ad hæredes per prædeceſſum legatarij. Legitima non debetur filijs ex bonis fœudalibus antiquis.

VOT. CLXXXXIX.
Fundator iuriſpatronatus in limine fundationis, an poſſit apponere conditionem, quod inſtitutio ſpectare debeat ad Capitulum, ſeù ad alium inferiorem excluſo Epiſcopo.

VOT. CC.
Coniugis mors ex quibus probetur, vt ſuperſtes tranſire valeat ad ſecunda Vota.

VOTA

VOTA DECISIVA
CANONICA, ET CIVILIA
IOSEPHI BERTACHINI
FIRMANI,
Et Bononiæ Auditoris Generalis.

ARGVMENTVM.

REnunciatio quando dicatur valida non obſtante exceptione metus, & iſte quomodo excludatur. Statutum excludens fœminas dotatas à ſucceſſione excludit etiam à legitima.

SVMMARIVM.

MEtus inualidat contractum num. 1.
Metus quando probetur, & quando excludatur num. 2. 3. 6. 7. & 8.
Teſtis vnicus non probat num. 4.
Deponens de credulitate non probat num. 5.
Præſumptiones, & inditia vt releuent, debent eſſe in ſuo genere probatæ num. 6.
Statutum excludens filias dotatas à ſucceſſione excludit etiam à legitima num. 9.

VOTVM PRIMVM.

FVit reſtricta difficultas in hac cauſa ſuper probatione metus D. Marchioniſſæ Virgineæ, ad effectum annullandi contractum renunciationis ab ipſa factæ fauore fratrum. Cum certum ſit contractum metu celebratum ob deficientiam conſenſus non ſubſtineri *l. interpo-*
1 *ſitos* vbi *Bald. num. 7. in fin. & cæteri omnes*
C. de tranſact. gloſ. in leg. 1. §. quæ oneran-
da in verb. metu ſolo ff. quar. rerum actio non
dat cum alijs apud Honded. conſ. 23. num. 21.
lib. 1.

Sed ponderatis omnibus, quæ deducebantur ad probandum metum inuenta
2 fuerunt prorsùs irreleuantia, etenim proteſtatio facta per D. Comitiſſam Virginiam tàm antè, quàm poſt renunciationem, tamquàm clandeſtina parum eſt attendenda *Pariſ. conſ. 5. num. 194. & ſeq. lib. 5. Sanchez de Matrim. lib. 2. diſput. 45. nu. 19. & ſeq. Rot. coràm Seraph. deciſ. 1085. nu. 3. & 4. & in Viterbien. ſeù Balneoregien. Succeſſionis 21. Iunij 1688. §. prout nec tertia coràm R. P. D. Emerix, & in Romana Saluiani 11. Februarij 1689. coràm R. P. D. Caprara §. nèc ſubſtituit, & in Ferrarien. Concordia 23. Ianuar. 1690. §. 1. coràm R. P. D. Emerix.*

Nèc natura ferox fratrum ſufficit ad
3 probationem metus, quando non acceſſe-

runt minæ, aüt aliæ violentiæ ſufficientes ad incutiendum metum *Alb. conſ. 77. nu. 6. lib. 1. Rot. deciſ. 385. num. 12. & 14. coràm Pania, & coràm Gregor. deciſ. 120. nu. 21. & ſeq. & in dicta Ferrarien. Concordia dicto §. 1. & in Romana fideicommiſsi* 28. *Ian.* 1686. *§. neutra autem coràm R. P. D. Vrſino.*

Non aduerſante depoſitione vnius teſtis, aſſerentis vidiſſe Fratrem maiorem
4 verberare Sororem, eo quia renuebat facere dictam renunciationem, quia vnicus teſtis nihil probat, cum dictum vnius ſit dictum nullius *cap. licèt cap. veniens de teſt. Rot. coràm Dunoz. Iun. deciſ. 57. nu. 4. deciſ. 91. nu. 5. deciſ. 395. nu. 6. deciſ. 786. nu. 17.*

Eiuſdem conditionis eſt depoſitio alterius teſtis deponentis, quod ipſe certè credat renunciationem fuiſſe metu extortam,
5 quia teſtis de credulitate deponens nihil probat *l. qui teſtamento §. final. ff de teſtibus etiamſi dicat ſe certò credere Rot. coràm Mantic. dec. 147. n. 2. Rot. coràm Dunoz. Iun. deciſ. 372. n. 8. 9. & 10. & deciſ. 626. n. 2.*

Quibus firmatis non releuat, quod me-
6 tus probetur inditijs, & coniecturis, ac etiam ex teſtibus ſingularibus, & domeſticis, aliaſque exceptiones habentibus iuxtà magiſtralem decifionem 326. *coram S. M. Gregor. XV.* quia præſumptiones, & inditia debent eſſe in ſuo genere perfecta, & concludentèr probata *l. non eſt ff. quod met. cauſ. Alciat. conſ. 504 num. 7. Pariſ. conſ. 5. nu. 169. cum alijs apud Rot. coràm Dunoz. Iun.*
7 *deciſ. 385. num. 2. & 3.* tùm quia quando adeſt facilis recurſus ad ſuum Iudicem, tunc ad probandum metum requiruntur apertiſſimæ probationes, vti proſequitur *Rot. in dicta deciſ. 385. num. 4. coràm Dunoz. Iun.* tùm etiam quia agitur de renunciatione facta coràm Iudice, & conſanguineis, quæ omnia exuberant ad excluſionem metus *Rot. coràm Dunoz. Iun. d. deciſ. 385. nu. 4. & 7. & in dicta Viterbien. ſeù Balneoregien. Succeſsionis* 21. *Iunij* 1688. *coràm R. P. D. Emerix §. prout.*

Et demum ceſſat omnis difficultas, dum Virginia exiſtens in domu viri libera ab anguſtijs fraternis, per plures annos nunquam reclamauit etiam mortuis Fratribus, ex qua circumſtantia remanere ex-
8 cluſam omnem ſuſpicionem metus cõmunitèr probant *Andr. contr. 301. num. 7. Rot. corã Merlin. deciſ. 1. nu. 8. & in recent. deciſ. 301. nu. 39. p. 11. & in dicta Viterbien. ſeù Balneoregien. Succeſsionis 21. Iunij 1688. §. prout, & in Romana Saluiani* 11. *Februarij* 1689. *§. nec ſubſiſtit coràm R. P. D. Caprara, & faciunt tradita per Rot. coràm Bich. deciſ. 248. num. 14. & 16. & coràm Peutinger. deciſ. 345. ſub num. 11. verſ. & quod ipſa renunciatio.*

Nec prò annullanda renunciatione inſiſtendum eſt in defectu congruæ dotatio-
9 nis, habito reſpectu ad legitimam prætenſam in bonis maternis, quia ſicuti Statutum expreſsè excludit fœminas dotatas à ſucceſſione Matris exiſtentibus maſculis, ità etiàm per illud excluduntur fœminæ à legitima *l. gallus §. quod ſi tantum ff. de lib. & poſtum. Merlin de legit. lib. 3. tit. 1. q. 2. num. 35. verſ. contraria. Peregrin. de fideicom. art. 38. num. 16. Rot. deciſ. 316. num. 1. & ſeq. p. 6. dec. 37. nu. 1. p. 11. & dec. 198. nu. 17. p. 15. & in Romana, ſeù Ianuen. legitimæ 28. Aprilis 1681. §. fin. verſ. & regulare eſt coràm clar. mem. Card. Matthaio, & in Viterbien. ſeù Balneoregien. Succeſsionis 21. Iunij 1688. coràm R. P. D. Emerix §. non refragante.*

ARGVMENTVM.

IN ſocietate, ſeù locatione quando ſint reſtituenda omnia animalia, quamuis mortua finita ſocietate, ſeù locatione, & quando ſit illicitum pactum, quod capitale ſit ſaluum.

SVMMARIVM.

Stante obligatione affictuarius debet reſtituere gregem integrum, etiamſi animalia ſint mortua num. 1.
Pactum reſtituendi capitale ſaluum eſt inualidum in ſocietate, ſecùs in contractu locationis nu. 2. & 3.
Animalia ſunt reſtituenda finita locatione eiuſdem quantitatis, pròqua fuerunt recepta etiamſi aliqua mortua fuerint num. 4.
Limita quando abſit culpa conductoris num. 4.
Culpa conductoris probatur ſi non fuerit diligens in benè paſcendo pecudes num. 5.
Poſt factam exequutionem quando creditori ſit permiſſa variatio num. 6. & 7.

VO-

VOTVM II.

IN instrumento locationis leguntur ſequentia verba -- *Che detto Affittuario ſia tenuto mantenere la quantità della gregge nel numero, che gli ſi dà, & in fine del detto affitto ſia obligato riconſignarla nell'iſteſſo numero* -- ex quibus verbis apertiſſimè col-
1 ligitur terminata locatione, affictuarium eſſe obligatum reſtituere integrum gregem eo modo, quo fuerit eidem conſignatus iuxtà tradita per *Rot. in Anagnina vſurarum 14. Martij 1607. confirmata 23. Maij 1608. & 27. Martij 1609. coràm Manzanedo, quarum prima deciſio eſt impreſſa penès Marcheſan. de commiſ p. 1. fol 881. & alia intèr impreſſas coràm eodem Manzanedo dec. 94 & deciſ 125. & in puncto in Viterbien. affictus 10. Martij 1690. coràm R.P.D. Emerix per tot.*

Non refragante quod contractus, de quo agitur continens pactum, quod capitale ſit ſaluum reprobetur à Conſtitutione
2 Sixti V. intèr eius impreſſas *in Bullario nou. tom. 2. conſt. 45.* & expreſsè fuit ſuppoſitum in dicta Anagnina, in qua in tantum Rota reſpondit prò validitate Societatis, inquantum grex animalium datorum in extimationem, quæ facit emptionem, & venditionem cum tranſlatione dominij, debebat repleri ex fetibus communibus vtriuſque Socij, & erat æquum, quod damnum communiter paſſum eſſet reſarciendum ex communibus fetibus, vti legitur in dicta Anagnina *in deciſione edita 4. Martij 1607. §. quia præcedium, & §. vnde infertur.*

Quoniam in præſenti abeſt omnis difficultas, dùm non verſamur in contractu ſocietatis, ſed ſimplicis locationis, in qua conductor tenetur reſtituere integram rem
3 locatam, & quod in pecudibus, aliiſque animalibus propriè, ac licitè dari poſſit locatio firmarunt *Cravet. conſ. 145. num. 6. & Pacion. de locat. cap. 11. nu. 4. & cap. ſeq. Rot. dec. 227. nu. 7. & pluribus ſeqq part. 4. diverſ. & latè in dicta Viterbien affictus 10. Martij 1690. coràm R. P. D. Emerix §. neque eſt verum.*

Et fruſtra ad excuſandum conductorem
4 recurritur ad probationem mortis pecudum, dum ad hunc effectum non ſufficit ſimplex probatio interitus, ſed etiam requiritur, quod probetur, quod iſte euenerit ex mero caſu fortuito abſque culpa, & negligentia conductoris *ad text in l. ſi quis domum 9. §. & ità Imperator ff. locat. Bald. in l. cum ità §. ſpecies propè finem ff. de legat. 2. Gomez. var. reſolut. tom. 2. cap. 3. nu. 22. verſ. itèm quia Ciriac. contr. 357. nu. 2. Sebaſtian. Medic. de caſib. fortuit. p. 2. quaſt. 10. nu. 13. & latè Sabel. var. reſolut. cap. 17. à nu. 31. vſquè ad nu. 34. & Rot. deciſ. 403. nu. 3. part. 16. recent. & in dicta Viterbien. affictus 10. Martij 1690. coràm R.P.D. Emerix §. nèc ad excuſandos* præcipuè quià in
5 præſenti potiùs apparet culpa conductoris paſcendo gregem in locis paludoſis, in quibus gigni ſolent herbæ inſalubres, quæ dederunt cauſam interitui pecudum, & ſic redditur inexcuſabilis culpa, & negligentia conductoris *ad tex in l. ſi merces 25. §. qui calumniam ff. locat. Caroc. de locat & conduct. tit. de imperitia Caprarij nu. 2. cum ſeq. Altograd. conſ. 45. n. 18. lib 2. Gratian diſcept. 354. nu. 33. verſ. prædictis Rot. deciſ. 403 nu 6. & ſeq. part. 16. recent & in dicta Viterbien. affictus 1690. 10. Martij §. in præſenti coràm R. P. D. Emerix.*

Quibus firmatis non poteſt Conductor impugnare validitatem nouæ exequutionis factæ ad inſtantiam locatoris, qui licèt prò conſequendo ſuo credito ſubhaſtauerit vineam, ac etiam in actis adfuerit cedula oblatoris; tamèn quia prædicta ſubhaſtatio numquam potuit effectuari, præſertim quia dictus oblator prætendens recedere ab oblatione, pòſt contraria decreta obtenta expedivit inhibitionem vigore appellationis; Concedendum eſt quod ſtante hoc impedimento locator potuerit
6 variare, & deuenire ad nouam exequutionem *Poſth. de ſubhaſt. inſpect. 27. n 4. & ſeq. Theſaur. quaſt. forenſ. lib. 1. q. 7. ſub n. 6. verſ. cum iſte caſus in fin. clar me. Card Albicius de inconſtant. in iudic. quaſt 43. n 8. Giurb. deciſ. 61. nu. 8. Medic. deciſ. 91. nu. 17. & Rot. in dec 917. num. 2. coràm Eminentiſſ. Cerro, & in Romana, ſeu Albanen. bonorum 3. Iulij 1684 §. minùs concludebatur 23. Martij 1685. & 29. Aprilis 1686. §. Indebitus coràm R. P. D. Rondinino, & in Piſauren. Pecuniaria 26. Iunij 1686. coràm Reuerendiſſ. Vrſino §. cum enim,* quæ omnia faciliùs procedunt ſtante obligatione camerali, quæ operatur, vt creditor poſſit variare etiam poſt factam exequutionem de re ad rem, & de reali ad perſonalem, & è contra *Zacch.*

de obligat. camer. quæſt. 15. nu. 20. Poſth. de ſubhaſt. inſpect. 27. n. 16. & ſequen. & Rot. deciſ. 122. à num. 15. vſque ad 19. part. 6. recent.

ARGVMENTVM.

AN iuſpatronatus veniat in generali confiſcatione bonorum examinatur.

SVMMARIVM.

Fiſcus habetur loco hæredis num. 1.

Et ideò in eum tranſit etiam iuſpatronatus in confiſcatione generali num. 2.

Contrà num. 3.

Declara vt contraria opinio non procedat in iurepatronatu annexo aliquo fundo, quia tunc confiſcato fundo tranſit in fiſcum etiàm iuſpatronatus num. 4.

Et quando iuſpatronatus non dicatur annexum fundo num. 5.

VOTVM III.

COnfiſcatis omnibus bonis Tarquinij
fuit dubitatum, an etiàm iuſpatronatus eidem competens eſſet comprehenſum in dicta generali confiſcatione, & Scribentes prò fiſco multos adducebant Doctores firmantes, quod ſicuti iuſ-
1 patronatus hæreditarium tranſit in hæredem extraneum, ità etiam debet tranſire in fiſcum, qui loco hæredis habetur *Clar. lib. 5. § final. quæſt. 78. num. 8. & alij relati per Merlin. de pignor. lib. 2. quæſt. 22. nu. 2.* Addebant etiam illi, qui tuebantur iura fiſci eſſe verum, quod Iudex laicus non poſſit habere iuriſdictionem in iurepatronatus tamquàm ſpirituale, ſed hoc pro-
2 cedere quando confiſcaretur iuſpatronatus principalitèr, ſecùs quando confiſcatis omnibus bonis acceſſoriè fuiſſet comprehenſum ipſum iuſpatronatus, iuxtà terminos venditionis, & ceſſionis iurium comprehendentis etiàm iuſpatronatus abſque labe ſimoniæ.
3 Contraria tamèn opinio fuit admiſſa, quia confiſcatis omnibus bonis per Iudicem laicum non venire iuſpatronatus, communitèr eſt receptum tàm in iure, quam in praxi *Merlin. de pignor. lib. 2. quæſt. 22. nu. 11. Viuian. de iuriſpatron. lib. 15. cap. 2. nu. 27. & 28. & Rot. in Lucana iuriſpatronatus 27. Aprilis 1605. & 12. Iunij 1606. coràm Coccino intèr eius impreſſas deciſ. 232. & deciſ. 298. repetita apud Viuian. de iuriſpatr. deciſ. 106. & 107. & nouiſsimè in Gerunden. beneficij 28. Aprilis 1690. coràm bo. me. Benincaſa §. quibus*; rationes enim corroborantes hanc contrariam, & communiorem opinionem plures ſunt, & ſignantèr quod iuſpatronatus tamquàm quid ſpirituale, ſeù annexum ſpirituali, nèc expreſsè, nèc tacitè, nèc directè, nèc indirectè per Iudicem Sæcularem poteſt publicari; tùm quia ſi admitteretur, quod confiſcatis generalitèr bonis veniret iuſpatronatus maximum naſceretur præiudicium Eccleſiæ, quæ numquàm remaneret libera, quia numquàm fiſcus deficeret, tùm etiàm quia in iuſpatronatus ſuccederet fiſcus vti hæres banditi, ſeù damnati, & tamèn non eſt verum, quod fiſcus in omnibus habeatur loco hæredis, vti proſequitur *Viuian. dict. lib. 15. cap. 2. num. 27. & 28.*

Nec aduerſatur, quod cum agatur de iurepatronatus annexo fundo *della Valle*, per neceſſarium conſequens confiſcato fundo tranſeat etiam iuſpatronatus in fi-
4 ſcum ſaltèm durante vita banditi *Farinac. tract. Criminal. de pæn. quæſt. 25 nu. 156. & ſeq. Sanchez ad præcept. decal. lib 2. cap. 19. nu. 8. Molin. de primogen. lib. 1. cap. 24. ſub nu. 26. cum alijs apud Maſsin. de confiſcat. quæſt. 37. nu. 7. & fuit etiam admiſſum in dicta Gerunden. beneficij 28. Aprilis 1690. coràm bo. me. Benincaſa*, quia non iuſtifica-
5 tur in facto, quod dictum iuſpatronatus fuerit adeò connexum fundo, itaut ſit ab eo inſeparabile, & licèt duæ præſentationes ſcilicèt prima de Anno 1614. & ſecunda de Anno 1631. leguntur factæ à Dominico, & deindè a Ioanne Baptiſta eius Filio, vti Dominis dicti fundi *della Valle*, nihilominus adſunt quàm plures aliæ præſentationes factæ ſimplicitèr ab hæredibus Tarquinij Senioris, & effectuatæ, quibus ſtantibus dicendum eſt qualitatem Dominij fundi fuiſſe potiùs appoſitam demonſtratiuè, quàm ad ſignificandum connexitatem iuriſpatronatus cum dicto fundo *Rot. deciſ. 166. num. 21. part. 6. recent. & poſt Viuian. de iuriſpatronat. deciſ. 104. nu. 5. & coràm Card. Celſo deciſ. 106. num. 10.*

AR-

ARGVMENTVM.

IN confectione Inuentarij ſunt citandi omnes creditores, nec ſufficiunt proclamata, & quando ſint citandi etiam Creditores, qui habent credita litigioſa. Inuentarium eſt nullum, non deſcriptis omnibus bonis. Mulieres, & Minores non deſcribentes omnia bona in inuentario, non habent aliud remedium, quam reſtitutionis in integrum.

SVMMARIVM.

Inuentarium eſt nullum non citatis omnibus creditoribus, nec ſufficiunt proclamata num. 1.
Limita quando credita ſunt litigioſa, quia tunc ſufficiunt proclamata num. 2.
Declara quod hac limitatio non procedat, quando Creditor obtinuit decretum fauorabile nu. 3.
Non ſunt citandi nominatim Creditores, quando de eis non adeſt notitia num. 4.
Scientia ex quibus præſumitur num. 5. 6. & 7.
Mediatori cum adminiculis eſt praſtanda fides num. 5.
In materia difficilis probationis ſtandum eſt etiam Teſtibus ſingularibus num. 6.
Scientia præſumitur ex cohabitatione, & coniunctione ſanguinis num. 7.
Inuentarium eſt nullum non deſcriptis omnibus bonis num. 8.
Et quando iſte defectus non ſuppleatur ex proteſtatione addendi num. 9.
Mulieres non deſcribentes omnia bona in inuentario habent ſolum remedium reſtitutionis in integrum num. 10.

VOTVM IV.

IN hac cauſa inter Marcum Gambaruccium, & Prudentiam, & alias Sorores de Cellinis admittebant communiter Scribentes in confectione inuentarij fuiſſe neceſſariam citationem creditorum, nec
1 ſufficere illam factam generalitèr per proclamata, quia quando Creditores ſunt certi debent nominatim citari iuxtà magiſtralem *dec. 469. nu. 2 & ſeq. coràm Bich. & tradunt communitèr Bart. in l. final. §. cum igitur C. de iur. deliberan. Crauet. conſ. 89. nu. 6. cum alijs apud Vbert. de citation. cap. 15. nu. 447. Adden. ad Gregor. deciſ. 437. nu. 22. & ad Buratt. deciſ. 650. nu. 7. verſ. verùm non ſufficit cum alijs in Romana affictus 6. Iunij 1689. coràm Eminentiſs. Caccia §. nec ad priuandum impreſſa penes Palmam dec. 48. n. 2.*

Solùm Scribentes prò Cellinis limita-
2 bant regulam nō procedere in creditoribus
habentibus credita litigioſa, ſed hæc limitatio applicari non poterat in præſenti, quia licet dubitari nequit, quod Marcus deduxerit ſua credita in iudicio, & obtinuerit mandatum exequutiuum per Signaturam Iuſtitiæ canonizatum, tamen debet dici potiùs illius creditum clarū, quàm litigioſum, alias enim eſſet in arbitrio vniuſ-
3 cuiuſque exceptionibus irreleuantibus facere credita litigioſa, vti declarando contrariā opinionem firmarunt *Bertazol. conſ. 107. lib. 1. nu. 37. Capyc. deciſ. 101. per tot. Vbert. de citation. cap. 15. num. 447. in fin.*

Nec aduerſatur, quod Sorores de Cellinis hæredes debitoris nō habuerint ſcientiam iſtius crediti, quo caſu ſufficiebat ci-
4 tatio facta per proclamata; quia notitia
in caſu præſenti ſufficientèr concurrit, dum Marcus prætermiſit exequutionem mandati contrà bona hæreditaria ſtante interpoſitione mediatoris, qui promiſit, quod di-
5 ctæ Sorores iſtud debitum hæreditarium
perſoluiſſent facta venditione vini, cui mediatori præcipuè ſtantibus adminiculis plenè credendum eſt *Rota coràm Celſo deciſ. 312. num. 4. & 5. cum alijs in Romana cambiorum 27. Februarij 1693. coràm R. P. D. Molines §. & eo fortius.*

Prima enim coniectura deſumitur ex depoſitione Franciſci Ciapparoni, miſſi de ordine præfati mediatoris ad domum Sororum de Cellinis, quæ pariter eidem
6 ratificarunt totum id, quod priùs di-
xerant Mediatori; Agitur de probanda ſcientia, quæ eſt materia difficilis probationis, vndè ſtandum eſt coniecturis, & teſtibus etiam ſingularibus *Natt. conſ. 231. num. 2. Gratian. diſcept. 532. num.* 8.

Secunda coniectura apparet, quod dictæ Sorores de Cellinis vnitim habitabant cum Patre defuncto, & debitore, contra
7 quem iam fuerat expeditum mandatū poſt
duo iudicata à Signatura canonizatum, ex qua coniunctione, & cohabitatione præſumitur ſcientia dicti crediti, & litis, tamdiù agitatæ *Gratian. diſcept. 796. nu. 28. & in puncto Rota coràm Bich. dec. 469. n. 2. & ſeq.*

In-

Inſurgit etiàm alia nullitas inuentarij
ex eo quia non fuerit facta integra deſcri-
8 ptio bonorum hæreditariorum *leg. final. §.
ſin autem C. de iur. deliberan.* etiamſi agere-
tur de bonis alienis commodatis, vel loca-
tis *Surd. conſ.* 151. *nu.* 105. *Hond. conſ.* 35.
n. 58. *lib.* 1. *Rot. deciſ.* 72. *nu.* 5. *par.* 2. *rec.
coràm Card. Cerro deciſ.* 919. *nu.* 4.

Nec iſte defectus poteſt ſuppleri ex
proteſtatione facta in inuentario, ſaluo
iure addendi, & minuendi, quia ſupradi-
9 cta proteſtatio ſuffragaret, quando hæres
de bonis non deſcriptis nullam habuiſſet
notitiam, vel quando verſaremur in du-
bio, non autem in præſenti vbi hæredes
poſt mortem Patris ſemper poſſederunt
dicta bona non deſcripta, de quibus per-
neceſſe dicendum eſt habuiſſe notitiam
Surd. deciſ. 216. *num.* 2. *Hond. dicto conſ.* 35.
num. 29. *Grat. diſcept.* 532. *num.* 12. *&* 13.
Add. ad Gregor. deciſ. 169. *num.* 12. *Rot. co-
ràm Card. Cerro deciſ.* 919. *num.* 6. tùm quia
dicta proteſtatio non releuat, quando poſt
habitam notitiam bonorum in inuentario
relictorum non fuerint in illo ſtatim ea-
dem bona deſcripta, vel ſaltem antè quàm
prò parte creditorum fuerit facta talis op-
poſitio *Hond. conſ.* 35. *ſub num.* 29. *lib.* 1.
Guidop de inuentar ſub nu. 6 *Poſt reſolut.* 3.
numer. 7. *&* 8. *Add. ad Gregor. deciſ.* 169.
num. 12.

Quibus firmatis non aduerſatur, quod
in præſenti agatur de Mulieribus, qua-
rum imbecillitati ſemper eſt ſuccurren-
dum, quia ſufficit, quod iſtæ Mulieres
adiuerint hæreditatem cum beneficio le-
10 gis, & inuentarij, vndè ſi poſteà dictæ
Mulieres, ſeù minores neglexerint citatis
creditoribus adnotare omnia bona in in-
uentario non excuſantur, ſolumque eis
ſubueniendum eſt reſtitutione in integrũ,
quatenus ratio de bonis hæreditarijs per
eas reddi poſſit *Iaſon. in leg. ſcimus iam n.* 2.
C. de iur. deliberan. Roland. à Vall. conſ. 73.
num. 4. *volum.* 2. *Natt. conſ.* 574. *num.* 10.
Gratian diſcept. 766. *num.* 57. *& ſeq. Rot.
deciſ.* 161. *nu.* 17. *coràm Dunoz. Sen. & de-
ciſ.* 645. *num.* 17. *&* 18. *coràm Dunoz. Iun.
& coràm Coccin. deciſ.* 59. *num* 6. *& in re-
cent. deciſ.* 384. *num.* 37. *&* 38. *par.* 9. nàm
alias eſſet in facultate Mulierum occultare
bona in fraudem Creditorum, quarum ma-
litioſæ occultationi leges non ſuccurrunt
vti fuit ponderatum per *Rot. in Bononien.
pecuniaria* 10. *Iunij* 1697. *§. verum etiam co-
ràm R. P. D. Molines.*

ARGVMENTVM.

FÆudum quando ſit nobile, & an-
tiquum, & quando in eo detur ius
accreſcendi, ſumptum de ſumpto,
quando probet.

SVMMARIVM.

*Ius accreſcendi datur in Fæudo nobili, & antiquo
num.* 1.
*Noua inueſtitura præſumitur facta ad formam an-
tiquarum num.* 2.
*Fæudum quando dicatur nobile, & antiquum
num.* 3. *&* 4.
Sumptum de ſumpto non probat num. 5.
Limita quando concurrant adminicula num. 6.
& 7.

VOTVM V.

DVbitari nequit, quod quoties agi-
tur de Fæudo antiquo, & nobili,
detur ius accreſcendi inter inueſti-
tos *Menoch de præſumpt lib.* 3. *præſumpt.* 93.
1 *num.* 20. *cum multis alijs allegatis à Bellono
de iur accreſcendi cap.* 6. *q.* 37. *nu.* 4. *&* 30.
& Rot. in Feltren. Fæudi 14. *Martij* 1692. *co-
ràm Eminentiſs Cauallerino §. harum autem,
&* 26. *Iunij* 1693. *coràm R. P. D. Caprara §.
data verò.*

Nec releuat noua inueſtitura facta de
anno 1643. quia per iſtam nouam inueſti-
turam non cenſetur mutata natura Fæudi
antiqui, ſed potius præſumitur facta ad
formam antiquarum inueſtiturarum latè
2 *Bellon. dicto cap.* 6. *q.* 37. *n.* 46 *&* 47. *Rota
coràm Merlin. deciſ.* 150. *num.* 6. *&* 7. for-
tiùs ſtantibus verbis relatiuis qualitatum
antiquarum inueſtiturarum *Roſental. de
Fæud. cap.* 6. *concluſ.* 79. *num.* 5. 9. *&* 10.
Rot. coràm Merlin. deciſ. 150. *num.* 8. *& in
dicta Feltren. Fæudi* 26. *Iunij* 1693. *coràm
R. P. D. Caprara §. quandoquidem.*

Quod autem nobilitas Fæudi in præ-
3 ſenti caſu concurrat, apertè deſumitur ex
inſtrumento inueſtituræ factæ de Anno
1594. vbi legitur conceſſio facta iure Fæu-
di nobilis, & antiqui, & gentilitij, quæ
verba antiquitatem, & nobilitatem Fæudi
demon-

Digitized by Google

demonſtrant *Roſen. de Feud. cap. 2. num. 1.*
ibique Adden. lit. A. Rot. deciſ. 291. num. 29.
& ſeq. part. 4. tom. 3. recent. & in Feltren.
Fæudi 14. Martij 1692. §. nec huius Fæudi
4 *coràm Eminentiſs. Cauallerino, & 26. Iunij*
1693. coràm R. P. D. Caprara §. in antiquis,
ad cognoſcendam enim naturam, & nobi-
litatem, ac antiquitatem Fæudi eſt atten-
dendus tenor inueſtituræ *cap. 1. de duob.*
fratr. à Capic. inueſtit. Gail. obſeruat. 50.
num 15. lib. 2. Fachin. lib. 7. cap. 3. lit. C.
Capyc. Galeot. contr. iur. lib. 2 contr. 51. nu-
mer. 26. cum alijs adductis in dicta Feltren.
Fæudi 26. Iunij 1693. coràm R. P. D. Capra-
ra §. in antiquis in fin.

Quibus firmatis non aduerſatur, quod
dicta inueſtitura facta de anno 1594. vti
ſumptum de ſumpto nihil probat, quam-
uis primum fuiſſet legitimè extractum vt
reiecta opinione *Bartholi in auth. ſi quis in*
5 *aliquo firmant Dec. ibidem ſub num. 30. Ca-*
gnol. num. 53. C. de eden. cum alijs apud Add.
6 *ad Buratt. deciſ. 290. num. 14.* quoniam re-
gula communitèr limitatur, quando ſum-
ptum de ſumpto ſit adminiculatum *Add.*
ad Buratt. deciſ. 290. num. 15. Rot. in Pra-
ten. coadiutoria 31. Ianuarij 1678. §. maxi-
mè coràm Card. Vicecomite, & in Baren. iu-
riſdictionis 12. Maij 1688. §. admiſſa coràm
bo. me. Rondinino.

Ad adminiculandum dictum ſumptum
7 concurrit, quod fuerit productum, & ad-
miſſum in proceſſu litis agitatæ vſque de
anno 1602. ac in eo contenta per ſpatium
longi temporis ſuam habuerint obſeruan-
tiam, quæ omnia iuncta cum antiquitate
ſcripturę ſuprabundant ad hoc, vt ſit pręſ-
ſtanda plena fides dicto ſumpto de ſum-
pto, *Add. ad Buratt. dicta deciſ. 290. nu. 15.*
& Rot. coràm Coccin. deciſ. 85. num. 5. & in
Baren. iuriſdictionis 12. Maij 1688. §. ad-
miſſa coràm bo. me. Rondinino.

ARGVMENTVM.

SVb nomine, & legato Stabilium
veniunt loca montium, & cenſus,
& pecunia deſtinata ad emptionem
alicuius fundi, & an veniant fructus.
Clerico quando ſit prohibita nego-
tiatio.

SVMMARIVM.

Cenſus, & loca montium veniunt ſub legato ſta-
bilium num. 1.
Amplia etiam in materia correctoria num. 2.
Amplia etiam quando fuiſſet declaratum à Statuto
ſub nomine ſtabilium non venire cenſus, dum
adſit inter vnum, & alium caſum aliqua di-
ſparitas rationis num. 3.
Sub nomine ſtabilium veniunt argenta, & ioca-
lia, & pecunia deſtinata ad emptionem ali-
cuius fundi num. 4.
Limita in legato ſtabilium factum à Sacerdote
num. 5.
Declara num. 6.
Fructus quando veniant appellatione, & ſub le-
gato ſtabilium num. 7.

VOTVM VI.

LEgatis ſtabilibus Catherinæ Muſottæ
à Dominico Franciono debentur ei-
dem Catherinæ tàm cenſus, quàm
loca montium, quia iſta adhærentia rei
1 immobili dicuntur conſiſtere in eodem lo-
co, in quo ſitus eſt fundus, & tamquàm
acceſſoria nominatione ſtabilium compre-
henduntur *Clement. exiui de paradiſo §. cum-*
que annui redditus ibique gloſ. de verbor. ſi-
gnif. Fagnan. in cap. Ioannes num. 21. de te-
ſtam. Cirtac. contr. 219 num 2. & 3. & multi
alij relati per Roc. diſput. iur. ſelect. cap 47.
nu. 8. cum ſeq lib 1. Merlin. de pignor lib. 2.
tit. 1. q. 44. Franch. deciſ. 362. num 7. Surd.
deciſ. 204. Peregrin. deciſ. 70. num. 2. & 3.
Rot. coràm Burat. deciſ. 474. num. 2. coràm
Zarata deciſ. 42. num 15. & in recent. de-
ciſ. 3 ſ 2. num. 3. & ſeq par. 17.

Et hæc opinio eſt adeò vera, vt etiàm in
materia odioſa, & correctoria iuris appel-
latione ſtabilium, ſeù immobilium veniant
cenſus, & loca montium *Gabriel. conſ. 141.*
num. 17. lib. 2. Gratian. diſcept. 420. nu. 13.
Add. ad Buratt. deciſ. 535. num. 2. Rot. coràm
Vbald deciſ. 240. nu. 8. & latiſsimè fuit fir-
matum in celebri Romana Succeſsionis, & le-
gitimæ 9. Iunij 1690. confirmata 17. Martij
1692. coràm Heruauult, vbi agebatur de
3 indulto conceſſo Equiti Hieroſolymitano
ad effectum diſponendi de immobilibus,
non obſtante Statuto particulari illius Re-
ligionis expreſsè declarante, quod ſub
nomine immobilium non comprehendan-
tur cenſus, & loca montium ea ratione,
quia

quia Statutum loquebatur de cenſibus, &
locis montium acquiſitis ex induſtria par-
ticulari Equitum, non autèm de illis cen-
ſibus, & locis montium, quæ acquiſiuerunt
Equites ex ſucceſſionibus particularibus.
Proùt etiàm ſub dicto legato ſtabilium
4 ſunt comprehenſa argenta, & iocalia, &
pecunia, cum fuerint deſtinata per Teſta-
torem ad emptionem prædiorum *Rip. in
leg. 1. §. fuit quæſitum nu. 9. ff. ad Trebellian.
Alberic. de Roſat. de Stat. p. 2. quæſt. 205. n. 1.
Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 138.
nu. 3. Rot. dec. 259. nu. 2. & 3. p. 11. recent.
& in dicta Romana Succeſsionis, & legitimæ
9. Iunij 1690. coràm Hernauult §. quo vero.*
Non aduerſante, quod Teſtatori vti
Clerico eſſet prohibira negotiatio, quo
caſu ſub legato immobilium non compre-
henditur pecunia, cum iſta præſumatur re-
5 tineri per Clericum cauſa præſidij, non au-
tèm animo fœnerandi iuxtà punctualem
deciſ. 490. coràm Card. Cerro nu. 2. 3. 4. & 5.
quia præſumptio cedit veritati, dùm fuit
ſatis probatum Teſtatorem deſtinaſſe pe-
cuniam ad emenda prædia, quo caſu illa
venit ſub appellatione immobilium, &
6 deciſio Card. Cerri habet locum in dubio,
tùm quia licèt Clericus illicitè negotians
certis pœnis afficiatur, tamèn eius contra-
ctus ſubſtinetur *Rot. deciſ. 378. n. 5. par. 17.
& deciſ. 353. nu. 26. p. 19.* tùm etiàm quia
verſamur in ſimplici Clerico non benefi-
ciato, cui nec minùs eſt prohibita negotia-
tio *Rota dicta deciſ. 353. nu. 5. part. 19.*
Fortius quia Clericis, & Sacerdotibus
non eſt prohibitum inueſtire eorum pecu-
nias in cenſibus, vel ſtabilibus, ad effectum
retrahendi aliquod lucrum, & vtile hone-
ſtum, imo ob neceſſitatem rei familiaris
eſſe permittendam aliquam honeſtam ne-
gotiationem Clericis ex ſententia Theolo-
gorum reſpondit *Rot. Lucen. apud Palmam
deciſ. 97. à num. 17. vſque ad 23.*
Quoad fructus cenſus, & locorum mon-
tium fuit facta diſtinctio intèr maturatos
antè, & poſt mortem Teſtatoris, nàm ma-
turati antè mortem veniunt appellatione
7 potiùs iurium, & actionum, & mobilium.
*Alciat. in leg. morientium 93. verſ. ſed hanc
diſtinctionem ff. de verbor. ſignif. Tiraquell.
in retract. lignag. §. 1. gloſ. 6. nu. 10. Rot.
coràm Card. Cerro deciſ. 390. nu. 8. & ſeq.* &
per conſequens non ſunt comprehenſi in
legato ſtabilium, at ſecùs eſt dicendum in
fructibus maturatis poſt mortem, vti pro-
ſequitur *Rot. coràm Card. Cerro dicta deciſ.
390. num. 10. 11. & 12.*

ARGVMENTVM.

SOluens litteras cambij non ſequuta reimburſatione tempore conuento poteſt prætendere damna, & intereſſe. Prò litteris cambij datur via exequutiua, & competit hypotheca intèr Mercatores. In apochis vulgò *Pagherò*, intèr Mercatores intelligitur etiàm obligatio inſolidum.

SVMMARIVM.

Soluens litteras cambij poteſt prætendere damna, & intereſſe non ſequuta reimburſatione nu. 1.
Prò litteris cambij datur via exequutiua nu. 2.
Soluens litteras cambij debet habere ſuam ſatisfactionem non obſtante exceptione computorum num. 3.
Prò litteris cambij datur hypotheca num. 4.
Contra num. 7.
Declara num. 8 & 9.
Litteræ cambij habent exequutionem paratam, vim publici inſtrumenti, & continent obligationem cameralem, & in materia litterarum cambij non datur appellatio num. 5. & 6.
Apocha vulgò Pagherò, *continet etiàm obligationem inſolidum num. 10.*

VOTVM VII.

CVm Francíſcus Bouina ſoluerit litte-
ras cambij, ſibi directas ab Aloyſio
Marquutio cum expreſſo pacto *di
prenderne rimborſo nella fiera d'Apparitione.*
& cum non fuerit ſequuta in dictis ferijs
1 reimburſatio promiſſa, ſequitur vt intret
regreſſus aduerſus ſcribentem, cum refe-
ctione damnorum, & intereſſe, prò quibus
2 omnibus datur etiàm via exequutiua *Gra-
tian. diſcept. 569. Card. de Luca de camb.
diſc. 22. nu. 2. R. P. D. Anſaldus de Mercatu-
ra diſc. 77. num. 7. Rot. coràm Bich. deciſ 481.
nu. 17. & 21. coram S. M. Alex. VIII. deciſ.
118. & in Romana, ſeù Ianuen. pecuniaria
13. Februarij 1690 coràm R. P. D. Caprara
§. nec fuit ſuſpicatum;* vbi agebatur de lit-
teris cambij, in quibus aderant verba *per
conto à parte*, ea ratione, quia dum in eiſdem
litteris legebantur alia verba *di prendere
vo-*

3 *vostro rimborſo da noi inferta*, apertè apparebat ſcribentem remanſiſſe debitorem ſequuta ſolutione litterarum per acceptantem, nèc erat neceſſarium facere computa, & oſtendere partitas librorum, vt benè explicatur in dicta deciſione *in* §. *neque refragatur*.

Quod autèm prò litteris cambij dè con-
4 ſuetudine intèr Mercatores competat hypotheca firmarunt *Burſat. conſ.* 39. *à nu.* 37. *cum ſeq. Paſqual. de Patr. poteſt. p.* 1. *cap.* 8. *nu.* 79. *Caluin. de æquitat. lib.* 3. *cap.* 280. *nu.* 8. ea ratione, quod præſumatur debitorem ad formam conſuetudinis ſtrictiùs quàm fieri poteſt ſe obligare in iſtis ſcripturis, quæ licèt làconicè conceptæ, tamèn continent totum id, quod neceſſarium eſt ad conſtituendam validiorem obliga-
5 tionem, idèoque habent vim publici inſtrumenti vna ſimùl cum exequutione parata *Gratian. diſcept.* 64. *nu.* 13. *& diſcept.* 369. *nu.* 25. *Scac. de camb.* §. 7. *gloſ.* 5. *nu.* 4. *Rot. coràm Seraph. deciſ.* 562. *nu.* 3. *& poſt Zach. de obligat. camer. deciſ.* 7. *nu.* 2. *coràm Bich. deciſ.* 481. *nu.* 21. *in fin. & in Neapolitana, ſeù Spoletana litterarum cambij* 27. *Februarij* 1693. *coràm R. P. D. Priolo* §. *nàm cum tales*; Imò à ſententia lata prò litte-
6 ris cambij non datur appellatio, & habet vim rei iudicatæ, vti latè firmat, *Caluin d. lib.* 3. *cap.* 280. *nu.* 15. *&* 16. *vbi in nu.* 17. probat litteras cambij continere etiàm obligationem cameralem, cuius vigore venire hypothecam omnium bonorum præſentium, & futurorum latiſſimè, & multis auctoritatibus probatur per *Zach. de obligat. cam. q.* 5. *n.* 37. *& ſeq.*

Nec releuat quod per plures Docto-
7 res firmatum ſit prò litteris cambij non competere hypothecam *Surd. conſ.* 499. *nu.* 2. *Gait. de credit. cap.* 2. *tit.* 7. *n.* 2458. *Genua de ſcript. priuat. tit. de litter. cambij q.* 2. *Merlin. de pignor. lib.* 3. *q.* 16. *tit.* 1. *Sada reſponſ.* 20. *nu.* 7. *Rocc. diſput. iur. ſelect. cap.* 144. *nu.* 16. *& Rota in Ianuen. ſeù Bonon. pecuniaria* 27. *Nouembris* 1628. *coràm Pirouano* §. *non obſtat impreſſa poſt Merlin. de pignor. deciſ.* 19. eo fundamento, quod de iure prò cambijs non detur hypotheca, & in contractu ſi non legatur non cenſeatur promiſſa, cum obligatio ſit potiùs reſtringenda, quàm amplianda.

Quoniam quamplures auctoritates ſu-
8 periùs in contrarium allegatæ loquuntur, & procedunt in terminis iuris comunis, in quibus omnes admittunt, quod non competat hypotheca prò litteris cambij, at ſecùs eſt dicendum de vniuerſali conſuetu-
9 dine Mercatorum, qui pro expediendis litteris cambij vtuntur paucis verbis, in quibus iuxtà dictam conſuetudinem cenſentur epilogatæ, & expreſſæ omnes clauſulæ, quæ apponi ſolent in inſtrumentis prò ſtrictiori obligatione iuxtà tradita per *Genuam de ſcript. priuat. tit. de cambijs q.* 2. *nu.* 7. *& per Caluin. de æquit. lib.* 3. *cap.* 280. & prò hac parte potiùs allegari debet *Sada in dicto reſponſ.* 20. & quod dixi in materia litterarum cambij ex ijſdem rationibus ſuprà dictis extendendum eſſe credidi
10 etiàm ad apochas vulgò *pagherò*, quæ cum ſint paucis verbis mercantilitèr conceptæ, tacitè continent omnes clauſulas apponi ſolitas in inſtrumentis, ideoque iudicaui eſſe comprehenſam obligationem inſolidum in apocha ſubſcripta à duobus cum verbo *pagheremo*, & meum iudicatum fuit etiàm confirmatum in ſecunda inſtantia; nàm dicta ſchedula vulgò *pagherò* ſortitur efficaciam depoſiti, & contra ſcribentem probat vt publicum Inſtrumentum habet viam exequutiuam, & reputatur prò pecunia numerata, nullamque admittit exceptionem *Card. de Luca de credit. diſc.* 25. *nu.* 5. *&* 6. *alter de Luca ad Gratian. diſcept.* 454. *ſub n.* 1. *R. P. D. Anſaldus de commerc. & mercatur. diſc. general. à nu.* 169. *vſque ad nu.* 173. qui etiam firmat dictam ſchedulam vulgò *pagherò* gaudere eiſdem prerogatiuis, quæ competunt litteris cambij, & per conſequens ſupradicta circa hypothecam (quæ ſub intelligitur in litteris cambij) debent etiàm procedere in apocis vulgò *pagherò*.

ARGVMENTVM.

AGitur latè quando ſit locus exhibitioni Scripturarum, & librorum.

SVMMARIVM.

Exhibitio ſcripturarum eſt facienda docto de exiſtentia, & intereſſe nu. 1.

Amplia quod probata exiſtentia tempore mota litis, non ſtatur iuramento aſſerentis amiſſionem nu. 2.

Exiſtentia eſt formitèr probanda nu. 3.

Prò exhibitione ſufficit quodlibet intereſſe nu. 4.
Libri, & Scriptura priuata ſunt ædendæ num. 5. & 6.
Amplia in Mercatoribus etiàm non probata exiſtentia nu. 7.
Amplia in hæredibus etiàm poſt tranſactionē n 8.
Requiritur exhibitio omnium ſcripturarum ad cauſam facientium nu. 9.

VOTVM VIII.

AD probandum aliqua ſua credita
controuerſa inſtabat coràm me
Franciſcus Perina prò exhibitione
librorum Computiſtariæ Excellentiſsimi
Ducis Fiani, qui recuſabat eos exhibere
cum fundamento, quod præfati libri vti
non publici, ſed ad priuatam memoriam
conſcripti non eſſent ædendi, & conſideratis
rationibus, quæ hinc indè deducebantur,
decreui prò exhibitione.
Nam regula eſt certa, quod docto de
1 extremis ad hunc effectum requiſitis, exiſtentia
ſcilicèt ſcripturæ ædendæ, ac intereſſe
petentis, intrat officium Iudicis
prò illius exhibitione *ad tex. in leg. 3. §. 2.
ff. de exhibit. Rot. coràm Gregor. decíſ. 129.
ſub nu. 2. ibique Adden ſub nu. 5. & in recent.
decíſ. 105. nu. 2. p. 18. cum alijs relatis
in Romana Pecuniaria 7. Maij 1683. coràm
Albergato §. præmiſſo*; & quando fuit probata
exiſtentia tempore motæ litis non
ſtatur iuramento partis aſſerentis amiſiſſe
2 ſcripturas, ſed eo caſu requiritur concludens
probatio amiſſionis, vt diſtinguendo
tradunt *Bart. in leg. ſi quis ex argentarijs
§ an verò hæredes nu. 17. ff. de aden. Rot.
coram Dunoz. Iun. decíſ. 331. nu. 6. & 7. &
decíſ. 555. nu. 3. & ſeq. & in recent. decíſ.
38. ſub nu. 4. & 5. & decíſ. 115. ſub num. 5.
part. 1 . & in dicta Romana Pecuniaria §.
præmiſſo*; nèc in caſu præſenti impugnabatur
exiſtentia, quæ quando controuerteretur,
requireret probationem formitèr
faciendam, vndè in cauſa Romana intèr
Illuſtr ſs. D. Marchionem Pompeum Az-
3 zolinum, & Comitem Vufeld Signatura
Iuſtitiæ die 4 Iunij 1693. Ponente R. P.
D. Cuſano reſcripſit, vt AC. Thomatus
iterùm auditet, & examinatentur Teſtes
formitèr ad probandum exiſtentiam ſchedularum.
Ac etiam ad obtinendam exhibitionem
ſcripturarum ſufficit quodlibet intereſſe,
4 & quod ſcriptura ædenda quoque modo
ad victoriam cauſæ conferre poſſit *Rot. in
recent. decíſ. 38. ſub nu. 3. & decíſ. 115. ſub
nu. 8 part. 17. & in Neapolitana, ſeù Iannen.
Laudi 12. Iunij 1682. ſub §. intereſſe, & in
dicta Romana Pecuniaria §. intereſſe coràm
Albergato.*
Quibus præmiſſis euitari non potuit exhibitio
librorum auctoritate *Baldi in conſ.
449. nu. 10. lib. 3. Ruin. conſ. 69. num. 14.
Medic. decíſ. March. 19. nu. 4.* firmantium
5 aliquem non eſſe cogendum ad ædendum
libros non publicos, & conſcriptos ad priuatam
memoriam.
Quoniam corruit obiectum ex ſtylo in
Curia recepto, & à Tribunali Sacræ Rotæ
Romanæ de æquitate canonica ſempèr
amplexo, quod docto de exiſtentia, & in-
6 tereſſe petentis ſint ædendi, etiàm libri
priuati, & ſignantèr Computiſtariæ, Domus
in Vrbe qualificatæ *Ridolphin. in prax.
p. 2. cap. 3. ſub nu. 43. & ſub num. 62. verſ.
verùm Rot. coràm Seraph. decíſ. 1224. ſub n.
4. in fin. & in dicta Neapolitana, ſeù Iannen.
Laudi §. 1. & in dicta Romana §. corruit coràm
Albergato.*
Et in alijs cauſis coràm me agitatis contrà
Mercatores, & Socios quaſi ſempèr
decreui exhibitionem librorum mercantilium,
etiàm non probata exiſtentia de
tempore motæ litis, cum illi ſint ſempèr
cuſtodiendi non ſolùm ad commodum
Mercatorum, ſed etiàm aliorum, & præſumantur
ſempèr extare, quæ concluſio
7 fuit plenè firmata a Rota *in Romana Societatis
10. Ianuarij, & 10. Martij 1687. coràm
Rondinino*, etiam poſt tranſactionem, & ſolidationem
cumputorum tàm in ipſis Mercatoribus
ſcribentibus, quàm in eorum
8 hæredibus, & faciunt tradita *per Adden. ad
Gregor decíſ. 129. nu. 8. Rot. coràm Buratt.
decíſ. 178. nu. 10. & 11. & in recent. decíſ.
115. nu. 5. part. 17. & in dicta Romana Societatis
10. Martij 1687. coràm Rondinino
§. taliſquè obligatio.*
Nec ſufficit in hoc iudicio exhibitio alicuius
libri, in quo reportata ſint bilancia,
9 & partitæ aliorum librorum, cum ſola
poſſibilitas alicuius diuerſitatis ſufficiat ad
iuſtè petendam exhibitionem omnium librorum,
& ſcripturarum *Spada conſ. 763 ſub
n. 24. lib. 1. Rot. dec 237. n. 2. p. 4. diuerſ. &
dec. 32. nu. 29. p. 10. & d. Romana pecuniaria
7. Martij 1683. §. parum coram Albergato.*

AR-

ARGVMENTVM.

MObilia, ac etiam veſtes exiſtentes penès tertium quando remaneant hypothecata fauore Creditoris anterioris.

SVMMARIVM.

Mobilia vſualia non cadunt ſub generali hypotheca num. 1.

Limita quando non adſunt alia bona, vel quando Debitor ſe obligauit in forma Cameræ, ſeù in veſtibus duplicatis num. 2. & 3.

Merces empta ex publica taberna minutatim non poſſunt recuperari ab anteriori Creditore num. 4.

Mobilia poſſeſſa à tertio remanent ſub hypotheca, quando ſunt empta à non Mercatore num. 4.

Limita poſt lapſum decennij, quia præſumuntur conſumpta num. 5.

Mobilia ſolidioris materiæ non præſumuntur conſumpta per decennium num. 6.

Hebrei, & Mons Pietatis habent priuilegium, quod mobilia ab eis prò pignore recepta non ſubiaceant anteriori hypotheca num. 7.

VOTVM IX.

CVm Marchio Maiorana 1691. diſceſſerit ab Vrbe plurimis debitis inuolutus inſurrexerunt eius Creditores anteriores, & ſignanter Conuentus S. Mariæ ſupra Mineruā ex perſona Patris Statellæ contra Creditores poſteriores, qui in ſatisfactionem crediti habuerunt ab eodem Marchione diuerſa mobilia, & præcipuè veſtes, & gemmas, vndè fuit coram me diſputatum, an fauore Creditorum anteriorum daretur hypotheca exercibilis contra tertium poſſeſſorem præfatorum mobilium, & affirmatiua prodijt reſolutio.

Nec obſtare viſum fuit, quod hypotheca generalis non extendatur ad ea, quæ ſunt neceſſaria prò vſu quotidiano debito-
1 ris, ſinè quibus non poteſt honeſtè, & commodè viuere, vel quæ vſu conſumuntur *l. debitor. ff. de pignor. Merlin. lib. 2. tit. 1. quæſt. 54. 55. & 56. per tot.* præcipuè quando dicta mobilia reperiuntur penès tertium *Gratian. diſcept. 117. num. 12. Card. de Luca de credit. & debit. diſcurſ. 23. num. 20.*

Quia prædicta opinio procederet, quando exiſterent alia bona debitoris, cum in deficientiam bonorum poteſt fieri exequutio, etiam in ipſis veſtibus, & mobilibus,
2 vel quando non adeſſet obligatio Cameralis, qua concurrente cenſentur obligata etiam ea, quæ in ſpecie quis non eſſet obligaturus *Pacif. de Saluian. interdict. inſpect. 3. cap. 2. nu. 12. Zach. de obligat. camer. q. 5. ſub num. 37. verſ. & hac hypotheca Gait. de credit. cap. 4. q. 5. num. 76.* præcipuè quia
3 agebatur de veſtibus duplicatis, ornatis auro, & argento, & non de illis ad vſum tantùm neceſſarijs, vti proſequitur *Gait. d. cap. 4. quæſt. 5. num. 89.*

Nec applicabantur *deciſ. 340. num. 2. & deciſ. 652. num. 1. & 2. par. 18. recent.* quia iſtæ deciſiones allegatæ loquuntur in mercibus minutatim emptis ex publica taberna, quæ ſi tranſeant in tertium emptorem remanent liberæ ab omni onere hypothecæ anterioris, ne deſtruatur publicum comercium, at ſecus eſt quando mobilia non ſunt empta à publica taberna, ſed habita à particulari debitore non mercatore, tunc concedendum eſt, quod iſta mobilia licèt exiſtentia penès tertium non ſint exempta ab anteriori hypotheca, vt in puncto firmarunt *Gratian. diſcept. 117. num. 12. 13.*
4 *14. & 15. Merlin. de pignor. lib. 2. q. 67. num. 15. & ſequen. de Luca ad Gratian. dicta diſcept. 117. num.* 10. quæ opinio procedit tàm in expreſſa, quàm in tacita hypotheca *Merlin. d. lib. 2. quæſt. 67. num. 15. & ſeq.* & pro hac opinione potiùs eſt allegandus *Card. de Luca de credit. diſc. 22. n. 20. & ſeq.*

Vel ſaltem contraria opinio eſſet vera in tertio poſſeſſore, qui retinuit, pro ſuo credito per longum tempus mobilia, qui eo caſu non teneretur illa tradere niſi per Creditorem probaretur eadem non fuiſſe conſumpta, cum poſſeſſori aſſiſtat regula, quod mobilia poſt lapſum decennij præſumantur ampliùs non adeſſe *Rot. dec. 165.*
5 *num. 11 par. 11. & deciſ. 297. num. 34. & 35. part. 12. & deciſ. 292. par. 17. num. 9. & deciſ. 214. num. 2. par. 19. recent.* quæ ratio non procederet in mobilibus ſolidioris
6 materiæ veluti in libris pictùris, & metallis argenteis, & ſimilibus, quæ ſeruando ſeruari poſſunt etiam longiſſimo tempore *Ciriac. contr. 16. num. 3. Rot. poſt Vrceol. de tranſact. deciſ. 31. num. 3. & deciſ. 517. per tot. part. 18. recen.*

Minùs releuat, quod S. Mons Pietatis,
7 & Hebrei accipiendo in pignus mobilia
non præiudicentur, licet adſint Creditores
anteriores *Card. de Luca d. diſcurſ.* 22. quia
hoc procedit ex priuilegio particulari, &
ideò nõ adaptatur præſenti controuerſiæ.

ARGVMENTVM.

QVando poſſit eleuari murus non obſtante oppoſitione Domini in parte inferiori, & quando ſit locus fideiuſſioni de demoliendo.

SVMMARIVM.

Murus poteſt eleuari, & in eo fabricari, quando eſt aptus ad ſubſtituendum ædificium, non obſtante oppoſitione Domini in parte inferiori num. 1.

Ad cognoſcendum an murus ſit capax noui ædificij debent examinari profunditas fundamentorum, aliaquè circumſtantia relata in nu. 2.

Quando Iudex poteſt citò decidere negotium principale, non debet admittere cautionem de demoliendo num. 3.

Declarantur authoritates in contrarium allata num. 4.

Quando periculum eſt in mora poteſt ædificari non obſtante nunciatione noui operis num. 5.

VOTVM X.

EXoptante Ioanne Iordano extollere murum, qui in parte inferiori ſpectabat ad Bernardinum Terentium, fuerunt electi Periti ad effectum recognoſcendi, an ex iſta eleuatione poſſet oriri aliquod præiudicium præfato Bernardino. Nata deindè controuerſia inter eoſdem Peritos fuit neceſſarium deuenire ad electionem Tertij, rebus ſic ſtantibus orta eſt occaſio diſputandi, an eſſet concedenda licentia Iordano eleuandi præfatum murum, præſtita cautione de demoliendo, & reficiendo omnia damna in caſu, quo aliquod præiudicium eueniret Terentio ex dicta eleuatione muri, & negatiuè reſolutum fuit.

Admittebatur enim regula, quod ſtante
qualitate muri apti ad ſubſtinenda onera
ædificij ſuper eo poſſit ædificari, vt latè
examinando materiam tradiderunt *Palma*
1 *conſult.* 104. *Meren. controu lib.* 7. *cap.* 37.
Sabell. variar. cap. 15. *num.* 19. *& Rot. in*
Forolouien. Muri 2. *Aprilis, &* 25. *Iunij* 1677.
coram Emerix impreſſa in deciſ. 50. *&* 113.
par. 19 *recent. confirmata* 26. *Iunij* 1682. *coram Guaxardo*. Sed ſtante diſparitate inter
Peritos non potuit determinari an eſſet
permittenda dicta eleuatio, ſed pernecesſe erat expectanda relatio tertij Periti,
qui diligenter conſiderare debebat tàm latitudinem, quàm profunditatem fundamentorum, ac etiam, an materia muri
2 eſſet compoſita ex Sabie, & Luto, ſeù potiùs calce, ſeù alijs ponderatis in dicta *Foroliuien. muri tàm coram Emerix, quàm coram Guaxardo*.

Nec fuit locus præſtationi fideiuſſionis
3 de demoliendo, quia dum Iudex poteſt
citò defenire negotium principale non debet admittere præfatam cautionem *ad tex. in cap. penult. de non. oper. nun. Ciarlin. controu.* 30. *num.* 16. *&* 17. *Adden. ad Magon. d. Lucen.* 29. nec applicantur authoritates
in contrarium allegatæ, quia iſtæ procedunt, quando lis in longum protraheretur, & à die incoati iudicij eſſent elapſi
tres menſes, in quibus circumſtantijs admitti ſolet cautio de demoliendo iuxtà diſtinctionem traditam à *Fachineo controu. iur. lib.* 8. *cap.* 48. *per tot. Gail. obſer.* 17. *n.* 17.
lib. 1. *& latiſſimè Rot. in dicta Foroliuien.*
Muri 2. *Aprilis, &* 25. *Iunij* 1677. *coram*
4 *Emerix confirmata* 26. *Iunij* 1682. *coram Guaxardo*; vel cautio de demoliendo eſſet
practicanda in ipſo principio iudicij, quando periculum eſſet in mora, nè tota machina deſtrueretur, quo caſu eſſet licitum
ædificare etiam non obſtante nunciatione
noui operis *Lancellot. de attent. part.* 2. *cap.*
5 12. *limitat.* 43. *per tot. Trentacinque variar.*
reſol. tit. denunciatione noui operis reſol. 1.
num. 1. *Palm. conſult.* 104. *num.* 1.

ARGVMENTVM.

EXaminatur latè materia, quandò detur actio prò conſequenda pecunia lucrata in ludo.

SVMMARIVM.

Ludus alearum, & ſimilium eſt illicitus, nec datur actio prò conſequenda pecunia lucrata num. 1.

Am-

Digitized by Google

Amplia quod eſſet reſtituenda, ſi fuiſſet exacta num. 2.

Amplia quod ſint nulla omnia inſtrumenta, & obligationes num. 3.

Tertius mutuans pecuniam vni ex colluſoribus non poteſt illam repetere num. 4.

Ludus vulgò all'ombra, *an ſit permiſſus num. 5. 6. & 7.*

Ludus ſchaccorum, & ſimilium eſt licitus n. 8.

Et permittitur in eo, quod poſsit ludi vnum aureum in qualibet die, & non vltra num. 9. & 10.

Ludus vulgò delle ſcommeſſe, *quando permittatur num. 11.*

VOTVM XI.

SEpè coram me fuit dubitatum, an detur actio prò conſequenda pecunia lucrata in ludo, vnde ego iuxtà facti circumſtantias diuerſas edidi ſententias.

Nàm quando agebatur de ludo alearam, taxillorum, & tabularum ſempèr decreui nullam actionem competere prò conſequendo pecunias in dicto ludo pro-
1 hibito lucratas tàm intèr Laicos, quàm intèr Clericos ad formam *Tex. in leg. final. C. de relig. & ſumpt. fun. cap. Clerici il 2. de vita, & honeſt. Clericor. Prat. diſcept. forenſ. tom. 3. cap. 1. nu. 36. Rot. coràm Gregor. deciſ. 47. ſub nu. 1. & in recent. deciſ. 95. nu. 1. p. 5. & deciſ. 553. part.* 18. imò ſi aliquid lucratum in ludo illicitò fuerit exactum debet reſtitui, & victo datur actio re-
2 petendi à vincenti pecuniam amiſſam, & ſolutam *leg. final. §. commodis C. de relig. & ſumpt fun. Farinac. prax criminal q. 109. nu. 175. Thomat. deciſ. 20. nu. 4. Rot dec. 95. nu. 4. part. 5.* & iſta opinio eſt adeò vera, quod ſunt nulla, & irrita omnia inſtrumenta, obligationes quamuis appareant factæ prò alia cauſa, quando ha-
3 buerunt originem à ludo illicito. *Rot. coràm Gregor. deciſ. 47. per tot. deciſ. 95. per tot. p. 5. & deciſ. 553. p. 18. recent.* & multi firmant, licèt ſit quæſtio controuerſa, quod tertius mutuans ſcientèr pecuniam
4 vni ex colluſoribus non habeat actionem illam repetendi *Adden. ad Reuert. dec. 424. num. 2.*

Ludus vulgò *all'ombra* latè deſcriptus à Cardinali de Luca *de alienat. diſcurſ. 49.* in quo potiùs ingenium, quàm fortuna lo-
5 cum habet eſt permiſſus etiàm Clericis, & Religioſis ad tradita *per Hurtado tract. de congrua lib. 3. reſolut. 3. ſub reſolut. 2. num. 130. pag.* 149. qua ratione quando non agatur de magna pecuniarum ſumma.
6 *Card. de Luca in d. diſcurſ.* 49. annuere videtur, quod poſſit dari actio prò conſequenda pecunia lucrata in dicto ludo; Sed ego contrariam opinionem crederem eſſe veram, quià omnis ludus alearum eſt de iure prohibitus, quamuis in iſto *dell'ombre* ingenium aliquam partem habeat, ve-
7 luti in terminis ludi vulgò *picchetto*, latiſſimè probauit *Theſaur. quaeſt. forenſ. lib. 4. quaeſt. 19. per tot.*

Quando verò agebatur de ludo conſiſtente in ingenio, & virtute corporis, veluti ſchaccorum, curſus, ſaltus, iactus, pugnæ, pilæ, quintanæ, & ſimilium, ſempèr dedi mandata prò ſolutione pecuniæ lucratæ, iuxtà diſpoſitionem *tex. in l. ſo-*
8 *lent §. Senatum Conſultum ff. de alea* cum alijs *apud Caſtald. conſult. 30. per tot. Thomat. in deciſ. 20. per tot.* vbi tractabatur de ludo vulgò *le boccie*, dummodò tamèn non excedebatur ſumma vnius aurei in qualibet die, quia prò maiori quantitate non datur actio etiàm in ludo licitò latè *Prat.*
9 *tom. 3. diſcept. cap. 1. nu 67. Farinac. quaeſt. 19. nu. 130. Scac. de commer. q. 1. nu. 123. §. 2. gloſ. 3. nu. 13. & ſeq.*

Nec releuat, quod opinio, vt ſolùm prò vno aureo in qualibet die detur actio in ludo licito, non ſit ampliùs in vſu ſtante conſuetudine contraria multi quos refert, & ſequitur *Caſtald. conſult. 30. nu. 6. Grinel. deciſ. 57. ſub nu. 12. verſ. non obſtat*, quia difficilè erit probare hanc contrariam
10 conſuetudinem in iudicio canonizatam, & quatenùs probaretur, non releuaret tamquàm abuſiua, & contraria bonis moribus, nàm data hac libertate ludendi magnam quantitatem pecuniæ ludus licitus euaderet illicitus, etiàm intèr Nobiles, & Diuites, vèl Pauperes indiſtinctè, vt benè reſpondendo huic obiecto proſequitur *Pratus in d. cap. 1. nu. 67. & ſeq.*

In cauſis autèm vulgò *delle ſcommeſſe* dummodo non tractaretur de illis inhoneſtis, & prohibitis à bannimentis generalibus, dedi mandatum prò quacumque ſum-
11 ma conuenta ſecundum diſpoſitionem *Textus in l. ſi rem tibi* 18. *§. ſi quis ſponſiones ff. de praſcript. & latè in puncto Grinel. deciſ. 57. per tot. Thomat. deciſ. 20. nu. 17.*

AR-

ARGVMENTVM.

CONditiones omnes ſunt adimplendæ ad effectum conſequendi legatum. Conditio poſſibilis ab initio ſi mora legatarij euadit impoſſibilis, impedit acquiſitionem legati. Conditio nubendi intrà triennium eſt adimplenda, & quando procedat.

SVMMARIVM.

Conditiones omnes ſunt adimplenda ad effectum conſequendi legatum relictum ſub pluribus conditionibus nu. 1.

Conditio qua ab initio erat poſsibilis, ſi mora legatary euadit impoſsibilis, excludit illum à conſequutione legati nu. 2. & 3.

Conditio nubendi ſi adimpleatur poſt longum tempus, an conſequatur legatum ſub illa conditione relictum nu. 4. & 5.

Voluntas Teſtatoris colligitur ex dictis, vel factis antè, vel poſt teſtamentum ab ipſo Teſtatore nu 6.

Conditio poteſtatiua debet quamprimum adimpleri nu. 7.

Legatum factum Concubina, vt ad meliorem vita frugem redeat, dicitur pium nu. 8.

Quid quando fuiſſet factum legatum ab Amaſio num. 9.

VOTVM XII.

QVidam Nobilis Amaſius deſiderans vt ſua Concubina ad meliorem vitæ frugem rediret ad illius fauorem, ita diſpoſuit — *Item per ragion di Legato, ed in ogn' altro meglior modo laſcio alla Signora Caterina N. N. habitante in Roma Scudi* 5000. *da darſegli in caſo ſi mariti, e leui dal peccato del Mondo, e con conditione, che ſi ſepari da ſuo Padre, e Madre, e non altrimente, ne in altra forma, e tutto ciò ſà, e dice di fare per carità, ed in ſuffraggio dell' anima ſua, e per leuarla, come ſi è detto di ſopra, dal peccato del Mondo.*

At Catherina Legataria laudabilem Teſtatoris voluntatem penitùs negligens non ſe diuiſit à Parentibus, ſed per decem annos in vita luxurioſa, & inhoneſta perſeuerauit. Mortuis deindè Parentibus nupſit, & inſtetit, vt eidem ſupradictum Legatum aſſignaretur, & negatiuè reſpondendum eſſe cenſui.

Nàm quotieſcumque diſpoſitio concepta eſt ſub pluribus conditionibus, vt Le-
1 gatum debeatur, omnium purificatio requiritur *leg. generalitèr C. de inſtit. & ſubſtit Ciriac. controu.* 50. *num.* 47. *Andreol. contr.* 284. *ſub nu.* 6. *Altograd. Iun contr.* 48. *nu.* 58. *& Rot. coràm Celſ. deciſ.* 147. *nu.* 8.

Prima itaque conditio ſe diuidendi à Parentibus, qui forſan filiæ occaſionem peccandi præbebant, nunquam fuit adimpleta; nec aduerſatur quod cum Parentes mortui fuerint, conditio venerit ad caſum impoſſibilem, ideoque habenda ſit prò verificata, vel prò non appoſita. Quia reſpondetur diſtinguendo, quod tunc ſupradicta conditio haberetur prò adimpleta, quando Catherina omnem operam adhibuiſſet prò ſe ſeparando à Parentibus, & non potuiſſet hoc obtinere ob legitima impedimenta ab illis præſtita. Secùs verò quando conditio aliàs poſſibilis euentu mortis euadat impoſſibilis, quia tunc prò defecta habenda eſt, & ſic legataria emolumento carere debet *Tex. clar. in leg. legatum C. de condit. inſert. Duran de condit. cap.*
2 3. *num.* 71. *part.* 2. *Vaſquez contr. lib.* 3. *cap.* 93. *nu.* 1. *in princ.* Tantò magis quia poſt mortem Teſtatoris per plures annos Catherinæ Parentes ſuperuixerunt, vndè ſi illa voluiſſet parere Teſtatoris præcepto, non expectaſſet Parentum mortem. Quapropter ſtante ipſius mora in adimplendo conditionem, quæ deuenit ad actum im-
3 poſſibilem tamquàm defecta legati acquiſitionem excludit. *leg. penult. & ibi gloſ. ff. de cond. & demonſtrat. & ſupponit Actolin. reſolut.* 23. *ſub num.* 13. *verſ. ſequitur concluſio, & benè Ariaſ. de Meſa variar. reſol. lib.* 2. *cap.* 4. *ſub num.* 4.

Nec minùs ſecunda conditio nubendi poteſt dici adimpleta licèt nupſit poſt decem annos à die obitus diſponentis, quia illa debebat adimpleri intrà triennium à morte Teſtatoris, quibus tribus annis tranſactis volens adimplere non ampliùs au-
4 ditur, vti in his terminis firmarunt *Tex. in leg.* 2. *§. ad filiorum ibi Bart. & Ioan. de Platea C. quando, & quibus quæſt. part. debit. lib.* 10. *Iaſon. in leg. conditio C. de inſtit. & ſubſtit. Caſtrenſ. in leg. hac conditio, & ibi Soccin ff. de condit. & demonſtrat. Anton. Corſet. ſingul.* 47. *in verſ. conditio fol.* 306. *Petr. Rauen. ſingul.* 455. *Thob. Non. conſ.* 25. *n.* 5. *Laderch. conſ.* 28. *nu.* 10. *Gabriel. conſ.* 113.

ſub

ſub num. 15. lib. 7. Muta ſuper conſuet. Panorm. cap. 47. num. 95. Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 11. tit. 18. num. 23. Simon. de Pret. interpret. vltim. volunt lib. 4. dubit. 12. num. 65. fogl. 441. Franc. Marc. de Delfin. quæſt. 861. per tot. Mareſcot. variar. lib. 1. cap. 13. num. 12. Gratian. diſcept. 137. num. 9. & ſeq. & diſcept. 254 num. 2. & ſequen. Sabel. variar. cap. 74. num. 8. & 9.

Non obſtat, quod contrarium ſequatur *Rot. coràm Merlino deciſ. 392. n. 18. & ſeq.* quia *Rot.* ibidem hoc incidenrèr, & perfunctoriè tractat; & ideò parùm releuat
5 *Rot. coràm Bich. deciſ. 480. nu. 31.* tùm quia dicta deciſio coràm Merlino non adaptatur noſtræ hypotheſi, dùm loquitur in caſu donationis vniuerſalis, nàm in titulis vniuerſalibus conditio nubendi poteſt quandocumq; adimpleri, ſecùs in caſu ſpecialis legati ob indiuidualem diſpoſitionem legis, vt benè declarant *Gabriel. dicto conſ. 113. ſub num. 16. Gratian. dicta diſcept. 254. num. 18. Sabel. variar. cap. 74. num. 9.*

Et ceſſat omnis difficultas in præſenti, quia adeò fuit remota à voluntate diſpo-
6 nentis tàm longa mora nubendi, vt ipſe priùs, quàm conderet teſtamentum deſtinauerit dictam Catherinam in matrimonium collocare, melius itaque voluntas Amaſij deſumi non poterat, quàm ex ijs, quæ ille dixit, vel fecit antè, vel poſt teſtamentum *Mantic. de coniectur. lib. 3. tit. 1. num. 5. Rot. coràm Caual. deciſ. 49. num. 5. & deciſ. 381. num. 9.*

Tertia demùm conditio reducendi ad meliorem vitæ frugem, adeò fuit neglecta à Catherina, vt per decem annos continuos luxuriæ habenis relictis, inhoneſta vixerit, & tunc ſolum procurauit nubere, & à peccato ſe retrahere, quando forſan creſcente ætate vna cum pulchritudine eidem aduentores deficiebant; & tamèn dubitari non poterat, quod hæc conditio à ſola illius voluntate depende-
7 bat, vndè tamquàm poteſtatiua quamprimum, & ſtatim debebat adimpleri ſub pœna amiſſionis legati *l. hac conditio ſi in capitolium ff. de cond. & demonſtrat. l. ſi ità ſtipulatus eſſem ff. de verbor. obligat. Ruin. conſ. 131. num. 11. lib. 1. Tondut. quaſt. ciuil. cap. 67. nu. 2. lib. 1. Vaſquez contr. lib. 3. cap. 94. num. 7.*

Et tandem non releuat, quod legatum factum Concubinæ vt ad meliorem vitæ
8 frugem redeat, dicatur pium *Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 6. tit. 3. num. 25. Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 115. num. 26. Bertach. meus in tract. de Epiſcop. lib. 4. part. 4. num. 82. verſ. item ſi fiat Meretrici Thom. de priuil. pia cauſ tract. 10. tit. 1. cap. 10. n. 1.* & ideò latiſſimè ſit interpretandum *Tiraquel. de priuil. pia cauſa 37. & ſeq. Cephal. conſ. 349. num. 20. Caſar. de Barz. deciſ. 4. n. 27. Thomaſ. d. tract. tit. 2. cap. 128.* Quia legatum factum Concubinæ, vt ad meliorem vitæ frugem reuertatur, tunc di-
9 ceretur pium, quando eſſet relictum ab vno, qui eam non cognouit, ſecùs ſi ab Amaſio *Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſump. 115. ſub num. 26. Intrigl. ſing. 97. num. 151. lib. 3. Thomaſ. de priuil. pia cauſ. tract. 10. tit. 1. cap. 10. num. 156.* Imò potiùs in præſenti contrà Mulierem rigoroſa eſt capienda interpretatio, dùm illius effrenata libido nulla venia debet defendi *l. legem C. de natur. liber. cum alijs apud Valenſ. conſ. 80. ſub num. 25.*

ARGVMENTVM.

QVando ob non adimplementum ſit locus reſolutioni contractus, ſeù potiùs detur actio prò damno; & intereſſe.

SVMMARIVM.

Arrha inducit perfectionem contractus num. 1.
Non adimplementum non facit contractum reſolutum num. 2.
Limita quando adimplementum eſſet cauſa finalis num. 3.
Purgatio moræ de æquitate canonica quaſi ſemper conceditur num. 4.
Et dependet ab arbitrio Iudicis num. 5.
Taciturnitas remittit moram, iam incurſam num. 6.

VOTVM XIII.

ANtonius Simeonus accepit à Veſpaſiano Daniele arrham ad effectum conficiendi aliqua laboreria ærea, iſtaque conſignandi in menſe Auguſti de anno 1631. conuento prætio ſoluendi iulios tres prò qualibet libra; neglexit Antonius

tonius perficere, & conſignare dicta labo-
reria in præfato menſe Auguſti de anno
1691. ad formam conuentionis, ſed illa
fuerunt finita de anno 1692. & tunc inſte-
tit Antonius coràm me prò relaxatione
mandati ad effectum conſequendi ſolutio-
nem ſuæ mercedis à Veſpaſiano, qui re-
nuebat accipere dicta laboreria, tamquàm
non facta prò tempore conuento, & in-
ſtabat prò reſtitutione arrhæ, & per me
relaxatum fuit mandatum ad fauorem An-
tonij.

Quia in contractibus perfectis non eſt
locus pœnitentiæ, & arrha ex diſpoſi-
tione Statuti Vrbis cap. 112. maximè
quando eſt data prò parte prætij prout in
caſu iſto inducit perfectionem emptionis
1 *Rot. coràm Pamphil. deciſ. 523. num. 10.*

Nec in contractibus nominatis eſt locus
reſolutioni ex defectu adimplementi non
facti in tempore conuento, ſed agendum
2 eſt propter inobſeruantiam ad adimple-
mentum, & intereſſe *l. ea conditione C. de
reſcind. vendit. l. in ciuile C. de rei vendicat.
adden. ad Buratt. deciſ. 640. num. 26. Rot.
coràm Pamphil. deciſ. 523. num. 10. coràm
Gregor. deciſ. 130. nu. 2. & coràm Alex. VIII.
deciſ. 150. num. 5. & ſeq. & in Viterbien. pe-
cuniaria 24. Ianuarij 1687. §. ſecundò fortiùs
coràm b. m. Emerix.*

Non releuat, quod dicta laboreria de-
bebant inſeruire prò vindemia de anno
1691. & ſic tempus adiectum obligationi
dicatur cauſa finalis, vndè intrat limitatio
3 ſupradictæ regulæ nempè, quod non ad-
implementum cauſæ finalis ſit ſufficiens
prò reſoluendo contractu *Card. de Luc. de
emption. diſc. 12. nu. 4. de locat. diſc. 10. ſub
num. 3. Rot. coràm Gregor. deciſ. 130. num. 4.
ibique Adden. in fin.*

Quoniam in nulla parte apocæ legitur
expreſſa iſta cauſa finalis, & dicta vaſa
ærea ſi non inſeruierunt prò vindemia an-
ni 1691. benè poterunt inſeruire prò annis
futuris, & in iſta hypotheſi ſolumodò
Veſpaſianus potuiſſet prætendere damna
paſſa occaſione vindemiæ anni 1691. ob
deficientiam præfatorum inſtrumentorum;
præcipuè quia in apoca non fuit appoſitū
pactum reſolutiuum in quibus terminis lo-
quuntur *Caſtald. conſult. 170. per tot. Spad.
conſ. 260. num. 8. & 14. tom. 2. Rot. coràm
Mellin. deciſ. 248. num. 1. coràm Nunt. deciſ.
43. num. 10.* aliæque auctoritates ab Infor-
mantibus cumulatæ. Vltra quod ſemper
intrat purgatio moræ dè æquitate cano-
nica quoties vel ius Veſpaſiani non fuit
4 factum deteriùs, vel ſi damnum aliquod
eidem illatum fuerit ex tarditate confi-
ciendi laboreria Antonius promptum ſe
exhibuit illud reficere *Rot. in Mediolanen.
bonorum 3. Decembris 1691. coràm Caccia §.
verumtamèn*, tanto magis quia remittitur
arbitrio Iudicis admittere ad purgatio-
5 nem moræ *Rot. in Reatina Tenuta 4. Maij
1693. coràm Priolo §. authoritates.*

Et demùm ceſſat omnis difficultas, quia
Veſpaſianus elapſo tempore conuento
non inſtetit prò reſtitutione, vel duplica-
tione arrhæ, ſed quaſi per biennium ſi-
6 luit, ex iſta enim taciturnitate mora in-
curſa præſumitur remiſſa *Adden. ad Gregor.
deciſ. 148. num. 3. & in recenſ. deciſ. 577.
num. 10. par. 1.*

ARGVMENTVM.

MAndatum ſuſpicionis fugæ poteſt expediri etiam antè diem conuentæ ſolutionis, & ſubſtinetur expeditio facta prò credito non liquido, ſi poſt carcerationem liquidetur.

SVMMARIVM.

Mandatum ſuſpicionis fuga poteſt expediri etiam antè diem conuenta ſolutionis nu. 1.

Subſtinetur mandatum ſuſpicionis fuga prò credito non liquido ſi poſt carcerationem liquidetur num. 2.

Actio poteſt intentari etiam antè diem ſolutionis, ſed repellitur exceptione à Debitore allegan-da, & quando num. 3.

Amplia præſertim, quando adſunt alia pagha maturata num. 4.

Carceratio vigore mandati ſuſpicionis fuga etiam nulla ſubſtinetur ſtante credito claro num. 5.

Prò penſionibus vigore Statuti Vrbis proceditur de plano ſola facti veritate inſpecta num. 6.

Carceratio etiam nulla, & exceſſiua ſubſtinetur prò ſumma debita, quando proceditur ſola facti veritate inſpecta num. 7.

VO-

Digitized by Google

VOTVM XIV.

AVguſtinus Monannus de Menſe Octo-
bris egit prò mandato ſuſpicionis
fugæ prò paghis, quæ erant ſol-
uendæ elapſo menſe Octobris contra Au-
guſtinum Marchionettum, expediuit po-
ſtea mandatum die 15. Nouembris cum
quo carcerare fecit debitorem, qui præ-
tendebat nullitatem ſuæ carcerationis,
aſſerendo Creditorem non potuiſſe contrà
ipſum inſtare prò ſolutione, nèc prò man-
dato ſuſpicionis fugæ prò paghis, adhùc
non maturatis in Menſe Octobris. Fuit hęc
nullitas diſputata coràm R. P. D. Lancet-
ta, & poſtea coràm Illuſtriſs. & Reueren-
diſs. Vrbis Gubernatore, tamquàm Viſi-
tæ Carceratorum Capite, à quibus fuit
1 reſponſum prò validitate carcerationis.
Ratio reſolutionis fuit, quià mandatum
prò aſſecuratione iudicij poteſt expediri
etiàm antè diem conuentæ ſolutionis *l. in
omnibus 41. ff. de iudic. l. quæſitum ff. de pi-
gnor. l. Aquilia 41. ff. ad leg. Aquiliam Pic-
chius de iur. ſiſten. cap. 4 nu. 6. Cancer var.
reſolut. tom. 2. cap. 10. num. 18. Peguer. de-
ciſ. 154. per tot. Nouar. deciſ. 17. num. 1. &
ſeq. Sanfelic. deciſ. 308. num. 9. Rot. coràm
Caual. deciſ. 654. nu. 5. & 6. & coràm Mer-
lin. dec. 387. n. 4. & coràm Coccin. dec. 2216.
num. 10. repetit. poſt Scann. de viſit. carcer.
in appendic. cap. 3. nu. 9. fol. 89.*

Et in fortioribus, quod poſſit carcerari
Debitor, etiamſi creditum non ſit liqui-
2 dum, dummodò poſt carcerationem à
Creditore liquidetur firmauerunt *Cancer.
dicta part. 2. cap 10. nu. 16. Gail. obſer. 44.
num. 8. tom. 2. & Seraph. de priuil. iuramen.
priuil. 7. num. 30. cum ſeq. Fontanel. deciſ.
230 num. 7. & deciſ. 235. num. 11. & 12.
R. P. D. Anſaldus de commer. & Mercatura
diſc. 75. nu. 18. & diſc 77. num. 21. Card.
de Luca de credit. diſc. 113. nu. 5. & 6. Rot.
coràm Coccin. deciſ. 2216. nu. 7. & ſeq.*

Et licèt de tempore factæ citationis de-
bitum non eſſet maturatum, & petitio Mo-
3 nanni exceptione expelli poſſet ad effectũ
impediendæ exactionis intrà totum Men-
sẽ Octobris, tamèn validè fuit facta petitio
ob competentiam actionis per Marchionni
exceptionem non ſublatæ; ità vt elapſo
Menſe Octobris, & maturato credito fieri
potuerit expeditio, & exequutio de Menſe
Nouembris *gloſ. in l. qui hoc anno 42. ff. de
verbor. obligat. Pecch. de iur. ſiſten. cap. 4. n.
6. Surd. deciſ. 151. nu. 6. & nu. 11. & 12.
Sanfelic. deciſ. 307. num. 6. & ſeq. & in
addit. ad afflict. deciſ. 279. nu. 2.* præcipuè
quando erant maturatæ aliæ paghæ an-
4 tecedentes *Pacion. de locat. cap. 37. nu. 34.*

Maximè quià ſubſtinenda venit carce-
ratio etiàm nulla, quando prout hic con-
ſtat de credito liquido, & incontrouertibi-
li, & timetur de fuga. *Fenſon. ad ſtat. Vrb.
cap. 98. n. 34. Neguſan. de pignor. 2. Memb.
3. part. num. 23. in fin. Scannarol. de viſit.
carcer. lib. 2. cap. 2 num. 12. Card. de Luca
de credit. diſc. 113. nu. 16. Put. deciſ. 177.
ſub num. 2. part. 1. Rot. coràm Coccin. deciſ.
2216. num. 21. & in recent. deciſ. 742. nu.
25. part. 4. tom. 3.* tantò magis quia agitur
in materia locationis, in qua ad formam
Statuti Vrbis lib. 1. cap. 88 proceditur de
planè ſola facti veritate inſpecta *Pacion.
6 de locat. cap. 39 num. 27. Rot. deciſ. 335. nu.
4. p. 10. recent.* quo caſu carceratio etiàm
nulla, & exceſſiua ſubſtinetur prò ſumma
debita, vti iudicatum fuiſſe reſtatur. *An-
dreol. contr. 159. num. 4. & per tot.* vbi con-
7 cordantes ad ſatietatem cum multis alijs
apud *Palmam deciſ. 22. nu. 18.*

ARGVMENTVM.

AN, & quando debeatur vſusfru-
ctus Patri in bonis Filij.

SVMMARIVM.

*Patri debetur vſusfructus in bonis relictis Fi-
lijs num. 1.*

*Limita quando fuit prohibitus expreſsè, vel taci-
tè num. 2. & per tot.*

*Clauſula omni meliori modo æquiparatur verbis
pleno iure, & ſine diminutione num 3.*

Coniectura ſunt vnitim conſideranda nu. 4.

*Relicto vſufructu cum verbis nimis generalibus,
intelligitur etiàm legata proprietas nu. 5.*

*Vſusfructus legatus Vxoris ſtantibus Filijs re-
ſtringitur ad alimenta num. 6.*

*Limita ſtantibus verbis pleno iure, & integrè,
& ſine diminutione num. 7.*

VOTVM XV.

CÆcilia Franchina fuit inſtituta à ſuo
Viro in omnibus bonis, in quibus
Pater dictæ Cæciliæ prætendebat

vſumfructum, & introducta lite coràm me,
verbiſque teſtamenti ponderatis, fuit ca-
pta reſolutio fauore præfatæ Cæciliæ.

Et licèt Patri regularitèr debeatur vſuſ-
1 fructus in bonis relictis Filio *l. cum oppor-
tet 6. & in l. finali §. ſi autèm C. de bon. quæ
liber.* tamèn regula limitatur, vèl quando
fuit expreſsè prohibitus, vèl quandò con-
currunt coniecturæ inducentes tacitam
prohibitionem *Berò lib. 2. conſ. 139. nu. 13.
& ſeq. Altograd. lib. 1. conſ. 50. num. 239.
Rot. deciſ. 372. nu. 5. part. 5. tom. 1. & dec.
140. num. 2. & 3. p. 18.*

Fuit namque Cæcilia inſtituta hæres
vniuerſalis cum verbis maximam affe-
ctionem denotantibus, ex qua dilectione
oritur coniectura, vt ab hæreditate ſit re-
2 mouendum onus præſtandi vſusfructus
*Menoch conſ. 1022. num. 5. & 6. & de præ-
ſumption. lib. 4. præſumpt. 194. num. 24. &
Rota deciſ. 140. num. 3. 4. & 5. part. 18.*
quibus accedit, quod Teſtator voluerit, vt
Vxor habetet hæreditatem liberam, &
abſolutam, quæ verba præcipuè quando
non adeſt fideicommiſſum, ne remaneant
inutilia excludunt etiam Patrem ab vſu-
fructu *Roland. lib. 4. conſ. 83. num. 52.
Surd. conſ. 141. num. 23. & conſ. 259.
num. 17. & in puncto dicta deciſ. 140.
num. 7. & ſeq part.* 18. præſertim addita
clauſula omni meliori modo, quæ æqui-
paratur clauſulis *pleno iure, & ſinè diminu-
3 tione*, quæ operantur, vt transferatur pro-
prietas vna cum vſufructu, vti proſequi-
tur dicta *deciſ. 140. nu. 10. 11. & 12. part.
18. recens.* vbi egregiè reſpondetur *ad tex.
in l. rectè dicimus 25. ff. de verbor. ſignificat.*
& contraria opinio poteſt procedere in
caſu, in quo non adeſſent tot verba gemi-
4 nata, quæ vnitim ſunt conſideranda, vti in
his terminis tradiderunt *Beròd. conſ. 139.
num. 18. Gratian. diſcept. 245. num. 5. Rot.
deciſ. 140. num. 17. & 18. part.* 18. & ſimi-
litèr vſufructu legato per verba ampla, &
generalia cenſetur etiàm relicta proprie-
5 tas *Ludouic. deciſ. Peruſ. 6. num. 22. part. 2.
Ciriac. contr. 415. num. 44. in fin. Palma
conſult. 61. num. 34.* & quamuis vſusfru-
ctus relictus Vxori ſtantibus Filijs reſtrin-
6 gatur ad ſola alimenta, nihilominùs hoc
non procederet, quando vſusfructus liber,
& plenus eſſet legatus multi quos refert,
& ſequitur *Altograd. lun controuer. 21. num.*
30. reſtringendo hanc concluſionem in ca-
ſu, in quo particulares circumſtantiæ adeſ-
ſent ad perſuadendum Iudici Teſtatorem
alitèr intellexiſſe ad tradita per *Mazzol.
conſ. 28. per tot. lib. 1. Caſtil. de vſufructu
cap. 30. num. 56. in fin. & Rot. in Romana
hæreditatis de Ruſpolis 21. Aprilis 1690. co-
ràm Emerix §. final.* in qua deciſione verba
plena, & integra, & ſimilia videbantur
potiùs adiecta reſtitutioni dotis, quàm
alijs legatis.

ARGVMENTVM.

Contractus Mulieris, ſeù Minoris
quando ſubſtineatur, etiamſi non
interuenerint in eo conſanguinei pro-
ximiores requiſiti à Statuto.

SVMMARIVM.

*In contractu minoris, vèl Mulieris ſufficit, quod
conſanguinei proximiores fuerint citati nu. 1.*

*Iſtis non interuenientibus Iudex deputat in eorum
locum Curatorem num. 2.*

*Sufficit citatio proximiorum ſolitorum interueni-
re in alijs contractibus, licèt omnibus proxi-
mior eſſes factus maior, de qua maioritate con-
trahens non habebat notitiam num. 3.*

*Quod citati ſint proximiores, probatur ex enun-
ciatiua Notarij licèt citatio originalis non re-
periretur num. 4. & 5.*

*Conſanguineus contra Conſanguineum probat ple-
nè num. 6.*

*Releuationis promiſſio reſultat, quando principa-
lis debitor ſe obligauit clauſulis ampliſſimis
num. 7.*

VOTVM XVI.

FVit deciſum obligationem Iacobi Bel-
lini ſubſtineri, cum fuerint ſeruatæ ſo-
lemnitates Statuti Vrbis *in cap. 151.
lib. 1.* neceſſariæ in contractu minorum
non obſtante, quod non interuenerint pro-
ximiores, quia ſufficit illos fuiſſe citatos
vna die prò alia, cum inſertione qualita-
1 tis obligationis loci, & horæ, in qua con-
tractus eſt perficiendus *Adden. ad Pamphil.
deciſ. 219. ſub num. 16. & 17. Rot. dec. 203.
num. 7. part. 4. tom. 2. recen. & coràm Du-
noz. deciſ. 676. nu. 44. & deciſ. 1002. n. 2.*
& propterea cum dicti proximiores citati
non comparuerint, Iudex deputauit in eo-
rum

Digitized by Google

2 rum deficientiam Curatorem, quod ſuffi-
cit prò ſubſtinendo contractu *Pic. ad Stat.
Vrb. gloſ. 19. num. 16. Rot. coràm Alex. VIII.
deciſ. 182. num. 12. & in Romana Contra-
ctus 28. Iuny 1683. §. nec obſtat, & in Viter-
bien. ſeù Balneoregien. Succeſsionis 21 Iuny
1688. §. non obſtantibus coràm Emerix.*

Nec releuat, quod Franciſcus Saluinus
vti in gradu omnibus alijs proximior iam
factus maior non fuerit citatus; quia obli-
gatio eſt valida, quando extiterint inter-
pellati proximiores ſoliti interuenire alijs
contractibus factis à dicto Iacobo, licèt de
tempore iſtius vltimi contractus præfatus
3 Saluinus non citatus fuiſſet factus maior,
dummodò non probetur contrahentem
habuiſſe ſcientiam, quod ille minor tunc
euaſiſſet iam maior, cum nemo teneatur
diuinare, vti diſputato articulo fuit firma-
tum *in Spoletana Teſtamenti 22. Aprilis
1678. coràm Emerix §. reſpectu verò impreſ-
ſa in deciſ. 195. part. 19. confirmata die 14.
Aprilis 1679. §. minùs coràm Rondanino.*
Quod autem talis citatio, ſeù interpella-
tio præceſſerit, reſultat ex enunciatiua
emiſſa in ipſo Inſtrumento vbi Nota-
rius teſtatur de relatione ſibi facta à pu-
blico Curſore, ad quem ſicuti exequutio,
& relatio citationum ſpectat, ita fides re-
4 lationis ad Notarium pertinebat, vndè
vtrique teſtanti de re, ad eius officium
ſpectante adhibetur plena fides *cap. ad au-
dientiam §. nos igitur ibique DD. de preſcript.
Rot. coràm Seraph. deciſ. 792. num. 3. coràm
Coccin. deciſ. 2304. num. 4. & in recent. de-
ciſ. 111. num. 21. part. 17. & in dicta Spo-
letana Teſtamenti 14. Aprilis 1679. §. quod
autèm coràm Rondanino*, & licèt originalis
ſchedula dictæ citationis hodie non repe-
riatur, tamèn ſufficit adfuiſſe de tempore
Inſtrumenti, itaut illius amiſſio adſcribi
5 debet negligentiæ Notarij *Bald. in Rubric.
C. de fid. inſtrum. nu. 49. Caſtrenſ. conſ. 125.
num. 6. ad med. lib. 2. Rot. coràm Seraph. de-
ciſ. 1115. num 5. coràm Buratto deciſ. 780.
num. 3. & 4. & in dicta Spoletana Teſtamen-
ti 14. Aprilis 1679. §. quod autèm, & §. ſe-
quen. coràm Rondanino*, attenta præſertim
atteſtatione iurata dictorum Conſagui-
neorum, qui in ea aſſeruerunt fuiſſe legi-
6 timè citatos, ſed noluiſſe interuenire, quæ
atteſtatio tamquàm facta à conſanguineis,
contrà alium eorum Conſanguineum ſu-
perlatiuè probat *Farinac. de teſtibus q. 44.
num. 3. & quæſt. 54. num. 79. Maſcard. de
probat. concl. 887. num. 16. & 17. & Rot.
deciſ. 302. num. 12. part. 17. recent.*

Demùm non obſtat, quod ſaltem obli-
gatio Iacobi corruat, cum ad illius fauo-
rem non adſit promiſſio debitoris princi-
7 palis de illum releuando, quià licèt non
legatur expreſsè in inſtrumento promiſſio
idemnitatis, dicitur tamèn facta, dùm de-
bitor principalis aſſumpſit onus ſoluendi
debitum, & fructus cum hypotheca, &
clauſulis ampliſſimis, *Rot. coràm Pamphil.
deciſ. 219. num. 7. & 8.*

ARGVMENTVM.

HAbens ſchedulam vulgò *pagherò*
ſoluendam *à chi preſentarà la me-
deſima* debet conſequi ſatisfactionem,
etiàmſi ille, cui in primo loco fuit
conſignata à ſcribente ſit debitor
ipſius ſcribentis, vèl compareret cre-
ditor anterior illius, cui primo loco
dicta ſchedula fuiſſet conſignata.

SVMMARIVM.

Cedulam, ſeù pagherò *conficiens an valeat oppo-
nere giratario exceptionem ſibi competentem
contra girantem num. 1.*

*Creditor anterior non poteſt impedire ſolutionem
dictæ cedulæ etiamſi probaret illam fuiſſe in
dominio ſui debitoris, & quando nu. 2 & 3.*

*Quæ omnia magis procedunt fauore habentis apo-
cam ſoluibilem* à chi preſenterà *num. 4.*

VOTVM XVII.

CRedidi Geminianum de Canterganis
habentem cedulam vulgò *pagherò à
chi preſenterà &c.* eſſe ſatisfaciendum
de ſumma in ea contenta, etiàmſi Credi-
tor anterior Montisbrugnoli, cui primo
loco fuit conſignata dicta cedula, ſe oppo-
ſuerit prò impedienda ſolutione; Nàm vt
publicum commercium non impediatur
inuentæ fuerunt dictæ cedulæ ſoluendæ
à chi preſenterà abſque expreſſione alicuius
nominis certi, ideoque ille, qui præſentat
dictas cedulas debet conſequi ſatisfactio-
1 nem abſque vlla exceptione, etiamſi di-
ctæ cedulæ extiterint ſub dominio alio-

rum, contra quos compenſatio opponi poſſet, vndè in his terminis procedit recepta propoſitio, quod exceptio, quæ
2 obſtat cedenti, vel giranti non poſſit obſtare ceſſionario, vel giratario, *Card. de Luc. in Supplem. part. 2. tit. de Credit. diſc. 163. ſub num. 2. verſ. vt ſcilicet, & num 4. & 5. & rurſus eadem part. 2. in ſupplem. tit. de camb. d. diſc. 33. num. 7. per tot. R. P. D. Anſaldus de comerc. & mercatur. diſc. 2. n. 38. & 39.* & in ſpecie de eo, qui fecit cedulam, vt dicitur *pagherò*, quod non poſſit impedire ſolutionem giratario quantumuis fuiſſet creditor illius, qui receperat,
3 & reſpectiuè girauerat eamdem cedulam præſertim quando giratarius prout in præſenti habeat titulum onerosum, tradunt *Decian. conſ. 68. lib. 3. Bardellon. conſ. 28. Cancer. var. reſol. part. 1. cap. 22. num. 22.* Quæ omnia ſinè vllo dubio habere debent locum in hac controuerſia, in qua cedula eſt ſoluibilis *à chi preſentarà* abſque expreſſione alicuius certi nominis, dùm iſte modus conficiendi cedulas fuit inuentus ad
4 reddendam ſolutionem faciliorem ne publicum comercium impediretur exceptione compenſationis, ſeù ſimili, quæ competere poſſet Creditoribus girantium dictas cedulas iuxtà firmata in his terminis per *Gennam de ſcript. priuat. tit de apocha manu tertij num. 106. lib. 2.* vbi refert ità fuiſſe decisum, & faciunt tradita per *Rot. in Bononien. litterarũ cambij 19. Iunij 1690. §. multoque minus coram Reuerendiſs. Vrſino Decano.*

ARGVMENTVM.

Solutio conuenta in tranſactione non poteſt retardari ſub prætextu exceptionis turbidæ, & donèc non fuerit declarata nulla tranſactio per tres conformes, & probationes contrà tranſactionem ſunt admittendæ non retardata tamèn ſolutione.

SVMMARIVM.

Tranſactio facta ſub falſo ſuppoſito, & cauſa eſt nulla num. 1.

Tranſactionis effectus non retardatur exceptionibus turbidis num. 2.

Donec probetur prætenſa nullitas tranſactionis non eſt retardanda ſolutio num. 3.

Tranſactio debet remanere in ſuo robore donèc fuerit declarata nulla per tres ſententias conformes num. 4.

Limita quando nullitàs appareret ex ventre ipſius tranſactionis num. 5.

Exceptio erroris, & falſa cauſa retardat executionem inſtrumenti tranſactionis, & quando num. 6.

Conſtitutio Iuſtiniana dat terminum 20. dierum ad probandam exceptionem releuantem nu. 7.

VOTVM XVIII.

Fauore Angelæ de Cappis cenſui eſſe exequendũ Inſtrumentũ tranſactionis. Etenim admittebam eſſe nullam tranſactionem factam ſub falſa cauſa, & erroneo prætextu *Valeron. de tranſact. tit. 6. q. 3. num. 1. Vrceol eodem tract. q. 96. num. 2. & 3. Rot. coram Bich. deciſ. 192. num. 4. coràm Merlin. deciſ. 134. & 603. vtrobique num. 1. & deciſ. 601. nu. 22. & in recent. deciſ. 226. num. 9. part. 16.* Sed quia prætenſa falſa cauſa erat probanda per teſtes, mihi viſum fuit interim non poſſe retardari ſolutio conuenta in tranſactione, quæ non
2 admittit exceptiones turbidas *leg. ſub prætextu, & leg. tranſact. 30. C. de tranſact. Vrceol. de tranſact. quaſt. 68. num. 1. 7. & per tot. quaſt. 69. & per tot. Rot. deciſ. 91. num. 1. par. 18. recent.*

Nec impugnaui, quin ſuis loco, & tempore ſeruatis ſeruandis poſſit fieri probatio falſitatis cauſæ aſſertæ, ſed ſolùm dixi
3 talem probationem minimè admittendam eſſe ad impediendum tranſactionis effectũs agitur enim de annullando actu medianti-bus probationibus faciendis, & miniſterio Iudicis, quo caſu cum actus etiam pendente iudicio nullitatis ſit in implicito ſtatu validitatis, ſequitur vt donèc ille per tres
4 ſententias conformes nõ fuerit declaratus nullus, illius exequutio nullatenus impediri poſſit *Vrceol. de tranſact. cap. 68. num. 3. & ſeq. & 21. & cap. 91. num. 8. & Rot. deciſ. 473. num. 1. part. 14. & deciſ. 26. nu. 11.*
5 *part. 15.* ſecus verò ſi ageretur de actu nullo ex iuris vel ſtatuti diſpoſitione abſque Iudicis miniſterio, & nullitas appareret ex ventre inſtrumenti prout firmat *Rota deciſ. 350. num. 5. & ſeq. part. 19.*

Non aduerſante quod exceptio erroris, & falſæ cauſæ ſuſpendat etiam executio-
6 nem inſtrumenti tranſactionis *Rot. coràm Bich.*

Digitized by Google

Rich. deciſ. 192. *num.* 1. *& per tot. & deciſ.* 333. *num.* 15. quoniam obiectum procedere poteſt, quando error, & falſa cauſa eſſet iam probata, nam in hac hypotheſi eſſet retardanda executio inſtrumenti tranſactionis, ſecus vero in præſenti quia probationes adhuc non ſunt factæ.

Et demum non releuat *Conſtitutio Iuſti-*
7 *niana rubric.* 14. *num.* 40. per quam admittitur probatio exceptionũ releuantium facienda intra ſpatium 20. dierum; quoniã in hac cauſa terminus à Conſtitutione aſſignatus iam fuit elapſus, & ideò credidi non eſſe amplius protrahendam expeditionem huius cauſæ cum Reus conuentus ſi velit poterit examinare teſtes non retardata tamen ſolutione.

ARGVMENTVM.

Soluens pecuniam prò dote ſubingreditur in iura anteriora abſque vlla ceſſione.

SVMMARIVM.

Soluens pecuniam Mulieri prò ſua dote ſubingreditur in illius iura num. 1.
Amplia etiam abſque ceſſione num. 2.

VOTVM XIX.

PRò dotanda filia Camillus de Vrghis de anno 1685. vendidit Martino de Ortis apothecam ad vſum Furni prò libris trium mille monetæ Bononiæ, in cuius contractus adimplemento contra apparet cõfeſſio Mariti de receptione dictarum librarum 3000. & quod illæ prouenerint, ac ſibi ſolutæ fuerint cum pecunijs præfati Martini; ſed quia ex inſtrumento emptionis non conſtat emptorem feciſſe pactum de ſubintrando in iura filiæ venditoris cũ ſuis pecunijs dotatæ, & in actu emptio-
1 nis exburſatis, nec minùs dictum Emptorem reportaſſe aliquam ceſſionem iurium, fuit diſputatum corãm me, an dicto Martino ad effectũ agendi contra tertios poſſeſſores bonorum venditoris competeret eadem anterioritas, quæ filiæ venditoris prò ſua dote conſequenda competebat, dùm apotheca ab ipſo empta iam fuerat euicta ab alijs creditoribus anterioribus; & capta fuit reſolutio fauore Martini eo fundamento, quod cum Mulier fuerit ſatisfacta à præfato Martino, iſte habere debeat omnes actiones, & iura, quæ competebant Mulieri *Eugen. conſ.* 54. *num.* 3. *& ſeq. Theſaur. quæſt.* 84. *num.* 8. *&* 12. *Coſt. de remed. ſubſid. remed.* 6. *num.* 9. *Menoch. præſumpt.* 190. *num.* 20. *lib.* 4.

Non releuante, quod ſupradicta concluſio procederet, quando adeſſet ceſſio iurium, quia ſoluenti ex cauſa priuilegiata dotis competit ſubingreſſio in iura do-
2 tatæ, ex ſpeciali priuilegio abſque vlla ceſſione *Rot. deciſ.* 1681. *corãm Coccino n.* 4. *& late in Bononien. pradij* 9. *Iunij* 1690. §. *etenim corãm Reuerendiſs. Vrſino Decano.*

ARGVMENTVM.

DElictum factum in Eccleſia poteſt puniri tàm à Iudice Laico, quàm ab Eccleſiaſtico, & in iſto caſu eſt locus preuentioni. Delinquentes in Eccleſia quando gaudeant immunitate.

SVMMARIVM.

Delinquens in Eccleſiã non gaudet immunitate num. 1.
Delinquens in Eccleſia poteſt puniri in foro Laico, & Eccleſiaſtico, & eſt locus præuentioni nu. 2.
Præuentio non acquiritur ex actu nullo num. 3.
Delinquentes in Eccleſia quando ammittant immunitatem num 4.
Derubantes Pixides Sacras cum Particulis conſecratis debent puniri à Miniſtris S. Officij n. 5.
Declaratio eſt facienda à Iudice Eccleſiaſtico cum proceſſu ab eo fabricato, an quis gaudere debeat immunitate Eccleſiaſtica num. 6.

VOTVM XX.

PRima facie videbatur reſpondendum cauſam ſacrilegi furti Pixidis à Tabernaculo ablatæ ſpectare ad Iudices Seculares, cum iam præuia captura preuenerint per *clar. text. in cap. cum ſit generale de for. competen.* ac etiam prima facie videbatur affirmandum, Buttinum furem dictæ Pixidis à Curia Laica ab Eccleſia extractum non eſſe reſtituendum Eccleſiæ, cum communitèr receptum ſit delinquentem in
1 Eccleſia non gaudere immunitate *text. & Canoniſtæ in cap. final. de Immunit.* fortiùs quia

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

quia in hoc crimine, tàm ſacrilego delinquenti non eſſe iuuandum immunitate firmatur in *can. nullus Clericorum §. ſi quis Clericus in can. frater 17. q. 4.*

His tamèn non obſtantibus crederem in ſenſu veritatis cauſam, de qua agitur ſpectare ad forum Eccleſiaſticum, & furem eſſe Eccleſiæ reſtituendum.

Nam non impugno, quod Malefactores in Eccleſijs in vtroq; foro poſſint con-
2 ueniri ad formam *tex. litteralis in cap. cùm ſit generale de for. competent.* ſed ſolum af-
firmo in præſenti hypotheſi deficere pre-
uentionem, quæ elici nequit ex actu nul-
lo, & illicito capturæ, & extractionis ab
3 Eccleſia factæ à Iudicibus ſecularibus, vti
relictis generalibus in puncto firmatur per
Pignatel. tom. 9. conſult. 17. ſub nu. 9.

Nec releuat quod delinquentes in Ec-
cleſia, & præſertim ſacrilegi immunitate
Eccleſiaſtica non gaudeant, quoniam hæc
4 concluſio forſan apud Canoniſtas, & Do-
ctores olim erat communior. Sed poſt
Conſtitutionem Gregorianam contraria
præualuit opinio ea ratione, quod caſus
noſter non eſt exceptus in dicta Conſtitu-
tione Gregoriana, in qua declaratum fuit,
eos non gaudere immunitate, qui in Ec-
cleſijs occidunt, vèl mutilant, vndè cum
in pœnalibus non ſit facienda extenſio,
exceptis delictis homicidij, vèl mutilatio-
nis in Eccleſijs commiſſis, non amittitur
immunitas ob alia crimina in Eccleſia pa-
trata, etiamſi ageretur, proùt in præſenti
de furtis ſacrilegis, & prò hac opinione,
ne tedio afficerem, valdè numeroſam col-
luuiem Doctorum allegare prætermitto,
qui ferè omnes referuntur à *Pac. Iordan. elucubration tom. 2. lib. 11. tit. 3. de immunit. Eccleſiaſt. num. 338. Pignatel. tom. 9. conſult. 17. per tot. num. 8. Ventrigl. in prax. Eccleſ. tom. 2. annotat. 23. §. 1. num. 9. Carthar. deciſ. 46. per tot. & ſignantèr num. 60. & Panimol. deciſ. 87. num. 2. à quibus etiam allegantur plura Decreta Sac. Congregationis Immunitatis.*

Nec hic relinquendum videtur, quod in caſu ſimili huic noſtræ controuerſiæ Miniſtri Regij Mediolani cognouerint iſtam veritatem, & iuriſdictioni Eccleſiaſticæ acquieuerint proùt late narratur à *Carthar. in dicta deciſ. 46. ſub num. 87. verſ. quamuis autèm.*

Imo in hac cauſa procedere etiam de-
bet Tribunal S. Offitij priuatiue, cum fu-
5 res Sacrarum pixidum cum particulis con-
ſecratis ſint ſuſpecti de fide ad formam
Conſtitutionis Sa. Me. Innocentij XI. pu-
blicatæ, & ampliatæ à S. M. Alex. VIII.
ſub die 8. Ianuar 1691. impreſſę in adiunc.
ad Sac. Arſenal fol. 407. Et in caſu quod
dictum Tribunal S. Offitij nequiret proce-
dere, certum erit, quod Reuerendiſs. Epi-
ſcopus deberet ſuæ Eccleſiæ iura vindica-
re ſubſtinendo inhibitionem, ac etiam pe-
tendo à laica Curia, vt extractus Eccle-
ſiæ reſtituatur tàm ex rationibus ſupradi-
6 ctis, quàm etiàm ex principio paſſim re-
cepto, quod Reus in caſibus quamuis ex-
ceptis in Bulla Gregoriana non ſit extra-
hendus ab Eccleſia, niſi præuia declara-
tione facienda à Iudice Eccleſiaſtico, &
quidem cum proceſſu facto in ipſa Curia
Eccleſiaſtica, de qua materia latè *Panimol. deciſ. 84. num. 17. & apud Ventrigl. prax. Eccleſ. tom. 2. annotat.* 23. §. 1. *nu.* 57. facta autem reintegratione Eccleſiæ præuia reſtitutione erit onus Reuerendiſsimi Epiſcopi extrahendi reum, & debitis pœnis illum puniendi vtendo facultate dictæ Conſtitutionis S. M. Innoc. XI.

ARGVMENTVM.

APpellatio non admittitur antè decretum difinitiuum, vèl vim difinitiui habens in cauſis tàm ciuilibus, quam criminalibus agitatis in foro Epiſcopali in prima inſtantia.

SVMMARIVM.

Epiſcopus non tenetur tranſmittere acta antè decretum difinitiuum, vèl habens vim difinitiui etiam ſub pretextu quod Archiepiſcopus vellet recognoſcere, an adſit grauamèn prò admittenda appellatione num. 1. & per tot.

Citatio ad comparendum ſub pœna carcerationis non eſt ſufficiens prò appellatione obtinenda num. 2.

Non datur appellatio in materia ſimplicis carcerationis, niſi quando carteratio eſſet longa, & data ad pœnam num. 3.

Epiſcopus poteſt procedere in cauſa ſtupri, etiamſi de eo fuiſſet accuſatus laicus, quando adſunt inditia contrà Clericum num. 4.

Seruus non poteſt accuſare ſuum Dominum nu. 5.

VOTVM XXI.

SAcerdos Ioſeph Didacus Lopez inquiſitus in Curia Epiſcopali Gallipolitana de ſtupro, & concubinatu cum quadam puella Turca, quàm à teneris annis prætio emptam in Fide Catholica educauerat, prætendens ſe grauatum ex quadam citatione, ſeù mandato ad perſonalitèr informandum contrà ipſum exequuto, appellationem interpoſuit ad Curiam Metropolitanam Hidruntinam, quæ tamèn nihil interloquendo ſuper illius admiſſione demandauit ſimplicem transmiſſionem actorum ad effectum prouidendi prout de iure.

Verùm renuentibus Officialibus Curiæ Epiſcopalis acta transmittere eo ſub fundamento, quod in cauſis primæ inſtantiæ antè difinitiuam non valeat Curia Superior, in aliquo ſe ingerere ad normã *S. Conc. Trid cap. 1. ſeſſ. 13. §. finali, & cap. 20. ſeſſ. 24. de reformat.* multoquè minùs in criminalibus, ne fiſci probationes per actorum transmiſſionem pandantur Reis antequàm conſtituantur; & è conuerſo inſiſtentibus Miniſtris Curiæ Archiepiſcopalis, quod ſimplex transmiſſio actorum tamquàm ordinata ad effectum inſpiciendi, an adſit necnè allegatum grauamen refricari non valeat ab Epiſcopo iuxtà ſancita in generali Decreto Sacræ Congregationis Epiſcoporum, & Regularium impreſſo apud *Quarantam in ſum. bullar. verb. Archiepiſcopi auctoritas §. ſi appellans, & §. cum à grauamine fol. mihi 71.* Hinc ob dictam contumaciam in non parendo, ac ob aſſertas iniurias Curſori illatas proceſſum fuit ad fulminationem cenſurarum contrà Cancellarium Epiſcopalem, quo tamèn cum reincidentia abſoluto, & inſtante ſupradicto Lopez declarari Epiſcopum teneri in
1 hac cauſa acta transmittere ad Metropolitanum proponitur hodiè reſoluendum.

Primò an Epiſcopus in hac cauſa teneatur acta transmittere ad Metropolitanum.

Et ſecundò an cenſuræ latæ contrà Cancellarium Epiſcopalem ſubſtineantur.

Sac. Congregatio Concilij 26. Ianuarij 1697. reſpondit negatiuè ad vtrumque, & ampliùs.

Nam ex diſpoſitione conciliari apparet Epiſcopum non teneri, nec acta transmittere, nèc inhibitionem appellationis attendere in cauſis primæ inſtantiæ antè Decretum difinitiuum, vel habens vim di-
2 finitiui. In caſu de quo agitur, aderat ſolùm mandatum, ſeù citatio ad comparendum ſub pœna carcerationis; iſte enim actus citatorius vti ſimplex præparatorius non inducit aliquod grauamen.

Nec aduerſatur quod citatio in caſu non comparitionis continebat pœnam carcerationis, & ſic aderat grauamen, præcipuè quià datur magnus fumus, quod Epiſcopus iam dediſſet ordinem carcerationis, cum per Ciuitatem apparuerint Birruarij, & Reus aufugerit in Eccleſiam.

Quoniam vigore dictæ citationis non poterat deuenire Epiſcopus ad pœnam carcerationis ob transgreſſionem præcepti, niſi præuio nouo Decreto; & ſic ſemper regreditur ad primum principium, quod iſta citatio ſit ſimplex actus præparatorius iudicij; tùm quià malè ſcribunt illi, qui firmant dari appellationem indiſtinctè ab omni carceratione, cum mens Sacri Concilij fuerit, vt omnes cauſæ tam ciuiles, quam criminales in prima inſtantia ſint faciendæ à proprio Epiſcopo, in quibus pernecesse eſt deueniendum ad carcerationem tàm Rei, quàm Teſtium in faciendo proceſſu, prout experientia docet.
3 Nàm quando Epiſcopus ordinat prò pœna vt Reus detineatur in carceribus per annum, & quid ſimile, tunc datur appellatio, at ſecùs in carceratione ſimplicitèr facta vèl prò aſſecuratione Rei, vèl prò examine teſtium, in iſta enim hypotheſi non eſt admittenda appellatio, vti diſtinguendo tradit *Scac. de appellat. quæſt. 13. num. 148.* & ita ſunt intelligendi *Adden. ad Sanfelic. deciſ. 404. obſeruat. 17. & alij relati per Ventrigl. prax. Eccleſ. tom. 1. annot. 8. §. 1. num. 8.*

Nec releuat quod Epiſcopus non poterat procedere in hac cauſa, ſtante quod in Curia Seculari prò prætenſo ſtupro fuerit alius laicus accuſatus à ſtuprata, quaſi ex hoc ſolum reſultet grauamen appellabile. Quia vti ſuprà fuit ponderatum, antè decretum difinitiuum, vèl habens vim difinitiui, non licet appellare in prima inſtantia; tùm quià nullibi eſt cau-
4 tum, vt cauſa incepta criminalitèr contrà laicum ſuppoſitum Reum, non poſſit denuò inchoari à Iudice Eccleſiaſtico, quando

do adſint inditia, quod delictum fuerit patratum à Clerico, proùt ſuccedit in præſenti.

Et eiuſdem irreleuantiæ mihi videtur, quod grauamen cõſiſtat etiam in eo, quod
5 famula, ſeù mancipia non potuerit accuſare ſuum dominum iuxtà *tex. in l. ſi quis C. de hjs, qui accuſari non poſſunt*; quia diſpoſitio dicti textus non procedit in famulo, qui proſequitur ſuam, vel ſuorum iniuriam, vti egregiè explicat *Salicet. in dicta leg. ſi quis num. 5.*

ARGVMENTVM.

Viduæ facta interpellatione debentur fructus tàm dotis, quàm donationis propter nuptias, & quando prò rata dotis ſolutæ.

SVMMARIVM.

Fructus tam dotis, quàm donationis proptèr nuptias debentur poſt interpellationem num. 1. & 2.

Amplia tàm in dote ſoluta, quàm promiſſa num. 3.

Et quando debeantur ſolùm prò rata dotis ſolutæ num. 4.

Interpellatio quomodo ſit facienda num. 5.

VOTVM XXII.

AD inſtantiam Franciſcæ Milleſinæ relaxaui Mandatum tàm prò fructibus ſuæ dotis, quàm etiam donationis proptèr nuptias à die iudicialis interpellationis; nulla enim difficultas cadere
1 poterat circa fructus dotis ſtante clara diſpoſitione Statuti Vrbis *cap. 137. lib. 1. & tradunt Gregor. deciſ. 269. Pamph. deciſ. 24. num. 1. ibiq; Adden. ſub num. 7.* & licet olim eſſet maxima controuerſia inter Doctores quoad fructus donationis proptèr nuptias, tamèn hodiè communitèr admittitur opinio affirmatiua *Marc. Salon. de Pac. conſ. 4. n. 28. Theſaur. deciſ. 45. Fenzon. ad Stat. Vrbis cap. 131. num. 37. Rot. coràm Pamphil. deciſ. 24. num 2. ibiq; Adden. num. 9.* & in terminis fructuum lucris dotalis in *deciſ. 366. num. 18. & ſeq. part. 16. recent.* ratio autèm eſt euidens quia donatio proptèr nuptias æquiparatur doti *auth. dos data C. de donat. auth. nuptias, auth. æqualitas C. de pactis conuent.* & hæc opinio quod debeantur fru-
3 ctus donationis proptèr nuptias à die interpellationis procedit, ſiuè dos ſit effectiuè ſoluta, vel fuerit tantum promiſſa *Andreol. contr. 126. num. 19. & ſeq. Rot. poſt Fenzon. deciſ. 72. verſ. non obſtant illa verba Statuti Gregor. deciſ. 5. n. 3. & 4. deciſ. 21. n. 1. Adden. ad Buratt. deciſ. 432. nu. 11. Adden. ad Pamphil. deciſ. 24. ſub nu. 8.* non aduerſante, quod etiam in dote promiſſa,
4 & non ſoluta non debeatur lucrum, ſeù augumentum, niſi prò rata ſolutæ dotis, *Card. de Luca de dote diſc. 128. ſub num. 7. & nu. 13. Fenzon. ad Stat. Vrbis lib 1. cap. 131. num. 27. & ſeq. Adden. ad Buratt. deciſ. 432. num. 11. in fin. & in recent. deciſ. 117. nu. 6. part. 8. & in Romana Pecuniaria 27. Iunij 1689. coràm Vrſino §. minus autem*, quoniam dictæ authoritates procedunt in caſu dotis promiſſæ, & quæ exigi nõ poterat ob deficientiam bonorum ſecus autem in præſenti, in quo aderant bona patris ſufficientia ad ſoluendam dotem promiſſam, & ſic loquitur *Rota in dicta Romana*, in qua agebatur de promiſſore quaſi decocto, vndè eidem Vir cum alijs Creditoribus conceſſerat dilationem quinquennalẽ ad euitanda maiora præiudicia; nec aduerſatur in caſu, de quo agitur non adeſſe interpellationem, quia cum in iure non habeatur certus modus interpellandi, & cum interpellatio nil aliud ſit, quàm actus, cum
5 quo debitor monetur, vt ſoluat, ſequitur interpellationem non deficere, cum Franciſca iudicialitèr pluries inſtetit prò conſecutione mandati, tàm prò dote, quàm prò fructibus *Rot. coràm Alex. VIII. dec. 237. num. 3. & ſeq. & deciſ. 194. num. 1. & ſeq. par. 18. recent. cum alijs in Romana dotis ſuper integra reſtitutione quoad reſeruata 28. Aprilis 1690. coràm Hernaunlt. §. etenim.*

ARGVMENTVM.

Emptor retinens rem, & pretium tenetur ad fructus recompenſatinos, & quando debeantur ad rationem conuentionis.

SVMMARIVM.

Emptor tenetur ad fructus recompenſatiuos prò rata pretij non ſoluti num. 1.

Am-

*Amplia etiàm ſtante dilatione ad ſoluendum pre-
tium num. 2. 3. 4.*
*Amplia etiam ſi emptori fuiſſent illatæ moleſtiæ
num. 5. & 6.*
*Amplia vt debeantur fructus iuxtà taxam con-
uentam num. 7.*

VOTVM XXIII.

DOminicus Coronarius debet ſolue-
re fructus domus ab ipſo emptæ
prò rata pretij non ſoluti Bernar-
1 dino de Verulis venditori ex æquitate *leg.
curabit C. de action. empt. Rot. coràm Pamph.
deciſ. 52. num. 1. & ſeq coràm Zarat. deciſ.
103. nu 33. coràm Coccin deciſ. 275. nu. 5.
& deciſ. 1084. num. 1. & in Fulginaten. Pecu-
niaria 10. Decembris 1691. coràm Manuel.
§. nulla*; & in ſpecie Emptorem eſſe obli-
gatum ſolùm prò rata pretij non ſoluti
tradunt *Adden. ad Pamph. dicta deciſ. 52. ſub
nu. 11. verſ. quod ſi ſoluta, & Rot. deciſ. 160.
num. 10. part. 10. recent. coràm Manzaned.
deciſ. 500. num. 2.*

Nec releuat quod Emptori fuerit data
2 dilatio ad ſoluendum pretium per trien-
nium, qua dilatione pendente non deberi
fructus recompenſatiuos, probauerunt
*Honde. conſ. 31. num. 28. lib. 1. Gratian. di-
ſcept. 911. num. 17. Rot. coràm Coccin. deciſ.
1046. num 1 & deciſ. 1084. num. 1. & in
recent. deciſ. 13. num. 24. & 25. par. 5.*

Quoniàm regula non procedit ſtante
conuentione expreſſa, quod fructus re-
compenſatiui debeantur etiàm non ob-
3 ſtante dilatione, proùt colligitur ex ver-
bis inſtrumenti *Rot. coràm Pamph. deciſ. 52.
num. 1. 2. & 3. ibi Adden. ſub num. 11. verſ.
alia intelligentia, & coràm Duran. deciſ. 34.
nu. 10.* & in ſpecie, quod debeantur fru-
ctus non obſtante pacto, quod Emptor te-
neretur ſoluere pretium ad beneplacitum
Venditoris, qui numquàm inſtetit, fuit
firmatum in *Fulginaten. Pecuniaria 10. De-
cembris 1691. coràm Manuel. §. nulla*; ratio
4 enim eſt euidens, quia in iſta hypotheſi
fructus recompenſatiui debentur potiùs
ex quadam æquitate, quàm ratione moræ
*Rot. coràm Pamph. deciſ. 52. num. 5. Adden.
ad Gregor. deciſ. 297. num. 12. cum alijs cu-
mulatis in dicta Fulginaten. Pecuniaria 10.
Decembris 1691. §. nulla coràm Manuel.*

Minùs obſtat, quod Emptori fuerint il-
latæ moleſtiæ ſuper dicta domo, quibus
5 pendentibus non poteſt dici, quod Emptor
fuerit in culpa ſi non ſoluerit pretium, &
per conſequens ſit firmandum illum non
teneri ad fructus recompenſatiuos.

Quia obiectum procederet, ſi Emptori
fuiſſet interim diminutus vſus domus em-
ptæ, at ſecùs in præſenti, in quo non ob-
ſtantibus moleſtijs ſemper Emptor conti-
6 nuauit frui dicta domu, vndè non poteſt
excuſari à ſolutione fructuum, vti in pun-
cto firmatur à *Rota coràm Pamphil. deciſ. 52.
num. 4. & 5.*

Tandem non obſtat, quod antè expe-
ditionem mandati erant liquidandæ pen-
ſiones ex dicta domu perceptæ, cum em-
ptor teneatur ad fructus compenſatiuos
ad menſuram fructuum perceptorum *Gra-
tian. diſcept. 716. num. 2. Rot. deciſ. 424. per
tot. par. 4. tom. 2. recent.* quia concluſio præ-
dicta limitatur, quando fuerunt conuenti
fructus in certa quantitate, quo caſu eſſet
onus emptoris probandi, quod ex dicta
domo fuerint percepti fructus non corre-
ſpondentes quantitati conuentæ *Neguſan.
de pignor. part. 3. membr 2. num. 19. circa
finem, & in puncto Rota in Piſauren. Pecu-
niaria 23. Nouembris 1691. coràm Beninca-
ſa §. non ſuffragante, & §. quoniam.*

ARGVMENTVM.

HÆres non eſt vexandus in bonis proprijs, quando adiuerit hæreditatem cum beneficio legis, & inuentarij, & quando iſtud dicatur legitimè factum.

SVMMARIVM.

*Hæres cum beneficio legis, & inuentarij non te-
netur de proprio num. 1.*
Præſertim reddita ratione num. 2.
*Subſcriptio in inuentario quando ſit neceſſaria
num. 3.*
*Omiſſio rerum quando vitiat inuentarium nu. 4.
& 5.*
Fraus non præſumitur num. 6.
*Reſeruatio addendi, & minuendi, quid operetur
in inuentario num. 7.*
*Citari debent Creditores, & Legatarij in confe-
ctione inuentarij num. 8.*
Citatio an ſit reiteranda num. 9.

Digitized by Google

VOTVM XXIV.

FRanciſcus Pucciarellus debet gaudere
beneficio legis, & inuentarij cum ap-
pareat iſtud fuiſſe factum cum requi-
ſitis omnibus, de quibus *DD. in leg. final.*
§. cum igitur C. de iur. deliberan. ideoque il-
lius bona propria nō ſunt vexanda a Cre-
1 ditoribus hæreditarijs *l final. §. & ſi præ-*
fatam C. de iur. deliberan. Conciol. de hærede
articul. 1. num. 305. Rot. deciſ. 303. num. 21.
part. 13. & deciſ. 272. num. 1. part. 14. præ-
cipuè quia Franciſcus de omnibus bonis
hæreditarijs exactam rationem reddide-
2 rit, ſinè qua inuentarium eidem non ſuf-
fragaſſet *Rot. in Romana cenſus 14. Aprilis*
1690. §. validitas coràm Vrſino confirmata
die 3. Iulij 1690. §. 1. coràm eodem, & in
Romana primogenituræ de Maximis 4. De-
cembris 1690. § ſimili modo coràm Manuel.

Et ad excludendum Franciſcum à bene-
ficio legis, & inuentarij perperam allega-
3 tur deficientia ſubſcriptionis in dicto in-
uentario, dùm illa non eſt neceſſaria, ſi
inuentarium efficiatur coràm Iudice, vel
ſi fuerit factum per Notarium prout in
præſenti quia rogitus æquiualet ſubſcri-
ptioni *Rot. coràm Pamph. deciſ. 75. n. 5. ibi-*
que Adden. ſub num. 3. verſic. limitatur primo,
& in recent. deciſ. 331. n. 16. & 17. par. 5.

Minùs releuat, quod Franciſcus omiſe-
rit deſcribere in inuentario tres tabulas
pictas eximij valoris, & per conſequens
ſit priuandus beneficio legis, & inuenta-
4 rij *Rot deciſ. 149. n. 23 & ſeq. par. 9. & coràm*
Card. Cerro deciſ. 162. n. 4. cum alijs congeſtis
in Romana fideicommiſsi 4. Februarij 1689.
coràm Emerix §. nec defectum.

Quia forſan eſt cōmunis opinio, quod
ſtante omiſſione, etiàm doloſa hæres non
poſſit condemnari niſi ad dupplum, quod
valeat res omiſſa in deſcriptione *Ridolph.*
5 *in prax. part. 1. cap. 9. num. 71. & ſequen.*
Peregrin. de fideicom. artic. 3. num. 81. An-
dreol. contr. 106. nu. 2. Rot. deciſ. 466. nu. 29.
part. 9. & deciſ. 343. num. 38. & ſeq. par. 12.
recent. & ceſſat in præſenti omnis difficul-
tas, dum ad effectum vitiandi inuentarium
requireretur, quod omiſſio fuiſſet facta
dolo, & fraudè, qua ceſſante non exclu-
ditur hæres à beneficio legis, & inuenta-
rij *Gratian. diſcept. 532. num. 27. Rot. coràm*
Pamphil. deciſ. 75. num. 6. ibiq; Adden. ſub
num. 7. verſ. procedit tamen, & in recent.
deciſ. 406. nu. 10. & ſeq. par. 9. & deciſ. 143.
num. 3. part. 12. & deciſ. 48. num. 10. par. 15.
attenta præſertim bona fama Franciſci in
Sacerdotali dignitate conſtituti, ac etiàm
quod dictæ tabulæ pictæ de tempore facti
inuentarij non reperiebantur in domu Te-
ſtatoris, qui dum viuebat illas mutuauit
Pellegrino ad effectum eaſdem copiandi,
6 cum in hac materia dolus non præſuma-
tur, & ab allegante ſit concludentèr pro-
bandus *ad text. in leg. final. §. licentia C. de*
iur. deliberan. Hond. conſ. 53. num. 15. & 33.
libi 1. Criuel. dec. dolan. 143. num. 12. Surd.
deciſ. 222. num. 11. & ſeq. deciſ. 33. num. 1.
& 2. part. 12. recent. tantò magis quia in
dicto inuentario legitur reſeruatio adden-
7 di, & minuendi, quæ à practicis apponi
ſolet ad euitandam faciliùs doli præſum-
ptionem *Hodier. ad Surd. deciſ. 222. num. 1.*
& ſeq. Capic. Latr. deciſ. 129. num. 8. Rot. co-
ràm Gregor. deciſ. 69. num. 41. & in ſpecie,
quod in ſimilibus terminis poſſit hæres
quandocumque vti facultate reſeruata, &
bona omiſſa adnotare firmauit *Rot. in deciſ.*
48. *num. 9. part. 15 recent.*

Quoad citationem Creditorum, & le-
gatariorum, etiam abſentium, dùm re-
periantur in Ciuitate ſubiecta eidem Prin-
cipi, requiſitam in inuentarij confectione
à *l. final. §. ſin autem C de iur. deliberan. Rot.*
coràm Bich. deciſ. 469. num. 4. & 5. ſolùm
opponebatur fuiſſe vnicam, & in princi-
pio, ſed huic obiecto fuit reſponſum quod
Romę iuxtà reformationem S. M Pauli V.
illa citatio licèt vnica ſit ſufficiens, nec
requiratur vlterior citatio, vel noua inti-
matio in proſecutione inuentarij infrà 60.
dies præfixos in dicta reformatione *Ri-*
dolph. in prax par. 1. cap 9. num. 143. Adden.
ad Pamphil. deciſ. 75. ſub nu. 7. verſ. tamèn,
in Vrbe, ac etiam vnicam citationem de iu-
re ſufficere tradidit *Rot. coràm Mantic. de-*
ciſ. 189. num. 1.

ARGVMENTVM.

STatutum Vrbis poſt lapſum 16. an-
norum inducit præſumptionem ſo-
lutionis etiam in contractu iurato, &
contra forenſes, & referuntur plures
coniecturæ prò inducenda præſumptio-
ne ſolutionis.

SVMMARIVM.

Statutum Vrbis poſt 16. annos præſumit ſolutionem num. 1.
Amplia etiam in contractu iurato, & cum obligatione Camerali num. 2.
Amplia etiam contrà forenſes num. 3.
Ex longa taciturnitate Creditoris præſumitur ſolutio num. 4.
Præſertim ſtante paupertate Creditoris, & diuitia Debitoris num. 5.
Exceptio compenſationis non oppoſita facit præſumere ſolutionem num. 6.
Creditor præſumitur ſatisfactus, ſi ſolum egit poſt mortem Debitoris informati num. 7.
Non eſt veriſimile, quod quis ſoluerit magnam pecuniarum ſummam, ſinè quietantia num. 8.
Limita ſtantibus coniecturis in contrarium nu. 9.
Quæ coniecturæ ſunt vnitim conſiderandæ nu. 10.

VOTVM XXV.

SImon Tancredus poſt lapſum 16. annorum agere non poteſt pro conſequutione ſui crediti, dùm ob diſpoſitionem Statuti Vrbis *cap.* 158. *lib.* 1. inducitur præſumptio ſolutionis, & adimitur fides inſtrumenti, nec hoc caſu probanda eſt
1 bona fides in pretenſo debitore, cum non agatur de præſcriptione, ſed ſolummodo de præſumpta ſolutione latè *Rot. coràm Pamphil. deciſ.* 98. *per tot. & ſignanter nu.* 3.

Quod autem prædictum Statutum locum ſibi vindicet, etiàm in contractu iura-
2 to, & munito obligatione Camerali dubitari nequit *Galleſ. ad* 4. *particul. oblig. Camer. quæſt.* 3. *num.* 12. & 13. *Rota coram Pamph. deciſ.* 98. *num.* 2. *ibi Adden. num.* 9. *& poſt Gilian. ad Stat. Peruſ. deciſ.* 124. *n.* 9.

Nec aduerſatur, quod ſupradictum Statutum non liget Simonem tamquam fo-
3 renſem, quià quando contractus eſt factus in Vrbe intrat diſpoſitio præfati Statuti, etiàm contrà forenſes in puncto *Adden. ad Pamph. deciſ.* 98. *num.* 9. *& latè in Fulginaten. Pecuniaria* 10. *Decembris* 1688. *&* 3. *Iunij* 1689. *coràm Caccia, &* 20. *Decembris* 1691. *coràm Manuel.* præcipuè quia dictus Tancredus fuit Procurator, & per octo, & vltrà annos moratus eſt in Vrbe, & per conſequens illius Statuta ignoraſſe non præſumitur, vti fuit conſideratum in dicta *Fulginaten. Pecuniaria* 20. *Decembris* 1691. *coràm Manuel.* §. *ſi verò.*

Et in præſenti mihi viſum fuit omnem difficultatem ceſſare, cum etiàm de iure ex diuturna taciturnitate Creditoris præſu-
4 matur ſolutio *Surd. deciſ.* 105. *num.* 3. & 4. *Rot. coràm Dunoz. deciſ.* 962. *num* 6. *& in recent. deciſ.* 225. *num.* 15. *part.* 10. *& deciſ.* 175. *num.* 15. *part.* 17. *cum alijs in Piſauren. Depoſiti, ſeù Pecuniaria* 28. *Nouembris* 1691. *coràm bo. me. Benincaſa* §. *denique.* Attento præſertim, quod Tancredus non eſt diues, itaut non ſit credendum, quod per ſpatium decem, & ſeptem annorum, &
5 vltrà diſtulerit petere ſuum creditum, & è contrà Buratta debitor dùm vixit poterat ſoluere, quas circumſtantiàs ad effectum inducendi præſumptam ſolutionem ponderandas eſſe tradiderunt *Palma conſult.* 93. *num.* 21 & 22 *Maſcard. de probat concluſ.* 1324. *num.* 28. *Surd. deciſ.* 105. *nu.* 1. *& ſeq Rot. deciſ.* 225. *num.* 12. *part.* 10. *recent. & coràm Alex. VIII. deciſ.* 205. *nu.* 15. *& ſeq. & in dicta Piſauren. Depoſiti, ſeù Pecuniaria* §. *denique,* fortiùs quià Buratta dum vixit egit contrà Tancredum prò ſatisfactione ſcutorum nonaginta in ſchedula vulgò *pagherò* contenta, vndè ſi de eo tempore Tancredus verè fuiſſet Creditor non omiſiſſet opponere compenſationem *Rot.*
6 *coràm Gregor. deciſ.* 439. *num.* 8. *& in recent. deciſ.* 379 *num.* 15. *part.* 17. *& in Bononien. Pecuniaria* 19. *Iun.* 1678. *coràm Calatain* §. 3. *& in Piſauren. Reſtitutionis dotis* 23. *Iunij* 1687. *coràm Benincaſa, & in dicta Piſauren. Depoſiti* §. *ideoque*; tantò magis, quià Tan-
7 credus diſtulit agere prò ſatisfactione præſentis crediti poſt mortem Debitoris informati quàm coniecturam ad inducendam præſumptam ſolutionem conſiderant *Palma conſult.* 103. *nu.* 35. *Mart. Medic. Dec. Sen.* 85. *num.* 9. *& Rota in Bononien. Pecuniariâ* 19. *Iunij* 1678. *coràm Calatain* §. 3.

Nec releuat quod Buratta non ſit veriſimile, quod ſoluerit Tancredo notabilem
8 ſummam pecuniæ iſti debitæ ſinè quietantia præcipuè, quando contrà illum aderat publicum Inſtrumentum *Ciroch. diſcept.* 75. *num.* 27. *Rota coram Celſo deciſ.* 184. *num.* 8. *& in recent. deciſ.* 259. *num.* 6. *part.* 6. *& deciſ.* 272. *num.* 21. *part.* 17. quoniàm ſi viueret Buratta forſan reperiret quietantiam, & in omni caſu hæc coniectura ab
9 alijs contrarijs ſuprà relatis deſtruitur; & hæc adminicula, & præſumptiones in iſta materia, vt fortiùs ſtringant, ſunt vnitim con-

10 conſiderandę, vti reſpondendo huic obie-
cto ſcripſerunt *Grattan. diſcept.* 581. *num.*
3. *Civoch. diſcept.* 16. *num.* 56. *Surd. deciſ.*
105. *ferè per tot. & in recen. deciſ.* 175. *num.*
15. *part.* 17.

ARGVMENTVM.

Confeſſio dotis receptæ facta in teſtamento, quando probet ſolutionem dotis, & quando legatum factum à Viro ſit compenſandum cum dote.

SVMMARIVM.

Confeſsio dotis recepta facta in teſtamento reſoluitur in legatum in caſu ſecundarum nuptiarum num. 1.

Limita contrà confitentem, & habentem cauſam ab eo num 2.

Limita ſtantibus coniecturis in contrarium nu. 3.

Coniectura enumerantur nu. 4. 5. 6. *&* 8. *&* 9.

Valor augetur, & diminuitur num. 7.

Compenſatio legati cum dote quando entret num. 10. 11. 12. *&* 13.

VOTVM XXVI.

AD formam confeſſionis emiſſæ in
teſtamento à Franciſco Vetrullo,
cenſui eſſe reſtituendam dotem hæ-
redibus Antoniæ Vxoris dicti Vetrulli,
nec obſtat, quod de præfata dote non con-
ſtet, niſi per confeſſionem Viri factam in
teſtamento, quæ non probat receptionem,
ſed ſolùm reſoluitur in legatum in caſu
1 ſecundarum nuptiarum iuxta doctrinam
Bartol. in l. cum quis decedens §. *codicillis*
num. 1. *&* 4. *ff. de legat.* 3. quia quidquid
ſit an huiuſmodi confeſſiones probent in
præiudicium tertij, certum eſt illas non
poſſe impugnari à confitente, vèl ab eius
hæredibus *Epiſcop. Rocc. ſelect. diſput. iur.*
cap. 169. *ex num.* 17. *Rot. coràm Duran. dec.*
409. *n.* 16. *coràm Ottobon. deciſ.* 167. *nu.* 30.
cum alijs cumulatis in Romana quarti dotalis
prima Iulij 1697. *coram R.P.D. Anſaldo* §. *to-*
tum, vèl ſaltèm doctrina Bartoli non habet
2 locum concurrentibus coniecturis prò ſo-
lutione, & numeratione dotis *Rot. coràm*
3 *Seraph. deciſ.* 487. *num.* 14. *coram Pamph.*
deciſ. 105. *& deciſ.* 651. *&* 724. *ferè per*
tot. & in recent. deciſ. 314. *num.* 19. *p.* 27.

Ad arguendam dotis ſolutionem non
leuis eſt coniectura deſumpta ex generali
4 conſuetudine, ſecundum quam Matrimo-
nia ſine dote regulariter non contrahun-
tur *Rot. coràm Pamph. deciſ.* 105. *num.* 6. *&*
deciſ. 651. *num.* 3. *ibique Adden. num.* 12.
coram Bich. deciſ. 131. *num.* 4.

Huic coniecturæ accedit altera deducta
5 ex eo, quod Vir per plures annos habuit
Vxorem, aliaque onera matrimonialia
ſubſtinuit *Rot. coram Pamph. dicta dec.* 105.
num. 8. *&* 651. *num.* 4. *coràm Priolo deciſ.*
290. *num.* 5 *& in Piſauren. reſtitutionis do-*
tis 10. *Martij* 1687. § *altera coram Benin-*
caſa, & in Peruſina dotis 10. *Maij* 1697. *co-*
ram R. P. D. Lancetta §. *conſiſtit enim.*

Præcipuè quià apparet in parte verè, &
realitèr fuiſſe ſolutam præfatam dotem,
vndè reſidui quoque ſolutio rationabilitèr
præſumitur *Rot. coràm Pamph dicta deciſ.*
6 651. *num.* 7. *& coram Duran. deciſ* 409. *nu.*
11. *& in recent. deciſ.* 152. *num.* 5. *part.* 9.
cum alijs in dicta Piſauren §. *quamobrem, &*
in Peruſina dotis 10. *Maij* 1697. *coram R. P.*
D. Lancetta §. *tum denique* non aduerſante,
quod noua bonorum in dotem receptorum
æſtimatio non curreſpondeat quantitati,
prò qua fuerunt recepta, quia cum dicta
7 bona fuerint æſtimata longè poſt conſi-
gnationem, verus exindè valor haberi
non poteſt, qui ſempèr in dies decreſcit
l. pretia rerum § *final. ff. ad leg. falcid. Ciriac.*
controu. 56. *num.* 3. *Rot. in deciſ.* 656. *num.*
6. *& ſeq. part.* 18. *recent. & in puncto in di-*
cta Piſauren. §. *quamobrèm*, & in fortiori-
bus terminis confeſſionis ab alia diuerſæ
latè *coràm Pamph. dec iſ* 651. *&* 724.

Attenta præſertim probitate Teſtato-
8 ris dotis veriſimilitudine, ac etiam ſuffi-
cienti diuitia Patris dictæ Vxoris *Rot. co-*
ràm Pamph. deciſ. 105. *num.* 7. *& dec.* 651.
num. 8. *& in dicta Piſauren.* §. *proximè & in*
dicta Peruſina §. *tum denique.*

Quæ omnia ſi ſufficiunt etiàm ad pro-
bandam ſolutionem contrà tertios, exu-
9 berant aduerſus confitentem, vel haben-
tem cauſam ab eo *Adden. ad Pamph. dicta*
deciſ. 105. *num.* 13. *& Rot. in recent. deciſ.*
296. *part.* 12.

Et tandèm non obſtat, quod Antonia
habuerit aliud legatum à ſuo Viro, & ſic
iſtud eſt compenſandum cum credito do-
10 tali *Mantic. de coniectur. lib.* 10. *tit.* 2. *nu.*
2. *Roland. de lucr. dotis quaſt.* 96. *num.* 8. *la-*

tè

tè Mantius conſult. 36. nu. 29. & ſeq. quoniam contraria opinio paſſim eſt recepta, & legatum factum à Marito Vxori non
11 venit compenſandum cum debito dotis tamquàm voluntario *Mantic. de coniectur. lib. 10. tit. 2. num. 12. & 23. Rot. coràm Pamph. deciſ. 106. num. 9. ibique Adden. num. 10. & in recent. deciſ. 17. part. 16.*

Non aduerſante quod compenſatio ha-
12 beat locum etiam cum debito voluntario ſtantibus coniecturis *Surd. conſ. 112. num. 11. & 12. Gratian. diſcept. 274. num. 1. cum alijs apud Manſ. conſult. 36. num. 32. tom. 1.* quoniam licet ſit verum quod teſtator maximè diligeret ſuos filios ideoque non ſit præſumendum voluiſſe grauare illos onere tàm conſiderabili, præcipuè quià hæreditas non eſt pinguis; attamen conce-
13 dendum eſt teſtatorem æquali amore dilexiſſe etiam vxorem vti clare demonſtrant verba teſtamenti ibi — *mia dilettiſſima Conſorte*; tantò magis, quia legatum conſiſtit in quantitate, & dos in ſpecie, quo caſu non tàm facilè eſt admittenda compenſatio de ſpecie ad quantitatem *Surd. conſ. 112. num. 55. & ſeq. Manſ. conſult. 36. num. 16. Ciarlin. contr. 189. num. 40. lib. 2. Mantic. de coniectur. lib. 10. tit. 2. num. 8. Rot. coram Seraphin. deciſ. 1212. num. 1.* fortiùs quia legatum excedit longè ſummam debitam prò dote, quo caſu intrat particularis præſumptio prò excludenda compenſatione latè *Ciarlin. contr. 189. num. 48. lib. 2.*

ARGVMENTVM.

AD effectum retinendi etiam ſine pacto ſubingrediendi, & ceſſione iurium creditoris dimiſſi poſſeſſor poteſt tueri aduerſus alios creditores anteriores. Eadem anterioritas, quæ competit prò ſorte debetur prò fructibus, & annuis præſtationibus remedium ſubſidiarium *leg. in rebus C. de iur. dotium* eſt perſonale, & non tranſit ad hæredes extraneos.

SVMMARIVM.

Poſſeſſor qui ſoluit pretium rei emptæ creditori anteriori ad effectum retinendi etiam ſine ceſſione poteſt tueri contrà alios Creditores num. 1.

Secùs ad effectum agendi num. 1.

Anterioritas quæ competit prò ſorte debetur etiam pro fructibus num. 2.

Amplia etiàm prò annuis præſtationibus, & penſionibus num 3.

Mulier etiamſi dederit dotem extimatam in ſubſidium poteſt agere contrà bona dotalia in quibus præfertur omnibus alijs creditoribus Viri num. 4.

Declara, quod dictum priuilegium non tranſeat ad hæredes extraneos num. 5.

Amplia etiamſi mulier declarauerit velle redire ad primæua iura num. 6.

Ad hoc vt remedium dictæ legis in rebus tranſeat ad hæredes debet eſſe iudicialiter agnitum à Muliere à num. 7. vſque ad fin. *& num. 9.*

Vt intret dictum remedium ſubſidiarium debet probari per Mulierem de tempore contractæ obligationis per Virum non adeſſe alia bona num. 8.

Etiam ſtante Statuto quod procedatur ſola facti veritate inſpecta dict: num. 8.

Mulier non obſtante nouatione ſempèr poteſt redire ad primæua iura prò conſequenda ſua dote num. 10.

VOTVM XXVII.

CEnſui D. Ioannem Baptiſtam de Arigonis poſſeſſorem prædij Bachanelli eſſe abſoluendum à petitis prò parte Illuſtriſſimorum DD. de Guidalottis, cum tàm Ghellus eius author, quàm etiàm ipſe ſoluerint Monialibus SS. Geruaſij, & Protaſij creditricibus anterioribus libras 7770. prò quà ſumma dictis Monialibus ſoluta poteſt D. Arigonus in poſſeſſione
1 dicti prædij ſe tueri etiàm ſine ceſſione, & pacto ſubingrediendi *per tex. in leg. qui æquitate ff. de dol. Mal. except. Manſ. conſult. 107. num. 32. & ſeq. R. P. D. Anſaldus de commer. & mercatur. diſc. 86. num. 8. Rot. in Romana Pecuniaria 19. Iunij 1686. §. etenim coram Card. Taia, & in Romana Aſſociationis 24. Martij 1681. coram bon. me. Emerix*, prout contrarium eſſet dicendum ad effectum agendi, & in *Bononien. Predij 9. Iunij 1690. coram Reuerendiſſ. Vrſino §. etenim.*

Et non obſtat, quod Monialibus ſolùm prò pretio prædij ab eis venditi competeret prælatio, non autèm prò liuellis decur-

cur-

tione, fortiùs quia Mulier cum reſeruatio-
10 ne iuriũ in caſu de quo agitur nihil de nouo acquiſiuir, dùm certum ſit fauore dotis ſemper agi poſſe primæuis iuribus non obſtante qualibet illorũ nouatione *ad text. in leg. ſi cum dotem* §. *ſi mulier leg.* 1. *vbi gloſ. verb. monebit, & DD. communitèr ff. ſolut. matrim. Rot. deciſ.* 448. *n.* 14. *par.* 13. *recen. & in Auenionen. dotationis* 2. *Martij* 1687. *coràm bo. mem. Benincaſa* §. *in nihilo*, vnde ineuitabiliter erat neceſſaria explicita declaratio mulieris ad hoc dici poſſit tranſmiſſum dictum priuilegium ad hæredes præſertim quia nõ apparet deficientia bonorum de eo tempore, & ideò mihi ignotum remanet an mulier tunc voluerit, vel potuerit intentare remedium ſubſidiariũ, dictæ legis in rebus, & Doctores in contrarium allegati procedunt quando mulier intentauerit iudicialiter dictum remedium ſubſidiarium cum excuſſione bonorum viri.

ARGVMENTVM.

Inſtrumentum abſque clauſula actũ eſt inualidum, & quando Minor maior factus non præſumatur ratificaſſe actum nullum quando non probetur de eo habuiſſe notitiam, quæ concluſio procedit etiamſi contractus fuerit initus præſente ipſo minore.

SVMMARIVM.

Inſtrumentum eſt nullum abſque clauſula actum, & nominibus teſtium num. 1.

Declara quod limitetur concluſio ſtante obſeruantia num. 2.

Fallit in contractu facto à minore num. 3.

Minor maior factus, vt obſeruando contractum altàs nullum dicatur illum ratificaſſe eſt probanda ſcientia num. 4.

Amplia etiamſi minor fuerit præſens contractui num. 5.

VOTVM XXVIII.

Non venit attendendum inſtrumentũ locationis ad longum tempus factæ ab Emiliano tempore quo erat mi-
1 nor, quia in inſtrumento deficit clauſula actum, & nomina teſtium, ſinè quibus remanet actus imperfectus, & inefficax *Barboſ. de cla*[...]*ariter eſt in omni alio contra-*
ſcept. 899. [...] 307. *num.* 49. *part.* 3. *& de-*
num. 44. *Andr*[...] 3. *part.* 12. *& deciſ.* 397.
Seraph. deciſ. 94 *recent.*
ſtri Orciani 3. *Iun.*
lemont. [...]NTVM.

Necobſtar, quod [...]
ctus locationis fuerit [...]uccinis vnius ſpatio 11. annorum, ex q[...]e an ſubſti-
ſcriptura etiam informis a[...] Capucci-
neceſſarium ad probandum [...] Obſer-
cationem *Rot. in Bononien. frume*[...]
bruarij 1656. §. *hanc autem coràm B.* vſu
ter cius impreſ. deciſ. 654. *& in recent* [...]
69. *nu.* 4. *part.* 19 *& in Firmana beneficio*[...]
rum 19. *Iunij* 1693. §. *vltra quod coràm R. P. D. Manuel.*

Quoniam obiectum procederet, ſi Emilianus de tempore contractus fuiſſet ma-
3 ior, quo caſu crederem ſcripturam etiam informem deſumere ex obſeruantia robur neceſſarium ad probandum, ſecùs verò eſt dicendum in minore de tempore contractus, qui licèt factus maior non impugnauerit ſcripturam, præſumitur hunc
4 actum impugnatiuum prætermiſiſſe ex defectu ignorantiæ nullitatis, cum regula ſit certa, quod minor maior factus non cenſeatur ratificaſſe actum nullum, quamuis per longum tempus fuiſſet ab eo obſeruatus, niſi probaretur concludentèr minorem habuiſſe ſcientiam prædictæ nullitatis multi, quos refert, & ſequitur *Vrceol. conſult.* 63. *nu.* 29. *Bonden. collect.* 93. *nu.* 59. *Palma Nepoſ alleg.* 373. *num.* 27. *& ſeq. Rot. deciſ. coràm Burat deciſ.* 410. *coràm San. Me. Alex. VIII. deciſ.* 191. *par.* 19. *& in recen. deciſ.* 217. *num.* 3. *par.* 10.

Nec turbat quod ſupradicta concluſio ſoleat limitari, quando minor fuit præſens contractui, quo caſu in eo non eſt præſumenda ignorãtia *Surd. conſ.* 49. *n.* 32. *Gabr. conſ.* 36. *ſub num.* 59. *cum alijs apud Conciol. alleg.* 6. *nu.* 21. *Rot. deciſ.* 231. *nu.* 9. *par.* 4. *tom.* 2. *& deciſ.* 305. *num.* 54. *part.* 7. *recen. coràm Cocin. dec.* 1439. *nu.* 15. *& ſeq.* Quoniam contraria opinio eſt verior, & comunior *Gratian. diſcept.* 513. *num.* 11. *&* 824. *num.* 52. *&* 53. *Vrceol. conſult.* 63. *num.* 31. *Rot. poſt Cenc. de cenſ. deciſ.* 370. *num.* 13. *coràm Merlin. deciſ.* 646. *num.* 17. *coràm Sa. Me. Alex. VIII. deciſ.* 191. *num.* 19. *& deciſ.* 204. *num.* 5. *& in recen. deciſ.* 98. *num.* 6. *& ſeq. part.* 11.

AR-

do adſint inditia, quod delictum fuerit patratum à Clerico, prout ſuccedit in præſenti.

Et eiuſdem irreleuantiæ mihi videtur, quod grauamen cōſiſtat etiam in eo, quod
5 famula, ſeù mancipia non potuerit accuſare ſuum dominum iuxtà *tex. in l. ſi quis C. de hijs, qui accuſari non poſſunt*; quia diſpoſitio dicti textus non procedit in famulo, qui proſequitur ſuam, vel ſuorum iniuriam, vti egregiè explicat *Salicet. in dicta leg. ſi quis num. 5.*

ARGVMENTVM.

VIdue facta interpellatione debentur fructus tàm dotis, quàm donationis propter nuptias, & quando prò rata dotis ſolutæ.

SVMMARIVM.

Fructus tam dotis, quàm donationis proptèr nuptias debentur poſt interpellationem num. 1. & 2.

Amplia tàm in dote ſoluta, quàm promiſſa num. 3.

Et quando debeantur ſolùm prò rata dotis ſoluta num. 4.

Interpellatio quomodo ſit facienda num. 5.

VOTVM XXII.

AD inſtantiam Franciſcæ Milleſinæ relaxaui Mandatum tàm prò fructibus ſuæ dotis, quàm etiam donationis proptèr nuptias à die iudicialis interpellationis; nulla enim difficultas cadere
1 poterat circa fructus dotis ſtante clara diſpoſitione Statuti Vrbis *cap. 137. lib. 1. & tradunt Gregor. deciſ. 269. Pamph. deciſ. 24. num. 1. ibiq; Adden. ſub num. 7.* & licet olim eſſet maxima controuerſia inter Doctores quoad fructus donationis proptèr nuptias, tamèn hodiè comunitèr admittitur opinio affirmatiua *Marc. Salon. de Pac. conſ. 4. n. 28. Theſaur. deciſ. 45. Fenzon. ad Stat. Vrbis cap. 131. num. 37. Rot. coràm Pamphil. deciſ. 24. num 2. ibiq; Adden. num. 9.* & in terminis fructuum lucris dotalis in *deciſ. 366. num. 18. & ſeq. part. 16. recent.* ratio autèm eſt euidens quia donatio proptèr nuptias æquiparatur doti *auth. dos data C. de donat. auth. nuptias, auth. æqualitas C. de pactis conuent.* & hæc opinio quod debeantur fru-
3 ctus donationis propter nuptias à die interpellationis procedit, ſiuè dos ſit effectiuè ſoluta, vel fuerit tantum promiſſa *Andreol. contr. 126. num. 19. & ſeq. Rot. poſt Fenzon. deciſ. 72. verſ. non obſtant illa verba Statuti Gregor. deciſ. 5. n. 3. & 4. deciſ. 21. n. 1. Adden. ad Buratt. deciſ. 432. nu. 11. Adden. ad Pamphil. deciſ. 24. ſub nu. 8.* non aduerſante, quod etiam in dote promiſſa,
4 & non ſoluta non debeatur lucrum, ſeù augumentum, niſi prò rata ſolutæ dotis, *Card. de Luca de dote diſc. 128. ſub num. 7. & nu. 13. Fenzon. ad Stat. Vrbis lib 1. cap. 131. num. 27. & ſeq. Adden. ad Buratt. deciſ. 432. num. 11. in fin. & in recent. deciſ. 117. nu. 6. part. 8. & in Romana Pecuniaria 27. Iunij 1689. coràm Vrſino §. minus autem*, quoniam dictæ authoritates procedunt in caſu dotis promiſſæ, & quæ exigi nō poterat ob deficientiam bonorum ſecus autem in præſenti, in quo aderant bona patris ſufficientia ad ſoluendam dotem promiſſam, & ſic loquitur *Rota in dicta Romana*, in qua agebatur de promiſſore quaſi decocto, vndè eidem Vir cum alijs Creditoribus conceſſerat dilationem quinquennalē ad euitanda maiora præiudicia; nec aduerſatur in caſu, de quo agitur non adeſſe interpellationem, quia cum in iure non habeatur certus modus interpellandi, & cum interpellatio nil aliud ſit, quàm actus, cum
5 quo debitor monetur, vt ſoluat, ſequitur interpellationem non deficere, cum Franciſca iudicialitèr pluries inſtetit prò conſecutione mandati, tàm prò dote, quàm prò fructibus *Rot. coràm Alex. VIII. dec. 237. num. 3. & ſeq. & deciſ. 194. num. 1. & ſeq. par. 18. recent. cum alijs in Romana dotis ſuper integra reſtitutione quoad reſeruata 28. Aprilis 1690. coràm Hernaunlt. §. etenim.*

ARGVMENTVM.

EMptor retinens rem, & pretium tenetur ad fructus recompenſatiuos, & quando debeantur ad rationem conuentionis.

SVMMARIVM.

Emptor tenetur ad fructus recompenſatiuos prò rata pretij non ſoluti num. 1.

Am-

Digitized by Google

Amplia etiàm ſtante dilatione ad ſoluendum pretium num. 2. 3. 4.

Amplia etiam ſi emptori fuiſſent illata moleſtiæ num. 5. & 6.

Amplia vt debeantur fructus iuxtà taxam conuentam num. 7.

VOTVM XXIII.

Dominicus Coronarius debet ſoluere fructus domus ab ipſo emptæ prò rata pretij non ſoluti Bernar-
1 dino de Verulis venditori ex æquitate *leg. curabit C de action. empt. Rot. coràm Pamph. deciſ. 52. num. 1. & ſeq coràm Zarat. deciſ. 103. nu 33. coràm Coccin deciſ. 275. nu. 5. & deciſ. 1084. num. 1. & in Fulginaten. Pecuniaria* 10. *Decembris* 1691. *coràm Manuel.* §. *nulla*; & in ſpecie Emptorem eſſe obligatum ſolùm prò rata pretij non ſoluti tradunt *Adden. ad Pamph. dicta deciſ. 52. ſub nu. 11. verſ. quod ſi ſoluta, & Rot. deciſ. 160. num. 10. part. 10. recent. coràm Manzaned. deciſ. 500. num. 2.*

Nec releuat quod Emptori fuerit data
2 dilatio ad ſoluendum pretium per triennium, qua dilatione pendente non deberi fructus recompenſatiuos, probauerunt *Honde. conſ. 31. num. 28. lib. 1. Gratian. diſcept. 911. num. 17. Rot. coràm Coccin. deciſ. 1046. num 1 & deciſ. 1084. num. 1. & in recent. deciſ. 13. num. 24. & 25. par. 5.*

Quoniàm regula non procedit ſtante conuentione expreſſa, quod fructus recompenſatiui debeantur etiàm non ob-
3 ſtante dilatione, prout colligitur ex verbis inſtrumenti *Rot. coràm Pamph. deciſ. 52. num. 1. 2. & 3. ibi Adden. ſub num. 11. verſ. alia intelligentia, & coràm Duran. deciſ. 34. nu. 10.* & in ſpecie, quod debeantur fructus non obſtante pacto, quod Emptor teneretur ſoluere pretium ad beneplacitum Venditoris, qui numquàm inſtetit, fuit firmatum in *Fulginaten. Pecuniaria 10. Decembris 1691. coràm Manuel,* §. *nulla*: ratio
4 enim eſt euidens, quia in iſta hypotheſi fructus recompenſatiui debentur potiùs ex quadam æquitate, quàm ratione moræ *Rot. coràm Pamph. deciſ. 52. num. 5. Adden. ad Gregor. deciſ. 297. num. 12. cum alys cumulatis in dicta Fulginaten. Pecuniaria 10. Decembris 1691.* §. *nulla coram Manuel.*

Minùs obſtat, quod Emptori fuerint illatæ moleſtiæ ſuper dicta domo, quibus
5 pendentibus non poteſt dici, quod Emptor fuerit in culpa ſi non ſoluerit pretium, & per conſequens ſit firmandum illum non teneri ad fructus recompenſatiuos.

Quia obiectum procederet, ſi Emptori fuiſſet interim diminutus vſus domus emptæ, at ſecùs in præſenti, in quo non obſtantibus moleſtijs ſemper Emptor conti-
6 nuauit frui dicta domu, vndè non poteſt excuſari à ſolutione fructuum, vti in puncto firmatur à *Rota coràm Pamphil. deciſ. 52. num. 4. & 5.*

Tandem non obſtat, quod antè expeditionem mandati erant liquidandæ penſiones ex dicta domu perceptæ, cum emptor teneatur ad fructus compenſatiuos ad menſuram fructuum perceptorum *Gratian. diſcept. 716. num. 2. Rot. deciſ. 424. per tot. par. 4. tom. 2. recent.* quia concluſio prędicta limitatur, quando fuerunt conuenti fructus in certa quantitate, quo caſu eſſet onus emptoris probandi, quod ex dicta domo fuerint percepti fructus non correſpondentes quantitati conuentæ *Neguſan. de pignor. part. 3. membr 2. num. 19. circa finem, & in puncto Rota in Piſauren. Pecuniaria 28. Nouembris 1691. coràm Benincaſa* §. *non ſuffragante,* & §. *quoniam.*

ARGVMENTVM.

HÆres non eſt vexandus in bonis proprijs, quando adiuerit hæreditatem cum beneficio legis, & inuentarij, & quando iſtud dicatur legitimè factum.

SVMMARIVM.

Hæres cum beneficio legis, & inuentarij non tenetur de proprio num. 1.

Præſertim reddita ratione num. 2.

Subſcriptio in inuentario quando ſit neceſſaria num. 3.

Omiſſio rerum quando vitiat inuentarium nu. 4. & 5.

Fraus non præſumitur num. 6.

Reſeruatio addendi, & minuendi, quid operetur in inuentario num. 7.

Citari debent Creditores, & Legatarij in confectione inuentarij num. 8.

Citatio an ſit reiteranda num. 9.

VOTVM XXIV.

FRanciſcus Pucciarellus debet gaudere
beneficio legis, & inuentarij cum ap-
pareat iſtud fuiſſe factum cum requi-
ſitis omnibus, de quibus *DD. in leg. final.*
§. cum igitur C. de iur. deliberan. ideoque il-
lius bona propria nō ſunt vexanda à Cre-
1 ditoribus hæreditarijs *l final. §. & ſi præ-*
fatam C. de iur. deliberan. Conciol. de hærede
articul. 1. num. 305. Rot. deciſ. 303. num. 21.
part. 13. & deciſ. 272. num. 1. part. 14. præ-
cipuè quia Franciſcus de omnibus bonis
hæreditarijs exactam rationem reddide-
2 rit, ſinè qua inuentarium eidem non ſuf-
fragaſſet *Rot. in Romana cenſus* 14. *Aprilis*
1690. §. *validitas coràm Vrſino confirmata*
die 3. *Iulij* 1690. §. 1. *coràm eodem, & in*
Romana primogenituræ de Maximis 4. *De-*
cembris 1690. § *ſimili modo coràm Manuel.*

Et ad excludendum Franciſcum à bene-
ficio legis, & inuentarij perperam allega-
3 tur deficientia ſubſcriptionis in dicto in-
uentario, dùm illa non eſt neceſſaria, ſi
inuentarium efficiatur coràm Iudice, vel
ſi fuerit factum per Notarium proùt in
præſenti quia rogitus æquiualet ſubſcri-
ptioni *Rot. coràm Pamph. deciſ. 75. n. 5. ibi-*
que Adden. ſub num. 3. verſic. limitatur primo,
& in recent. deciſ. 331. n. 16. & 17. par. 5.

Minùs releuat, quod Franciſcus omiſe-
rit deſcribere in inuentario tres tabulas
pictas eximij valoris, & per conſequens
ſit priuandus beneficio legis, & inuenta-
4 rij *Rot deciſ. 149. n. 23 & ſeq. par. 9. & coràm*
Card. Cerro deciſ. 162. n. 4. cum alijs congeſtis
in Romana fideicommiſsi 4. *Februarij* 1689.
coràm Emerix §. nec defectum.

Quia forſan eſt cōmunis opinio, quod
ſtante omiſſione, etiàm doloſa hæres non
poſſit condemnari niſi ad dupplum, quod
valeat res omiſſa in deſcriptione *Ridolph.*
5 *in prax. part. 1. cap. 9. num. 71. & ſequen.*
Peregrin. de fideicom. artic. 3. num. 81. An-
dreol. contr. 106. nu. 2. Rot. deciſ. 466. nu. 29.
part. 9. & deciſ. 343. num. 38. & ſeq. par. 12.
recent. & ceſſat in præſenti omnis difficul-
tas, dum ad effectum vitiandi inuentarium
requireretur, quod omiſſio fuiſſet facta
dolo, & fraudè, qua ceſſante non exclu-
ditur hæres à beneficio legis, & inuenta-
rij *Gratian. diſcept. 532. num. 27. Rot. coràm*
Pamphil. deciſ. 75. num. 6. ibiq; Adden. ſub
num. 7. verſ. procedit tamen, & in recent.
deciſ. 406. nu. 10. & ſeq. par. 9. & deciſ. 143.
num. 3. part. 12. & deciſ. 48. num. 10. par. 15.
attenta præſertim bona fama Franciſci in
Sacerdotali dignitate conſtituti, ac etiàm
quod dictæ tabulæ pictæ de tempore facti
inuentarij non reperiebantur in domu Te-
ſtatoris, qui dum viuebat illas mutuauit
Pellegrino ad effectum eaſdem copiandi,
6 cum in hac materia dolus non præſuma-
tur, & ab allegante ſit concludentèr pro-
bandus *ad text. in leg. final. §. licentia C. de*
iur. deliberan. Hond. conſ. 53. num. 15. & 33.
libi 1. Criuel. dec. dolan. 143. num. 12. Surd.
deciſ. 222. num. 11. & ſeq. deciſ. 33. num. 1.
& 2. part. 12. recent. tantò magis quia in
dicto inuentario legitur reſeruatio adden-
7 di, & minuendi, quæ à practicis apponi
ſolet ad euitandam faciliùs doli præſum-
ptionem *Hodier. ad Surd. deciſ. 222. num. 1.*
& ſeq. Capic. Latr. deciſ. 129. num. 8. Rot. co-
ràm Gregor. deciſ. 69. num. 41. & in ſpecie,
quod in ſimilibus terminis poſſit hæres
quandocumque vti facultate reſeruata, &
bona omiſſa adnotare firmauit *Rot. in deciſ.*
48. *num. 9. part. 15 recent.*

Quoad citationem Creditorum, & le-
gatariorum, etiam abſentium, dùm re-
periantur in Ciuitate ſubiecta eidem Prin-
cipi, requiſitam in inuentarij confectione
à *l. final. §. ſin autem C. de iur. deliberan. Rot.*
coràm Bich. deciſ. 469. num. 4. & 5. ſolùm
opponebatur fuiſſe vnicam, & in princi-
pio, ſed huic obiecto fuit reſponſum quod
Romę iuxtà reformationem S.M Pauli V.
illa citatio licèt vnica ſit ſufficiens, nec
requiratur vlterior citatio, vel noua inti-
matio in proſecutione inuentarij infrà 60.
dies præfixos in dicta reformatione *Ri-*
dolph. in prax par. 1. cap 9. num. 143. Adden.
ad Pamphil. deciſ. 75. ſub nu. 7. verſ. tamèn,
in Vrbe, ac etiam vnicam citationem de iu-
re ſufficere tradidit *Rot. coràm Mantic. de-*
ciſ. 189. num. 1.

ARGVMENTVM.

STatutum Vrbis poſt lapſum 16. an-
norum inducit præſumptionem ſo-
lutionis etiam in contractu iurato, &
contra forenſes, & referuntur plures
coniecturæ prò inducenda præſumptio-
ne ſolutionis.

SVM-

SVMMARIVM.

Statutum Vrbis poſt 16. annos præſumit ſolutionem num. 1.
Amplia etiam in contractu iurato, & cum obligatione Camerali num. 2.
Amplia etiam contrà forenſes num. 3.
Ex longa taciturnitate Creditoris præſumitur ſolutio num. 4.
Præſertim ſtante paupertate Creditoris, & diuitia Debitoris num. 5.
Exceptio compenſationis non oppoſita facit præſumere ſolutionem num. 6.
Creditor præſumitur ſatisfactus, ſi ſolum egit poſt mortem Debitoris informati num. 7.
Non eſt veriſimile, quod quis ſoluerit magnam pecuniarum ſummam, ſinè quietantia num. 8.
Limita ſtantibus coniecturis in contrarium nu. 9.
Quæ coniecturæ ſunt vnitim conſiderandæ nu. 10.

VOTVM XXV.

SImon Tancredus poſt lapſum 16. anno-
rum agere non poteſt pro conſequu-
tione ſui crediti, dùm ob diſpoſitionem
Statuti Vrbis *cap.* 158. *lib.* 1. inducitur
præſumptio ſolutionis; & adimitur fides
inſtrumenti, nec hoc caſu probanda eſt
1 bona fides in prætenſo debitore; cum non
agatur de præſcriptione; ſed ſolummodo
de præſumpta ſolutione latè *Rot. coram
Pamphil. deciſ.* 98. *per tot. & ſignanter nu.* 3.

Quod autem prædictum Statutum lo-
cum ſibi vindicet, etiàm in contractu iura-
2 to, & munito obligatione Camerali dubi-
tari nequit *Galleſ. ad 4. particul. oblig. Ca-
mer. quæſt.* 3. *num.* 12. *&* 13. *Rota coram
Pamph. deciſ.* 98. *num.* 2. *ibi Adden. num.* 9.
& poſt Gilian. ad Stat. Peruſ. deciſ. 124. *n.* 9.

Nec aduerſatur, quod ſupradictum Sta-
tutum non liget Simonem tamquam fo-
3 renſem, quià quando contractus eſt factus
in Vrbe intrat diſpoſitio præfati Statuti,
etiàm contrà forenſes in puncto *Adden. ad
Pamph. deciſ.* 98. *num.* 9. *& latè in Fulgina-
ten. Pecuniaria* 10. *Decembris* 1688. *&* 3.
Iunij 1689. *coràm Caccia, &* 20. *Decembris*
1691. *coràm Manuel.* præcipuè quià dictus
Tancredus fuit Procurator, & per octo,
& vltra annos moratus eſt in Vrbe, & per
conſequens illius Statuta ignoraſſe non
præſumitur, vti fuit conſideratum in dicta
Fulginaten. Pecuniaria 20. *Decembris* 1691.
coràm Manuel. §. *ſi verò*.

Et in præſenti mihi viſum fuit omnem
difficultatem ceſſare, cum etiàm de iure ex
diuturna taciturnitate Creditoris præſu-
4 matur ſolutio *Surd. deciſ.* 105. *num.* 3. *&* 4.
Rot. coràm Dunoz. deciſ. 962. *num* 6. *& in
recent. deciſ.* 225. *num.* 15. *part.* 10. *& de-
ciſ.* 175. *num.* 15. *part.* 17. *cum alijs in Pi-
ſauren. Depoſiti, ſeù Pecuniaria* 28. *Nouembris*
1691. *coràm bo. me. Benincaſa* §. *denique*.
Attento præſertim, quod Tancredus non
eſt diues, itaut non ſit credendum, quod
per ſpatium decem, & ſeptem annorum, &
5 vltrà diſtulerit petere ſuum creditum, & è
contrà Buratta debitor dùm vixit poterat
ſoluere, quas circumſtantiās ad effectum
inducendi præſumptam ſolutionem pon-
derandas eſſe tradiderunt *Palma conſult.*
93. *num.* 21 *&* 22 *Maſcard. de probat con-
cluſ.* 1324. *num.* 28. *Surd. deciſ.* 105. *nu.* 1.
& ſeq Rot. deciſ. 225. *num.* 12. *part.* 10. *re-
cent. & coràm Alex. VIII. deciſ.* 205. *nu.* 15.
*& ſeq. & in dicta Piſauren. Depoſiti, ſeù Pecu-
niaria* §. *denique*, fortiùs quià Buratta dum
vixit egit contrà Tancredum prò ſatisfa-
ctione ſcutorum nonaginta in ſchedula
vulgò *paghero* contenta, vndè ſi de eo tem-
pore Tancredus verè fuiſſet Creditor non
omiſiſſet opponere compenſationem *Rot.
6 coràm Gregor. deciſ.* 439. *num.* 8. *& in recent.
deciſ.* 379 *num.* 15. *part.* 17. *& in Bononien.
Pecuniaria* 19. *Iun.* 1678. *coràm Calatain* §.
3. *& in Piſauren. Reſtitutionis dotis* 23. *Iunij*
1687. *coràm Benincaſa, & in dicta Piſauren.
Depoſiti* §. *ideoque*; tantò magis, quià Tan-
7 credus diſtulit agere prò ſatisfactione præ-
ſentis crediti poſt mortem Debitoris infor-
mati quàm coniecturam ad inducendam
præſumptam ſolutionem conſiderant *Pal-
ma conſult.* 103. *nu.* 35. *Mart. Medic. Dec.
Sen.* 85. *num.* 9. *& Rota in Bononien. Pecu-
niaria* 19. *Iunij* 1678. *coràm Calatain* §. 3.

Nec releuat quod Buratta nòn ſit veri-
ſimile, quod ſoluerit Tancredo notabilem
8 ſummam pecuniæ iſti debitæ ſinè quietan-
tia præcipuè, quando contrà illum aderat
publicum Inſtrumentum *Ciroch. diſcept.* 75.
num. 27. *Rota coram Celſo deciſ.* 184. *num.* 8.
& in recent. deciſ. 259. *num.* 6. *part.* 6. *&
deciſ.* 272. *num.* 21. *part.* 17. quoniàm ſi
viueret Buratta forſan reperiret quietan-
tiam, & in omni caſu hæc coniectura ab
9 alijs contrarijs ſuprà relatis deſtruitur; &
hæc adminicula, & præſumptiones in iſta
materia, vt fortiùs ſtringant, ſunt vnitim

10 conſiderandę, vti reſpondendo huic obiecto ſcripſerunt *Grattan. diſcept. 581. num. 3. Ciroch. diſcept. 16. num. 56. Surd. deciſ. 105. ferè per tot. & in recen. deciſ. 175. num. 15. part. 17.*

ARGVMENTVM.

CОnfeſſio dotis receptæ facta in teſtamento, quando probet ſolutionem dotis, & quando legatum factum à Viro ſit compenſandum cum dote.

SVMMARIVM.

Confeſsio dotis recepta facta in teſtamento reſoluitur in legatum in caſu ſecundarum nuptiarum num. 1.
Limita contrà confitentem, & habentem cauſam ab eo num 2.
Limita ſtantibus coniecturis in contrarium nu. 3.
Coniectura enumerantur nu. 4. 5. 6. & 8. & 9.
Valor augetur, & diminuitur num. 7.
Compenſatio legati cum dote quando intret num. 10. 11. 12. & 13.

VOTVM XXVI.

AD formam confeſſionis emiſſæ in teſtamento à Franciſco Vetrullo, cenſui eſſe reſtituendam dotem hæredibus Antoniæ Vxoris dicti Vetrulli, nec obſtat, quod de præfata dote non conſtet, niſi per confeſſionem Viri factam in teſtamento, quæ non probat receptionem, ſed ſolùm reſoluitur in legatum in caſu
1 ſecundarum nuptiarum iuxta doctrinam *Bartolì in l. cum quis decedens §. codicillis num. 1. & 4. ff. de legat. 3.* quia quidquid ſit an huiuſmodi confeſſiones probent in præiudicium tertij, certum eſt illas non poſſe impugnari à confitente, vèl ab eius hæredibus *Epiſcop. Rocc. ſelect. diſput. iur. cap. 169. ex num. 17. Rot. coràm Duran. dec. 409. n. 16. coram Ottobon. deciſ. 167. nu. 30. cum alijs cumulatis in Romana quarti dotalis prima Iulij 1697. coram R. P. D. Anſaldo §. toto,* vèl ſaltèm doctrina Bartoli non habet
2 locum concurrentibus coniecturis prò ſolutione, & numeratione dotis *Rot. coràm*
3 *Seraph. deciſ. 487. num. 14. coràm Pamph. deciſ. 105. & deciſ. 651. & 724. ferè per tot. & in recent. deciſ. 314. num. 19. p. 17.*

Ad arguendam dotis ſolutionem non leuis eſt coniectura deſumpta ex generali
4 conſuetudine, ſecundum quam Matrimonia ſine dote regulariter non contrahuntur *Rot. coràm Pamph. deciſ. 105. num. 6. & deciſ. 651. num. 3. ibique Adden. num. 12. coram Bich. deciſ. 131. num. 4.*

Huic coniecturæ accedit altera deducta
5 ex eo, quod Vir per plures annos habuit Vxorem, aliaque onera matrimonialia ſubſtinuit *Rot. coram Pamph. dicta dec. 105. num. 8. & 651. num. 4. coràm Priolo deciſ. 290. num. 5. & in Piſauren. reſtitutionis dotis 20. Martij 1687. § altera coram Benincaſa, & in Peruſina dotis 10. Maij 1697. coram R. P. D. Lancetta §. conſiſtit enim.*

Præcipuè quià apparet in parte verè, & realitèr fuiſſe ſolutam præfatam dotem, vndè reſidui quoque ſolutio rationabilitèr præſumitur *Rot. coràm Pamph dicta deciſ.*
6 *651. num. 7. & coram Duran. deciſ 409. nu. 11. & in recent. deciſ. 152. num. 5. part. 9. cum alijs in dicta Piſauren. §. quamobrem, & in Peruſina dotis 10. Maij 1697. coram R. P. D. Lancetta §. tum denique* non aduerſante, quod noua bonorum in dotem receptorum æſtimatio non correſpondeat quantitati, prò qua fuerunt recepta, quia cum dicta
7 bona fuerint æſtimata longè poſt conſignationem, verus exindè valor haberi non poteſt, qui ſempèr in dies decreſcit *l. pretia rerum § final. ff. ad leg. falcid. Ciriac. controu. 56. num. 3. Rot. in deciſ. 656. num. 6. & ſeq. part. 18. recent. & in puncto in dicta Piſauren. §. quamobrèm,* & in fortioribus terminis confeſſionis ab alia diuerſæ latè *coràm Pamph. deciſ. 651. & 724.*

Attenta præſertim probitate Teſtato-
8 ris dotis veriſimilitudine, ac etiam ſufficienti diuitia Patris dictæ Vxoris *Rot. coràm Pamph. deciſ. 105. num. 7. & dec. 651. num. 8. & in dicta Piſauren. §. proximè & in dicta Peruſina §. tum denique.*

Quæ omnia ſi ſufficiunt etiàm ad probandam ſolutionem contrà tertios, exu-
9 berant aduerſus confitentem, vel habentem cauſam ab eo *Adden. ad Pamph. dicta deciſ. 105. num. 13. & Rot. in recent. deciſ. 296. part. 12.*

Et tandèm non obſtat, quod Antonia habuerit aliud legatum à ſuo Viro, & ſic iſtud eſt compenſandum cum credito do-
10 tali *Mantic. de coniectur. lib. 10. tit. 2. nu. 2. Roland. de lucr. dotis quaſt. 96. num. 8. la-*

tè

tè Mantius conſult. 36. nu. 29. & ſeq. quoniam contraria opinio paſſim eſt recepta, & legatum factum à Marito Vxori non
11 venit compenſandum cum debito dotis tamquàm voluntario *Mantic. de coniectur. lib. 10. tit. 2. num. 12. & 23. Rot. coràm Pamph. deciſ. 106. num. 9. ibique Adden. num. 10. & in recent. deciſ. 17. part. 16.*

Non aduerſante quod compenſatio ha-
12 beat locum etiam cum debito voluntario ſtantibus coniecturis *Surd. conſ. 112. num. 11. & 12. Gratian. diſcept. 274. num. 1. cum alijs apud Manſ. conſult. 36. num. 32. tom. 1.* quoniam licet ſit verum quod teſtator maximè diligeret ſuos filios ideoque non ſit præſumendum voluiſſe grauare illos onere tàm conſiderabili; præcipuè quià hæreditas non eſt pinguis; attamen conce-
13 dendum eſt teſtatorem æquali amore dilexiſſe etiam vxorem vti clare demonſtrant verba teſtamenti ibi — *mia dilettiſſima Conſorte*; tantò magis, quia legatum conſiſtit in quantitate, & dos in ſpecie, quo caſu non tàm facilè eſt admittenda compenſatio de ſpecie ad quantitatem *Surd. conſ. 112. num. 55. & ſeq. Manſ. conſult. 36. num. 16. Ciarlin. contr. 189. num. 40. lib. 2. Mantic. de coniectur. lib. 10. tit. 2. num. 8. Rot. coram Seraphin. deciſ. 1212. num. 1.* fortiùs quia legatum excedit longè ſummam debitam prò dote, quo caſu intrat particularis præſumptio prò excludenda compenſatione latè *Ciarlin. contr. 189. num. 48. lib. 2.*

ARGVMENTVM.

AD effectum retinendi etiam ſine pacto ſubingrediendi, & ceſſione iurium creditoris dimiſſi poſſeſſor poteſt tueri aduerſus alios creditores anteriores. Eadem anterioritas, quæ competit prò ſorte debetur prò fructibus, & annuis præſtationibus remedium ſubſidiarium *leg. in rebus C. de iur. dotium* eſt perſonale, & non tranſit ad hæredes extraneos.

SVMMARIVM.

Poſſeſſor qui ſoluit pretium rei emptæ creditori anteriori ad effectum retinendi etiàm ſine ceſſione poteſt tueri contrà alios Creditores num. 1.

Secùs ad effectum agendi num. 1.

Anterioritas quæ competit prò ſorte debetur etiam prò fructibus num. 2.

Amplia etiàm prò annuis præſtationibus, & penſionibus num 3.

Mulier etiamſi dederit dotem extimatam in ſubſidium poteſt agere contrà bona dotalia in quibus præfertur omnibus alijs creditoribus Viri num. 4.

Declara, quod dictum priuilegium non tranſeat ad hæredes extraneos num. 5.

Amplia etiamſi mulier declarauerit velle redire ad primæua iura num. 6.

Ad hoc vt remedium dictæ legis in rebus tranſeat ad hæredes debet eſſe iudicialiter agnitum à Muliere à num. 7. vſque ad fin. *& num. 9.*

Vt intret dictum remedium ſubſidiarium debet probari per Mulierem de tempore contractæ obligationis per Virum non adeſſe alia bona num. 8.

Etiam ſtante Statuto quod procedatur ſola facti veritate inſpecta dict. num. 8.

Mulier non obſtante nouatione ſempèr poteſt redire ad primæua iura prò conſequenda ſua dote num. 10.

VOTVM XXVII.

CEnſui D. Ioannem Baptiſtam de Arigonis poſſeſſorem prædij Bachanelli eſſe abſoluendum à petitis prò parte Illuſtriſſimorum DD. de Guidalottis, cum tàm Ghellus eius author, quàm etiàm ipſe ſoluerint Monialibus SS. Geruaſij, & Protaſij creditricibus anterioribus libras 7770. prò quà ſumma dictis Monialibus ſoluta poteſt D. Arigonus in poſſeſſione
1 dicti prædij ſe tueri etiàm ſine ceſſione, & pacto ſubingrediendi *per tex. in leg. qui æquitate ff. de dol. Mal. except. Manſ. conſult. 107. num. 32. & ſeq. R. P. D. Anſaldus de commer. & mercatur. diſc. 86. num. 8. Rot. in Romana Pecuniaria 19. Iunij* 1686. *§. etenim coram Card. Taia, & in Romana Aſſociationis 24. Martij* 1681. *coram bon. me. Emerix,* prout contrarium eſſet dicendum ad effectum agendi, & in *Bononien. Predij 9. Iunij 1690. coram Reuerendiſs. Vrſino §. etenim.*

Et non obſtat, quod Monialibus ſolùm prò pretio prædij ab eis venditi competeret prælatio, non autèm prò linellis decur-

currendis, & ab Emptore promiſſis, quoniam ex attenta cõſideratione Inſtrumenti apparet dictos liuellos fuiſſe correſpe-
2 ctiuos ad pretium rei venditæ, imò poſſunt verè appellari pars pretij, quia abſque obligatione ſoluendi præfatos liuellos Moniales vendidiſſent cariori pretio dicta bona, ſicùt in effectu altera pars equalis dictis bonis alienatis per Moniales fuerit per eumdem Emptorem acquiſita cariori pretio, ex quibus correſpectiuitas reſultat, ita ùt prò dictis liuellis decurrendis competat eadem anterioritas, quæ debetur prò pretio fundi venditi, & in fortioribus terminis, quod ex ſola obligatione damnorum, & intereſſe, cum hypotheca bonorum interuſuria dotalia, etiàm ad præiudicium tertij debeantur cum anterioritate à die facti Inſtrumenti vnà ſimul cum capitali firmarunt *Conciol. alleg.* 8. *num.* 50. *&* 56. *cum ſeq. Rot. coràm Manzaned. deciſ.* 83. *num.* 5. *&* 6. *& deciſ.* 239. *num.* 1. *coràm Bich. deciſ.* 250. *nu.* 43. *&* 44. *& in recent. deciſ.* 261. *num.* 10. *par.* 19. & in puncto annuarum præſtationũ, & penſionum, & liuellorum tradit *Pacion. de locat. cap.* 39. *num.* 53. *Rot. coràm Caual. deciſ.* 342. *per tot. & part.* 1. *diuerſ. deciſ.* 679. *num.* 8. *&* 9.

Quibus poſitis non aduerſatur, quod Ioanna in deficientia bonorum Viri etiam data dote extimata, quæ fecit emptionem
4 & venditionẽ poſſit habere regreſſum contrà prædium Bacchanelli aſſignatum in dotem, etiam cum prælatione aduerſus omnes alios creditores anteriores ſui Viri iuxtà vulgatum *text. in leg. rebus C. de iur. dot Rot. deciſ.* 12. *part.* 16. *recent.*

Quoniam dicta Ioanna non potuit dictum priuilegium vti perſonale tranſmit-
5 tere ad hæredes extraneos, multi quos refert, & ſequitur *Merlin. de pignor. lib.* 2. *quæſt.* 10. *nu.* 99. *Pacif. de Saluian. inſpect.* 3. *cap.* 4. *nu.* 67. *Card. de Luca de Dote diſc.* 166. *num.* 77. *verſ. reputatur, & deciſ.* 690. *nu.* 21. *par.* 4. *tom.* 3. *recent.*

Nec turbat quod dicta Ioanna in inſtru-
6 mento conſenſus dati Marito, vt alienaret vnam vineam proteſtata fuerit, vt pars pretij deberet reinueſtiri prò ſua ſecuritate, & quod ſi vmquàm haberet moleſtias in dicto reinueſtimento, intenderet redire ad ſua primæua iura dotalia quomodocumque ſibi competentia, & ideo cum Ioanna iam habuerit moleſtias in dicto reinueſtimento afferebant ſcribentes prò Opera Blanca, ſeù dictorum de Guidalottis dictum priuilegium competens Mulieri vigore dictæ *legis in rebus* quamuis perſonale vti agnitum in vita fuiſſe tranſmiſſibile ad hæredes.

Nam obiectum non poteſt habere lo-
7 cum in præſenti, in quo Mulier reſeruauit regreſſum ad ſua primæua iura, ex qua reſeruatione nõ poteſt deſumi certus animus Mulieris agendi in ſubſidium contra bona aſſignata in dotem iuxtà priuilegium dictæ *legis in rebus*, tùm quia non conſtat de eo tempore adeſſe deficientiam bonorum Viri, cum dictum remedium ſubſidiarium præfatæ legis in rebus competat ſolumodo Mulieri in caſu deficientiæ aliorum bonorum Viri, quæ deficientia eſſet
8 concludenter probanda à dicta Muliere, ſiuè ab eius hæredibus, & quidem de tempore obligationis factæ per Virum *Neguſan. de pignor. part.* 3. *memb.* 3. *nu.* 28. *verſ. ego autem, & part.* 8. *memb.* 1. *num.* 27. *Card. de Luca de dote diſc.* 166. *num.* 74. *Rot. deciſ.* 690. *num.* 18. *part.* 4. *tom.* 3. *& deciſ.* 193. *num.* 3. *part.* 12. quæ excuſſio bonorum viri eſt neceſſaria etiam ſtante Statuto quod procedatur ſola facti veritate inſpecta *Merlin. de pign. lib.* 5. *q.* 69. *num.* 41. *Scac. de iudic lib.* 1. *cap.* 62. *num.* 24. *ampliat.* 2. *Bonden collect. legal.* 49. *nu.* 106. vbi concordantes ad ſatietatem, tùm etiàm quia auctoritates, quæ in contrarium adduce-
9 bantur procedunt, quando adeſſet explicita declaratio Mulieris, & quidem cum petitione iudiciali, quia ad effectũ de quo agitur, vt dictum priuilegium ſit agnitum, & tranſmiſſibile ad extraneos, eſſe neceſſariam iudicialem inſtantiã ſentire videtur *Card. de Luca de Dote diſc.* 166 *n.* 102. & generaliter firmatur per *Rotam in Romana prælationis* 28. *Ianuar.* 1692. *coram Card. Cauallarino* §. *agnouere*, & in noſtro caſu ceſſat omnino omnis difficultas, quia Mulier in caſu moleſtiarum reſeruauit ſibi iura quomodocumque competentia, quæ iura licèt eidem Mulieri competebant ab initio facti inſtrumenti dotalis, & antè quàm præſtaſſet conſenſum alienationi præfatæ vineæ tamèn nemo negare poteſt, quod dicta Mulier ab initio non tranſmiſiſſet ad hæredes remedium ſubſidiarium dictæ *legis in rebus* niſi facta explicita declaratione

tione, fortiùs quia Mulier cum reſeruatio-
10 ne iuriũ in caſu de quo agitur nihil de no-
uo acquiſiuir, dùm certum ſit fauore dotis
ſemper agi poſſe primæuis iuribus non ob-
ſtante qualibet illorũ nouatione *ad text. in
leg. ſi cum dotem §. ſi mulier leg. 1. vbi gloſ.
verb. monebit, & DD. communitèr ff. ſolut. ma-
trim. Rot. deciſ. 448. n. 14. par. 13. recen. &
in Auenionen. dotationis 2. Martij 1687. co-
ràm bo. mem. Benincaſa §. in nihilo*, vnde
ineuitabiliter erat neceſſaria explicita de-
claratio mulieris ad hoc dici poſſit tranſ-
miſſum dictum priuilegium ad hæredes
præſertim quia nõ apparet deficientia bo-
norum de eo tempore, & ideò mihi igno-
tum remanet an mulier tunc voluerit, vel
potuerit intentare remedium ſubſidiariũ,
dictæ legis in rebus, & Doctores in con-
trarium allegati procedunt quando mu-
lier intentauerit iudicialiter dictum reme-
dium ſubſidiarium cum excuſſione bono-
rum viri.

ARGVMENTVM.

INſtrumentum abſque clauſula actũ eſt inualidum, & quando Minor maior factus non præſumatur ratificaſſe actum nullum quando non probetur de eo habuiſſe notitiam, quæ concluſio procedit etiamſi contractus fuerit initus præſente ipſo minore.

SVMMARIVM.

Inſtrumentum eſt nullum abſque clauſula actum, & nominibus teſtium num. 1.

Declara quod limitetur concluſio ſtante obſeruantia num. 2.

Fallit in contractu facto à minore num. 3.

Minor maior factus, vt obſeruando contractum aliàs nullum dicatur illum ratificaſſe eſt probanda ſcientia num. 4.

Amplia etiamſi minor fuerit præſens contractui num. 5.

VOTVM XXVIII.

NOn venit attendendum inſtrumentũ
locationis ad longum tempus factæ
ab Emiliano tempore quo erat mi-
1 nor, quia in inſtrumento deficit clauſula
actum, & nomina teſtium, ſinè quibus re-
manet actus imperfectus, & inefficax *Bar-
boſ. de clauſul. clauſ. 2. num. 6. Gratian. di-
ſcept. 899. num. 15. Altograd. Iun. contr. 50.
num. 44. Andr. contr. 45. num. 14. Rot. coràm
Seraph. deciſ. 949. per tot. & in Romana Ca-
ſtri Orciani 3. Iunij 1679. §. 2. coràm Bour-
lemont.*

Nec obſtat, quod ſupradictus contractus locationis fuerit obſeruatus longo ſpatio 11. annorum, ex qua obſeruantia ſcriptura etiam informis deſumit robur neceſſarium ad probandum aſſertam locationem *Rot. in Bononien. frumenti 21. Februarij 1656. §. hanc autem coràm Bich. inter eius impreſ. deciſ. 654. & in recent. deciſ. 69. nu. 4. part. 19. & in Firmana beneficiiorum 19. Iunij 1693. §. vltra quod coràm R. P. D. Manuel.*

Quoniam obiectum procederet, ſi Emi-
lianus de tempore contractus fuiſſet ma-
3 ior, quo caſu crederem ſcripturam etiam
informem deſumere ex obſeruantia robur
neceſſarium ad probandum, ſecùs verò
eſt dicendum in minore de tempore con-
tractus, qui licèt factus maior non im-
pugnauerit ſcripturam, præſumitur hunc
4 actum impugnatiuum prætermiſiſſe ex de-
fectu ignorantiæ nullitatis, cum regula ſit
certa, quod minor maior factus non cen-
ſeatur ratificaſſe actum nullum, quamuis
per longum tempus fuiſſet ab eo obſerua-
tus, niſi probaretur concludentèr mino-
rem habuiſſe ſcientiam prædictæ nullita-
tis multi, quos refert, & ſequitur *Vrceol.
conſult. 63. nu. 29. Bonden. collect. 93. nu. 59.
Palma Nepoſ. alleg. 373. num. 27. & ſeq. Rot.
deciſ. coràm Burat. deciſ. 410. coràm San. Me.
Alex. VIII. deciſ. 191. par. 19. & in recen. de-
ciſ. 217. num. 3. par. 10.*

Nec turbat quod ſupradicta concluſio ſoleat limitari, quando minor fuit præſens contractui, quo caſu in eo non eſt præſumenda ignorãtia *Surd. conſ. 49. n. 32. Gabr. conſ. 36. ſub num. 59. cum alijs apud Conciol. alleg. 6. nu. 21. Rot. deciſ. 231. nu. 9. par. 4. tom. 2. & deciſ. 305. num. 34. part. 7. recen. coràm Cocin. dec. 1439. nu. 15. & ſeq.* Quoniam contraria opinio eſt verior, & comunior *Gratian. diſcept. 513. num. 11. & 824. num. 52. & 53. Vrceol. conſult. 63. num. 31. Rot. poſt Cenc. de cenſ. deciſ. 370. num. 13. coràm Merlin. deciſ. 646. num. 17. coràm Sa. Me. Alex. VIII. deciſ. 191. num. 19. & deciſ. 204. num. 5. & in recen. deciſ. 98. num. 6. & ſeq. part. 11.*

ARGVMENTVM.

FRater debet ſubminiſtrare alimenta alteri fratri pauperi, etiam naturali, & in qua quantitate ſint taxanda, & vbi præſtanda.

SVMMARIVM.

Pater tenetur alere filios, & in ſubſidium proximiores num. 1.
Amplia etiàm in naturalibus, & inceſtuoſis nu. 2.
Et quando alimenta ſint præſtanda extra domum alimentantis num. 3.
Sunt ſoluenda anticipatè dicto num. 3.
Quomodo taxanda num. 4. & 5.
An ſit computandum lucrum alicuius profeſsionis exercita per alimentandum dicto num. 5.

VOTVM XXIX.

FRater naturalis habuit recurſum ad Sanctiſſimum cum ſupplici libello, in quo exponebat non poſſe conſequi alimenta neceſſaria ab alio ſuo fratre diuite, & remiſſo dicto ſupplici libello ad Illuſtriſs. & Reuerendiſs. Almæ Vrbis Gubernatorem, cenſui fratrem teneri alere alium fratrem pauperem licèt naturalem,
1 nàm alimenta ſunt præſtanda à Patre, &
in ſubſidium à proximioribus *Surd. de alimen. tit. 1. quæſt. 25. per tot. Vrſel. concluſ. 89. num. 215. Rot coram Merlin. deciſ. 497. num. 3. & deciſ. 761. num. 4. cum alijs in Romana alimentorum 6. Martij* 1693. *coram Emerix* §. *nulla enim*.

Nec in hac materia ſit differentia intèr legitimum, vèl illegitimum, & inceſtuoſum *Surd. vbi ſuprà num. 29. & 30. Rot. co-*
2 *ram Duran. deciſ. 95. num. 3. coram Merlin. deciſ. 671. num. 4. & in recent. deciſ. 356. num. 1. part. 17.*

Et licèt alimenta non ſint præſtanda extrà domum Alimentantis *Bart. in l. Cato* §. *Imperator ff. de alimen. & cib. legat. Menoch. de arbitr. caſ. 168. num. 12. Gratian. diſcept. 562. num. 54. Sabel. variar. cap. 86. num.* 18. tamèn in præſenti ſtantibus diſ-
3 cordijs, & odio intèr fratres, & iuſto timore, quod naſcantur maiora ſcandala debent ſubminiſtrari alimenta extra Domum Alimentantis *Magon. deciſ. Floren. 113. Menoch. de arbitr. caſ. 170. nu. 12. & ſeq. Sabel d. cap. 86. nu. 19. Rot. deciſ. 256. num. 13. & 14. part. 15. cum alijs in Romana Alimentorum 5. Martij 1694. coram Emerix per tot.*

Taxata verò fuerunt alimenta in ſcutis decem prò quolibet Menſe habito reſpectu tàm ad qualitatem perſonarum, quàm ad quantitatem bonorum, aliarumque circumſtantiarum, quæ in hac materia à
4 Iudice ſunt ponderandæ *Franch. deciſ. 489. Magon. Dec. Lucenſ. 73. Rot. deciſ. 307. nu. 12. part. 18. cum alijs in Romana Alimentorum ſuper quantitate 5. Martij 1694.* §. *firmat, & 14. Iun. 1694. per tot. coram Emerix;* quæ alimenta ſoluenda ſunt anticipatè de ſemeſtre, in ſemeſtre *Rot. in d. Romana Alimentorum 14. Iunij 1694. coram Emerix* §. *ſimili modo*.

Nec ad retardandam hanc taxationem fuit ſufficiens exceptio, quod alendus eſſet Doctor, qui in Curia poterat exercere munera tàm Procuratoris, quàm Aduocati; quia in taxandis alimentis non attenditur lucrum Doctoratus *Menoch. conſ. 8. num. 22. Altobrand. conſ. 28. num. 76. lib. 1. Merlin. de legit. lib. 2. tit. 2. quæſt.*
5 *30. num. 16. & 17. latè Carena reſolut. 49. & reſolut 50. vtrobique num. 7. Rot. deciſ. 124. num. 5. & 6. part. 2. recent.* præcipuè in iſto Doctore, qui non habebat clientes vti proſequitur *Carena dicta reſolut. 50. nu. 7. & ſeq.*

ARGVMENTVM.

QVando dicatur inita Societas intèr fratres etiàm minores in negotio paterno poſt mortem Patris, & quando minores poſſint contrahere ſocietatem ſinè ſolemnitatibus.

SVMMARIVM.

Frater maior exercendo negotium paternum euadit Socius aliorum fratrum, quibus lucrum comunicare tenetur num. 1.
Minores non poſſunt contrahere ſocietatem ſine ſolemnitatibus num. 2.
Limita num. 3. & 4.
Nullitas ſocietatis, & contractus à ſolo minore eſt opponenda num. 5.

VO-

VOTVM XXX.

POſt mortem Patris Ioſeph eius Filius
maior continuauit exercere nego-
tium fundacale vendendo, & emendo
merces, & prætendens excludere alios
ſuos fratres à participatione lucri per tres
annos acquiſiti, dedit occaſionem eius
fratribus introducendi litem coram me,
ad quorum fauorem fuit cauſa reſoluta.

Cum enim Ioſeph continuauerit exer-
cere negotium paternum, dicitur inducta
intèr fratres ſocietas, & per conſequens
comunicandum eſt lucrum, quod indè pro-
1 uenit *Anchar. conſ. 502. num. 7. & 9. Bor-
gnin. deciſ. 10. num. 13. Rot. coram Pamph.
deciſ. 135. num. 1. & 2.* & quod ex conti-
nuatione hæredum in negotio dicatur
etiàm inducta noua ſocietas tradunt *Ma-
gon. dec. Floren. 1. num. 4. Oſach. deciſ. 149.
num. 3. Capyc. Latr. deciſ. 189. num. 23.
cum alys apud Palmam conſult. 27. num. 5.
& ſequen.*

Nec obſtare viſum fuit vnicum obie-
ctum huius cauſæ nempè, quod ſocietas
2 non poſſit fieri cum fratribus minoribus
abſque ſolemnitatibus, cum ſocietas vt
plurimum ſit contrahentibus damnoſa *Rot.
coram Burat. deciſ. 467 ſub num. 2. coram
Card. Celſo deciſ. 345. ſub num. 11. & deciſ.
805. ſub num. 6. part. 18. & in Viterbien.
fideicommiſſi 16. Iunij 1684. coram Alberga-
to §. quod extras* quia non agitur de aliqua
ſocietate de nouo contracta, ſed de conti-
nuatione negotij paterni cum mercibus
3 per Patrem relictis, quo caſu poſſunt om-
nes fratres actione negotiorum geſtorum
petere lucrum ex eo prouentum *Bald. conſ.
236. lib. 4. Rot. coram Pamph. deciſ. 135.
num. 5. ibique Adden. num. 8. & coram Coc-
cin. deciſ. 529. num. 3.* vbi agebatur de pu-
pillo.

Tum quia iſta ſocietas fuit exercita
ſciente, & patiente Tutore, & deindè Cu-
4 ratore, quo caſu etiam pupilli, & minores
remanſerunt obligati *Adden ad Pamph. di-
cta deciſ. 135. num. 9 Rot. coram Buratt. de-
ciſ. 239. num 2. & ſeq. & in recent. deciſ.
284. nu. 23. & ſeq. part. 9.* tùm etiàm quia
talis defectus, ſeu nullitas in ſocietate tàm
expreſſa, quàm tacita ab ipſis minoribus,
& non ab alijs allegari poteſt *Surd. conſ. 9.
à num. 10. vſque ad 21. Gratian. diſcept.
714. num. 12. Cerec. diſcept. 65. num. 13.*
prout regularitèr eſt in omni alio contra-
ctu *Rot deciſ. 307. num. 49. part. 3. & de-
ciſ. 313. ſub num. 3. part. 12. & deciſ. 397.
num. 13. part. 17. recent.*

ARGVMENTVM.

LEgatum factum Capuccinis vnius
ferculi prò qualibet die an ſubſti-
neatur. Legatum factum Capucci-
nis, & Fratribus Minoribus de Obſer-
uantia tàm olei, quàm ceræ prò vſu
Eccleſiæ quando debeatur.

SVMMARIVM.

*Legatum factum Capuccinis vnius ferculi prò
qualibet die poteſt recipi à Capuccinis ab hæ-
rede ſpontè ſoluente dictum legatum num. 1.*

*Legatum factum Capuccinis, ſeu Fratribus Mi-
noribus de obſeruantia ceræ, olei, & ſimilium
prò vſu Eccleſiæ, ubſtinetur num. 2.*

VOTVM XXXI.

FVit dubitatum an legatum factum
Capuccinis vnius ferculi prò qualibet
die ſubſtineretur, & ego credidi, quod
Fratres Capuccini non poſſint petere
prædictum legatum, ſed tantum valeant
illud recipere ab hærede ſpontè ſoluente
iuxta Decreta Sac. Congregationis fa-
1 bricæ Sancti Petri relata in compendio
per R. P. D. Veſpignanum eiuſdem Con-
gregationis Secretarium *fol. mihi 67. §.
prohibuit*, de qua materia etiam tractat
*Card. de Luca ad Sacrum Concilium Triden-
tinum diſc. 35. num. 12.* & ità reſolutum
fuit à Sacra Congregatione Concilij *in
vna Faventina die 12. Martij 1697.*

Et ſecundo loco fuit paritèr dubitatum
an legatum factum Capuccinis, & Fratri-
bus Minoribus de Obſeruantia tàm ceræ,
quàm olei prò vſu eorum Eccleſiæ ſubſti-
neretur, & affirmatiuè reſpondendum cen-
2 ſui non obſtante eorum incapacitate de
qua latè tradunt Canoniſtæ *in Clemen. exi-
vi de paradiſo de verbor. ſignif.* cum dictum
legatum reſpiciat manutentionem eorum
Eccleſiæ, & ideò ab hærede ad hunc effe-
ctum eſt ſoluendum, vti latè diſcuſſo ar-
ticulo fuit, firmatum *per Adden. ad Buratt.
deciſ. 756. num. 22. & per Rot. deciſ. 456.*

Google

num. 26. *& ſeq. coram Merlin.* & ità nouiſ-
ſimè fuit deciſum à Sacra Congregatione
Concilij *in dicta Fauentina die* 2. *Martij*
1697.

ARGVMENTVM.

Filiatio an & quando probetur latiſ-
ſimè examinatur.

SVMMARIVM.

Filiatio probatur ex libro baptiſmatis num. 1.
Item ex educatione, & nominatione num. 2.
Item ex publica voce, & fama num. 3.
Item ex legitimatione num. 4.
Ex inſtitutione num 5.
*Reſpectu Patris probatio filiationis eſt quaſi im-
poſsibilis num.* 6.
Et ideo probatur coniecturis num. 7.
*Quando agitur de praeiudicio tertij requiritur
exacta probatio ſuper cuſtodia Mulieris n.* 8.
*Vnde probato acceſſu aliorum filiatio excluditur
num.* 9.
Contraria authoritates declarantur num. 10.
*Fama publica quando habuit originem ab inſub-
ſiſtente credulitate non releuat num.* 11.
Filius praſumitur illius, cui eſt ſimilis num. 12.

VOTVM XXXII.

Michael Angelus prætendens ſucce-
dere in bonis fideicommiſſi Gu-
glielmi plura deduxit ad proban-
dum ſe eſſe Filium Antonij Nepotis dicti
Guglielmi, & primo quod fuerit de ordi-
ne Antonij baptizatus, & vti eius Filius
in libro baptiſmatis deſcriptus, & à Sacro
1 fonte leuatus à Patrino, ab ipſo deſtinato;
Iſti enim actus ſpectantes ad Parentes val-
dè inſeruiunt ad probandam filiationem.
Surd. conſ. 1. *num.* 45. *Rot. deciſ.* 309. *num.*
2. *&* 3. *part.* 10 *& deciſ.* 217. *num.* 5. *part.*
15. *& in Romana, ſeù Cremonen. hareditatis*
23. *Februarij* 1680. *coram Card. Vicecomite*
§. *ſecunda eſt*.

Altera coniectura prò filiatione deſu-
mitur ex educatione, & nominatione, &
2 tractatu facto ab Antonio ergà Michae-
lem Angelum vti in Filium *Menoch. conſ.* 89.
num. 69. *Surd. conſ.* 1. *num.* 46. *Rot. coram
Pamph. deciſ.* 158. *nu* 2. *& ſeq. & in recent.
deciſ.* 430. *num.* 66. *part.* 5. *& deciſ.* 309.
num. 4. *part.* 10. *& deciſ.* 246. *num.* 16. *&*
17. *part.* 15. *& in dicta Romana, ſeù Cremo-
nen.* §. 3. *inſurgit*.

Cui accedit, quod Michael Angelus ex
communi omnium reputatione, & ex pu-
3 blica voce, & fama, orta in Vrbe vſque
de tempore conceptionis fuerit ſemper ha-
bitus vti Filius Antonij *Rot. coram Dunoz.
Iun. deciſ.* 981. *num.* 3. *coram Ottobon. deciſ.*
251. *num.* 7. *coram Merlin. deciſ.* 638. *num.*
9. *& in recent. deciſ.* 125. *num.* 15. *&* 29.
& deciſ. 217. *num.* 7. *part.* 15. *& in dicta
Romana, ſeù Cremonen. hareditatis* §. 4. *de-
ſumitur*.

Præcipuè quia Michael Angelus vti Fi-
4 lius fuerit legitimatus ab Antonio, ex
qua legitimatione arguendam eſſe filia-
tionem ſcripſerunt *Pariſ. conſ.* 10. *num.* 67.
lib. 2. *Roland. conſ.* 96. *num.* 47. *lib.* 3. *Surd.
conſ.* 1. *nu.* 49. *Rot. coram Vbaldo deciſ.* 255.
num. 5. *& deciſ.* 377. *num.* 8. *& coram Mer-
lin. deciſ.* 797. *num.* 10. *& in dicta Romana,
ſeù Cremonen.* §. 5. *ex legitimatione*.

Attento etiam, quod Antonius inſti-
tuerit dictum Michaelem Angelum, vti
Filium hæredem vniuerſalem, quæ inſti-
5 tutio ſummopere inſeruit ad præſumen-
dam filiationem *Adden. ad Gregor. deciſ.*
349 *num.* 8. *& in recent. deciſ.* 472. *num.* 8.
part. 1. *& coram Dunoz. Iun. deciſ.* 770. *nu.*
8. *& coram Coccino deciſ.* 921. *nu.* 8. *& ſeq.
& in dicta Romana, ſeù Cremonen.* §. 6. *ex in-
ſtitutione*.

Et quia reſpectu Patris probatio Filia-
tionis directa certa, & concludens, vel eſt
6 impoſſibilis, vèl ſaltèm valdè difficilis
iuxtà tex. in leg. Lucius Titius 82. *ibi gloſ.
ff. de condit. & demonſtrat. Pariſ. conſ.* 10.
num. 39. *lib.* 2. *Adden. ad Buratt. deciſ.* 725.
num. 16. *Rot. in recent. deciſ.* 310. *num.* 1.
& 6. *part.* 11. *& deciſ.* 246. *num.* 1. *part.* 15.
& in dicta Romana, ſeù Cremonen. §. *pramiſ-
ſo*; ideoque ad iuſtificandam filiationem
ſuper enarratæ coniecturæ, & præſumptio-
7 nes ſufficere debent, vt tradit *gloſ. in dicta
leg. Lucius Titius verſicul. teſtamentum Bart.
in leg.* 1. *nu.* 1. *&* 2. *C. quorum bon. me. Surd.
conſ.* 1. *num.* 38. *&* 40. *Rot. coram Dunoz.
Iun. deciſ* 981. *& coram Pamphil. deciſ.* 158.
num. 4. *& in dicta Romana, ſeù Cremonen.* §.
pramiſſo.

Hiſ tamen non obſtantibus contrarium
fuit iudicatum, quia non ſumus in caſu
aſſignandi alimenta prouiſionalia, ſeù de
ſucceſſione in bonis Paternis, ſed agitur de
præ-

Digitized by Google

præiudicando tertio vocato ad particula-
re fideicommiſſum, quo caſu requiruntur
exactiſſimæ probationes ſuper concubitu,
& cuſtodia Mulieris ſignantèr de tempore
conceptionis *ad text in § illud autem circa
fin. authen quib. mod. natur. effic. ſui*, vndè
non ſufficiunt legitimatio, tractatus, &
aſſertiones parentum, ne aliàs eſſet in
8 arbitrio cuiuſque ſibi filium ſupponere in
præiudicium tertij *l. non nudis aſſertionibus
14. C. de probat. Rot. deciſ. 105. num. 12. &
deciſ. 317 num. 15. & ſeq. & num. 25. par. 9.
& deciſ. 263. num. 4. & ſeq part. 12. coràm
Pamph. deciſ. 415. num. 5. & 6.*

Conſtat enim ex quatuor Teſtibus fòr-
mitèr examinatis Matrem Michaelis An-
geli de tempore, quo habuit comercium
carnale cum Antonio, pluribus alijs adi-
tum dediſſe, & tàm antè, quàm poſt con-
ceptionem dicti Michaelis ſolitam fuiſſe
alios admittere Viros, vndè dictus Michael
9 vulgò conceptus non poteſt quemquam
Patrem aſſumere *iuxtà Text. in leg. vulgò
concepti ff. de ſtat. homin. Rot. coràm Man-
tie. deciſ. 149. num. 10. & 11. coràm Caril.
deciſ. 136. nu 15. in recen. deciſ. 289. nu 11.
par. 1. & deciſ. 263. part. 12. num. 1.*

Contrariæ autem authoritates proce-
derent in Muliere benè cuſtodita, vel ſi
nõ eſſet probata cuſtodia, ageretur de Mu-
10 liere, vel nobili, vel aliquantũ honeſta,
quæ veriſimilitèr alios Viros non admiſiſ-
ſet, vt erat caſus deciſionis in *dicta Roma-
na, ſeu Cremonen. 23. Februarij 1680. coràm
Vicecomite*; vbi agebatur de Domino me-
tuendo, qui rem habuit cum Vaſalla, &
tamèn *Rot. in d. deciſ.* dubitauit de filiatio-
ne ob ſolùm acceſſum Serui, licèt hæc he-
ſitatio fuerit reiecta ex particularibus cir-
cumſtantijs ibidem concurrentibus.

Vel ſaltèm contrariæ authoritates ſunt
applicabiles, quando ageretur de Mulie-
re retenta ab Amaſio ſuo arbitratu, quo
caſu etiamſi probaretur acceſſus alterius
Viri, adhùc proles eſſet adſcribenda illi,
qui Mulierem tenebat ad ſui diſpoſitio-
nem, & in iſtis terminis loquitur *Rot. de-
ciſ. 217. num. 11. & 12. & deciſ. 246. n. 6.
par. 15. & deciſ. 367. num. 29. par. 16.*

Nec vllum fundamentum poteſt fieri in
publica voce, & fama nata ex quadam
11 inſubſiſtenti credulitate Antonij, cum
Teſtes ad excludendam filiationem exa-
minati deponant, tàm de acceſſu multo-
rum ad præfatam Mulierem, quàm etiam
de natura nimis credula dicti Antonij, &
faciunt ad excludendam famam deducta
*per Rot. coràm Mantic. dec. 149. nu. 7. coràm
Caril. dec. 136. n. 4. & 21. & in recen. dec. 8.
nu. 22. cum ſeq. & dec. 347. nu. 28. part. 11.*
tantò magis quia quando agitur in præiu-
dicium tertij, quod comunis reputatio,
quæ originem habuit ab inſubſiſtenti cre-
dulitate, nominatione, & aſſertione An-
tonij non ſufficiat ad probandam filiatio-
nem vltra allegata firmauit *Rot. coràm Pam-
phil. deciſ. 415. num. 5. & 6.*

Fortiùs quia Michael Angelus eſt valdè
ſimilis alteri, qui pariter acceſſum habe-
12 bat ad eamdem Mulierem, quæ coniectu-
ra inſeruit ad præſumendum, quod Mi-
chael ſit potiùs filius iſtius, eo quia regu-
laritèr ſimilitudo proficiſcatur non à ſim-
plici imaginatione, ſed ab inſiti tempera-
menti conuenientia, & hoc inditium tam-
quam vehemens ad probandam filiatio-
nem philoſoficis rationibus admittitur per
Rot. coràm Merlin. dec. 658. nu. 12. & ſeq.

ARGVMENTVM.

MVlier maior poteſt donare; & quando requiratur cauſa ſecundum Statutum Vrbis, donatio intèr Virum, & Vxorem non ſubſtinetur.

SVMMARIVM.

Mulier maior poteſt donare de Iure comuni n. 1.

Et poteſt contrahere vti Vir num. 2.

Poteſt donare ad formam Statuti Vrbis ſeruatis ſolemnitatibus num. 3.

Quæ cauſa requiratur in ſimili donatione num. 4. & ſeq. & per tot.

Iudex non poteſt interponere decretum in contractu non vtili Mulieri num. 6.

Mulier non poteſt renunciare leg. ſi vnquàm C. de donat. num. 7.

Cauſa conſeruandi agnationem Viri non eſt ſufficiens prò donatione Mulieris num. 9.

Donatio intèr Virum, & Vxorem non ſubſtinetur, quamuis facta alteri contemplatione Viri num. 10.

Declara dicto num. 10.

Digitized by Google

VOTVM XXXIII.

DOnationem factam ab Eliſabetta
Euangeliſta validam eſſe credidi,
ſiuè enim attendatur ius comune,
1 certum eſt Mulierem maiorem poſſe libe-
rè donare *Ciriac. contr.* 128. *num.* 42. *& ſeq.*
Adden. ad Pamph. deciſ. 171. *ſub nu.* 7. *verſ.*
de Iure comuni, & generalitèr quod exce-
2 pto vnico Velleiani caſu in omnibus alijs
Mulier vti Vir contrahere poſſit tradunt
de Luca de credit. diſc 75. *nu.* 5. *Rot. dec.* 88.
num. 7. *par.* 6. *& deciſ.* 338. *num.* 22. *par.* 17.
recen. ſiuè attendatur Statutũ Vrbis *lib.* 1.
cap. 151. dubitari nequit Mulierem maio-
rem cum ſolemnitatibus poſſe liberè, &
gratioſe donare *Adden ad Pamph. dec.* 171.
3 *ſub num.* 7. *verſ. in Vrbe Rot. coràm Coccin.*
deciſ 433. *Rembold. deciſ.* 125. *& in recent.*
deciſ. 157. *par.* 15.

Solemnitates autem requiſitæ à Statuto
in donationibus Mulierũ fuerunt adamuſ-
ſim ſeruatæ ſolum impugnabatur donatio
ex defectu cauſæ, & allegabatur deciſio
in Romana donationis 17. *Martij* 1692 *co-*
4 *ràm Priolo*, in qua fuit dictum donationem
factam etiam cum ſolemnitatibus Statuti
fuiſſe nullam, quamuis Mulier donauiſſet
prò conſeruanda agnatione tranſuerſa-
lium Mariti.

Quia ſupponendum eſt in facto, quod
Eliſabeth poſt quàm remanſerat vidua
continuauerit habitare in domo ſui Viri
vna ſimùl cùm iſtius Nepotibus, à quibus
ſemper fuit tractata cum maxima bene-
uolentia, vndè Eliſabeth donauit inter
viuos omnia ſua bona Franciſco vni ex
dictis Nepotibus reſeruando ſibi vſum-
fructum, ac ſcuta duocentum ad effectum
teſtandi, & hanc donationem expreſsè
fecit in memoriam ſui Viri defuncti, & in
remunerationem plurium ſeruitiorum re-
ceptorum à dicto Franciſco filio fratris
Viri ſui, hæc enim cauſa tamquàm vera,
5 & rationabilis fuit approbata à Iudice cũ
decreto, ideoque ſeruatis ſolemnitatibus
Statuti Mulieris donationem ſubſtineri
etiam ex aſſertione in genere meritorum
firmauit *Adden. ad Pamph. dicta deciſ.* 171.
ſub num. 7. *verſ. in Vrbe verò, cum alijs ſuprà*
relatis.

Nec obſtat, quod quoties Statutum de-
ſiderat in contractu Mulieris interuentum
6 Curatoris, & decretum Iudicis neceſſariũ
ſit vt accedat vtilis cauſa prò contractu,
cum aliàs nec Curator conſenſum dare,
nec Iudex decretum interponere poſſit
Buccafer. conſ. 1. *num.* 65. *cum ſequen. Lan-*
cellot. Gall. conſ. 34. *num.* 20. *&* 36. *cum ſeq.*
Simoncel. de decret. lib. 1. *tit.* 2. *num.* 1.
& ſeq. Donat. Anton. de Marin. reſolut. iur.
lib. 1. *cap.* 144. *num.* 2. *& ſeq. Rot. coràm Bu-*
rat. deciſ. 924. *num.* 15. *cum ſeq. cum alijs de-*
ductis in ſimili caſu in dicta Romana donatio-
nis 17. *Martij* 1692. *coràm Priolo* §. *reſul-*
7 *tat, & ferè per tot.* vbi in ſpecie fuit dictum
Mulierem donando non poſſe renunciare
l. ſi vnquàm C. de donat. in terminis Statuti
Vrbis.

Quoniam principium eſt certum, quod
donare ſit perdere, & per conſequens quo-
ties Mulieri permittitur poſſe donare, im-
poſſibile ſit, vt in huiuſmodi contractu in-
ueniri poſſit vtilitas donantis, ideoq; Sta-
tutũ debet intelligi, vt requirat cauſam ra-
tionabilem veluti quando donatur cõſan-
guineo proximo vel alteri, à quo recepta
8 ſint beneficia, itaut excludatur, prodiga-
litas irrationabilis, vti videre eſt *in deciſ.*
433. *coràm Coccino in deciſ.* 171. *coràm Pam-*
phil. coràm Rembold. deciſ. 125. *& in recent.*
deciſ. 157. *par.* 15. & in iſtis terminis loqui-
tur, *Card de Luc. de donat. diſc.* 27. *per tot.*

Non releuat deciſio *in dicta Romana Do-*
nationis 17. *Martij* 1692. *coràm Priolo*; quia
ibi Mulier donauerat contemplatione Viri
viuentis, cuius agnationem intendebat
conſeruare, & donatio tendebat in vtili-
9 tatem Conſanguineorum ſui Viri donatri-
ci penitùs incognitorum, ideoque princi-
palitèr in illa deciſione fuit perpenſum,
eam donationem fuiſſe nullam tamquàm
factam ſiuè cauſa tùm quia, tàm de iure
comuni, quàm ad formam Statuti Vrbis
inter Virum, & Vxorem ſunt de iure pro-
hibitæ donationes etiã factæ alteri intuitu
Viri. *Paſchal. de viribus patr. poteſt. par.* 1.
cap. 4. *num.* 23. *Mantic. de tacit. lib.* 21. *tit.* 3.
num. 22. *Hodier. contr.* 16. *num.* 125. *Conciol.*
allegat. 18. *ſub num.* 6. *Fontanel. deciſ.* 179.
nu. 3. *cum ſeq. Franch. deciſ.* 435. *ſub nu.* 31.
ſecùs in præſenti in quo Vir iam erat mor-
tuus, prout conſideratur in fortioribus
terminis donationis inter coniuges, quæ
confirmatur morte donantis *per text. in leg.*
ſi maritus C. de donat. inter vir. & uxor. Vr-
ceol. conſult. forenſ. cap. 39. *nu.* 1. *&* 2. *Turr.*
de pact. futur. ſucceſſ. lib. 3. *cap.* 13. *num.* 56.
& ſeq.

Digitized by Google

& ſeq. Rot. poſt eumdem deciſ. 182. *num.* 3. *cum alijs in Romana quarti dotalis* 1. *Iulij* 1697. §. *poſito autem coram R. P. D. Anſaldo*, & Vidua donans multa beneſitia, & quidem releuantia receperat à Nepote donatario, qua iuſtà cauſa exiſtente donationis validitas fruſtra impugnatur, in quibus terminis non loquuntur *deciſ.* 924. *nu.* 9. *coram Buratt. & deciſ.* 241. *num.* 7. *part.* 13. *recent. in contrarium allegata.*

ARGVMENTVM.

QVando per prædeceſſum Donatarij bona donata reuertantur ad Donantem.

SVMMARIVM.

In donatione inter viuos per prædeceſſum donatarij regulariter bona donata non reuertuntur ad donatarium num. 1.

Amplia num. 2. 3. 4. 5. 6. *&* 7.

Onus iniunctum donatario licèt iſte precedat donanti eſt adimplendũ ab hærede donatarij n. 8.

VOTVM XXXIV.

PEr mortem Felicis donatarij mihi viſum fuit bona donata non deberi reuerti ad donantem ſecluſo pacto reuerſiuo *iuxtà Text. in l.* 1. §. *igitur ff de do-*
1 *nat. & in l. ſi quis argentum* §. *finali in fine*
C. de donat. Rebuff. in l. alienatum 67. §. *donationis verbum verſ.* 4. *donatio tit. de verb. ſignif. Bald. in l.* 2. *num.* 10. *C. de iur. dot. Silueſter Altobrand. conſ.* 93. *num.* 6. *lib.* 1. *Crauett. conſ.* 15. *num.* 6. *Mantic. de tacit. lib.* 3. *tit.* 22. *num.* 20. *Donat. Anton. de Marin. quotid. reſol. lib.* 2. *cap.* 190. *num.* 4 *&* 5. *Capyc. Galeot. lib.* 2. *controu.* 21. *nu.* 215. *& ſeqq. Fontanel. deciſ.* 54. *num.* 6. *Grat. deciſ.* 41. *num.* 2. *&* 4. *Rot. apud Acchill. de Graſſ. deciſ. unic. num.* 2. *& ſeqq. de donat. Rot. deciſ.* 273. *num.* 4. *lib.* 3. *Duran. deciſ.* 84. *num.* 21. *Merlin deciſ.* 664. *num.* 7. *& in recent. deciſ.* 9. *num.* 7. *part.* 7. *deciſ.* 68. *num.* 1. *part.* 13. *deciſ.* 239. *num.* 11. *part.* 17. *cum concordantibus in Peruſina, ſeù Eugubina Donationis* 24. *Aprilis* 1671. §. *Ipſi enim habent coram Calatain.*

Fortiùs quia in Inſtrumento donatio-
2 nis adſunt clauſulæ *ad habendum &c. ponens &c. conſtituens &c.* quæ demonſtrant animum donantis transferendi in perpetuum tàm in donatarium, quàm in eius hæredes dominium rerum donatarum vti de clauſula *ad habendum* firmant *Gratian. diſcept.* 568. *num.* 4. *Andreol. controu.* 232. *num.* 3. *Rot. deciſ.* 587 *num.* 3. *in fine part.* 1. *deciſ.* 9. *num.* 21. *part.* 7. *deciſ.* 382. *nu.* 23. *part.* 13. *& deciſ.* 305. *num.* 5. *part.* 19. & de altera conſtituti *Cyroc. diſcept.* 5. *nu.* 21. *vbi concordan. & Rocc. Epiſc. Iſclanus diſput.* 21. *&* 24. *vtrobique num.* 9.

Quibus accedit, quod donator promi-
3 ſerit habere ſemper firmum, & irreuocabilitèr obſeruare inſtrumentum dictæ donationis ac etiam reſeruauerit ſibi vſũfructum ſua vita durante, quæ omnia oſtendunt bona donata eſſe tranſitoria ad hæredes donatarij *tex. in leg. ſi quis argentum* §. *ſed ſi quidem, & in leg. quis rem C. de donation. Magon. deciſ. Lucen.* 87. *nu.* 7. *Capic. Latr. deciſ.* 151. *num.* 24. *&* 25. *& in recent. deciſ.* 382. *num.* 22. *part.* 13. *coram Duran. deciſ.* 84. *num.* 14. *coram Peutinger. deciſ.* 174. *nu.* 14. *coram Sa. Me. Alex. VIII. deciſ.* 10. *num.* 39.

Eò magis quia donatarius ſtipulatus fuit cum clauſula cæterata *præſentis &c.*
4 ſub qua eſſe comprehenſos quoſcumque hæredes, & ſucceſſores quamuis extraneos tradit *Rot. coram Seraphin. deciſ.* 703. *num.* 2. *coram Peutinger. deciſ.* 174. *num.* 6. *coram Sa. Me. Alex VIII. deciſ.* 255. *num.* 5. *& in recent. deciſ.* 483. *in princ. & per tot. part.* 4. *tom.* 2.

Non aduerſante quod donator in Inſtrumento donationis intèr viuos iniun-
5 xerit onus donatario adimplendi legata, aliaque diſponenda in ſuo teſtamento, ex qua circumſtantia prætendebant Scribentes prò donante deſumere, quod per prædeceſſum donatarij vti perſonaliter contemplati donationem prædictam eſſe reſoluendam.

Quoniam huic difficultati inueni Ro-
6 tam reſpondere *in vna Romana Donationis* 12. *May* 1690. §. *neque in contrarium, & per tot. coram bon. me. Emerix*, in qua firmatum fuit latè, & egregiè quod ex onere iniuncto donatario adimplendi contenta in teſtamento donantis non benè arguatur donationis reſolutio per prædeceſſum donatarij, ea ratione, quod onus adimplendi contenta in teſtamento donatoris non fue-

fuerit cauſa finalis, ſed dumtaxat impulſiua.

Nec controuerti poteſt, quod onus exequendi diſpoſita in teſtamento reſpiciat
7 ſolam cauſam impulſiuam, dum ſupradictum onus fuerit iniunctum donatario poſt iam perfectam donationem, vt benè proſequitur *Rot. in dicta Romana Donationis* 12. *Maij* 1690. §. *quod autem coram bo. me. Emerix*.

Et demùm non turbat, quod voluntas teſtatoris hoc caſu remaneret ſine effectu,
8 dum ob prædeceſſum donatarij non poſſent adimpleri onera deſignata in teſtamento. Quoniam hoc caſu ſtante prædeceſſu donatarij iſtius hæredes debebunt adimplere totum id quod erat adimplendum ab eodem donatario ſi viueret *tex. in l. non intelligitur § tacita vbi gloſ. & Bartol. num. 5. ff de iure fiſci, & in leg. final. C. de fideicom. vbi Iaſon. num. 17. Caſtil. controu. iur. lib. 5. cap. 69 in fin. Gratian diſcept. 650. num. 32. Rot. deciſ. 279. ſub num. 10. part. 18. recent. cum alijs cumulatis in dicta Romana Donationis* 12. *Maij* 1690. §. *nec iuuat coram bo. me. Emerix*; tùm quia ſuppoſito, & non conceſſo, quod intentio donatoris remaneret eluſoria quoad contenta in teſtamento propter eius caducitatem ſtante prædeceſſu ſupradicti donatarij, tamèn ex hoc non eſt reſoluenda præfata donatio pura, irreuocabilis diſtincta, & independens à teſtamento ad tradita per *Tor. de pact. futur ſucceſsion. lib. 3 cap. 12. nu. 24. verſ. vbi quod, & Rot. poſt eundem deciſ. 8. & 9. vtrobique num. 16. & magis præcisè in dicta Romana Donationis 12. Maij 1690. §. tùm & fortius coram bo. me. Emerix*.

ARGVMENTVM.

PRocurator excedendo fines mandati dicitur facere aliud negotium, quàm commiſſum, etiamſi exceſſus ſit in minimo, & accidenti, & voluntas contrahentium ex quo deſumatur.

SVMMARIVM.

Fines mandati ſunt diligentèr cuſtodiendi nu. 1.
Aliàs contractus remanet nullus non ſolum in exceſſu, ſed etiam in toto num. 2.
Amplia etiamſi exceſſus eſſet in accidentalibus num. 3.
Arbitrium conceſſum in vna re non intelligitur datum in alia num. 4.
Voluntas contrahentium colligitur ex aſſertione mediatorum num. 5.
Amplia etiam extraiudicialiter aſſerentium n. 6.

VOTVM XXXV.

FRanciſcus Broglia commiſit Ludouico de Palmis, vt emeret cum ſcutis ducentum ad hunc effectum traditis vinum Tuſculanum pretio currenti, & ad libitum dicti Ludouici, qui in ſequelam ſuæ commiſſionis emit pretio currenti vinum Albanum, illudque fecit ad Vrbem tranſportare in Domum Franciſci, qui noluit prædictum vinum recipere, ideoque introducta lite coram me prodijt Sententia fauorabilis Franciſco, ea ratione, quod Ludouicus debebat emere vinum Tuſculanum ad formam commiſſionis, non autèm Albanum; cum fines mandati ſint diligen-
1 tèr cuſtodiendi, aliàs illos excedendo dicatur aliud gerere negocium *l. diligenter ff. mandati Rot. in recent. deciſ. 79. nu. 3. part. 6. & deciſ. 399. part. 17.*

Parùm obſtat, quod Procurator emerit vinum pretio currenti, & bonæ qualitatis, itaut ex eius exceſſu nullum natum fuerit præiudicium Franciſco, quoniam cum expreſsè commiſſum extiterit, vt emeretur vinum Tuſculanum iſtud, & non aliud erat emendum, cum in hac materia attenda-
2 tur exceſſus etiam in minimo, itaut contractus remaneat nullus, non ſolùm in exceſſu, ſed etiam in toto *Ciriac. contr. 278. num. 3. cum pluribus ſeqq. Mell. alleg. 93. num. 15. lib. 2. Bonden. collect. 27. num. 29. Cammer. reſpon. 47. à nu. 18. ad 23. Rot. coram Caual. deciſ. 612. num. 20. & ſeq.*

Fortius quia exceſſus eſt inexcuſabilis, cum notabilis adſit differentia intèr vinum Albanum, & Tuſculanum, & in hac
3 materia ſtatur guſtui impendentis ſuam pecuniam, & in ſpecie contrà Procuratorem, qui emit eamdem rem, ſed diuerſam in minimis accidentalibus reſpondit *Rot. coram Pamph. deciſ. 195. per tot.*

Nec aduerſatur, quod Procurator in ſua commiſſione haberet clauſulam ad libitum, qua ſtante aſſerebatur fuiſſe repoſitum in eius arbitrio emere tàm vina Al-

ba-

bana, quàm Tuſculana, & alia ſimilia,
4 quia arbitrium fuit datum circa prætium
vini, non autèm circa illius conditionem,
quæ expreſsè fuit dictum, vt eſſet Tuſcu-
lana, & hæc interpretatio deſumitur ex
verbis apocæ ibi – *Vino di Fraſcati al prez-
zo corrente, & ad arbitrio di eſſo Ludouico.*

Tanto magis quia fuiſſe talem volunta-
5 tem contrahentium apparet ex aſſertione
mediatorum in hoc contractu *Rot. dec. 349. ſub num. 2. part. 1. & deciſ. 49. num. 17. part. 9. & in Senogalien. fideicommiſſorum 13. Iunij 1679. §. concurrentibus, & in Romana fideicommiſsi de Ruſpolis 23. Iunij 1684. coram bo. me. Rondanino §. parum releuat;* vbi
fuit dictum ad declarandum voluntatem
6 alias dubiam, eſſe ſufficientes etiam Te-
ſtes extraiudicialiter deponentes, vndè
cognita hac veritate Ludouicus reſtituit
ſcuta duocentum, & alteri vinum vendi-
dit.

ARGVMENTVM.

COntrà Mulierem repetentem ſuam dotem an, & quando poſsit opponi exceptio adminiſtrationis bonorum, & quando Filij primi Matrimonij poſſint prætendere aſſicurationem dotis reſtituendæ Matri binubæ.

SVMMARIVM.

Mulier adminiſtratrix non poteſt repetere dotem niſi priùs reddita ratione num. 1.

Limita num. 2.

Tutor tenetur facere inuentarium ſolemne nu. 3.

Mulier non poteſt ſuſcipere tutelam ſine ſolemnitatibus Statuti Vrbis num. 4.

Exceptio inuentarij quando non poſsit opponi contrà Matrem Tutricem num. 5.

Filij primi Matrimonij non poſſunt prætendere cautionem prò dote reſtituenda Matri binubæ num. 6.

Amplia num. 7.

Limita num. 9. & 10.

Mater poteſt diſtrahere bona dotalia ob ſuas neceſſitates quamuis ſit binuba in præiudicium Filiorum primi Matrimonij num. 8.

VOTVM XXXVI.

ANna Hortentia Bodri poſtquam tranſiuit ad ſecunda vota egit prò reſtitutione dotis aduerſus Camillum, & alios de Sanctacruce, qui ad illam impediendam deduxerunt coram me, quod Hortentia, quæ adminiſtrauit bona Viri defuncti, non poſſet audiri, niſi priùs reddita ratione ſuæ tutelæ, & quatenùs fuiſſet locus prætenſæ reſtitutioni dotis, quod iſta eſſet reinueſtienda pro ſecuritate filiorum primi Matrimonij.

Quoad primam exceptionem dicebam
eſſe verum in iure, quod Mulier, quæ ad-
1 miniſtrauit bona ſui Viri non poſſit agere
prò reſtitutione ſuæ dotis, niſi reddita
priùs ratione de bonis adminiſtratis, vti
ad materiam plenè *Rot. in Bonon. Cenſus 5. Maij 1679. §. multo minus coram Card. Mattheio, & in Romana, ſeù Ianuen. Fructuum dotis 11. Martij 1680. coram eodem, & in Romana Dotis 26. Iunij 1690. coram Hernauult;* imò quod in tali caſu Mulier in pœnam ſuæ negligentiæ nil aliud petere valeat, cum deberet ſibi ſatisfieri cum bonis adminiſtratis firmatur *in dicta Romana, ſeù Ianuen. Fructuum dotis.*

Sed nos verſari in caſu limitationis ſu-
pradictæ regulæ, quia ad hoc vt intret
2 præſumptio ſatisfactionis debet conclu-
denter probari quod ad manus admini-
ſtratricis peruenerint tot bona ſufficientia ad ſoluendum integrè creditum dotale *Neguſan. de pignor. 1. membr. 5. p. n. 36. Rot. coram Seraph. deciſ. 1455. num. 1. & ſeq. coram Duran dec. 347. cum alijs in deciſ. 157. num. 33. part. 11. recent. & in dicta Bononien. Cenſus 5. Maij 1679. coram Card. Mattheio §. multò minus.*

Nec releuat quod Hortentia vti Tutrix
tenebatur conficere inuentarium ſolemne,
3 ex quo apparerent bona in illius manus
peruenta *l. tutor qui repertorium ibique DD. ff. de adminiſtr. tutor. Ciriac. contr. 411. nu. 17. & ſequen. Thomas de tutor. tract. 1. tit. 13. nu. 75. & ſeq. Rot. Lucen. apud Palmam deciſ. 23. num. 14.* vndè cum Mulier defecerit in confectione inuentarij ſolemnis videbatur eſſe capiendam omnem præſumptionem contrà eandem, vel ſaltèm ſit dandum iuramentum in litè contrà ipſam iuxtà diſpoſitionem *Textus in leg. alio iure eſt C. de in litem iurando, Ridolphin. in prax.*

part.

par.3. cap.2. nu. 180. *Rot. Lucen. apud Palm.*
deciſ. 23. *num.* 16. quia difficultas euane-
ſcit ob diſpoſitionem Statuti Vrbis prohi-
bentis Mulierem non poſſe ſuſcipere onus
tutelæ ſinè ſolemnitatibus, vti relictis ge-
neralibus traditur à *Pico ad Stat. Vrbis lib.* 1.
cap. 151. *gloſ.* 7. *num.* 107. ideoq; in præ-
ſenti Hortentia malè appellatur Tutrix,
dùm huiuſmodi onus numquam ſubire va-
luit ſinè ſolemnitatibus Statutarijs ad fir-
mata *per Rotam in deciſ.* 19 *num.* 1. & 2.
part. 17. *recent.* & in ſpecie Matris Tutricis
5 repetentis dotem loquitur *Rota coram Se-
raph. in deciſ.* 1455.

Quoad ſecundam exceptionem conſi-
derabam filios primi matrimonij in reſti-
tuendo dotem Matri binubæ non poſſe præ-
tendere cautionem, ſeù reinueſtimentum,
6 quia dos liberè ſoluta eodem modo venit
reſtituenda *Beer. deciſ.* 200. *in princip. latè
Surd. deciſ.* 279 *per tot. ibiq; Hodierna Rot.
coràm Dunoz. deciſ.* 267. *per tot.* quod pro-
7 cedit etiamſi adeſſet Statutum; quod Ma-
ter non poſſit diſponere in præiudicium fi-
liorum primi matrimonij de ſua dote, vti
proſequitur *Hodierna loc. citato*; maximè
quia Matri non eſt prohibitum ob ſuas ne-
8 ceſſitates diſtrahere bona dotalia, etiàm
in præiudicium filiorum primi matrimo-
nij ad tradita per *Hodiern. loc. citato n.* 6.

Limitatur ſolùm dicta regula, vel quā-
9 do ſecundus Vir vrgeret ad inopiam *Rot.
coràm Dunoz. deciſ.* 267. *num.* 11. & 12. vel
quando dos, vèl ſupra dos fuiſſet conſti-
tuta à primo Viro ex mera liberalitate,
non autem in recompenſationem ætatis,
11 ſeù nobilitatis *Card. de Luca de Dot. diſc.*
162. *ſub num.* 6. *verſ. quod autem.*

ARGVMENTVM.

Renunciatio facta à Religioſo an-
tè profeſſionem intuitu ingreſſus
Religionis dicitur realis, & abdica-
tiua, ità vt non reſoluatur per præ-
deceſſum renunciatarij, ſeù aliarum
perſonarum in dicta renunciatione
contemplatarum.

SVMMARIVM.

Renunciatio facta ab ingrediente in Religionem regulariter dicitur realis, & abdicatiua n. 1.

Amplia præſertim ſtante pacto de nihil prætendendo num. 2.

Amplia quando fuerit expreſſa cauſa renunciandi num. 3.

Amplia quando renunciatio facta legitur per viam donationis num. 4.

Amplia etiamſi fuiſſet dictum ingredientem Religionem renunciaſſe ob amorem erga renunciatarium num. 5.

Renunciatio facta cum licentia Prouicarij, qui communiter reputabatur Vicarius eſt valida etiàm ad formam Concilij Tridentini nu. 6.

Prò validitate dictæ renunciationis ſufficit etiam licentia in ſcriptis num. 7.

Noua licentia Epiſcopi, ſeù Vicarij non requiritur prò facienda ſecunda renunciatione, quando prima fuit inualida num. 8.

VOTVM XXXVII.

Mortuo Franciſco de Naſis hærede
ſibi ſcripta Diana Francona per-
peram prætendit impedire im-
miſſionem hæredi ſupradictæ Petronius
in Auguſtiniana Religione profeſſus, cū
iſti obſtet ampliſſima renunciatio facta
tàm de bonis maternis, quàm paternis
fauore dicti Franciſci de Naſis.

Neque aduerſatur quod renunciatio
fuerit emiſſa fauore Franciſci, & eius fi-
liorum, quorum perſonis defectis renun-
cians debet habere regreſſum ad bona re-
1 nunciata. Quia regulariter renunciatio
facta à Religioſo dicitur realis, & abdica-
tiua *Camil. de Medic. conſ.* 20. *num.* 10. *Ca-
rena reſolut.* 69. *nu.* 5. & 8. *Rocc. diſput. iur.
ſelect. cap.* 56. *nu.* 17. *Mant. conſult.* 256.
nu. 9. *Rot in recen. deciſ.* 587. *per tot. part.* 1.
& *deciſ.* 14. *num.* 11. & *deciſ.* 16. *num.* 9. *poſt
conſ. Ramon par.* 2.

Eo magis quia in dicta renunciatione
2 adeſt pactum nihil vnquā prætendendi in
bonis, & hæreditate, ſiuè ex teſtamento,
ſiuè ab inteſtato *Rot. coràm Sa. Me. Alexan-
dro VIII. deciſ.* 10. *per tot.* & *in Romana hære-
ditatis* 3. *Iunij* 1684. *coràm Hernanult* §. *quo-
niam.*

Attento præſertim prohemio dictæ re-
3 nunciationis, in quo exprimitur prò cau-
ſa renuntiandi ingreſſus in Religionem ad
effectum in ea animo liberiori inſeruiendi
Deo, *Caren. reſolut.* 69. & *reſol.* 245. *vtro-
biq; n.* 5. *Rot. deciſ.* 109. *n.* 2. *par.* 5. *recent.* &
& *in dicta Romana hæreditatis* §. *verū etiam.*

For-

Fortiùs quia renunciatio facta legitur
4 per viam donationis irreuocabilis intèr
viuos, quæ de ſua natura ſecluſo pacto re-
uerſiuo reddit bona tranſitoria ad quoſ-
cumque hæredes etiàm extraneos, maxi-
mè addita ſtipulatione prò ſe ſuiſque, &c.
Caren. reſolut. 245. num. 6. Rot. poſt Gallerat.
de renunciat. deciſ. 38. num. 5. poſt Torr. de
pact. futur. ſucceſ. deciſ. 87. num. 5. coràm
Peuntinger. deciſ. 174. num. 2. 3. & 5. coràm
Sa. Me. Alex. VIII. deciſ. 255. num 4. & 5.
& in dicta Romana hæreditatis 20. Martij per
tot. 3. Iunij 1684. coràm Heruanult. §. hoc
idem, & per tot.

Nec ſupradicta extenuantur ex verbis
5 in inſtrumento renunciationis appoſitis
Ibi *ob amorem erga Franciſcum eius fra-*
trem, illiuſque filios, & vt decentius ma-
nutenerì poſsint; quia ex iſtis verbis nil
aliud deſumi valet niſi ſimplex cauſa im-
pulſiua, cum ingreſſus in religionem fue-
rit dumtaxat vera, & finalis cauſa renun-
ciandi vti relictis generalibus reſpondet
Rot. in dicta Romana hæreditatis 20. Martij
per tot. 3. Iunij 1684. §. his adeò coràm R. P.
D. Heruanult.

Tandèm non aduerſatur dictam renun-
6 ciationem fuiſſe nullam ob non ſeruatam
formam præſcriptam à Sacro Concilio
Tridentino *ſeſſ. 25. cap. 16. de regularib.*
quià eſt valida renunciatio facta cum
licentia Prouicarij, qui communitèr re-
putabatur Vicarius *Pignatel. conſult. 36.*
ferè per tot. tom. 2. num. 4. 5. & 8. & ità
fuit reſolutum à Sac. Congregatione Concilij
in vna Neapolitana 23. Aprilis 1652. &
in vna Mantuana 12. Februarij 1689. nec
7 erat neceſſarium prò validitatè dictæ re-
nunciationis, vt in illius actu fuiſſet præ-
ſens dictus Prouicarius, cum in his termi-
nis reputetur ſufficiens illius licentia in
ſcriptis *Lauret. de Franch. contr. intèr Epiſc.*
& Regular. quæſt. 42. per tot. Barboſ. ad Con-
cil. ſeſſ. 25. de regular. cap. 16. num. 23.

Et eiuſdem ponderis eſt altera exce-
8 ptio nullitatis ob non obtentam nouam
licentiam in facienda ſecunda renuncia-
tione, quia cum non controuertatur in
facto primam renunciationem fuiſſe nul-
lam, ſequitur vt prò effectuanda ſecunda
renunciatione non eſſet neceſſaria noua
licentia vti in puncto fuit reſponſum à Sa-
cra Congregatione Concilij *in vna Man-*
tuana 12. Februarij 1689.

ARGVMENTVM.

Libri Adminiſtratoris, & Tutoris, & aliorum, quando probent etiã prò ſcribente contrà tertium.

SVMMARIVM.

Libri quando ſunt legaliter tenti probant prò ſcri-
bente num. 1.
Præſertim concurrentibus adminiculis num. 2.
Adminicula numerantur num. 3. 4. & 5.
Defectus commiſſus ſinè fraude non adimit fidem
libris num. 6.
Libri Mercatorum non probant in materia non
ſpectante ad eorum mercaturam num. 7.

VOTVM XXXVIII.

Marius Sabbatinus Tutor Antonij
Iacobini finita tutela, & reddita
ratione cum ſuis libris tutelaribus
apparuit Creditor ſcutorum tercentum
quadraginta ſeptem, prò quotum conſe-
cutione egit coràm me, & mandatum re-
portauit.

Sicuti enim Tutor, & quilibet alius Ad-
miniſtrator rei alienæ tenetur conficere
libros, ità etiam quando iſti ſunt benè
tenti cum adnotatione de perceptis, &
impenſis, & qua de cauſa in ſingulis an-
nis, menſibus, & diebus probant tàm prò
1 Scribente, quàm contra Scribentem *Car-*
pan. ad Stat. Mediolan. cap. 317. num. 17. &
ſeq. Paitel expedit. ciuil. 78. num. 25. & ſeq.
2 *in annot. Rot. coràm Pamph. deciſ. 238. nu. 1.*
ibiq; Adden. nu. 8. & coràm Vbaldo dec. 174.
nu. 3. & ſeq. præſertim ſtantibus admini-
culis, quo caſu librum probare contrà ter-
tium firmarunt vltrà authoritates ſuprà
allegatas *Surd. conſ. 199. nu. 11. Rot. coràm*
Gregor. deciſ. 302. num. 5. poſt Cenc. de cenſi-
bus deciſ. 401. num. 3. in recent. deciſ. 345.
num. 16. & deciſ. 643. num. 3. par. 18. & in
Romana cenſus, ſiuè Immiſsionis 27. Iunij
1689. coràm Emerix §. minùs tertia in Fer-
rarien. fideicommiſsi 13. May 1689. §. nec
contrarium coràm eodem.

Primum adminiculũ deſumitur ex per-
3 ſona Tutoris valdè legali, & fide digna
Bald. conſ. 156. nu. 3. circa mediũ lib. 3. cum
alijs congeſtis in dec. 238. n. 6. coràm Pamph.

Secundum ex verificatione pluriũ par-
4 titarum in præfatis libris contentatum

Gabriel. de præſumpt. concluſ. 5. num. 1. & Rot. coram Pamph. d. deciſ. 238. nu. 3. & in recen. deciſ. 131. num. 6. & 8. part. 15. & in Romana pecuniaria 19. Iunij 1691. §. maximè coràm Vrſino.

Tertium ex veriſimilitudine expenſarũ factarum prò manutentione tàm rerum,
5 quàm perſonæ pupilli *Corn. conſ. 81 num. 9. lib. 4. & proſequitur Rot. coràm Pamphil. dicta deciſ. 238. num. 4. & 5.*

Nec fides eſt adimenda dictis libris eo quia appareat in eis adnotata ſolutio pre-
6 tij vini 13. Februarij 1689. quando verè, & realiter dicta ſolutio fuit facta die 2. Februarij: dùm ſubſtantia ſolutionis nõ controuertitur, & ſimilis error in die abſquè fraude commiſſus non debet tollere fidem libris adminicolatis cum tot coniecturis ſupra relatis *Rot. coràm Dunoz. Iun. deciſ. 222. nu. 9. & ſeq. & deciſ. 80. nu. 3. par. 18. recent. & in Romana pecuniaria 19. Ianuarij 1691. cor àm Vrſino §. maximè il ſecondo.*

Non obſtant authoritates in cõtrarium allegatæ quia iſtæ procederẽt in libris etiã
7 legaliter tentis, in quibus à Mercatoribus eſſent adnotatæ diuerſæ partitæ ad eorum negotium non pertinentibus, cum eorum fides ſit approbata in folis mercaturæ negotijs, & in iſtis terminis loquuntur *Iaſon. in l. ſæpè num. 4. C. de tranſact. Gratian. diſcept. 727. à num. 1. Scac. de Iudic. lib. 2. cap 11. num 248. & ſeq. Rot. in recen. deciſ. 272. num. 5. par. 17.*

ARGVMENTVM.

CReditores priuilegiati multis in caſibus præferuntur, etiam doti.

SVMMARIVM.

Piſtores habent prælationem etiam aduersùs dotem anteriorem num. 1.
Declara num. 2. & 3.
Vxor tenetur in ſubſidium ad ſolutionem debiti neceſſarij num. 3.
Expenſæ funerum, & vltimæ infirmitatis præferuntur omnibus alijs creditis etiam dotalibus num. 4.
Dans pecuniam prò reaptatione, vel emptione alicuius rei emanda in iſta etiam doti anteriori præferatur num. 5.
Non poteſt agi prò euictione niſi denunciatis moleſtijs num. 6.
Limita num. 7. 8. & 9.
Euictio debetur prò toto licet euicta ſit pars prædij num. 10.
Amplia num. 10.
Dos quando ſuccedat loco legitimæ num. 12.
Quando debeatur à die obitus Patris num. 14.
Vna ſimul cum fructibus num. 15.
Deponens pecuniam in ſacculo vel ſpeciem, non habet actionem contrà depoſitarium ſi pecunia fuerit furto ablata num. 16.
Si apocha fuerit ſcripta de commiſſione à tertio non ſolum eſt recognoſcenda à Teſtibus, ſed debet ab eiſdem deponi de commiſſione nu. 17.
Amplia num. 18.
Scriptura dicitur ſuſpecta ex tarditate in illam producendo num. 19.
Simulatio arguitur ex inueriſimilitudine, & alijs relatis in num. 20.
Promiſſio de donando importat donationem n. 21.
Amplia num. 22.

VOTVM XXXIX.

MOrtuo Franciſco Sperandio eius Vxor vigore ſuæ Dotis, vti omnibus alijs Creditoribus anterior credebat poſſe retinere bona Mariti etiam in concurſu Piſtoris, & aliorum Creditorum, in iure priuilegiatorum, ſed contraria Vxori emanauit reſolutio.

Etenim quoad Piſtorem adeſt clarum priuilegium Sa. Me. Vrbani VIII. cuius
1 vigore conceditur eidem prælatio etiam aduersùs dotem anteriorem *Card. de Luca de Dote diſc. 81. nu. 5. & diſcur. 166. nu. 49. & ſeq.*

Nec obſtat quod dictum priuilegium Vrbani VIII. procedat in pane dato prò cultura agrorum, in quorum fructibus recollectis Piſtores ſolummodò præferun-
2 tur alijs Creditoribus anterioribus, & potioribus non autem in alijs bonis cõmunis Creditoris iuxtà declarationem, ab eodem Vrbano in Signatura gratiæ emanatam prout traditur à *Card. de Luca in loco ſupracitato.*

Quia ſuppoſita etiam veritate huius declarationis negari non poteſt, quod pa-
3 nis datus à Piſtore inſeruierit prò alenda familia Franciſci, & per conſequens ad ſolutionem huius debiti neceſſarij prò alimentis Vxor, & filij in ſubſidium teneantur *Mu a deciſ. 94. nu. 32. & ſeq. Vrſel. concluſ 89. num. 122. cum ſeq. Card. de Luca de*

Dot.

Dot. diſc. 166. *num.* 52. *Rot. coràm Roias deciſ.* 215. *num.* 4.

Quoad expenſas funerum, & vltimæ
4 infirmitatis paritèr eſſe cōcedendam prælationem etiam in concurſu dotis firmarunt *Card. de Luca de Dot. diſc.* 166. *num.* 47. *Rot. coràm Dunoz. deciſ.* 576. *num.* 20. *&* 21. *& paſsim.*

Et demùm nulla difficultas cadere po-
5 teſt prò pecunia mutuata tàm prò emptione, quàm prò reaptatione domus, cum ſpeciali reſeruatione dominij, in qua domu eſſe præferendum illum, qui pecuniam mutuauit, quamuis agatur aduerſus dotem latè probarunt *Card. de Luca de Dot. diſcurſ.* 81. *num.* 3. *&* 4. *& Rot. coràm Buratt. deciſ.* 62. *ibique Adden. num.* 9. *&* 10. *& deciſ.* 223. *num.* 1. *& ſequen.* cui opinioni non contradicunt multæ auctoritates cumulatę per *Rotam Lucanam apud Palmam deciſ.* 74. *num.* 3. *& ſub num.* 7.

Quo verò ad ſecundam partem dubij in hac cauſa concurſus Creditorum dixi bona eſſe etiàm obligata prò euictione vineæ venditæ Antonio de Turre. Nec turbat non fuiſſe denunciatas moleſtias per
6 Antonium, qua denunciatione deficiente non poſſe agi prò euictione firmatur per *text. in l. ſi rem ff. de euiction. l.* 2. *C. eodem Mangil. eodem tract. quaſt.* 3. *num.* 2. *& ſeq.*

Quoniam cum Venditor aſſumpſerit in ſe onus faciendi conſentire omnem perſo-
7 nam, ac étiam ſuis ſumptibus perficiendi omnes lites in quolibet iudicio cum alijs ſolitis pregnantiſſimis clauſulis. Sequitur vt denunciatio moleſtiarum prætermitti potuerit *Rot. deciſ.* 18. *num.* 28. *par.* 4. *tom.* 2. *recen. & in Interamnen. euictionis* 25. *Iunij* 1690. *coràm bo. me. Emerix* §. *nec ad retardandam.*

Vel ſaltèm huic ſolemnitati fuit ſatiſ-
8 factum per denunciationem exequutam Domi dimiſſa copia vel in manibus domeſticorum ob particularem conſuetudinem de qua teſtatur *Rota in dicta Interamnen.* §. *nec ad retardandam.* Quæ omnia indubi-
9 tantèr procedunt in prĕſenti dum perpenſis facti circumſtātijs apparuit nullas venditori competere defenſiones, quo caſu euitari nequit promiſſa releuatio ex defectu interpellationis, & denunciationis moleſtiarum *Rot. coràm Dunoz. Iun. deciſ.* 949. *num.* 6. *in recent. deciſ.* 162. *num.* 5. *& ſeq. par.* 8. *deciſ.* 387. *num.* 8. *&* 12. *par.* 17. *& in Romana, ſeù Neapolitana liberationis à moleſtijs* 15. *Iunij* 1685. §. *quo verò coràm bo. me. Albergato, & in Bonon. euictionis* 6. *Iunij* 1693. §. *neque coram R. P. D. Priolo, & in Romana Saluiani* 14. *Iunij* 1697. §. *hinc ceſſat coràm R. P. D. Lancetta.*

Minùs refragatur quod euictio ſequuta
10 in parte vineæ non debeatur in totum per *tex. in leg.* 1. *C. de euiction.* quia cum contractus ſit indiuiduus reſolutus in parte eſt etiàm reſoluendus quoad aliā partem non euictam *l.* 1. *in princ. ff. de euiction l. cum eiuſdem* 39. §. *Interdum, & l. plerumque* 35. *ff. de ædil. edict. Surd conſ.* 359. *num.* 30. *Bellon. Iun. conſ.* 91. *per tot. Mangil. de euiction. quæſt.* 165. *n.* 3. *& ſeq. Gratian. diſcept.* 787. *num.* 8. *& ſeqq. Manſ. conſult.* 26. *num.* 60. *& ſeqq. tom.* 1. *Cancer. var. reſol. part.* 1. *cap.* 13. *num.* 16. *& ſeqq. tom.* 1. *Barz. dec.* 62. *num.* 18. *Hodiern. ad Surd deciſ.* 295. *ferè per tot. Rot. apud Poſth. de ſubhaſt. deciſ.* 162. *num.* 20. *& ſeqq. & in rec. dec* 184. *num.* 24. *par.* 9. *& in Romana, ſeù Portuen. terrarum* 29. *Iunij* 1685. §. *vel ſi coram Heruanult. & in Interamnen. euictionis* 25. *Iunij* 1690. *co-*
11 *ràm bo. me. Emerix* §. *proùt,* præſertim quia deficiente parte principali ſupradictæ vineæ Antonius illam non emiſſet, itaut fortiùs euictio debeatur in totum iuxtà auctoritates ſupra allegatas.

Circa autem dotes Catherinæ, & Mar-
12 gheritæ dixi eſſe conſignandas de tēpore præſenti nō expectatis earumdem nuptijs, nàm cum Statutum incipiat à dotatione non autem ab excluſione, dicendum eſt dotes ſuccedere loco legitimæ *iuxtà theoricam Saliceti in l. ſancimus* 24. *num.* 5. *C. de nupt. cum alijs apud magiſtralem deciſionem* 156. *nu.* 1 *& ſeq. par.* 15. *recen & in Æſina dotis* 23 *Feb.* §. *expleta, &* 26. *Iunij* §. *quoad*
14 *tertium* 1693. *coràm R. P. D. Molines*, & & proindè dictæ dotes ſubrogatæ in locum legitimæ debentur à die obitus Patris reiecto omni grauamine *Caſtrenſ. in l. Titio centū* §. *Titio genero ff. de condit. & demonſt. Rot. deciſ.* 959. *num.* 5. *coràm Seraph. & deciſ.* 208. *num.* 4. *part.* 4. *recen. & in dicta Æſina* 23. *Feb.* §. *expleta, &* 26. *Iuny dicto* §. *quoad tertium coràm R. P. D. Molines.*
15 & propterea cum dotes ſucceſſerint loco legitimæ ſequitur, vt debeantur vna cum fructibus à die obitus Patris *l. Papinianus* §. *vnde ſi parens ff. de inoffic. teſtam. Palm. Iun. conſult.* 5. *num.* 23. *Rot. deciſ.* 20. *num.* 3.

& deciſ. 538. *num.* 1. *& ſeq. coràm Vbaldo, & in Anconitana Dotis* 24 *Iunij* 1691. *coram bo. me. Emerix* §. *primo quià in fin.*

Vlterius cenſui in hac cauſa concurſus
Creditorum nullam actionem competere
16 Franciſco Gambarino prò recuperandis
pecunijs depoſitatis, cum recepta ſit opi-
nio quod deponens pecuniam in ſacculo
obſignato vti ſpeciem non transferat do-
minium in depoſitarium, vndè fit ſi dicta
pecunia furto ſit ablata ſemoto dolo, &
lata culpa depoſitarij perit Domino de-
ponenti. *Clroel. ad bullam bon regim. cap.* 22. *num.* 29. *& ſeq. Marc. Anton. var. reſolut. lib.* 2. *reſolut.* 13 *per tot. Conciol. ad Statut. Eugubin. lib.* 1. *rubric.* 31. *num.* 10. *Peguer. deciſ.* 38. *num.* 7. *Giurb. deciſ.* 98. *ſub num.* 3.

Dixi etiàm non conſtare de credito
17 Ioannis Baptiſtæ Zauagliæ ex ſimplici
apocha ſcripta de aſſerta commiſſione
Franciſci à Ludouico Trombella, & ſub-
ſcripta a duobus teſtibus: cum certum ſit
huiuſmodi apochas à tertio ſcriptas de
commiſſione eſſe non ſolùm recognoſcen-
das à teſtibus, qui eam ſubſcripſerunt, ſed
etiàm debent duo teſtes deponere, & con-
cludere commiſſionem datam *Gratian. diſcept.* 114. *num.* 8. *& ſeq. & diſcept.* 767. *num.* 56. *& ſeq. & diſcept.* 948. *num.* 5. 15. *& ſeq cum alijs apud Poſt. de ſubhaſt. obſeru.* 98. *num.* 10. *& ſeq. Sabel. reſolut. cap.* 66. *num.* 14. *Ciroch. diſcept.* 75. *Vrceol. conſult. cap.* 9. *num.* 10. *Rot. deciſ.* 77. *num.* 1. *part.*
18 18. *recent.* quod adeò certum eſt, vt non
ſolùm requiratur in huiuſmodi ſcripturis
trium teſtium ſubſcriptio, ſed etiam ſin-
gulorum eorumdem teſtium recognitio,
itaut recognitio duorum eſſet irreleuans,
etiamſi vnus ex illis fuiſſet mortuus *Scac. de iudic. lib.* 2. *tit.* 11. *num.* 993. *& ſeq.* tan-
tò magis quia prædicta apocha non caret
19 magna ſuſpicione ſimulationis, cum fue-
rit producta quaſi poſt duos annos elapſos
à die inchoati iudicij; ſcriptura namque
redditur ſuſpecta ex tarditate in produ-
cenda *Rot. coram Celſo deciſ.* 280. *num.* 9.
cui accedit quod ſit inueriſimile quod
20 Franciſcus vti publicus Mercator, qui
omnes alias apochas proprio carathere
exarauerit, voluerit hanc ſolum apocham
eſſe ſcriptam aliena manu, præcipuè quia
de illo tempore non conſtat fuiſſe infir-
mum præſertim quia tunc Franciſcus erat
magna alieni æris mole oppreſſus; ideo-
que non eſt veriſimile, quod Ioannes Ba-
ptiſta Vir ſagax eidem credere voluiſſet
quantitatem ad eo conſiderabilem pecu-
niæ, nullo intercedente fideiuſſore, vti
benè ponderatum fuit *per Rotam in Romana Domus* 10. *Aprilis* 1690. *coram Eminentiſ. Caccia* §. *ſecunda coniectura.*

21 Et tandem credidi conſtare de donatio-
ne Franciſci ad fauorem Aloyſij ſui Ne-
potis, quia cum iſte vellet ſe Deo dicare
in Religione Dominicana fuit ad ſeculum
reuocatus à patruo ſub ſpe futuræ dona-
tionis prædij prò nuptijs contrahendis;
Imò nata occaſione nuptiarum ipſe Fran-
ciſcus tractauit Matrimonium, & ſæpe
promiſit velle donare ſuo Nepoti præ-
dium ſupradictum, prout probatum fuit
ex teſtibus formitèr examinatis; nàm pro-
miſſio de donando importare donationem
firmarunt *Gratian. diſcept.* 887. *num.* 20. *Bottiglier. de ſucceſſ. cap* 2. *theorem.* 42. *nu.* 14. *& ſeq. Antreol. contr.* 112. *num.* 13. *Merlin de pignor. lib.* 2. *quæſt.* 110. *num.* 2. *Ciroch diſcept.* 53. *num.* 92. *Adden ad Buratt. deciſ.* 719. *num.* 9. *& Rot. in recent. deciſ.* 393. *num.* 2. *part.* 5. *& deciſ.* 58. *num.* 13. *& deciſ.* 118. *num.* 9. *part.* 6.
22 Quæ concluſio indubitantèr procedit
quando agitur de promiſſione de donan-
do contemplatione Matrimonij, proùt in
præſenti *Menoch. conſ.* 42. *per tot. Mell. obſer.* 141. *lib.* 1. *nu.* 12. *Mart. Medic. exam.* 5. *nu.* 16. *Rot. coram Buratt. deciſ.* 719. *nu.* 6. *ibique Adden. num.* 9. *& in recent. deciſ.* 53. *num.* 20. *&* 24. *part.* 6. *& deciſ.* 360. *&* 448. *part.* 14.

ARGVMENTVM.

Confeſſio qualificata, & reſponſio qualificata ad poſitiones an, & quando poſſit diuidi.

SVMMARIVM.

Probatio deducitur ex reſponſione ad poſitiones num. 1.
Confeſsio qualificata non poteſt diuidi num. 2.
Limita num. 3. 4. 5. 6. *&* 7.
Clauſula aliàs non credit operatur, vt reſponſio non poſsit diuidi num. 8.

VOTVM XXXX.

IOannes Baptiſta Sardus Creditor Phi-
lippi Lucchini ſciens ad manus Aſtul-
phi Ruberti perueniſſe ſexaginta paria
tibialium ei breui manu tradita à Lucchi-
no eius debitore; egit contrà Aſtulphum
per viam ſequeſtri, & ad docendum de
conſignatione tibialium dedit poſitiones,
& inter iſtas poſuit. *Che l' anno paſsato
detto Sig. Lucchini diede in mano al Sig.
reſpondente ſeſſanta pare di Calzette di Seta
&c.* cui poſitioni fuit reſponſum ab Aſtul-
pho *credit habuiſſe à dicto Lucchino ſexa-
ginta paria tibialium, ſed in ſolutum, & in
extinctionem maioris ſummæ, pro qua erat, &
eſt Creditor, aliàs non credit vt ponitur, ne-
que ad effectum, ad quem ponitur.*

Hinc fuit dubitatum, an Aſtulphus
poſsit condemnari ad reſtitutionem tibia-
lium, præuia relaxatione mandati; Scri-
bens enim prò Sardo aſſerebat eſſe locum
relaxationi mandati, cum de receptione
1 tibialium non dubitetur, quæ elicitur ex
propria confeſſione reſpondentis ad po-
ſitiones *Marant. de Ord. iudic. part. 6. art. 5.
num. 21. Actolin. reſolut. 12. num. 7. Rot. co-
ràm Gregor. deciſ. 92. num. 1. & in recent.
deciſ. 559. num. 55. part. 5. Thomat. deciſ.
123. num. 11.*

Nec aduerſatur, quod confeſſio quali-
ficata non poſſit diuidi, ſed in totum de-
2 beat acceptari, proùt iacet *l. Aurelius §.
idem ff. de leg. Surd. conſ. 258. num. 4. Tho-
mat. deciſ. 249. num. 3. & deciſ. 93. nu. 25.
Rot. in recent. deciſ. 525. nu. 2. & deciſ. 772.
num. 12. part. 2.*

Quia poteſt diſiungi qualitas confeſsio-
nis, continens factum ſeparatum, & om-
3 ninò diuerſum ab eo, de quo interrogatur
*Add. ad Gregor. deciſ. 191. num. 10. & 11.
Add. ad Pamph. deciſ 140. num. 10.* & ad
effectum, vt confeſſio dicatur continere
facta diuerſa, & ſeparata, ſat eſt, vt reſpi-
ciat tempora diuerſa *Surd. deciſ. 258. num.
2. in fin. Ciroc. diſcept. 78. ſub num. 23. Rot.
deciſ. 113. poſt Canc. de cenſ.* & quamuis ne-
que qualificata confeſſio diuerſa, & ſepa-
4 rata facta continens, diuidi non poſſit,
dum vnica eſſet verborum conceptio *Rimi-
nal. Iun. conſ. 127. num. 26. & ſeq. Menoch.
de arbitrar. cap. 93. ſub num. 21. & 22. Surd.
dicta deciſ. 258. num. 5. in fin. & num. 9.
verſ. non mouet;* nihilominùs omnes con-
cludunt dictionem, *ſed* diuidere oratio-
nem, ita vt vigore illius dictionis confeſ-
5 ſio indiſtinctè poſſit prò parte acceptari;
& prò parte non, in puncto benè, & latiſ-
ſimè *Mareſcot. variar. reſolut. lib. 2. cap. 45.
num. 7.*

Quinimò etiamſi eſſet in caſu noſtro
vnica verborum ſtructura, adhùc quia
qualitas confeſſionis habet contrà ſe præ-
6 ſumptionem iuris poteſt reijci non ob-
ſtante vnitate orationis *Surd. deciſ. 258.
num. 4. cum alijs apud Ciroch. diſcept. 78. ſub
num. 23.* & regularitèr quod confeſſio ha-
bens qualitatem, cui reſiſtit iuris præſum-
ptio, poſſit diuidi tradiderunt *Mart. conſ.
153. antè fin. Gratian. diſcept 539. num. 18.
cum ſeq. ad num. 24. Thomat. deciſ. 141. nu.
19. Ciroch. diſcept. 78. ſub num. 23. Seraph.
deciſ. 644. num. 2. Merlin. deciſ. 97. num. 4.
Pamph. deciſ 140 nu. 4. ibique Adden. num.
8. & in addit ad eumdem deciſ. 212. num.
18. & 19. & in recent. deciſ. 180. num. 3.
part. 7.*

Et in ſimili ſi quis confiteatur habuiſſe
aliquam ſummam, ſed quod ille, qui eam
7 dedit, conſenſit, vt excomputaretur in
partem crediti, quod talis confeſſio poſſit
recipi qualitate excomputationis reiecta
firmarunt *Gratian. diſcept. 339. num. 21.
Mart conſ. 133. nu. 7. & 8. & ſeq. Rot. Ge-
nuen. deciſ. 51. num. 1. & per tot. poſt Mi-
chalor. de poſit.* & in puncto, quod confi-
tens recepiſſe mutuum à Titio, ſed in ex-
tinctionem alterius ſummæ, de qua erat
Creditor, quod tunc confeſſio diuidatur,
& de mutuo poſſit confitens condemnari,
niſi probaret creditum, voluerunt *Rimi-
nal. Iun. conſ 127. num. 7. & 31. lib. 2. Natt.
conſ. 365. num. 1. lib. 2. Michalor. de poſit.
cap. 59. num. 16. & 17. Boer. deciſ. 243. per
tot. part. 2.*

His omnibus non obſtantibus credidi
non eſſe locum relaxationi prætenſi man-
8 dati, quia concluſiones ſuperiùs allatæ,
non applicantur caſui, de quo agitur, dùm
in reſponſione adeſt clauſula aliàs non
credit &c. quæ operatur vt reſponſio, non
poſſit diuidi, ſed eſt acceptanda cum om-
nibus ſuis qualitatibus, aliàs poſitio ha-
betur in totum prò negata vti in puncto
firmarunt *Ciroch. diſcept. 78. num. 23. in
fin. & aly, quos refert, & ſequitur Michalor.
de poſit. cap. 59. num. 4. Boer. deciſ. 243.
num. 11.*

AR-

ARGVMENTVM.

SEruitus diſcontinua quomodo acquiratur, & quanto tempore præſcribatur.

SVMMARIVM.

Seruitus acquiritur pacto teſtamento, & præſcriptione num. 1.

Allegans ſeruitutem tenetur illam concludentèr probare, etiamſi reperiatur in poſſeſſione nu. 2.

Ad probandam ſeruitutem diſcontinuam requiritur immemorabilis num. 3.

Et quando ſufficiat præſcriptio per decem, & viginti annos num. 5. & 6.

Immemorabilis quomodò probetur num. 4.

Seruituti neceſſariæ quando ſit locus num. 7. & 8.

VOTVM XXXXI.

LAzarus Victorius non poteſt prætendere tranſitum per prædium vicini, dum non docuit de ſeruitute acquiſi-
1 ta pacto, vèl teſtamento, aut præſcriptione *Andr. contr.* 78. *num.* 1. *& Rot. in recent. decif.* 101. *num.* 4. *part.* 4. *tom.* 2. *& decif.*
4 6. *num.* 2. *part.* 14. cum prædium præſumatur liberum ab omni ſeruitute, & al-
2 leganti incumbit onus illam probandi, etiamſi reperiretur in poſſeſſione tranſeundi *Gratian. diſcept.* 559. *nu.* 11. *& Rot. in recent. decif.* 101. *num.* 2. *&* 3. *part.* 4. *tom.* 2. *& decif.* 416. *num.* 1. *part.* 14.

Pactum vel teſtam ntum in præſenti non fuit deductum, ſed ſolum difficultas reſtringebatur ad præſcriptionem, ſed quià agebatur de ſeruitute diſcontinua itineris, ſeù tranſitus, dicebam eſſe neceſ-
3 ſariam præſcriptionem immemorabilem prò illa obtinenda *Hond conſ.* 79. *num.* 6. *lib.* 1. *Andr. contr.* 178. *num.* 5. *cum alijs apud Rot. Lucen. penes Palmam decif.* 96. *nu.* 19. *Card. de Luc. de ſeruit. diſc.* 32. *num.* 7. *Rot. dicta decif.* 101. *& dicta decif.* 416. *vtrobique num.* 5. *& decif.* 132. *num.* 2. *&* 3. *part.* 17.

Immemorabilis verò omninò excludebatur cum prò ea probanda deficiebant
4 requiſita regiſtrata *in cap.* 1. *verb. memoria de præſcript. in* 6. præcipue quia nullus ex teſtibus non habentibus 54. annos deponere potuit vidiſſe Lazarum, vel eius auctorem tranſiuiſſe per 40. annos in via controuerſa proùt ad concludendam immemorabilem neceſſarium fuiſſet *Rot. decif.* 1023. *coram Penia num.* 2. *& decif.* 237. *num.* 5. *coram Card. Celſo & decif.* 248. *num.* 4. *part.* 2. *& decif.* 132. *num.* 7. *par* 17. *recent.*

Et licèt ſeruitus diſcontinua acquiri poſſit cum præſcriptione decennali intèr
5 præſentes, & per viginti annos intèr abſentes ad tradita *per Honded. conſ.* 79. *num.* 70. *lib.* 1. *Couar. var. reſolut. cap.* 17. *num.* 11. *lib.* 1. *Andr. contr.* 178. *num* 6. nihilominus iſta opinio procedit quando allegatur titulus ſufficiens ad præſcribendum, & quidem in principio litis, ac etiam quan-
6 do præſcribens in vim eiuſdem tituli poſſiduit, cum ſcientia, & patientia Domini prædij ſeruientis latè *Andreol. dict. contr.* 178. *à num.* 7. *vſque ad* 14. *Rot. in recent. decif.* 101. *num.* 10 *part.* 4 *tom.* 2. *& decif.* 416. *n.* 13 *par.* 14. *& dec.* 132. *n.* 5. *p.* 17.

Et demũ non aduerſatur quod Lazarus non habeat aliam viã prò tranſitu ad ſuum prædium, quo caſu ſit locus ſeruituti neceſſariæ ad formam textus in *l. ſi quis ſe-*
7 *pulchrum ff. de religion & ſumpt. funer. Natta conſ* 642. *num.* 5 *Surd. decif.* 42. *nu.* 11. *de Luca de ſeruit. diſc.* 23. *num.* 8. quoniam vt quis vti poſſit hoc remedio duo neceſſaria concurrere debent ſcilicèt electio ſitus Domino minùs damnoſi, & ſolutio iuſti prætij *Card. de Luc. dicto diſc.* 23. *ſub nu.* 8.
8 *Rot. coram Card. Cerro decif.* 838. *num.* 12. tantò magis quia antica via, quæ hiſce temporibus ſupponebatur à flumine totaliter deuaſtata per peritos recognita apparet ſufficiens prò tranſitu ad prædium præfati Lazari.

ARGVMENTVM.

DEfalcus, ſeù remiſſio mercedis conceditur conductori ob damnum paſſum proptèr aquarum inundationem.

SVMMARIVM.

Defalcus, ſeù reſtaurum eſt dandum conductori num. 1.

Amplia quando forma agri fuit deuaſtata ab aquis num. 2.

Limita quando fundus de tempore conductionis erat expoſitus inundationi num. 3.

Limi-

Limita ſtante renunciatione defalco num. 4.
Declara num. 5. & 6.
Locator habet fundatam intentionem prò penſionibus exigendis in Inſtrumento affictus nu. 7.
Renunciatio defalco non extenditur ad caſus inſolitos, in quibus ſit perempta ſubſtantia rei locata num. 8.
Solutio penſionum debitarum locatori non eſt retardanda exceptionibus turbidis num. 9.
Renunciatio defalco ob damnum locuſtarum, & ſimilium quomodo intelligatur num. 10.
Tiberis inundationi requiritur expreſſa renunciatio num. 11.
Pactum non petendi defalcum eſt ſeruandū n. 12.
In concedendo defalco ſunt computandi anni fertiles, cum ſterilibus num. 13.
Prò obtinendo defalco eſt facienda interpellatio, & quando num. 14.
Si fuerit ſoluta penſio abſque exceptione defalchi eſt ſignum quod ille non debeatur num. 15.
Conductor ſibi imputet ſi conduxit fundum inundationi expoſitum num. 16.
Illatio non eſt facienda in diuerſis num. 17.
Quantitas quando dicatur ſtare demonſtratiuè, vel taxatiuè num. 18.
Locator præſumitur locaſſe ſolum ius, & partem, qua habebat in prædio num. 19.
Præſertim ſtante obſeruantia num. 20.
Solutio in quam cauſam cedat num 21. & 23.
Eadem actio, qua detur prò conductione expreſſa, datur etiam prò tacita, & quando num. 22.

VOTVM XXXXII.

CReſcentibus aquis Rheni, & ſuperatis ripis ſubmerſus remanſit totus ager conductus à Dominico Larono, qui inſtetit coram me prò defalco affictus, & credidi illius inſtantiæ eſſe annuendum, quando enim inundatio aquarum impedit perceptionem fructuum, aut iſtos notabilitèr deteriorat eſſe locum remiſſioni, ſeù
1 defalco tradiderunt *Corn. conſ. 12. nu. 3. verſ. iam remittendum lib. 4. Cabal. conſ. 102. num. 12. lib. 2. Pacion de locat. cap. 46. nu. 54. Rot coram Burat decif. 210. n. 3.* præcipuè quia damnum non eſt leue, ſed valdè conſiderabile cum ager ſubmerſus fuit ab aquis, quæ illius formam deuaſtauerunt
2 *Alexan. conſ. 112. num. 1. lib. 1. Coſta conſ. 30 ſub num. 6. & per tot. Pacion. de locat. cap. 46. num. 54. in fin. & cap. 47. nu. 23.*

Nec aduerſatur quod de tempore, quo
3 Dominicus conduxit hoc prædium, iam ſucceſſerat alia inundatio, quæ pariter ſubmerſit in parte prædium prædictum, vnde ipſe conductor ſibi imputet, ſi conduxerit fundum inundationi expoſitum *Gozadin. conſ. 74. nu. 5. Riminald. Iun conſ. 40. num. 19. lib. 1. Rot. coram Coccin. decif. 432. num. 2. in recent. decif. 414. num. 21. par. 11. & in Romana affictus 22. Iunij 1693. coram R. P. D. Caprara §. hac eadem*; fortiùs
4 ſtante renunciatione defalco etiam ob ſuperuenientiam inundationis aquarum, quo caſu non competere remiſſionem, ſeù defalcum latiſsimè fuit firmatum in *dicta Romanà Affictus 22. Iunij 1693. coram R. P. D Caprara per tot.* quam deciſionem impreſſam inuenies poſt preſens votum.

Quoniam inundationes annorum præ-
5 teritorum numquàm ſe adeo dilatauerunt, ſicut iſta de qua agitur, vnde ipſa prorsùs eſt reputanda inſolita, & fortuita, prout judicatum fuit à Peritis, tùm quia pactum de non petendo reſtaurum, ſeù remiſſionem mercedis non extenditur ad caſum, in quo ſit perempta ſubſtantia rei in parte, ſiuè in toto præſertim accedente enormiſſima læſione *Surd conſ. 197. num. 18. Gratian. diſcept 195. num. 6. Pacion. de locat. cap. 49. num. 72. & num. 127.* in quibus terminis non loquitur *Rot. in dicta Romana* in qua non aderat enormiſſima læſio, nec erat perempta ſubſtantia rei.

R. P. D. CAPRARA

Romana Affictus.

Luna 22. Iunij 1693.

SAcroſanctæ Baſilicæ Vaticanæ Capitulum de Anno 1670. locauit per nouennium March. Horatio Bonioanni Caſalia Valchæ, & Valchettæ ad corpus, & non ad menſuram, pro annuo affictu ſc. 3600. & cum accollatione oneris manutenendi proprijs expenſis Fabricas, ac foueos, & ſoluendi taxás viarum, ac durante locatione retinendi ibi vaccinas rubeas valoris ſc. 7000. & vltra, quæ tamen onera ibi declarata fuerunt eſſe pars annuæ reſponſionis, & affictus; Conductor ibi expreſsè renunciauit cuilibet reſtauro, ſeù diminutioni, etiam ex cauſa confinium Caſalis, tàm de præſenti, quàm de futuro oritura, etiam comprehenſis cauſis priuilegiatis *di guerra, peſte, fame, ſterilità, grilli, ſorci, lucerte, inondatione di Teuere &c.*

Dic

Die 10. Nouembris 1671. Conductor pro animalium receptaculo promiſit ſe fabricaturum caſas, & vti dicitur *vn' altra Capanna* expenſis proprijs, reimburſandis tamen à Capitulo pro rata ſcut. 1500. in quindecim pagbis futuris ad rationē ſcut. 100. pro qualibet paga decurrenda, quarum intuitu fuit prorogatus affictus ad aliud nouennium. Cumque conductor anno 1687. eſſet pulſatus à Capitulo pro ſcut. 4800. reſidualibus affictus, & pro regula amicabilis concordiæ fuerit factus calculus affictuum tàm decurſorum, quàm decurrendorum, vſque, & per totum menſem Septembris 1689. in quo terminabat affictus, & debitum Conductoris concorditèr ſtabilitum in ſcutis duodecim millibus, ex quibus deberent tunc ſolui ad bonum computum ſcuta 2000. & pro reliquis data vlterior dilatio pro ſolutione annuatim ſcut. 2000. cum hac tamèn præciſa conditione, & pacto, quod ſi quomodocumque ſolutiones non fierent in præſcriptis temporibus, ipſo facto corruat dilatio, & reſoluatur, ac ſi nunquam fuiſſet conceſſa, *vt in Summ. Capituli num.* 3. pro quibus omnibus fideiuſſores acceſſerunt, vti principales, principalitèr, & in ſolidū Canonicus Mutius Frater, & Marchio Ferdinandus Filius, *vt in Summ. Capituli nu.* 4. Et quamuis de menſe Septembris 1689. Affictus fuerit terminatus, & ſubſecuta diſdicta per Conductorem, hic non dimiſit vacuum Caſale, ſed continuauit ibi retinere Animalia pro eorum commodiori ſubſtentatione vſque ad diem S. Angeli Septembris 1691. & ſic per nouum biennium, quo fuit facta tacita reconductio, vt fieri potuit abſque noua Inſtrumenti confectione.

Cumque Conductor defecerit in ſolutione ſcut. 2000. debitorum prò anno ſecundæ dilationis, Capitulum egit coram Baſilicæ Vaticanæ Vicario pro ſolutione affictuum decurſorum, & non ſolutorum, ac ſucceſſiuè pro affictibus tacitæ reconductionis, & obtinuit relaxari mandatum pro ſcut. 8337. Maturata interim noua paga in die 15. Auguſti 1690. nouum obtinuit mandatū ſub die 18. Auguſti, quod inſimul fuit executū ſuper nonnullis cambijs Conductoris, qui ad euitandam illorum deliberationem, obtulit ſoluere ſcuta 2000. quæ cùm Locator acceptare negaſſet, vtpotè longè infra ſummam ſibi debitam, tandem ſoluta fuerunt in cauſam affictus tacitæ reconductionis primi anni, & reſpectiue mediāte Capituli Exactore in hanc cauſam præciſam recepta ſub die 26. Septembris 1690. *vt in Summ. Capituli num.* 10. *&* 11. vbi factæ aliæ receptiones in d. computum, & cum debitis præſeruatiuis.

Cumque Locator hinc vrgeret pro integrali ſatisfactione, & è contra Conductor exciperet de reſtauro, pro quo inſtabat articulos admitti, quibus licet à Indice admiſſis, ſine retardatione, tamen fuit à Locatore ſub die 26. Maij 1691. expeditum mandatum de deliberando pro ſcut. 5341. cuius vigore fuerunt effectiuè deliberata cambia valoris ſcut. 6500. pro ſcut. 5150. *vt in Summario Bonio annis n.* 7.

Deuoluta cauſa deliberationis ad R. P. D. Nicolaum Spinolam cum facultate purgandi attentata, ille conceſſit manutentionem aduersùs deliberationem cambiorum, declarando vlteriùs dilationem initam de anno 1687. non fuiſſe reſolutam, ſed adhuc durare, ac concordiam eſſe obſeruandam, & quod ſcuta -- 10296. -- imputari debeant ſoluta in computum debiti in prædicta cōcordia in ſumma ſcut. 12. m. ſtabiliti, *vt in Summ. Bonioannis num.* 8. quibus A. C. Taurufius in iudicio recurſus deputatus adhæſit, præterquam quoad ſolutionem factam ſub die 26. Septembris 1690. & alias ſucceſſiuè factas, quas negauit ceſſiſſe in extinctionem debiti Inſtrumenti affictus, & cōcordiæ de anno 1687. ſed fuiſſe in cauſam affictus biennalis tacitè reconducti, vt cantant receputæ.

Capitulū acquieuit iudicio A. C. Taurufij, & in eius executionem renunciauit deliberationi Cambiorum, reſeruatis ſibi iuribus agendi contra quos de iure pro decurſis vſque, & per totam die 26. Septembris 1689. ad formam dilationis, quibus tamèn non acquieſcens Bonioannes, obtinuit mihi cauſam committi: Impetrata verò per Capitulum noua commiſſione ſuper communicatione facultatū A. C. & dubio per me propoſito -- *An, & pro qua ſumma conſtet de credito, & ſit relaxandum nouum mandatum* -- Sac. Rota reſpondit conſtare de credito in ſumma ſcut. 8706. & eſſe relaxandum nouum mandatum tàm pro ſcut. 5901. 25. in cauſam expreſſæ conductionis

nis

Digitized by Google

nis contra bona hæreditaria Marchionis Horatij, & contra DD. Canonicum Mutium, & Marchionem Ferdinandum in concordia, ſeù tranſactione obligatos, *vt in Summ. Capituli num.3. & 4.* quàm pro alijs ſcut. 2504.75. contra bona hæreditaria eiuſdem Marchionis Horatij ex cauſa tacitæ conductionis biennalis.

Quò enim ad primum mandatum, Ca-
pitulum habet fundatam intentionem con-
tra Horatium in Inſtrumento affictus cla-
ra obligatione Camerali munito pro duo-
7 bus nouennijs finiendis anno 1689. *vt in*
Summ. & contra DD. Mutium, & Mar-
chionem Ferdinandũ in Inſtrumento di-
lationis pro ſoluendis ſcut. 10. m. pro affi-
ctibus vſque ad annum 1689. decurren-
dis, *vt in Summ. Capituli num. 3. Galleſ. de*
oblig. Cam quæſt.2. num.8. verſ. Nempe Rota
deciſ.52. num.2. & deciſ.151. nu.3. par.12.
& deciſ. 478. par. 17. rec. quarum executio
cum facultatibus A. C. & priuilegio viæ
executiuæ, fuit mihi commiſſa, ac ſi re
integra procederem tamquã Auditor Ca-
meræ *Bich. deciſ. 495. num. 2. Buratt. deciſ.*
752. num.7.

Conductor oppoſuit duo, & primò defalcum, quem quadrangulari prætenſione magnificatum ſibi deberi prætendebat: Primò, Eò quòd Murium colluuies in Tenuta Valchettæ, & in confinibus, immenſa congerie ita exercuerit, vt eius numerus non potuerit recenſeri, niſi illatiuè, & à quantitate eorum qui fuerunt capti in vim bannimentorum vſque ad 20799. ad Officium Agriculturæ exhibiti, vnde Conductor conquerebatur de damnis ab hac murium lue turmatim accurrente, ac dente ſoriceo herbas hyemales, & æſtiuas æquali rabie corrodente, & quod ita per biennium in annis 1690. & 1691. Tenutam conductam deuaſtauerit, vt prata areſcere fecerit; ac deturbata facie ita abſumpſerit, vt Teſtes *in Summ. Bonioannis num* 8. & referunt ibi — *Che paruero diuenuti Maeſi*, quod factum, & ſi non dum fuerit per Teſtes formitèr examinatos cõprobatum, dum modo ſunt ſimplicitèr exhibiti Articuli ad effectum examinandi cum Interrogatorijs, ex qua rei notorietate prætendebatur retardari ſolutio penſionis affictus pro anno 1690. & 1691. tacitæ reconductionis, quæ non habebat in ventre priuilegium obligationis Cameralis repetitum, vel ſaltem ſuſpendi executio pro ſumma arbitraria vſque ad liquidationem damni perficiendam.

Secundo pretendebatur etiam interfuiſſe Locuſtas anno 1687. 1688. & 1689. quæ ſimilitèr herbas corrodunt, ſiuè tactu adũrunt, ex Teſtibus, & Peritis, vt in *Summ. num.*20. vbi patent diligentiæ adhibitæ, & per centum operarios pro extirpandis fœtibus vndequaque diſperſis, adhibitis etiam *colli Zapponi*, & expenſæ hac occaſione factæ per Capitulum, quorum medietas fuit per Agriculturæ Officiales accollata Conductoribus, vt ex actis Capituli Vaticanæ Baſilicæ in Officio Agriculturæ.

Tertiò: Conductores exaggerabant damna paſſa in notabili ſumma ex notorijs inundantionibus de anno 1686. quæ diſruptis fluminis aggeribus, exæſtuantes aquarum impetus, voraci gurgite herbas in radieibus ſubmerſas depreſſerunt, omnemquè Tenutæ abſorptæ aream ita inundarunt, vt fontanile texerint, & poſt cedentibus aquis, & terreno exiccato, Tenuta, cæno ac luteoſa materia ita fœdata, & inquinata fuerit, vt ſterilis euaſerit, ibique permanſerit *il matrico*, itaùt in illo anno, ac ſubſequenti Conductor non potuerit vti herbis hyemalibus, nec æſtiuis, limo deuaſtatis, vt in *Summar. num.* 19. & in vim inhibitionis Agriculturæ debuerit cogere vicinos ad vendenda ſibi paſcua, & ſignanter *del Monte Oliuieri*, vt ex Teſtibus in *Summar. Bonioannis num.*19.

Hinc Conductor inferebat, omnem
Tenutæ conductæ fructum in herbis, &
8 pratis conſiſtentem, ſiue Muribus, ſiue
Locuſtis, ſiue vndanti aquarum impe-
tu, direptum, ac infructiferum penitùs
euaſiſſe, vt ſubſtantia affictus in totum
illis annis perierit; prætendendo, dam-
num, tamquam habens radices, in ſub-
ſequentibus annis irrepſiſſe, itaùt ho-
die mediante defalco ſit facienda bonifi-
catio Conductori non obſtante renuncia-
tione facta, cum ſimilia pacta non intelli-
gantur de caſu tam inſolito, per quem ſit
perempta ſubſtantia rei locatæ, *Gratian.*
diſcept.195. num.6. Mart. Medic. exam.12.
num. 42. Pacion. de Locat. cap. 49. num. 72.

Præterea Conductor vrgebat pro defalco ex titulo nouo, qui non poterat prætendi in Inſtrumento remiſſus, videlicet

quod non potuerit vti liberè vſu Caſalis
conducti, ob ſeruitutem tranſitus Anima-
lium, & Hominum cum Curribus in Ca-
ſali detectam, quam nec Locator interpel-
latus impedire valuit, dum vna cum Con-
ductore ſuccubuit decreto bo. me. Vallati
ad fauorem Eccleſiæ S. Laurentij in Da-
maſo prolato, & tamen Locator benèerat
conſcius huius tranſitus, & in eum re-
torquebatur, quod illum non exceptuaſ-
ſet, proùt exceptauerat traditionem fœni
Sac. Palatio Apoſtolico, & foueam Pu-
teolanæ, vt ex *Summar. Benioannis nu.* 3.
lit. A.

Hæc autem omnia, & ſingula ad iuſti-
tiæ examen reuocata, & cum æquitatis
9 lance accuratè perpenſa, viſa *ſunt* Domi-
nis altiorem indaginem requirere, & con-
ſequenter in hoc iudicio executiuo minus
apta retardationi relaxationis mandati
pro affictibus, *Pacion. de locat. cap.* 45. *n.* 17.
verſ. ſed iterum Zacch. de oblig. Camer, quaſt.
18. *num.* 27. *Rota poſt eumd. deciſ.* 42. *num.* 1.
Add. ad Greg. deciſ. 235. *num.* 6. *Caual. deciſ.*
217. *num.* 5. *Buratt. deciſ.* 295. *num.* 13. *Du-
nozett. Iun deciſ.* 1003. *Rota deciſ.* 8. *par.* 17.
& deciſ. 201. *par.* 18. *rec.*

Nec in facto fuit per ſpecificas proba-
tiones doctum, Conductorem fuiſſe impe-
ditum vſu paſcuorum, & herbarum, ac
frui liberè Tenuta, vt fieri debuiſſet, cùm
ſola citatio executa ad dicendum contra
articulos, nihil de per ſe operetur, neque
producti articuli pro conficiendis proba-
tionibus exceptionis, quæ hodie alle-
gatur.

In Iure verò Locator habet intentio-
nem fundatam in expreſſa, & litterali re-
nunciatione defalchi in Inſtrumento con-
uenta ibi = *Che detto Affittuario non poſsi in*
10 *modo alcuno dimandare defalco, riſtauro, nè
meno per cauſa, & occaſione di guerra, fame,
peſte, ſiccità, ſterilità, Grilli, Sorci, Lucerte,
inondatione di Teuere, benche foſſe eccesſiua,
e per qualſiuoglia altro caſo fortuito, penſato,
& impenſato, quantunque inſolito*, vt in *Sum-
mar. Capituli num.* 1. vbi fit mentio ſpecifi-
ca de Muribus: & ſi non legitur nomina-
tim de Locuſtis, vt de Lucertis, ac de Gril-
lis, alijſque inſectis, non minus eſt quod
etiam illis non ſit renunciatum, cum Lo-
cuſtæ veniant ſub eadem exceptione ac
Grilli ex deductis ab *Ettmullero tom.* 2. *in
Schroderi Zoologia cap.* 104. *& Koning in li-
brò cui titulus eſt Regnum Minerale fol.* 126.
vbi diſponit in Tabula Inſectorum tur-
mas, & ſub eadem linea ſtatuit Locuſtas,
& Grillos inſimul, ac immediatè, & apud
Pandectarium Cerad. inuenimus Grillum
dictum animal Locuſtæ ſimile, & ex gene-
re Locuſtarum apud Ælianum legimus.
Aldrouandus in principio libri de Anima-
libus inſectis ponit ibi Tabulam diuiſionis
Inſectorum, in qua habet genus Inſecto-
rum quod vocat Cleoptera ſub quo enu-
merat Grillos, & Locuſtas, & parificat,
idem dixit *idem Aldrouanaus de Animalibus
inſectis lib.* 4. *cap.* 2. *de Grillo, & ſynonimis.*

De inundatione Tiberis eſt litteralis re-
nunciatio prout Antoninus Auguſtus ex-
primendum mandauit *in l. licet certis l.* 8.
11 *C. de locat.* vbi quod Lues Tempeſtatis, &
damna, quæ alio Cœli vitio accidunt,
tanquam in Locatione expreſſa, ad onus
Conductoris pertinent ex deductis *à Leſſ.
de Iuſt. & Iur. lib.* 2. *cap.* 24. *num.* 7. *Giballin.*
12 *de vſur. lib.* 3. *cap.* 8. *art.* 2. *difficul.* 3. *Duno-
zett. Iun. deciſ.* 1003. *Rota deciſ.* 16. *num.* 3.
par. 15. *& deciſ.* 8. *num.* 1. *par.* 17. *rec.* Cum
in Contrahentibus nihil magis confor-
metur iuſtitiæ quàm conuentio *per text. ſi
in lege §. ſi Domus iuncta gloſſ. in verb. efficerent
ff. Locati, Mantic. de tacit. lib.* 5. *tit.* 7.
nu. 29. *Caroc. de Locat. & Conduct. par.* 4. *de
expenſ. verb. melioramentum quaſt.* 3. *nu.* 1.
fol. 224.

Inſuper antequam fuerit locus defalco,
debuit fieri collatio ſterilitatis vnius anni,
cũ vbertate alterius, in affictu pro nouem
13 annis inito, & per aliud nouum Inſtru-
mentum vſque ad decem & octo annos
prorogato, per Textus concordantes *in l.
ſi vno*, vbi quod ſterilitas cum vbertate
compenſata remiſſionem excludat *ff. loca-
ti, & in l. ſi quis Domum §. Iulianus ff. hoc
eod. tit.* & indiſtinctè, quòd valet compen-
ſari ſterilitas vbertate præcedentis, vel
ſubſequentis anni *Coccin. deciſ.* 422. *nu.* 2.
cum regularitèr damna pro nonnullis an-
nis non habeantur in conſideratione ſim-
pliciter, niſi facta collatione ad pingues
fructus, qui ex Tenuta ante, vel poſt fue-
rant recollecti, & quando reſtaurum eſt
reſeruatum, ſemper intelligitur iuxta
regulas Iuris, hoc eſt ſi tot fructus non
ſupereſſent, quibus Conductor poſſet me-
dietatem penſionis Locatori ſoluere, vt
ad rem noſtram conſiderat Ludouicus Go-
zadi-

Digitized by Google

zadinus Bononien. Senator, qui *conſ.* 74.
num. 2. *fol. mihi* 109. *à tergo* inquit, quod
ad hoc vt intret reſtaurum, fructus recol-
lecti debent eſſe ita modici, quibus ſoluen-
do penſionem Conductor remaneat dece-
ptus vltra dimidiam iuſti prætij *ex gloſſ. in
l. ſi vno in princ. ff. Locati. Aluar. Valaſc. de
Iur. Emphit. quæſt. 27. num. 24. Couarr. de
pract. quæſt. qu. 6. tom. 2. Molin. de Contract.
diſp. 495. §. 2. fol. mihi 1097. Boſſ. tit. de
remiſſ. merced. num. 4. Cobell. in ball. bon. re-
gim. cap.* 48. *num.* 47. *Coccin. deciſ.* 422.
num. 5.

Quæ cum per Conductores fuerint ad-
miſſa, nunquam fuit facta per eos inter-
pellatio Locatori, prout facta fuiſſet, ſi
14 non eſſet renunciatum defalco *ad text. in
l. ſi item quæritur §. Exercitium ff. locat. Ri-
pa in tractat. de peſte 2. par. num.* 33. *Card.
de Luca de Locat. diſc.* 3. *num.* 9. *Mant. de-
ciſ.* 35. *num.* 4. *in fin.* & ſignantèr de anno
1687. in cuius principio iam Locuſtæ, &
Mures cœperant deuaſtare Tenutam, &
tamen in calculis concorditèr factis à Con-
15 ductore de Menſe Decembris 1687. cum
Locatore, nihil de damno, aut defalchi
prætenſione oppoſitum, nec in alijs ſubſe-
cutis ſolutionibus de anno 1688. vt *in
Summ. Conductoris num.* 11. quod inſeruit
pro interpretanda excluſione exceptionis
defalchi, *Rota deciſ.* 16. *& deciſ.* 184. *part.*
15. *recent.*

Hac eadem reſponſione retunditur pe-
titio defalchi ex cauſa inundationis Tibe-
ris de anno 1686. ſecutæ, cum de illo tem-
pore nihil oppoſuerit, immò ſoluerit affi-
ctus decurſos abſque vlla exceptione, nec
minus oppoſita in calculo generali facto
in fine anni 1687. immo nouis accedenti-
bus obligationibus promiſſa integralis ſo-
lutio penſionum decurſarum, vt *in Summa-
rio Capituli num.* 13. non obſtantibus ſub-
ſecutis irruptionibus Murium, Grillo-
rum, ſeu Locuſtarum, ac inundationis Tibe-
ris, quæ non fuerunt habitæ à Patribus
aptæ retardare ſolutiones affictuum. Ca-
ſus vero inundationis non fuit inſolitus,
nec inopinatus in Tenuta propè flumen
16 Tiberis ſituata, itaut potuerit præuideri,
& ratione contingibilis periculi eo minus
valutari affictus, quia imputandum fuit ei,
qui ſciuit naturam rei conductæ, & peri-
culum cui Tenuta erat expoſita *Ludouicus
Gozadinus d. conſ.* 74. *num.* 5. *quem ſequitur
Rimin. Iun. conſ.* 40. *num.* 19. *lib.* 1. *Coccin.
deciſ.* 432. *num.* 2. *Rota deciſ.* 414. *num.* 21.
part. 12. *recent.*

Nec maioris ponderis fuit viſa altera
exceptio per Conductores magnificata,
videlicet tranſitus in re locata, vt ex man-
dato de manutenendo in quaſi poſſeſſione
tranſeundi per Tenutam Valchettæ cum
Armentis, Curribus, & hominibus ad fa-
uorem Eccleſiæ S. Laurentij in Damaſo
per bo. me. Vallatum in Contradictorio
Iudicio relaxatum, quia reuoluto Inſtru-
mento affictus, non fuit inuenta promiſſio
libertatis ab hac ſeruitute, prout Condu-
ctor ſibi allucinabatur, vt *in Summario Ca-
pituli num.* 1. *& Summ. Bonioannis num.* 3.
litt. A. quæ non potuit inferri ex reſerua-
tione herbarum ad commodum Sac. Pala-
tij, & facultatis excauandi Puteolanam,
17 tamquam diuerſis, à quibus non procedit
illatio, *l. vlt. in fin.* & ibi *Bart. ff. de calum.*
ideoque cum Locator verè non promiſerit
Tenutam liberam ab omni ſeruitute,
etiamſi poſt Inſtrumentum locationis fuiſ-
ſet detecta via vicinalis noua, non inde
fuiſſet reddita deterior conditio affictus,
vt ſolutio penſionum diminueretur, ſatis
enim viſum fuit Dominis quod locatio lit-
teralitèr fuerit ad corpus, & non ad men-
ſuram, vt ex Inſtrumento, *Summario Capi-
tuli num.* 1. ne Locator teneatur rigoroſè
manutenere Conductorem in paruo ſpa-
tio herbarum diminuto à tranſitu, & vſu
18 viæ vicinalis, & in poſſeſſione Tenutæ
vſque ad tantam quantitatem rubrorum
Terræ ibi expreſſam demonſtratiuè, &
non taxatiuè, ex traditis ab *Alex. conſ.* 127.
in princ. lib. 2. *Rot. coram Gregor. deciſ.* 104.
num. 1. *& deciſ.* 128. *pariter num.* 1. eo mi-
nus in libertate à tranſitu viæ vicinalis
dum Capitulum Baſilicæ non habebat, ne-
que tunc profitebatur habere libertatem
omnimodam, vt ex reſponſione ad poſi-
tiones Conductoris vt *in Summ. Boniоannis
num.* 17. in quem retorquetur, cum non
ſit præſumendum Locatorem voluiſſe lo-
care illam immunitatem tranſitus, quam
ſciebat ſe non habere, & quod Conductor
19 poterat præuidere, & illi eſt imputan-
dum ſi conducere voluit, nulla adhibita
explicita promiſſione libertatis *Iaſon. in l.
prima num.* 98. *C. de Iur. Emphit. Alex. conſ.*
112. *in fin. lib.* 1. *Pacion. de locat. cap.* 44.
num. 5. & quod omnem ambiguitatem

G 2 ſub-

20 ſubſtulit, eſt factum Conductoris, qui poſtquam paſſus eſt mandatum de manutenendo in quaſi poſſeſſione tranſitus relaxatum de anno 1679. in concordia de anno 1687. poſt octo annos inita, ſubijt nouum onus, & obligationem de ſoluendo omnes, & ſingulos affictus decurſos abſque vlla diminutione, etiam additis nouis fideiuſſoribus ad cautelam Locatoris: ex quo reſultat, vel remiſſio cuiuſcumque prætenſionis defalchi, vel declaratio quod idem mandatum non aperuit viam diminutioni affictus, neque retardationi.

Secundò opponebatur ſolutionem ſcut. 2000. factam de Menſe Septembris 1690. cum alijs ſucceſſiuè ſolutis vſque ad complementum ſcut. 4095. 25. in totum, referri debere ad cauſam conductionis expreſſæ, pro qua currebat dilatio, itaut nequeat imputari in cauſam tacitæ reconductionis, quidquid recipiens expreſſerit circa cauſam, in quam recipere voluerit, ad quem effectum præter regulas generales, per quas præſumitur recepiſſe in cauſam debiti antiquioris, & durioris, pro qua ratione obligationis Cameralis Debitor poterat efficacius adſtringi; cumulatur etiam intereſſe Mutij, & Ferdinandi, quibus tanquam fideiuſſoribus intererat quod extinguerentur primi termini debiti Horatij, vt gradatim obligatio fideiuſſoria minueretur, & per hanc interpretationem euitaretur reſolutio dilationis quinquennalis, quæ aliàs non ſecuta ſolutione ſcut. 2000. intra primam Conductionem reſoluebatur, iunctis alijs inſtantijs Iudicialibus, & ſignantèr ſub die 9. Iulij 1692. quæ cum loquantur de ſolutione pro affictibus decurſis poſt feſtum S. Angeli 1689. includerent eumdem annum, in quo fuit facta ſolutio.

Quia hæ omnes coniecturæ, quomodocumque cumulatæ diſſipantur vnica, & fa-
21 tali reſponſione, nempè ex littera quietantiæ ibi *à conto dell' affitto del preſente anno* ideſt anni 1690. tacitæ reconductionis, vt in *Summ. Capituli nu.* 10. *ad text. in l. prima de ſolution.* quę non poteſt in aliam cauſam præſumptiuam, & priuilegiatam referri *Bich. deciſ.* 281. *num.* 31. *Rot. deciſ.* 66. *part.* 18. *rec. & in Romana Dotis ſuper reſtitutione quò ad reſeruata* 20. *Iuny* 1692. *§. rurſus coram R. P. D. Muto.*

Idem etiam de alijs receputis immediatè ſequentibus cum dictione relatiua *come ſopra*, quæ ad eamdem cauſam referuntur ex deductis in dicta Romana dotis ſuper reſtitutione §. *his vero.* Eoque fortius, quia niſi Locator recipere voluiſſet à Conductore in Computum affictuum tacitæ reconductionis, nullatenus ſuæ indemnitati ſatis conſuluiſſet, dum pro iſto tempore non durabat obligatio Mutij, & Ferdinandi, quam ex peculiari conuentione dilationis de anno 1687. reportaue-
22 rat, ex quo diſtinctum fuit inter tacitam, & expreſſam Conductionem, & nouam, ac tacitam vltimi biennij, in qua non fuit dubitatum de comprehenſione viæ executiuæ, & ſummariæ *Bart. in l. prima §. & poſt operis ff. de oper. nou. nunc. Bald. in cap. Venerabilem de elect. Rebuff. de litter. oblig. art. 2. gloſ. 1. num. 91. Alciat. de præſumpt. reg. 2. præſum. 17. & ex deductis à Magon. d. Flor deciſ. 2 num. 29. Galles quæſt. 31. ibi Zacch. de oblig. Cam. num. 20. Pacion. de locat. cap. 64. Rot. deciſ. 495. num. 1. part. 1. diuerſ. alioquin debita pro penſionibus Caſalium in l. Præſes C. locat. & conduct. ex Statut. Vrbis lib. 1. cap. 88. Rot. deciſ. 335. nu. 3. part. 20. rec.*

Quo verò ad ſecundum mandatum pro reſidualibus affictibus biennij dictæ tacitæ reconductionis, cum Capitulum egerit pro affictibus primi anni d. tacitæ reconductionis, pro ſcut. 3300. & non pro ſcut. 3600. placuit Dominis ad eamdem menſuram ſcut. 3300. regulare affictum ſe-
23 cundi, & vltimi anni dictæ tacitæ reconductionis, & ſic calculato vtroque anno, & ſumma debiti aſcendente ad ſcut. 6600. relaxandum eſſe mandatum pro ſcut. 2504. 75. bonificatis in hanc cauſam alijs ſcut. 4095. 25. in diuerſis partitis in eamdem cauſam receptis, cumque Locator non ſit paſſus Conductorem dicere cauſam ſolutionis, ſed Conductor in arbitrium Miniſtrorum, & Exactoris Capituli contulerit, cui potius debito acceptum ferret, prout fuerat permiſſum *per text. in l.* 1. *de ſolut.* ac iſtis Exactoris receputis vſus fuerit, vt in *Summ. num.* 11. nequit de efficacia quietantiæ dubitari *Genu. de ſcript. priuat. quæſt. 6. dubit. 2. num.* 18. eo minus prætendi quod in aliam cauſam ceſſerit *ad text. in l. ſicut C. de action. & oblig. & in l. Pompon. de neg. geſt. Oſaſch. deciſ. 62. nu. 12.*

& ſu-

& ſupervacaneum fuit deſcendere ad excluſionem coniecturarum quas Conductores cumulauerant, & quas Patronus Capituli Vaticani ſingillatim refellit, & nullius ponderis ſunt habitæ in concurſu quietantiæ litteralis videlicet *nel Conto dell' Affitto dell' anno preſente*.

Et ita vtraque &c.

ARGVMENTVM.

FÆtor non eſt permittendus in Ciuitate, & artes immundæ, quæ excitant malum odorem non poſſunt exerceri in domu propria, reclamantibus vicinis.

SVMMARIVM.

Fœtor corrumpit aerem, & cauſat infirmitates num. 1.

Materia fœtida non poteſt retineri in Ciuitate num. 2.

Artes immundæ non poſſunt exerceri in domu propria, quando ex eis naſcatur magnus fœtor num. 3.

Præcipuè in Vrbe num. 4.

Perito teſtanti in arte ſua ſtandum eſt num. 5.

VOTVM XXXXIII.

PEtrus Lilius, alijque habitatores in via lunghariæ valdè moleſtati à fœtore prouenient ex confectione amidi, inſteterunt coram me prò inhibitione, nè Franciſcus Trapana in futurum ibidem auderet hanc fœtidam artem exercere, quam inhibitionem præſertim tempore æſtiuo concedendam eſſe putaui, audita etiàm relatione in facie loci *Domini Franciſci Mugerij Medici*, qui aſſeruit ſimilem fœtorem valdè præiudicare poſſe ſaluti tàm Petri Lilij, quàm aliorum vicinorum, atteſtando vlteriùs Mulierem habitantem propè domum, vbi conficiebatur dictum amidum ex illo peſſimo fœtore perijſſe.

Ratio reſolutionis fuit, quia ex malo
odore in cerebrum tranſmiſſo non ſolùm
1 prouenire poſſunt grauiſſimæ infirmitates, ſed etiàm corruptiones aeris, vti doctè, & latè probatur *à Zacchia quaſt. medic. legal. lib. 5 tit. 2. ſub num.* 32. vndè mate-
2 riam fœtidam per longum tempus non eſſe permittendam in Ciuitate in præiudicium vicinorum deſumitur *ex tex. in l. vnica ff. de Cloacis, & tradit clar. memor. Card. de Luca de ſeruit. diſc.* 24. *in fin.* & in puncto,
3 quod artes immundæ, quæ fœtorem excitant etiàm in domu propria in præiudicium vicinorum non ſint tolerandæ firmatur *à Cepolla de ſeruit vrban. prad. cap.* 48. *nu.* 3. *Rot. deciſ.* 820. *part.* 18. *recent.*

Quæ omnia indubitantèr procedunt in
4 Vrbe ob ædicta particularia Eminentiſſimi Cardinalis Procamerarij prohibentia artes immundas, & fœtidas; vndè excitata ſimili lite cum Patribus S. Mariæ de Populo paritèr fuit reſolutum prò expulſione Artificis, qui in domu Plateæ Populi conficiebat amidum de anno 1677. ab Eminentiſs. & Reuerendiſs. Card. Caualllarino, tunc AC. Locumtenente;

Nec releuat quod in Vrbe paſſim reperiuntur Apothecæ, in quibus conficiuntur chordæ prò Muſicis Inſtrumentis, ac etiam Senaceæ candelæ de materia fœtida; quià ſimiles artes eſſe ponendas in parte remota Ciuitatis, & propè flumen ſcribit *Zacchias quaſt. medic. legal. lib.* 5. *tit.* 4. *quaſt.* 7. *num. vlt.* vt materia fœtida ſtatim expurgari poſſit tùm quià obiectum procederet in illis apothecis in quibus per longum temporis ſpatium ſimiles artes fœtidæ fuerunt exercitæ cum patientia, & ſcientia vicinorum, at ſecus in caſu noſtro, in quo agitur de confectione amidi nouitèr introducta, cui Vicini non ſolùm non conſenſerunt, ſed illicò reclamarunt; tum etiam quia non valet arguere à paruo fœtore candelarum ſenecearum ad illum nimis moleſtum frumenti putrefacti in aquis, cum iſte ſecundus ſit nimis præiudicialis ſaluti, & ſufficiens ad cauſandam
5 mortem iuxtà relationem Phiſici, cui in arte ſua teſtanti ſtandum eſſe reſpondit *Caſtald. conſul.* 266. *num.* 14. *& Rot. coram Gregor. deciſ.* 125. *num.* 9. *vbi agebatur de iudicio Medici prout in præſenti, & coram Buratt. deciſ.* 459. *num.* 6. *& in Ferrarien. Pecuntaria* 2. *Martij* 1693. *coram Vrſino S. Decanum.*

A R-

ARGVMENTVM.

Molendina noua an, & quando poſſint ædificari in præiudicium vicinorum tàm in flumine publico, quàm in priuato.

SVMMARIVM.

In proprio ſolo licèt effodere canale prò aqua ducenda ex flumine ad effectum molendi frumentum num. 1.

Amplia etiam ſi diminuatur concurſus alterius molendini num. 2.

Barones, & Communitates non poſſunt obligare Subditos, vt vadant ad eorum molendina nu. 3.

Siuè agatur de flumine publico, ſiuè priuato, ſempèr permittitur ædificatio noui molendini, dummodò remaneat aqua ſufficiens prò alijs à num. 4. vſque ad finem.

VOTVM XXXXIV.

Montano Proſpero non eſt impedienda ædificatio noui Molendini in proprio ſolo, & prò eius vſu
1 poteſt effodere canale prò accipienda aqua ex flumine publico *Roland. conſ. 97. num. 7. lib. 3. Roſental. de feud. cap. 5. num. 28. & 29. Sperel. deciſ. 55. num. 24 & Rot. in recent. deciſ. 405. num. 4. part. 12. & deciſ. 164. num. 1. coram Peutinger. & coram Rembold. deciſ. 421. num. 5.*

Non obſtat quod ex noua ædificatione Molendini diminuatur concurſus, & lucrum alijs vicinis Molendinis, quia quoties remaneat ſufficiens aqua prò alijs Molendinis ad effectum impediendi nouam ædificationem non attenditur damnum, quod prouenire poteſt ex diminutione concurſus, vèl lucri particularis, cum in hoc caſu præualere debeat commoditas, & vtilitas publica, & expediat Populo, vt plura adſint molendina *Ripa in leg. quo*
2 *minus num. 82. ff. de flum. Rot. coram Rembold. deciſ. 421. num. 4. & 6.* proùt Communitas, vèl Baro non poſſunt prohibere Subditis ne vadant ad alia Molendina prò molendo frumenta, vèl ad alios furnos
3 prò emendo panem niſi ad ſuos *Adden. ad Pamph. deciſ. 323. num. 7.*

Nec releuat diſtinctio intèr flumen publicum, & priuatum, nempè quod in flumine publico non ſit permittenda ædificatio noui Molendini in præiudicium vicinorum, & quod ſaltèm debeat præcedere licentia Principis, cum flumina publica ſint
4 de regalibus *Antonel. de tempor. legal. lib. 2. cap. 81. num. 20.* & in ſpecie, quod in flumine publico non poſſit ædificari nouum Molendinum firmarunt *de Luca ad Gratian. diſcept. 89. num. 5. & Rot. dec. 61. num. 6. & 7. part. 4. tom. 2. recent.*

Quia obiectum forſan poteſt procedere in fluminibus nauigabilibus, vèl in alijs fluminibus, quæ intrant in nauigabilia, nè eſſet licitum Subditis diminuere aquas neceſſarias prò publica nauigatione, at ſecùs
5 in caſu noſtro, in quo non agitur de flumine, nèc nauigabili, nèc intranti in nauigabile, vndè impropriè ſolum poteſt dici flumen publicum, vti aduertit *Card. de Luca de regal. diſc. 177. num. 13.*

Et ceſſat demùm omnis difficultas, quia quotiès non diminuatur aqua neceſſaria prò alijs Molendinis, & non inferatur damnum vſui publico, tunc ſemper eſt permittenda ædificatio noui Molendini, ſiuè agatur in flumine publico, ſiuè priuato
6 multi quos refert, & ſequitur *Antonell. de loco legal. lib. 1. cap. 3. quæſt 3. nu. 177. Ciriac. contr 462. num. 20. cum alijs multis relatis per Romaguer. ad Conciol. ad Stat. Eugub. lib. 5. rubric. 15. num. 4. & per Rot. coram Peuting. dicta deciſ. 164. num. 1.* præcipuè quia quando flumen, eſt publicum, ſed non nauigabile vnicuique licèt accipere ex eo aquam ad proprium vſum *leg. quo minus. ff. de Flumine,* dummodò aqua ſit ſufficiens ad omnes alios *Antonel. de tempor. legal. lib. 2. cap. 81. num. 18. & 19. vbi concordantes ad ſatietatem.*

ARGVMENTVM.

Operarij quando habeant actionem prò conſequenda mercede à Dominis fundi, quando iſti ſoluerunt pecuniam vulgò *al Caporale*, ſiuè *al Capo Maſtro*, qui dictos Operarios conduxit.

SVMMARIVM.

Actio negotiorum geſtorum etiàm ſine contractu datur contrà eum, qui recepit vtilitatem, & factus eſt locupletior num. 1.

Digitized by Google

Ex æquitate legis ſi me, & Titium ff. ſi certum petatur, num. 2.

Dans frumentum Colono an, & quando habeat actionem illud repetendi contra Dominum fundi num. 3.

Sub conductor ſoluens penſionem domus Conductoris liberatur licèt locator non fuerit ſatisfactus à Conductore num 4.

Operarius habet hypothecata bona illius, in cuius commodum operam impendit num. 5.

Salarium eſt ſoluendum ab eo, qui aliquid fieri mandat licèt in commodum Tertij num. 6.

Limita in Miniſtro Tutoribus, & alijs ſimilibus num. 7.

Dominus debet eſſe ſollicitus in eligendo bono Adminiſtratore alias ſibi imputet num. 8.

VOTVM XXXXV.

SÆpe euenit occaſio diſputandi (& ſignanrèr in cauſa Domini Ferdinandi Petroni cum Operarijs, qui canale effoderunt prò ducenda aqua ad Centumcellas, & in altera Excellentiſſimi D. Angeli de Alterijs, cum Ioanne, & Antonio Bracciolino.) An Operarius conſequi poſſit ſuam mercedem à Domino Fundi, vel Domus in qua ſuam operam impendit, quando Dominus Fundi, ſeù Domus integram mercedem ſoluerit vulgò *al Caporale, ſiuè al Capo Maſtro*, qui homines conduxit ad conficienda laboreria certa conuenta mercede, quando dicti *Caporale, vel Capo Maſtro*, accepta pecunia fugam arripuerunt.

Scribentes autem contra Operarios di-
1 cebant iſtos nullam actionem habere aduersùs Dominos fundi, ſed tantùm contra illos, qui eos vocauerunt ad laborandum, neq; actionem ſubſidiariam funda-
2 tam in æquitate *l. ſi me, & Titium ff. ſi certum petatur* intrare poſſe, quando Dominus fundi vere, & realiter ſoluerit mercedem illi, cum quo contraxit, itaùt non poſſit dici factus locupletior ob laboreria ab ipſo iam ſoluta ad tradita in his terminis per *Card. de Luca de credit. diſc. 73. n. 8. & generalitèr per Rot. deciſ. 9. n. 13. par. 16. recen.*

Prò hac opinione corroboranda adducebant *Thomat. in deciſ.* 170. firmantem,
3 quod ille, qui dedit frumentum Colono ad præciſum effectum illud ſeminandi, nō habeat actionem contra Dominum fundi cum onus ſeminandi ſpectaret ſimplicitèr ad Colonum tàm de Iure, quàm de conſuetudine.

Quibus addebant, quod ſi Subconductor ſoluerit penſionem conductori liberetur, licèt locator non fuerit ſatisfactus de penſione à primo conductore iuxrà com-
4 munem opinionem, quàm ſequitur *Card. de Luca de credit. & debit. d. diſcurſ 73. nu. 7. & 8. cum alijs apud Pacion. de locat. & conduct. cap. 32. num. 57.*

His tamèn non obſtantibus contrarium procedere cenſui, nàm authoritates, quæ exaduerſo ſunt cumulatæ non applicantur, & procedunt ſolummodò in caſu, in quo quis contraxit nomine proprio cum operarijs nullo habito reſpectu ad miniſterium, quod exercebat, vt bene colligitur ex *dicta deciſ.* 270. *Thomati*, at ſecùs dicendum eſt, quando operarij
5 fuerint conducti ab aliquo Miniſtro Domini fundi, quia tunc Operarij ſequuti ſunt fidem ipſius Domini, & adminiſtrator in hac hypotheſi cenſetur contraxiſſe nomine procuratorio, vndè prò conſequendo eorum ſalario habent hypothecata bona illius, in cuius commodum operas impenderunt *Martin. Medic. deciſ. Senen. 19. num. 19. & 20. Merlin. de pignor. lib. 3. tit. 1. quæſt. 21. ſub num. 4. verſ. addendum Zacch. de ſalar quæſt. 94. num. 4. & ſequen. & quæſt. 99. nu 22. & Rot. poſt eumdem de obligatione Camerali deciſ. 183. nu. 3. Sanfelic deciſ. 113. num. 5.*

Nec releuat, quod ſalarium ſoluendum
6 ſit ab eo, qui aliquid fieri mandat, etiamſi mandatum reſpiciat cōmodum tertij *l. Salarium ff. mandati Signor. conſ 45. in princip.* quia obiectum non procedit in miniſtro,
7 qui conueniri non poteſt prò ſolutione ſalarij *Munoz. de ratiocin adminiſtr. cap. 27. ſub num. 35. Zacch de Salar quæſt 4. num. 3. & 5.* vbi ſi Tutor ordinaſſet operario rem inutilem pupillo, adhùc ille ſuam mercedem deberet conſequi à bonis Pupilli, licèt iſte in redditione rationis eſſet releuandus à tutore, qui non neceſſaria ordinauit.

Nec aduerſatur, quod ità practicando daretur occaſio colluſionibus, ac etiàm cogeretur aliquis bis ſoluere mercedem;
8 nam Domini fundi debent eſſe cauti in eligendis proprijs miniſtris, & ſibi imputent, ſi pecuniam conſignauerint malo adminiſtratori, vndè in praxi in Vrbe obſer-

uatur

natur præcipuè tempore meſſis frumenti, quod cuilibet operario conſignari ſoleat portio ſuæ mercedis, quia illi, qui totã pecuniam prò ſoluendis Operarijs dederunt *Caporalibus* pluries remanſerunt deluſi.

ARGVMENTVM.

ALiud prò alio inuito Creditore ſolui nequit, & expenditur authent. hoc niſi C. de ſolut.

SVMMARIVM.

Aliud prò alio inuito Creditore ſolui nequit num. 1.

Limita quando intraret diſpoſitio authen. hoc niſi C. de ſolut. num. 2.

Ad hoc vt procedat authentica hoc niſi ſunt neceſſaria requiſita relata in num. 3.

Authentica hoc niſi non habet locum ſtante iuramento, vel obligatione Camerali nu. 4.

VOTVM XXXXVI.

FRanciſcus Libert Mercatur in Vrbe ingenti ære alieno vſq; ad ſummam ſcutorum 18. m. grauatus porrexit memoriale Sanctiſſimo, in quo ſupplicauit, vt dignaretur reſcribere, quod Creditores tenerentur recipere in ſolutũ tot merces fundacales, & credita ob deficientiam pecuniæ, & cum præces fuerint remiſſæ Illuſtriſs. & Reuerendiſs. Almę Vrbis Gubernatori cum reſcripto, vt procederet prout de iure, prodijt reſolutio contraria dicto Franciſco.

Nàm aliud pro alio inuito Creditore
1 ſolui nequit adeout debitor quantitatis teneatur ſoluere in pecunia, non autem in ſpecie *l. 2. §. mutui datio ff. ſi certum petatur l cum à quo 16 ff. de ſolut. cum multis alijs congeſtis à Conciol de hærede art. 1. n. 77. & ſeqq Rot. coram Gregor. deciſ. 352. num. 2. coram Duran. deciſ. 1. in princip.*

Et quamuis debitor poſſit ſoluere Cre-
2 ditoribus in bonis ſtabilibus non extante pecunia ad effugiendã carceratione̋ iuxta depoſitionem *auth. hoc niſi C. de ſolut.* nihilominus ad hoc vt procedat diſpoſitio dicti textus deſiderantur quamplurima requiſita, quæ in præſenti caſu deficiunt, & ſignantèr quod debitor perquiſierit Emptorem exactiſſimis diligentijs etiàm per ædicta, & nullum reperierit oblatorem volentem emere ſtabilia, vel nomina debitorum rationabili pretio, quod præſtet
3 fideiuſſionem in caſu euictionis, ac etiam probet ſe non tantùm carere pecunia, ſed etiam mobilibus, cum iſta de facili vendi poſſint *Salgad. Laberint. credit. part. 1. cap. 22. num. 1. 4. & 5. Conciol. de hæred. art. 1. nu. 83. Guzman. de euiction. cap. 22. nu 78. Rot. coràm Gregor. deciſ. 352. num. 6. vbi adden. num. 10. & coràm Duran deciſ. 1. nu. 20. & coràm Manzaned. deciſ. 161. num. 2.*

Quoad cæteros Creditores habentes ad eorum fauorem vel iuramentum, vel obligationem in forma Cameræ, etiam
4 concurrentibus recenſitis requiſitis non poteſt eſſe locus præfatæ diſpoſitioni *auth. hoc niſi* cum certum ſit quod ſtante vel iuramento, vel obligatione Camerali debitor nequit recurrere ad beneficium *dict. auth. hoc niſi Theſaur. deciſ. 143. num. 14. Surd. deciſ. 30. num. 10. Andreol. contr. 123. per tot Conciol de hæred. dicto art. 1. nu. 84. Zacch. de obligat. camer. quæſt. 17. num. 57. & ſeq. Rot. coràm Gregor. deciſ. 352. num. 5. & coràm Duran. deciſ. 1. num. 22. & 23.*

ARGVMENTVM.

LAtè examinatur an, & quando iuſpatronatus veniat in venditione fundi cui ſit annexum, & quando illud compræhendatur ſub alienatione, ſeù donatione bonorum.

SVMMARIVM.

Ius patronatus annexum fundo comprahenditur in venditione ipſius fundi num. 1.

Declara num. 2.

Inſtitutio eſt concedenda præſentato à legitimis patronis num. 3.

In hæredem tranſit omne ius quod competebat teſtatori num. 4.

Deciſio Rotæ poſt nouam audientiam contra eam obtentam non eſt ſupponenda num. 4.

Ius patronatus venit ſub diſpoſitione, & donatione omnium bonorum, & iurium num. 5.

Donatio eſt vniuerſalis per verba ampla, & indifinita num. 5.

Ius patronatus venit in generali donatione, nec requiritur hoc caſu conſenſus Ordinarij nu. 6. & 7. & num. 34.

De-

Declarantur Doctores in contrarium num. 8.

Quando mentio iuris patronatus dicatur acceſſoria, ſeù principalis in donatione, ſeù venditione bonorum num. 9. & 10.

Dictiones cum, & ac declarantur num. 11. 12. & 22.

Habens facultatem adoptandi à teſtatore conceſſam, an poſsit dare facultatem alteri faciendi adoptionem num. 13. 14. & quid in perſona incerta de incertis.

Sententia quando faciat ſtatum quoad omnes num 15.

Quando lis eſt inter præſentatos ſufficit vt admittatur præſentatus à Patrono, quod iſte reperiatur in poſſeſsione præſentandi n. 16. & 29.

Ius nominandi ſpectat ad vſumfructuarium num. 17.

Ius adoptandi alicui conceſſum, vti perſonale non tranſit ad extraneum num 18. & 30.

Voces quomodo computantur in iurepatronatus num. 19.

Ius patronatus quando adeſt nominatio plurium ſpecierum bonorum an veniat in generali donatione ſine conſenſu Ordinarij num. 21. 23. & 31.

Stante donatione iurata donantes non poſſunt contrauenire, & hoc caſu ſufficit, vt conſenſus Ordinarij ſuperueniat antè vacationem iuris patronatus num. 24 & 25.

Conſenſus Ordinarij ſufficit, vt interueniat re integra, vt donatio iuris patronatus ſubſtineatur num. 26. 27. & 39

Sub generali diſpoſitione, ſeù donatione non venit id, quod non eſt proprium, ſed alienum num. 32.

Tot ſunt donationes, quot ſunt perſonæ contemplatæ num. 33.

Qualitas iuris patronatus non poteſt immutari ſinè conſenſu Ordinarij num 35.

Declara vt non procedat quando de hæreditario efficeretur gentilitium num. 36.

Amplia idem eſſe ſi efficeretur mixtum num 37.

In iure patronatu mixto attenditur qualitas hæreditaria primi fundatoris, non autèm intermedij, ſeù vltimi patroni num. 38.

VOTVM XXXXVII.

IN Eccleſia Diuæ Catherinæ Virginis, & Martiris ædificata de anno 1602. in fundo *delle Selue* à Franciſco Donato, fuit fundatum ius patronatus ab eodem Franciſco ea lege, vt Sacerdos, qui quolibet die Miſſam celebrare debet in eadem Eccleſia eſſet nominandus à Dominis ſupradicti fundi *delle Selue*. Sed cum de anno 1694. à Iacobo Donato fuerit venditum dictum prædium *delle Selue* Iacobo Maſcarino cum omnibus piſcherijs ædificijs, iuribus pertinentis, ac iurepatronatus, introducta lite coram me, & diù agi-
1 tata, fuit dubitatum an dictum ius patronatus tranſierit in emptorem, & affirmatiua prodijt reſolutio, ea ratione quod vendito caſtro ſeù fundo, cui eſt annexum ius patronatus veniat etiam in venditione ipſum ius patronatus *Rot. coram Sa. Me. Alexan VIII. deciſ. 234. num. 7. & ſeq. coràm clar. me. Card. Celſo deciſ. 300. nu. 6.*

Nec aduerſatur, quod ſupradicta concluſio procedat quando fuiſſet venditus ſimplicitèr fundus cum omnibus ſuis iuribus, ſecùs verò quando in venditione fuerit facta explicita mentio iuris patronatus ob ſuſpicionem labis ſimoniacæ iuxtà diſpoſitionem Sacri Concilij Tridentini
2 *ſeſſ. 25. cap. 9. de reformat.* Quia ſupradicta regula communitèr limitari ſolet, quando mentio iuris patronatus ſtat declaratiuè dumtaxat, quo caſu expreſſio iuris patronatus non præiudicat, vti diſtinguendo tradit *Rot. coram Sa. Me. Alexand. VIII. deciſ. 234 nu. 7. 8. & 9. coram clar. me. Card. Celſo deciſ. 300. num. 6.* cum alijs adductis *in Lunen. ſeù Sarzanen. Beneficiorum 13. Martij 1682. confirmata 4. Maij 1685. 8. Martij 1686. coràm bo. me. Rondinino*, quæ deciſiones vti magiſtrales hic imprimi curaui.

R. P. D. RONDININO

Lunen ſeù Sarzanen. Beneficiorum.

Veneris 13. Martij 1682.

IVdicialis controuerſia ſuper pertinentia iuriſpatronatus trium ſimplicium Beneficiorum erectorum ſub inuocatione Beatæ Mariæ Virginis, Sancti Nicolai, & Sanctæ Luciæ agitata inter præſentatos occaſione vacationis ſequutæ anno 1653. & in noſtro Tribunali variè deciſa vt patet ex tribus deciſionibus editis coram Eminentiſſimo Cerro mox impreſſis inter illas eiuſdem la 489. 502. & 521. in ordine, ex altera coram Cardinali Celſola 360. in ordine, & alijs tribus coram bon. mem. Ni-

Ninot pariter impreſſis la 4. 12. & 25. ter-
minata remanſit mediante concordia au-
thoritate Apoſtolica confirmata, cuius
vigore vnus ex præſentatis aſſequutus pa-
cificam inſtitutionem, & poſſeſſionem Be-
neficiorum conſenſit penſioni ſcutorum
centum fauore collitigantis reſeruatæ;
addita tamen ſalutari præſeruatiua, quod
iura patronorum pro ſubſequentibus va-
cationibus penitùs illeſa conſeruarentur;
Cùm autem occaſione nouæ vacationis
ſequutæ anno 1679. Patroni in duas par-
tes ſciſſi, alij ſcilicèt Franciſcus de Ma-
gnis in Familia Griffa adoptatus vnà cum
Aurelio filio præſentauerint ad Beneficia
Sancti Nicolai, & Sanctæ Luciæ Philip-
pum Maſcardum, & ad illud Sanctæ Ma-
tiæ Ioannem de Groſſis, alij autem, ſcili-
cèt Carolus Ioſeph filius Claræ præſen-
tauerint Ioannem Andream fratrem, qui
tali præſentationi adhæſit; hinc renouata
inter iſtos lite ſuper inſtitutione, eaq; dela-
ta ad R. P. D. Tempium emanauit ſenten-
tia fauorabilis Ioanni Andreæ, à qua in-
terpoſita appellatione mihique commiſſa
dubium hodiè Dominis diſputandum pro-
poſui. Quiſnam eſſet inſtituendus, & reſ-
pectiuè manutenendus in poſſeſſione præ-
ſentandi, quod pro Philippo, & Ioanne
fuit vt infra reſolutum.

Vacatio enim Beneficij, exiſtentia iuriſ-
patronatus, legitima præſentatio facta
3 intra tempus à iure præfixum, & idoneitas
præſentatorum non controuertuntur, ideò
recognita pertinentia dicti iuriſpatrona-
tus pro maiori parte competentis Franci-
ſco, & Aurelio denegari non poteſt inſti-
tutio debita Philippo, & Ioanni per illos
præſentatis, *cap. cum Bertholdus in fin. de*
ſenten. & re iudicat cap. quoniam 3. ibique
gloſſ. verb qui maioribus de iurepatron. can.
decernimus, & can. Monaſterium 16. quaſt.
7. Latter. de re benefic. lib. 2. quaſt. 13. num.
19. Rota deciſ. 148. num. 5. apud Viuian. de
iurepatronat. & coram Cardinali Celſo deciſ.
144. num. 1. & in Aſculana Beneficij Sancti
Laurentij 24. Ianuarij 1680. §. primo coram
me.

Pertinentia autem iuriſpatronatus, ſeù
pluralitas vocum competens Franciſco, &
Aurelio reſultat ex facti ſerie, & deſcen-
dentia plenè relata in prima deciſione
Eminentiſſimi Cerri, ſiquidem non con-
trouertitur, quod iuſpatronatus, de quo
agitur antiquitus pertinens Auguſtinò
Griffo, poſt iſtius obitum vti hæredita-
rium diuiſum in quinque voces tranſiuerit
in totidem illius filios Nicolaum, Ioan-
nem Antonium, Barnabam, Hierony-
mum, & Fedrianum, ex his quinque voci-
bus Franciſcus Magnus habet hodiè vnam
integram competentem Nicolao vigore
diſpoſitionis Teſtamentariæ ab iſto condi-
tæ anno 1581. in qua Ioanni Antonio,
Barnabæ, & Hieronymo fratribus hære-
dibus inſtitutis facultatem conceſſit in caſu
obitus ſine filijs adoptandi aliquem maſ-
culum, qui in eius hæreditate ſuccederet;
Cùm enim ijdem fratres hæredes præuia
facultate Pontificia, & commutatione vo-
luntatis ſan. mem. Pauli Quinti hæredita-
tem præfati Nicolai reſtituiſſent Mariæ
nepti ex Fedriano altero fratri, eique tran-
4 ſtuliſſent facultatem nominandi, & ado-
ptandi maſculum ſucceſſorem, bene po-
tuit iſta nominare Franciſcum filium ado-
ptatum, eique transferre omne ius com-
petens Nicolao Teſtatori, vt latè proba-
tur in *dicta ſecunda deciſione Eminentiſsimi*
Cerri per tot. la 502. in ordine aliarum im-
preſſarum, & coram Ninot. deciſ. 4. num. 1.
& pluribus ſeqq. ad quas Domini approbatiuè
ſe retulerunt.

Ex alijs tribus vocibus olim competen-
tibus Ioanni Antonio, Barnabæ, & Hie-
ronymo, dictus Franciſcus habet medie-
tatem, ſcilicèt vocem vnam cum dimidia
alterius vocis eam deuolutam in exequu-
tionem donationis ab iſtis fratribus con-
ditæ anno 1604. fauore eiuſdem Mariæ
neptis, eiuſque deſcendentium relat. *in*
Summar. Philippi, & Ioannis num. 3. quæ
comprehendit Franciſcum, & Aurelium
nepotem, & pronepotem reſpectiuè dictæ
Donatariæ mediante Anna illius filia ſi-
cuti pro altera medietate fauet Ioſepho,
& Ioanni Andreæ nepotibus mediante
Clara altera filia, vt non controuertitur,
& probatur, ſeù ſupponitur in omnibus
præcedentibus deciſionibus coram Emi-
nentiſſimo Cerro, Celſo, & Ninot.

Et licèt in vltima illarum ſcilicèt la 60.
coram Ninot recedendo ab alijs præce-
dentibus cenſuerit tunc Rota dictam do-
nationem non ſubſtineri ob defectum con-
ſenſus Ordinarij, nihilominùs attentiùs
hodie penſatis omnibus circumſtantijs fa-
cti, & diſtinctionibus iuris recognouerunt
Do-

Digitized by Google

Domini validitatem donationis, & inſub-
ſiſtentiam dictæ deciſionis editæ coram
Ninot, quam non obſtare dicebant iuri-
bus patronorum, & modernorum præ-
ſentatorum, nec in hodierna diſputatio-
ne eſſe ſupponendam, dum poſt nouam
audientiam aduerſus illam conceſſam cau-
ſa tunc fuit per tranſactionem compoſita
cum expreſſa præſeruatiua iurium patro-
norum in ſubſequentibus vacationibus, vt
in ſimili dixit *Rota recent. deciſ.* 385. *num.* 20.
& 21. part. 17. *recent.*

Præmittebant etenim concluſionem à
Doctoribus, & noſtro Tribunali commu-
niter receptam, quod ſcilicèt ſub diſpoſi-
tione generali, & donatione omnium bo-
4 norum iurium, & actionum comprehendi-
tur iuſpatronatus, etiamſi ſpeciali nota
expreſſum non fuerit argum, *text. in cap.*
ex litteris & cap. cum ſaculum de iurepatro-
nat. & reprobata opinione Innocentij Lamber-
tin. & aliorum tradunt Abbat. in cap. ex litte-
ris num. 12. *de iurepatronat. Dec. conſ.* 117.
num. 2. *Lotter. de re benefic. lib* 2. *quæſt* 9.
num 50. *& ſequentibus, Mareſcott. variar.*
reſolut. lib. 2. *cap.* 55. *num.* 9. *& ſequenti-*
bus, Viuian. de iurepatronat lib. 4. *cap.* 4. *nu.*
16. *Barboſ. de offic. & poteſtat Epiſc. alleg.*
71. *num.* 21. *Rota coram Put. deciſ.* 351. *nu.*
1. *lib.* 2. *coram Seraph. deciſion.* 725. *per tot.*
coram Vbald. deciſ. 412. *num.* 8. *coram Priolo*
deciſ. 113. *num.* 6. *cum alijs relatis in deci-*
ſionibus huius cauſa coram Ninot deciſ. 4. *nu.*
8. *& deciſ.* 12. *num.* 7. Et in hoc caſu nec
etiam requiritur conſenſus Epiſcopi *Ab-*
bat. in cap. illud nu. 4. *de iurepatron. Franch.*
in cap vnic. num. 3. *eodem tit. in* 6. *Lamber-*
tin. in eodem tractat. lib. 1. *part.* 2. *quæſt.* 1.
in fine, & art. 1. *num.* 1. *&* 2. *Viuian. de iu-*
repatronat. lib. 4. *cap* 1. *num.* 12. *& duobus*
ſequentibus Barboſ. loco mox allegato num. 10.
Rota coram Dunoz. Iun. deciſ. 300. *num.* 14.
& ſequentibus repetit. inter recentior. deciſ.
207. *part.* 6. *coram Bich. deciſ.* 15. *n.* 5. *repe-*
tit. apud Viuian. de iurepatronat. deciſ. 121.
cum alijs occaſione huius controuerſiæ deductis
per Eminentiſſimum de Luca de iurepatronat.
diſc. 19. *num.* 14.

Applicando autem regulas præfatas
ad caſum præſentis controuerſiæ dubitari
nequit, quod donatio de qua quæritur, fue-
rit generalis, & vniuerſalis non ſolùm
propter verba diſpoſitiua inferius refe-
5 renda, quæ cum ſint ampla vniuerſalia, &
indefinita nullam limitationem patiuntur
ad *text. in l. Iulianus in princ. ff. de leg.* 3. *DD.*
in l. Lucius 88. *ff. de legat* 2. *Bart. in l. ge-*
nerale §. Vxori num. 2. *& ſequentibus ff. de*
vſufruct. legat. Soccin. Iun. conſ. 89. *nu.* 10.
lib. 3. *& in ſimilibus terminis Rota in recent.*
deciſ. 173. *num.* 25. *& ſequent. part.* 7. ſed
etiam attenta reſeruatione 20. ſcutorum
facta per donantes ad effectum teſtandi,
quæ manifeſtè probat comprehenſionem
aliorum bonorum omnium iuxtà naturam
exceptuationis de qua *text. in l. prætor. ff.*
de iudic. gloſſ. in rubric. de reg. iur. in 6. *Cra-*
uett. conſil. 214 *ſub num.* 13. *& benè Rota in*
dicta deciſ. 173. *num.* 27. *part.* 7. *recent.*

Nec obſtare videbatur, quod in eadem
donatione fuerit diſpoſitum de iurepatro-
natu explicitè, & nominatim donato, quo
caſu tranſlatio, vel ceſſio non ſubſtinetur
niſi accedente conſenſu Ordinarij argum,
6 *text. in cap. vnic. de iurepatronat. in* 6. *& plu-*
ribus authoritatibus comprobat dicta deciſ. 60.
coram Ninot per quam aliæ præcedentes
reuocatæ fuerunt. Vltra quod enim ple-
rique, imò ferè omnes Doctores quæſtio-
nem hanc examinant in terminis venditio-
nis, vel alterius contractus oneroſi, in quò
propter correſpectiuitatem prætij ad rem,
& vniuerſitatem venditam locum habere
poteſt ſuſpicio Simoniæ, vt ratiocinantur
Ioannes Andr in cap. vnic. num. 2. *de iurepa-*
tronat in 6. *alijque mox allegandi*, ideoque
non benè forſan applicantur ad tranſla-
tionem gratuitam factam per viam dona-
tionis vniuerſalis vt diſtinguit *Viuian. de*
iurepatronat. lib. 4. *cap.* 4. *num.* 18. *verſ.*
reſpondetur, & ſequente, & comprobat Lam-
bertin. de iurepatronat. part 2. *lib.* 1 *quæſt.* 1.
art. 3. *ſub princ verſ. & fortius titulo gratuito.*

Nihilominus quatenus etiam eadem
ratio in iſta militaret procedentes Domi-
ni cum diſtinctione magiſtrali tradita per
Calderin. in dicto cap. vnic. de Iurepatronat.
7 *in* 6. *relat. per Gemin. ibidem num.* 5. *in fin.*
& communiter approbata dicebant, quod
aut mentio iuriſpatronatus in Inſtrumen-
to tranſlationis iurium vniuerſalium ſit
declaratiuè ſcilicet per viam expræſſionis
ſpecierum ſub generali diſpoſitione com-
prehenſarum, & hoc caſu tranſlatio ſub-
ſtinetur etiam quoad iuſpatronatus ſine
conſenſu Ordinarij, quia non importat
nouam, & ſingularem diſpoſitionem inde-
pendentem à prima vniuerſali; aut verò

Digitized by Google

mentio iuriſpatronatus facta fuit coniunctiuè, ſcilicet per viam additionis independentis, & importantis tranſlationem ſeparatam ab vniuerſitate, & tunc ad validitatem actus requiri conſenſum Ordinarij ſequendo dictam theoricam Calderini tradunt *Franc. in dicto cap. vnico num. 3. Rocch. de Curt. de iurepatronat. verbo ipſe vel is à quo &c, num. 74. verſ. aliam opinionem, Lambertin. eodem tract. lib. 1. par. 2. quæſt. 5. art. 20. num. 5. ante fin. Viuian. dicto lib. 4. cap. 5. nu. 14. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. dicta allegat. 71. num. 21. Rota recentior. deciſ. 399. num. 4. par. 2 deciſ. 173. num. 28. par. 7. cum alijs cumulatis per Adden. ad deciſ. 46. num. 25. & ſequent. par. 6. & in dicta deciſ. 60. num. 2. coram Ninot. quæ in hac parte fuit approbata.*

Sanè in caſu præſenti controuerſiæ vi-
9 debatur mentionem Iuriſpatronatus non principaliter, & independenter, ſed declaratiuè, & acceſſoriè ad vniuerſitatem bonorum donatorum factam fuiſſe; Idque deſumebatur ex verbis eiuſdem donationis ibi — Donarunt &c. omnia, & ſingula ipſorum &c. donatorum, & cuiuslibet eorum bona ſtabilia, mobilia tàm in Ciuitate Sarzanæ, quàm extra eam vbilibet, & ſub quibuſuis finibus, & vocabulis poſita confinata, & exiſtentia ad ipſos vel eorum quemlibet quomodocumque, & qualitercumque ſpectantia nunc, ſeù quomodolibet in futurum; Item &c. omnia iura nomina, & actiones reales, & perſonales vtiles, & directas tacitas, & expreſſas hypothecarias, & pignoratitias, ac etiam iuspatronatus, & præſentandi officiumque Iudicis, & beneficium iuris quæ, & quas, & quod ijdem Domini donatores habent, & ſibi competunt habereque, & eis, & eorum cuilibet competere poſſunt, vel poterunt nunc, ſeù quomodolibet in futurum nullo iure, nullaque actione ipſis &c. quomodolibet de cætero reſeruatis &c. *dicto Summario Philippi, & Ioannis numero* 3. Suppoſito enim, quod ſub vniuerſitate omnium bonorum, & iurium generaliter donatorum comprehenderetur etiam iuſpatronatus, vt probant authoritates ſupra relatæ in §. *Præmittebam etenim*, ſtante præſertim clauſula in fine poſita ibi — Nullo iure, nullaque actione quomodolibet &c. reſeruatio &c. quam ad comprehenſionem iuriſpa-
10 tronatus prò cautela addendã eſſe monet *Lambertin. dicto lib. 1. par. 2. quæſt 5. art. 20. poſt num. 9. verſ. dicerem ergo ego*; Vtique ſequitur, quod ſpecifica mentio eiuſdem patronatus inibi habita ſuperflua omnino fuiſſet ſi dicatur, quod per illam inducatur aliqua ſpecialis diſpoſitio independens ab vniuerſali, congrua autem, & adequata remanebit ſi vna cum alijs iuribus inibi ſpecificatis intelligatur appoſita declaratiuè, & independenter à generalitate donationis, vt benè ad propoſitum notant *Dec. conſ. 127. nu. 3. Rocch. de Curt. de iurepatronat. dicto verbo ipſe vel is à quo num. 47. Lambertin. loco mox citato Rota in recent. dicta deciſ. 399. n. 5. par. 2. & dicta deciſ. 173. num. 29. & duobus ſeqq. par. 7.*

Parum releuante, quod mentio iuriſpatronatus in controuerſa donatione facta non fuerit mediante dictione *cum* denotante acceſſionem dependentem à re principali iuxta tradita per *Doctores in cap. querela de Simon. Bart. in l. 3. ff. de fund. inſtruct. cum alijs apud Barboſ. diction. 75. n. 9.*
11 ſed mediante dictione *Ac* ſynonima cum alia. *Et* importante copulationem plurium rerum æquè principaliter habitam ex iuribus relatis per eumdem *Barboſ. diction. 110. num. 9.* Quia quid quid ſit de diſcordia antiquorum Doctorum ſuper interpretatione iſtarum dictionum credentibus aliquibus mentionem iuriſpatronatus quomodocumque factam importare nullitatem actus præſertim *Felin. in dicto cap. querelam nu 3. in fine de Simon. Lambertin. de iurepatronat. dicto lib. 1. par. 2. quæſt. 5. art. 20. num. 12. & ſequentibus præſertim num. 18.* alijs è contra putantibus vtroque modo eſſe validam inter quos eſt *Anan. in eadem cap. querelam ad fin.* alijs verò diſtinguentibus inter dictionem *cum* & dictionẽ. *Et* quorum anteſignanus eſt *Abb. in dicto cap. querelam Roch. de Curt. de iurepatronat. dicto verbo ipſe, vel is a quo num. 49. & Gratian. diſcept. foren. cap. 675. num. 29.* Reſpondebant Domini, quo cum ex toto contextu donationis conſtet de mente donantium explicandi iuſpatronatus accidentaliter, & ſimul cum alijs ſpeciebus iurium ad declarationem vniuerſalis diſpoſitionis parum curandum eſt de dictis dictionibus, quæ naturam actus, & intentionem diſponentium alterare non poſſunt, vt omiſſis generalibus in his terminis dixit

Lam-

Digitized by Google

Lambertin. loco ſuperius indicato ſub nu. 13. *Rota dicta deciſ.* 173. *in fine par.* 7. *recentior.*

12 Quinimo nihil repugnat dicta dictio *Ac*; quia cum appoſita fuerit inter genus donationis vniuerſalis omnium iurium, & inter ſpeciem iuriſpatronatus, etiam ſecundum iuridicam interpretationem dicitur ſtare declaratiuè, & demonſtratiuè *Innocen. in capit. quia propter num.* 6. *de electione*, *Rota deciſ.* 366. *num.* 17. *part.* 1. *diuerſor. in recent. deciſ.* 38. *num.* 12. *part.* 6. *& deciſ.* 181. *num.* 22. *par.* 11. cum alijs cumulatis per *Barboſ. diction.* 110. *num.* 27. ideò non mirum ſi in fortioribus terminis alterius donationis vniuerſalis præferentis ſub magis explicitis verbis, & dictionibus copulatiuis mentionem iuriſpatronatus declarauit Rota iſtam ſtare declaratiuè non coniunctiuè, & in dicta *deciſ.* 399. *part.* 2. *recent.*

Vltra integram vocem Nicolai, & medietatem aliorum trium olim competentium Ioanni Antonio, Barnabæ, & Hieronymo habet etiam Franciſcus maiorem partem alterius vocis Fidriani; Siquidem iſta poſt obitum patris ſubdiuiſa in quinque eius filias, Lepidiam, Felicitam, Vrachinam, Catherinam, & Mariam per præmorientiam, & renunciationem reſpectiuè duarum primarum in alias tres conſolidata remanſit; portio Catherinæ integrè deuoluta fuit ad dictum Franciſcum hæredem mediatum, & nepotem mediante Anna filia dictæ Catherinæ, alia autem portio Vrachinæ reconſolidata in perſonis Nicolai, Ioannis Antonij, Barnabæ, & Hieronymi patruorum vigore donationis ſupra relatæ ſimul cum vocibus proprijs illorum tranſiuit in eumdem Franciſcum, & quidem quoad portionem Nicolai integræ vigore eius teſtamenti de quo ſupra §. *Pertinentia*, quo vero ad portionem aliorum trium fratruum pro medietate vigore donationis mox recenſitæ, & latiùs in dicta prima deciſione Eminentiſs. Cerri.

Conſtito ex his omnibus de pertinentia iuriſpatronatus pro maiori parte vocum fauore Franciſci Magni, & Aurelij filij, facilis fuit reſolutio ſecundæ partis dubij pro manutentione iſtis cócedenda in quaſi poſſeſſione præſentádi; Parùm releuante, quod in præcedenti vacatione inſtitutioné reportauerit præſentatus à Clara authrice Ioſephi, & Ioannis Andreæ qui ideo prætendebant conſtitutos fuiſſe in quaſi poſſeſſione præſentandi, quia cum in dicta vacatione apparuerint dubia iura patronorum, & inſtitutio conceſſa per viam concordiæ nulla exindè acquiſita fuit quaſi poſſeſſio præſentandi, nec per eam impeditur quin recognito hodie bono iure dictorum Franciſci, & Aurelij ipſis concedi poſſit manutentio, vt in ſimili aliàs reſpondit *Rota in deciſ.* 333. *num.* 17. *par.* 7. *recentior.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. RONDININO.

Lunen. ſeu Sarzanen. Beneficiorum.

Veneris 4. Maij 1685.

DEciſio coram me ædita die 13. Maij 1682. decernens inſtitutionem, & reſpectiuè manutentionem fauore Philippi Maſcardi, & Ioannis de Groſſis ſuper tribus controuerſis Beneficijs, ad quæ præſentati fuerant per Franciſcum, & Aureliũ de Griffis in excluſionem Ioannis Andreæ Contardi Præſentati à Carolo Ioſepho fratre poſt reiteratas propoſitiones fuit à DD. confirmata.

Ad dignoſcendã enim maioritatem vocum in Præſentatis, à quà propoſitæ controuerſiæ reſolutio pendet, reaſſumentes antiquum, & incontrouerſum ſtatum huius Iuriſpatronatus hæreditarij aliàs integrè ſpectantis ad Auguſtinum Griffum, & poſt iſtius obitũ deuoluti ad quinque eius filios, Nicolaum ſcilicet Ioannem Antonium, Barnabam, Hieronymum, & Fedrianum recognouerunt maiorem iſtarum quinque vocum partem conſolidatã fuiſſe in dictos Franciſcum, & Aurelium, à quo Philippus, & Ioannes præſentationem reportarunt.

Ad eos quippè deuoluta eſt integra vox Nicolai, qui inſtituens hæredes Ioannem Antonium, Barnabam, & Hieronymum fratres, eis quatenus ſine filijs maſculis decederent facultatem, & onus iniunxit pro conſeruatione Domus de Griffis adoptandi aliquem maſculum, qui in ſua hæreditate ſuccederet, & Iuſpatronatus retineret, vt non controuertitur; vnde cum dicti fratres omni prole deſtituti, nec etiam

dicta

dicta facultate adoptandi vti volentes il-
lam cum vigore Pontificis Indulti tranſtu-
lerint in Catharinam ex Fedriano altero
fratre neptem, quam interim ad ſucceſſio-
nem nominarunt,& iſta adoptauerit Fran-
13 ciſcum Magnum ex Maria ſorore, & An-
na nepte pronepotē vtique ſequitur, quod
idem Franciſcus legitimum habeat titu-
lum ſuccedendi in dicta voce Nicolai Te-
ſtatoris recognitum,& approbatum in alijs
præcedentibus deciſionibus huius Cauſæ
præſertim *in deciſ. 502 ſub nu. 2. verſ. vox
Nicolai coram Eminentiſs. Cerro, & coram
Ninot. deciſ. 4. ſub num. 1.*

Nec ad impugnandam pertinentiàm
huius vocis aliàs in præcedentibus diſpu-
tationibus coram me habitis non contro-
uerſam, quidquā releuare videbantur obie-
cta hodie deducta ab Informantibus pro
14 Contardis, qui inſiſtentes in diſpoſitione
*Textus in l. vxorem 39. §. hæres vbi gloſſ.
verb. non eſſe, ff. de l. 3.* talem diſpoſitio-
nem adoptandi nullam, & contra bonos
mores prætendant, præſertim quando re-
ſpicit perſonam incertam de incertis, vt
ratiocinatur *Torr. de pact. futur. ſucceſſ.
lib. 3. cap. 6. num. 67. Rota apud eumdem de-
ciſ. 153. num 3.*

Siquidem quidquid ſit in iure de ſubſi-
ſtentia, & applicatione dictæ regulæ DD.
ſatisfecit in facto reſponſio, quod ſcilicet
præfatum præceptum adoptandi accepta-
tum fuit ab hæredibus, qui in illius execu-
tionem preces porrexerunt pro commuta-
15 tione voluntatis, & Catharinam neptem
in eadem facultate ſubſtituerunt, appro-
batum à Summo Pontifice, qui illud in Ca-
therinam tranſtulit, executum à Vicario
Sarzanæ executore deputato mediante
decreto relato in Summario hodiernæ re-
ſponſionis Philippi, & Ioannis *num.* 2.
ſuppoſitum in alia ſententia lata inter Au-
ctores collitigantium anno 1639. exhibi-
ta in *dicto Summ. num.* 3. & in iudicatum
tranſacta; ideoque attendenda per *Text.
in l. ingenuum, ff. de ſtat. homin. confirmata
in dictis deciſionibus Eminentiſs. Cerri, &
Ninot.* non reuocatis, & per conſequens
ſupponen. *Rot. corā Dunozet, Iun. deciſ. 778.
num. 1. coram Bich. deciſ. 53. num. 5. in recen.
deciſ. 743. num. 11. part. 18. & deciſ. 159.
num. 7 par. 19.* & demum ab inde citra in-
concuſsè obſeruatū ad fauorem dicti Fran-
ciſci Magni, qui cum reperiatur in pacifi-
ca poſſeſſione dictæ adoptionis hoc ſufficit
ad hoc, vt eius præſentatio tali titulo fa-
16 cta exequi debeat per inſtitutionem Præ-
ſentati in hoc iudicio in quo de pertinentia
Iuriſpatronatus non principaliter inter ſe
Patronos, ſed incidenter inter nominatos
diſputatur *cap. Conſultationibus de Iurepatro-
natu, Mareſcott. var. reſolut. lib. 1. cap. 55.
num. 12. Rot. deciſ. 104. num. 18. coram Prio-
lo, & deciſ. 74. num. 2. par. 18. rec.*

Minus refragatur, quod ante deroga-
tionem Pontificiam, & ante adoptionem
Franciſci, ijdem Antonius, Barnabas, &
Hieronymus fratres omnia eorum bona,
& iura excepto vſufructu, & ſcutis vigin-
ti, ad effectum teſtandi donauerint Mariæ
nepti, & nutrici illorum de Contardis, ex
quo iſti deducunt, quod ſub illa compre-
henſum etiam fuerit dictum ius adoptan-
di, quod per conſequens ad Catharinam,
& Franciſcum ſucceſſiuè peruenire non
17 potuerit in præiudicium iuris donatariæ
quæſiti contra Regulam, de qua *Gabriel.
concluſ. 1. & ſeqq. de Iur. quæſit. non tollen.
Rota deciſ. 360. num. 14. par. 18. recent.* vltra
quod non incongruè dici poteſt, quod
exercitium dicti iuris nominandi conſiſtat
in vſumfructu ad fauorem vſufructuarij
vniuerſalis in præiudicium proprietatis
ad ſimilitudinem iuris præſentandi, de
quo apud *Viuian. de Iurepatr. lib. 4. cap. 7.
num. 8. ante finem, verſ. atque ex his conſtat,
Rota coram Mantica deciſ. 140. nu. 4. & ſeqq.*
18 ſatisfecit reſponſio, quod ſcilicet hoc ius
adoptandi erit perſonale, & in quo Nicu-
laus conſiderauerat induſtriam perſona-
lem fratruum, dato etiam ſubſtituto in ca-
ſum non factæ nominationis, vnde non
poterat ad extraneum deferri, *l. ſi quis ar-
bitratu, ff. de verbor. obligat. Tiraquell de
retract. lignag. §. 26. gloſſ. 1. nu. 60. & ſeqq.
Molin. de primog. lib. 2. cap. 62. & 63.* ibi-
que limitat *in addit. & Olea de ceſſ. iur.
tit. 3. quæſt. 2. num. 42.*

Pertinet etiam ad Franciſcum Magnum
maior pars vocis Fedriani in alias tres
portiones diuiſæ iuxta numerum trium fi-
liarum ipſius ſcilicet Vracchinæ, Catha-
rinæ, & Mariæ, in quas etiam conſolidatæ
fuerunt portiones aliarum duarum filiarū
Lepidæ ſcilicet ab inteſtato defunctæ, &
Felicitæ, quæ ad fauorem dictarum ſoro-
rum renunciauit, non enim cadebat quæ-
ſtio ſuper portionibus Catharinæ, & Ma-
riæ,

riæ, quarum prima admittebatur integrè ſpectare ad dictum Franciſcum ex perſona Annæ matris, & reſpectiuè hæredis dictæ Catharinæ; altera autem ad Contardos vti filios Claræ filiæ dictæ Mariæ, ſed ſola verſabatur controuerſia ſuper portione Vracchinæ, quæ renunciationem fecit ad fauorem quatuor Patruorũ Nicolai, Ioan-
19 nis Antonij, Barnabæ, Hieronymi ex dictis quatuor iterum ſubdiuiſis portionibus. Franciſcus Magnus habet primò portionem integram tangentem Nicolao vigore ſucceſſionis Fedriani habitæ in bonis eiuſdem vti adoptatus à Catharina ex ſuperiùs deductis, & vlterius habet medietatem aliarum portionum ſpectantium ad Ioannem Antonium, Barnabã, & Hieronymum, quia cum iſti in donatione mox recenſenda omnia eorum bona, & iura donauerint Mariæ nepti, illiuſque filijs maſculis, & in defectum maſculorum filiabus fœminis, vtique per obitum Mariæ ſine maſculis purificata fuit ſubſtitutio fauore duarum filiarum fœminarum eiuſdẽ Mariæ, ſcilicet Annæ, Claræ matrum, & autricum Franciſci Magni, & fratruum de Contardis, quæ ideo pro virili ſucceſſerunt in dicto Iurepatronatus vigore diſpoſitionum dictorum fratrum donatariorum, non autem vigore Teſtamenti Mariæ Matris, quæ illas inæqualiter inſtituit, vt alias reſpondit *Rota coram Ninot. dicta deciſ. 4. ſub num. 9. verſ. quo verò, & deciſ. 12. nu. 1. in fine*, vnde corrolariè patet, quod ex tribus portionibus vocis Fedriani, Frãciſcus Magnus habet vnam integram, & duas quartas partes cum medietate alterius quartæ partis ideoque pluſquam medietatem.

De alijs autem tribus vocibus Ioannis Antonij, Barnabæ, & Hieronymi, iterum cenſuerunt DD. ſpectare medietatem autẽ ad Cõtardos vti filios Claræ vigore donationis, quã idem tres fratres fecerunt fauore Mariæ cõmunis matris dictæ Annæ, & Claræ, cum comprçhenſione earumdem filiarum: Nec ſubſiſtere videbatur exce-
20 ptio contra eamdem donationem repetita, quod ſcilicet ex defectu conſenſus Ordinarij non ſubſtineretur, niſi ad fauorem Mariæ tunc temporis compatronæ, nõ autem ad fauorem Annæ, & Claræ, quæ taleserant tempore donationis, iuxta diſtinctionem relatam per *Barboſ. de poteſt. Epiſc. alleg. 71. num. 29. Viuian. de Iurepatr. lib. 4. cap. 1. ſub nu. 31. cum alijs apud Rot. deciſ. 23. num. 2. coram Remboldo, & deciſ. 363. nu. 9. coram Bichio*; Siquidem repetebant, quod conſenſus Ordinarij in donatione Iuriſpatronatus requiritur quando iſte principaliter conſideratur, & transfertur independenter ab alio titulo vniuerſali, ſub quo compræhendatur, ſecus autem quando, vel ſpecialiter non exprimitur, ſed conſecutiuè venit ad vnitatem, & generalitatem alicuius tituli compræhenſiui, vel ſaltem acceſſoriè, & declaratiue nominatur, vt latè probat deciſio præcedens coram me ædita §. *Præmittebant enim, & ſeqq. confirmata in Caluen. Beneficij 19. Ianuarij 1684. §. nec legitimam coram R. P. D. meo Caccia.*

**Non obſtante duplici limitatione, quã ad deſtructionem præfatæ regulæ hodie deducebant Informantes pro Contardis, vna ſcilicet ex facto, ex quo probare intendebant, quod cum in donatione, de qua agitur, fuerit facta expreſſa mentio Iuriſpatronatus iſtud cenſeatur principaliter conſideratum, & per conſequens nulliter in donatione comprehenſum abſque conſenſu Ordinarij iuxta diſtinctionem relatã in deciſione huius Cauſę *coram Ninot. 160. in ordine*; Altera autem in iure, ex quo probare intendebant, quod tunc Iuſpatronatus
21 cõprçhenditur tacitè, ſub vniuerſalitate,** quando agitur de vniuerſalitate reali tituli vniuerſalis, ſub quo cõtineretur acceſſoriè Iuſpatronatus, puta de donatione Caſtri, Villæ, vel Feudi, in quibus fundatum repperiatur Iuſpatronatus, ſecus autem quando agitur de donatione, vel translatione alicuius vnitatis verbalis conſtituta ex omnibus bonis, vel iuribus, quæ reſoluitur in ſuas ſingularitates, & ſpecies, itaut etiam Iuſpatronatus remaneat in ſua ſingulari, & independenti natura, quo caſu illud non includitur ſub titulo vniuerſali, nec abſque conſenſu Ordinarij transfertur, *Innocent. in cap. ex litteris num. 2. de Iurepatr. Rot. in Lucana iuriſpatron. relata per Fagnan. in dicto cap. 55. num. 6. Lambert. de iurepatr. lib 1. part. 2. quæſt. 5 art. 4. ſub num. 4. Viuian. eodem tract. lib. 4. cap. 1. n. 3. Barboſ. de poteſt. Epiſc. alleg. 11. n. 8. par. 3. Rota deciſ. 1125. num 4. par. 3. diuerſ.*

Neutrá enim ex præfatis limitationibus præſenti hypoteſi applicatur; non

pri-

22 prima, quòd in controuerſa donatione Iuſpatronatus fuerit principaliter conſideratum, quia potiùs apparet inibi acceſſoriè, & enunciatiuè nominatum per viam numerationis ſpecierum ſub generalitate tituli comprehenſarum, itaut etiam ſine ſpeciali expreſſione ſub illa comprehenſum fuiſſet, vt relatis verbis Inſtrumenti, eorumque importantia conſiderata, & probat *dicta deciſio confirmata* §. *Sanè in caſu, & ſeq.* vbi latè confutantur ſubtilia argumenta etiam hodie inculcata ſuper varijs modis exprimendi Iuſpatronatus, vel per dictiones coniunctiuas *ac*, *&*, vel per aliam dependentem *cum*, quæ ſemper poſtponuntur voluntati contrahentium, & toto contextui donationis, ex qua patet, quod fratres donantes intellexerunt ſemper facere generalem, & vniuerſalem donationem, non autem particularem certarum ſpecierum, quinimo ſi quæ contradictio, & repugnantia orta fuiſſet ex formulis Notariorum, vel ex confuſa, & inepta explicatione bonorũ donatorum, illa eſſet corrigenda interpretando verba eo magis congruo modo quo ad ſubſtinendã donationem apta eſſent, & quo etiam ipſi donantes interprætari voluerunt declarantes, quod pro validitate, actus quatenus opus eſſet, deberet extendi, & fieri Inſtrumentum ad dictamen ſapientis omni meliori modo, quam clauſulam ad hunc effectum ponderat *Menoch. conſ.* 314. *num.* 4. *Rota coram Buratto deciſ.* 316. *& deciſ.* 236. *num.* 6. *part.* 16. *recent.*

Nec etiam ſecunda, quia quicquid ſit de veritate diſtinctionis inibi relatæ, adhuc tamen caſus præſentis controuerſiæ non continet donationem particularem aliquorum certorum bonorum, nec minùs omnium bonorum, quæ tamen di-
23 ſcriminatim diſcerni poſſint per diſtinctionem ſpecierum ſub dicta vnitate comprehenſorum, ſed de donatione vniuerſali comprehendere vniuerſalitatem indiuiſibilem, non minùs ex parte bonorum, prout eſt controuerſa donatio vniuerſalis, per quam Donatarij ſuccedunt in vniuerſum ius Donantium per repræſentationem formalem, illorumque perſonæ, quo caſu Iuſpatronatus poteſt etiam ſine conſenſu Ordinarij principaliter, & diſpoſitiuè transferri, vt affirmant, & probant Doctores in terminis legati Iuriſpatronatus facti à Patre fauore Filij, in quo licet regulariter neceſſarius ſit conſenſus Ordinarij, non tamen requiritur quoties filius vltra legatum inſtitutus etiam ſit hæres vniuerſalis, *Archidiac. in cap. præſens Clericus in princip. quæſt.* 3. *Rocchus de Curt. de Iurepatr. verb. iſque, vel is num.* 15. *in princip. ac inferius verſ. & propterea concluſ. Lambert. eodem tractatu lib.* 1. *part.* 2. *art.* 2. *quæſt.* 6. *num.* 1. *in fin. & num.* 4. *verſ. alter modus eſt, Couar. variarum reſolut. cap* 18. *in fin. lib.* 2.

Cæterum quando etiam pro validitate dictæ donationis ſupradictæ efficaces ra-
24 tiones non militarent, itaut de ea poſſet dubitari, concludebant DD. quod cum illa eſſet iuramento confirmata, itaut donantibus non liceret pœnitere iuxta tradita per *Rotam deciſ.* 316. *num.* 23. *part.* 10. *& deciſ.* 8. *num.* 7. *& ſeqq. part.* 17. *recent.*
25 Conſenſus Ordinarij ſuperueniens ante vltimam vacationem ſuffragaretur, ad effectum conualidandi dictum contractum pro præſenti, & futuris vacationibus, & ſæpe reſpondit *Rota in deciſ.* 140. *num.* 4. *apud Viuianum de Iurepatr. coram Ludouiſio deciſ.* 470. *num.* 7. *coram Peutinger. deciſ.* 177. *eodem numero, & deciſ.* 266. *num.* 2. *& ſeqq. coram Bichio deciſ.* 344. *num.* 1. *&* 2. *& in recent. deciſ.* 73. *num.* 22 *& deciſ.* 130. *nu.* 18. *part.* 11.

Non attentis alijs anctoritatibus in deciſionibus in contrarium adductis ab informantibus pro Contardis, præſertim
26 autem deciſionibus *coram R P. D. meo Emerix nuper æditis in Recanaten. Beneficij* 23. *Ianuarij, &* 4. *Iunij* 1683. per quas declaratur inſufficiens conſenſus Ordinarij ſuperueniens pro qualitate ſimilis donationis iuratæ, quia ibi agebatur de conſenſu ſuperuento re non integra poſt vacationem, & præſentationem fauore Tertij conſumatam, in cuius præiudicium locus non erat retrotractionis In caſu autem præſenti conſenſus ſuperuenerat ante vacationem, & præſentationem, & licet apponatur, quod ex nullitate dictæ donationis fauore filiarum Mariæ ius quæſitum fuerat dictæ Mariæ vniuerſali autrici fratrum de Contardis, adhuc tamen ommiſſo, an nullitas donationis ex defectu conſenſus Ordinarij importet nullitatem to-
27 tius actus, vel ſolum reſpectiuè filiarum Mariæ tantum placuit reſponſio, quod

cum

cum eadem Maria eſſet donataria vniuerſalis dictorum fratrum, & Contardi mediati ſucceſſores, nec iſtis, nec illi tale ius quæſitum fuerat, per quod potuiſſet impugnare factum ſuorum Auctorum præſertim iuratum, quod potiùs per omnes erat pro viribus obſeruandum, *l. ea, quæ à Patre, C. de reſtitut. milit. & l. venditrici, C. de rebus alienis non alienandis Valenzuol. conſ. 9. num. 43. Rota deciſ. 150. num. 4. coram Peuting. & deciſ. 231. nu. 10. part. 9. recent.*

Et ità deciſum eſt vtraque parte informante &c.

R. P. D. RONDININO

Lunen. ſeù Sarzanen. Beneficiorum.

Veneris 8. *Martij* 1686.

PLuralitatem Vocum Patronalium, ex qua die 13. Martij 1682. & 4. Maij 1685. deciſum fuit deberi inſtitutionem ad controuerſa Beneficia Philippo Maſcardo, & Ioanni de Groſſis præſentatis à Franciſco Magno, & Aurelio filio, in concurſu Ioannis Andreæ Contardi à Carolo Ioſepho nominato, etiam hodiè Rota approbauit, quæ ſupponendo antiquam, & incontrouerſam deciſionem Iuriſpatronatus in quinque portiones, ſeù voces correſpondentes quinque filijs Auguſtini Griffi ad Franciſcum Magnum, maiorem illorum partem deuolutam cenſuit.

Integram ſcilicet vocem Nicolai vigore adoptionis de eo factæ à Catharina Ania in executionem diſpoſitionis Teſtamentariæ eiuſdem Nicolai, & Pontificiæ
28 commutationis in præcedentibus deciſionibus vberiùs relatæ; quæ teſtamentaria diſpoſitio licèt iterùm à Contardis de nullitate redargueretur, vti demandans adoptionem perſonæ incertæ de incertis improbatam per *Text. in l. Vxorem §. Hæres ff. de leg. 3.* Nihilominus omiſſa quæſtione Iuris ſuper intelligentia dicti Textus, quem examinat *Duran. de condit. & mod. impoſſib. part. 3. cap. 8. num. 8. & ſeqq. & cap. 9. num. 5. & ſeqq.* Placuit in facto reſponſio, quod cum dicta adoptio iam dudum ſuum plenarium effectum habuerit à fratribus, & hæredibus Nicolai, qui pro aliqua commutatione voluntatis Pontificiam facultatem impetrarunt, diuque obſeruata fuerit in iudicio, & extrà; fruſtra hodiè impugnatur ad impediendam, vel infringendam pretenſionem à dicto Franciſco ex hoc titulo factam, præſertim in
29 hoc iudicio principaliter inter Præſentatos, & incidenter inter Patronos agitato, in quo ſola quaſi poſſeſſio Præſentantium attenditur, iuxtà celebrem *Textum in cap. Conſultationibus de Iurepatr. aliaſque authoritates cumulatas in dicta deciſ. coram me adita 4. Maij proximè præteriti §. ſiquidem &*
30 *ſeq.* vbi reſpondetur obiecto iterum inculcato, quod adoptio fieri non potuerit à fratribus poſt donationem vniuerſalem in præiudicium Iuris ex iſta quæſiti Donatarijs, & cui etiam plenè ſatisfacit *deciſ. 501. coram Eminentiſs. Cerro nu. 20. §. Sub iſta autem donatione.*

Nec obſtare videbatur dilemma à Contardis oppoſitum, quod ſcilicet aut vox Nicolai comprehendatur ſub donatione à Ioanne Antonio, Barnaba, & Hieronymo facta fauore Mariæ, & illa integrè non ſpectat ad Franciſcum Magnum, ſed ad ſummum pro medietate tantùm eodem modo, quo cæteræ voces propriæ donantium. Aut non comprehendebatur ſub eadem donatione, & iſta non remanebat ampliùs vniuerſalis de omnibus bonis, & iuribus donatoribus competentibus, qualis ſupponebatur in præcedentibus donationibus, ſed particularis, & per conſequens inualida ſine conſenſu Ordi-
31 narij, vt admittunt eædem deciſiones, & reſpondit Pontifex *in cap. quod autem de Iurepatron poſt med. Bart. conſ. 1. num. 4. & ſeqq. lib. 3. Rota deciſ. 266. num. 7. part. 11. & deciſ. 70 num. 12. part. 12. recent. vbi Concordantes.*

Vtraque enim pars argumenti corruit, prima ſcilicet animaduertendo, quod Nicolaus inſtituens hæredes vniuerſales fratres facultatem eis conceſſit adoptandi maſculum ſucceſſorem portionis Iuriſpatronatus ad ipſum ſpectantis, in cuius defectum ſubſtituit eaſdem Cappellas, in quibus Iuſpatronatus fundatum erat. Vndè cum talis adoptio, licèt ex Pontificia derogatione aliquatenùs mutata, executioni demandata fuerit, in talem filium adoptatum tranſijt iuſpatronatus Nicolai ex eius diſpoſitione, non autem in Dona-

tariam fratrum ex donatione earumdem,
ſub qua comprehendi non poterat: Se-
cunda autem pars dilemmatis eadem faci-
litate diluitur. Ad hoc enim, vt dici de-
beat vniuerſalis, ſufficit, quod generaliter
comprehendat omnia bona, & iura Do-
nantium, ſed non requiritur, imò repu-
gnat, quod comprehendat portionem iu-
riſpatronatus à Nicolao prouenientis,
quæ cum à fratribus donantibus non re-
tineretur liberè, & cum abſoluta facultate
diſponendi, ſed cum obligatione illam re-
ſtituendi ſubſtitutis ab illo deſignatis, ca-
dere non poterat ſub vniuerſali, & indefi-
32 nita diſpoſitione omnium bonorum, & iu-
rium ad donantes pertinentium, ſed po-
tiùs aliena dicebatur per *Text. in l. vnum
ex familia §. ſi falcidia ff. de leg. 2. l. finali
§. ſed quia C. communi de legat. Rota coram
Duran. deciſ. 93. num. 5. & ſeqq.*

Voces pariter Ioannis Antonij, Barna-
bæ, & Hieronymi iterum cenſuerunt Do-
mini pro medietate competere Franciſco
vigore donationis, quàm ipſi occaſione
certi matrimonij fecerunt fauore Mariæ
ex Fedtiano altero fratre nepti, eiuſque
filiorum, & deſcendentium maſculorum,
in iſtorum defectum fœminarum, quæ per
conſequens per obitum dictæ Mariæ ſine
maſculis purificata fuit pro virili in dua-
bus filijs fœminis, illius ſcilicet Anna
auia Franciſci, & Clara auia fratrum de
Contardis. Parum releuante, quod di-
ctæ filiæ inæqualiter ſucceſſerint in ma-
terna hæreditate Mariæ primæ donata-
riæ, Clara ſcilicet vniuerſali ſucceſſionis
titulo, Anna verò ſolùm in legitima, ex
quo deducebant Contardi, quod dictæ
portiones iuriſpatronatus ad vniuerſalem
tantùm hæredem tranſiuerint, omiſſis
enim alijs iuridicis reſponſionibus, vnica
ſatisfecit Dominis, quod ſcilicet dictæ fi-
liæ controuerſum iuſpatronatus non ac-
quirebant, vti cohærens iuribus, & ſucceſ-
ſioni maternæ, nec dependenter à perſona
matris, ſed vti contemplatæ, honoratæ,
& vocatæ ex propria perſona à fratribus
donatoribus, ex quorum liberali proui-
dentia ad ſubſtitutionem inuitantur ſub
33 ſolo titulo filiationis, non hæredum Ma-
riæ, itaut vnicus donationis contractus,
iuxtà numerum perſonarum ſubſtitutarum
iure proprio multiplicetur, & tot cenſean-
tur donationes, quot ſunt perſonæ inde-
pendenter contemplatæ, *Caſtr. in l. ſi pecu-
nia num. 11. ff. de condit. cauſ. dat, Fonta-
nell. de pact. nupt. clauſ. 4. gloſ. 9. part. 1.
num. 10. & ſeqq. Rota coram Merlin. deciſ.
404. num. 7. coram Celſ. deciſ. 221. num. 5.
& in deciſ. huius cauſa coram Ninot. la 12.
num. 2.*

Non attenta nullitate contra eamdem
donationem repetita ob defectum conſen-
ſus Ordinarij, quem in hoc caſu ſuper-
fluum, & tamen ſufficienter interpoſitum
Rota recognouit, ſuperfluus in quam quia,
aut ſupponebatur requiſitus ex qualita-
34 te rei dotatæ, ſcilicet iuriſpatronatus,
quod vti ſpiritualibus annexum, deduci
non poteſt in contractum, & commercium
humanum ſine licentia, & conſenſu Eccle-
ſiaſtici Præſulis, obſtante diſpoſitione *Tex.
in cap. quod autem de Iurepatr.* præſertim
ſub explicita mentione, & expreſſione
eiuſdem, quod inficit etiam diſpoſitionem
vniuerſalem, & generalem, iuxtà diſtin-
ctionem *Calderini relatam per Gemin. in
comment. ad d. cap. primum ſub num.* 5. &
obſtant animaduerſiones relatæ in præce-
dentibus deciſionibus hodiè à Contardis
non impugnatæ, quod ſcilicet donatio
controuerſa, nec particulariter, nec prin-
cipaliter comprehendebat iuſpatronatus,
ſed ſolùm per neceſſariam cohærentiam
ad vniuerſitatem bonorum, & iurium in
contractum deductam, & licet illud fuerit
aliquando nominatum; Nominatio ta-
men apparet accidentaliter emiſſa, vel
potiùs declaratiuè ad præcedentem inde-
finitam generalitatem bonorum, & iu-
rium, ſub qua etiam ſine tali expreſſione
cadebat, quo caſu Ordinarij conſenſum
non requiri, probat ipſamet diſtinctio
Calderini, aliæque plures authoritates cu-
mulatæ in præcedentibus deciſionibus co-
ram me emanatis.

Aut neceſſitas dicti conſenſus argueba-
tur ex qualitate donationis, quæ inter-
pretata modo ſuperiùs approbato, itaut
ſcilicet comprehendat filios Mariæ ex
propria perſona independenter à iuribus
35 ex ſucceſſione materna, prætendebatur
importare mutationem antiquæ naturæ
iuriſpatronatus extra controuerſiam hæ-
reditarij; illudq; effeciſſe gentilitium cum
alteratione voluntatis fundatoris, quæ
non permittitur, niſi accedente ſaltem
conſenſu Ordinarij, ex latè deductis per

Vi-

Vinian. de iurepatronat. lib. 14. *capit.* 13. *per tot.*

Et tale obiectum aliàs deductum in lite *coram Ninot.* iam diù agitata occaſione præcedentis vacationis funditus, vt latè
36 reprobatum apparet *ex deciſ.* 60. *coram eodem à num.* 22. *vſque ad finem*, vbi Rota conſiderauit, quod mutatio iuriſpatronatus de hæreditario in gentilitium, nullam importat alterationem præiudicialem Eccleſiæ, cui potiùs intereſt ſubiectam eſſe iuripatronatus gentilitio reſtricto ad certas perſonas, quam hæreditario competenti cuicumque hæredi, vt benè arguit *idem Vinian. lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 32. *& ſeqq* nullamque habet repugnantiam contra ius, vel voluntatem fundatoris, ea quidem ratione, quod ſicuti quilibet Patronus ex facultate ſibi conceſſa à iure communi, & fundatoris voluntate, liberum habet arbitrium ſuper ſubſtantia iuriſpatronatus, itaut poſſit illud in totum vendere, alienare, commutare, cedere, & etiam extinguere in præiudicium futurorum hæredum, qui de his geſtis, nec conqueri, nec vllam rationem exquirere poſſunt, niſi impugnando factum ſui Authoris, quod non permittitur, ita faciliùs diſponere poſſit in præiudicium hæredum de accidentali qualitate illius, mandando ſcilicet, quod in eo ſuccedant impoſterum non ſimplices tantum hæredes, ſed ſubſtituti illi, qui vigore fideicommiſſi in cæteris bonis proprijs ordinati, & deſcendentiæ familiaris ad ſuam ſucceſſionem inuitantur, ex quo nulla fundationis alteratio reſultat, vt benè probat *dicta deciſ.* 60. *coram Ninot. à num.* 25. *& ſeqq.* vel ſaltem remanente natura hæreditaria per ſu-
37 per additionem qualitatum ſupradictarũ in Patronis ſucceſſoribus requiſitarum iuſpatronatus redditum fuit mixtum, quod etiam abſque Ordinarij conſenſu fieri poſſe, tradunt *Lambert. de iurepatr. lib.* 1. *par.* 2. *quæſt.* 2. *art.* 2. *num.* 5. *verſ. Primus*, *Rota coram Merlin. deciſ.* 346. *num* 4. 11. *& ſeqq. & coram Priol deciſ.* 381. *num.* 16.

Suppoſita autem natura mixti iuriſpatronatus, quam etiam Contardi admittebant, facilis eſt illius deuolutio pro medietate ad Annam Auiam, & Auctricem Franciſci, cum in illa controuerti non valeat vtraque qualitas deſcendentiæ à Maria, & ſucceſſionis in fideicommiſſaria hæreditate fratrum donantium, quæ aliàs admiſſa fuit per Clarã Auiam eorumdem de Contardis, & cõprobata præuia iudiciali ſententia in iudicatum tranſacta. Parum releuante, quod dictæ filiæ qualiter non ſucceſſerint in hæreditate Mariæ matris,
38 & primæ donatariæ, quia in iurepatronatus mixto ſufficit verificare qualitatem hereditariam reſpectu primi fundatoris, vel diſponentis, à cuius facto iuſpatronatus naturam aſſumit, non autem ab intermedijs, vel vltimo Patrono, vt aliàs reſpondit *Rota deciſ.* 254. *num.* 16. *& ſeq. part.* 11. *recent. & coram Priolo deciſ.* 113 *num.* 16.

Ex his cenſuerunt Domini ſuperfluum conſenſum Ordinarij, & irreleuantem nullitatem ex illius contemporaneo defectu,
39 & tamen quatenùs etiam ille neceſſarius fuiſſet ſubiungebat ad effectum, de quo agitur, ſufficienter concurrere, licet enim interpoſitus non appareat ante, vel contemporaneè ad donationem, nihilominus quia contractus iuramento confirmatus fuerat, & per conſequens irreuocabilis; Conſenſus autem Ordinarij ſuperuenit ante vacationem hodie controuerſam pro iſtis, & pro ſequentibus conualidauit omnem nullitatem exindè prouenientem, vt ſatis probat, *vltima deciſio coram me edita* §. *Cæterum*.

Vox deniquè Fedriani in quinque eius filias fæminas ſubdiuiſa, & ſucceſſiuè in dictis alijs quatuor fratribus conſolidata pro maiori parte ſimul cum proprijs ad Franciſcum deuoluta fuit iuxtà facti ſeriem inſertam præcedentibus deciſionibus, quas etiam in reliquis omnibus hodie Rota approbauit vtraque parte audita &c.

ARGVMENTVM.

Ceſſionarius non poteſt agere contra cedentem, niſi adhibitis diligentijs contra Debitorem ceſſum. Schedulæ vulgo *pagherò*, & aliæ apocæ ſimiles regularitèr non dantur inſolutum, ſed prò ſoluendo quando fuerint alteri ceſſæ.

SVMMARIVM.

Ceſsionarius non poteſt agere contra cedentem, niſi factis diligentijs contra debitorem ceſſum num. 1.
Inexigibilitas ex quibus deſumitur num. 2.
Diligentia, quando dicantur facta num 2.
Schedula vulgo pagherò, *& alia apoca ſimiles regulariter non inducunt dationem in ſolutum licet alteri fuerint girata, ſeù ceſſa num. 3.*
Præcipuè in Vrbe num. 4.
Amplia concurrentibus coniecturis num. 5.

VOTVM XXXXVIII.

ALexander Rondonus habens Schedulam vulgò *pagherò*, confectam à Ioanne Chiſmano ſuo debitore illam ceſſit, ſeù girauit Ioanni Grattarolæ, qui etiam in parte exegit pecuniã in præfata ſchedula promiſsã. Poſt paucos menſes mortuo Ioanne Ghiſmano, cum Ioannes Grattarola integram ſolutionem dictę ſchedulæ conſequi non poſſet conuenire curauit Alexandrum Rondonum girantem contra quem mandatum relaxaui non obſtantibus exceptionibus infra dicendis.

Nàm admittebam, quod Ceſſionarius non poſſit agere contra cedentem, niſi
1 adhibitis neceſſarijs diligentijs contrà debitorem ceſſum *Rot. in Romana dotis* 26. *Nouembris* 1678. *coràm bo. me. Paulutio* §. *& demùm qua deciſio eſt impreſſa in deciſ.* 302. *part.* 19. *recent. & latiſsimè Andreol. contr.* 275. *per tot.* vndè priuſquàm relaxarem mandatum contra cedentem, fuerunt factæ omnes diligentiæ per Grattarolam nõ ſolum præuia expeditione mandati, ſed etiam adhibita perquiſitione bonorum de-
2 bitoris ceſſi pro illius executione, vti retulerunt executores, quibus in hac facti ſpecie eſt credendum ad effectum, vt exindè dicatur probata inexibilitas *Gratian. diſcept.* 327. *nu.* 10. *Thomat. deciſ.* 61. *nu.* 11. *Rot in recen. deciſ.* 143. *num.* 4. *part.* 13. *& in Aſculana cenſus* 5. *Iunij* 1693. *coram Manuel.* §. *inexigibilitas*, ideoq; non exiſtentibus bonis debitoris ceſſi dubitari nequit ceſſionarium agere potuiſſe contra cedentem.

Nec releuare viſum fuit prædictã ſchedulam fuiſſe conſignatam Grattarolæ inſolutum, non autem pro ſoluendo, & per conſequens facta hac nouatione Rondonum remanſiſſe omninò liberatum, quoniam ſimiles apochas fuiſſe traditas non in ſolutum, ſed prò ſoluendo conuincitur ex iuris præſumptione, quæ ſe habet, vt nomina debitorum tradita cenſeantur ad ſimplicem exactionem, non autem ad in-
3 ducendam nouationem præexiſtentis obligationis *l.* 3. *C. de nouat. Card. de Luca de credit diſc.* 27. *nu.* 11. *Olea de ceſſ. iur. tit.* 7. *par.* 3. *num.* 19. *in fin. & num.* 21. *Salgad. in Laberint. credit. par.* 1. *cap* 10. *num.* 26. *& ſeq Rot. coram Royas deciſ.* 362. *num.* 4. *& ſeq. coràm Celſo deciſ.* 34. *num.* 3. *& ſeq. cum alijs in Bononien. pecuniaria* 5. *Iunij* 1693. *coràm Caprara* §. *huiuſmodi*. Præcipuè in
4 Vrbe, in qua ſimiles ſchedulæ ſolent recipi ſimplicitèr ad exigendum vti aduertit *Card. de Luc. de credit. diſc.* 64. *num.* 24.

Fortiùs quia non eſt veriſimile, quod Grattarola receperit inſolutum dictam
5 ſchedulam, quæ exigi non poterat, niſi poſt plures menſes, & quod interim voluerit ſe ſubiacere tot periculis, quæ contingere potuiſſent ad tradita per Rotam *coràm Coccino deciſ.* 171. *num.* 7. *& in dicta Bononien. pecuniaria* 5. *Iunij* 1693. *coràm Caprara* §. *demùm*.

ARGVMENTVM.

ATtentata ſunt purganda. Aduocatus, & Procurator prò ſuis patrocinijs præferuntur omnibus alijs Creditoribus anterioribus. Pecunia venit ſub generali obligatione bonorum. Mulier non præſumitur habere aliud præter dotem.

SVMMARIVM.

Iudex mandati tenetur ordinare purgationem attentatorum vigore nouiſsima reformationis quamuis inhibitio ſit alterius Iudicis num. 1.
Attentata ſunt purganda num. 2.
Aduocatus, & Procurator prò eorum patrocinijs, quando præferantur alijs Creditoribus num. 3. 4. & 5.
Pecunia venit ſub generali obligatione bonorum num. 6.
Continetur appellatione mobilium num. 7.
Et aliquando appellatione immobilium num. 8.
Mulier non præſumitur habere aliud præter dotem num. 9.

Sed

Sed iſta præſumptio non poteſt allegari à Tertio, ſed ſolum à Viro, vel eius hærede num. 10.

VOTVM XXXXIX.

VIgore mandati expediti per Roccum Colirium prò patrocinijs contrà Dominicum Bartholomæum fuit facta exequutio ſuper nonnullis pecunijs, non obſtante, quod per Helenam Campiam in actu prædictæ exequutionis inhibitionem dotalem oſtenderit, atque explicitè proteſtata fuerit de attentatis, quorum purgationi extitit locus tam ad formam nouiſſimæ reformationis Tribunalium Vrbis, quàm etiam de iure communi.

Ex reformatione præfata ædita *die 13. Iuly 1692. in 3. §. ſic expreſſè ſancitum habetur, declarando tamèn quod per hoc non intenditur permittere Creditoribus, quod eis liceat exequi illorum mandata, quatenùs à tertio non citato in actu exequutionis fuerit præſentata aliqua inhibitio, vt ſuprà legitimè ob-*
1 *tenta, ſed in hoc caſu debeat exequutor abſtinere ab exequutione, donèc coràm Iudice mandati fuerit obtenta moderatio ipſius inhibitionis, alioquin idem Iudex mandati teneatur rigorosè procedere ad purgationem attentatorum, ac ſi eſſet idem Iudex ſpreta inhibitionis* — in qua reformatione potiſſimè obſeruandum venit illud verbum teneatur, quod ex propria ſignificatione præſefert omnimodam obligationem.

De iure etiam eſt principium abſolutum, quod vbi attentata ſunt clara antè
2 omnia ſunt purganda *Ridolph. in praxi cap. 15. num. 40. part. 2. Rot poſt Gilian ad Stat. Peruſin. deciſ. 27. nu. 2. cum alijs in Romana attentatorum 1. Iulij 1693. §. finali coram Emerix.*

Nec aduerſatur, quòd conſtet de bono iure Colirij, qui vti Procurator prò ſuis
3 honorarijs ſit præferendus cuilibet alteri Creditori anteriori, ac etiam Mulieri agenti prò ſua dote, quamuis non fuerit reportata ſententia fauorabilis latiſſimè *Zacch. de ſalar. quæſt. 99. num. 8. cum pluribus ſeqq. & Rot. coràm Durano deciſ. 53. n. 8.* quia obiectum procedit ſolum in re conſeruata, vel recuperata, in qua Procurator, & Aduocatus præferuntur omnibus alijs Creditoribus, at ſecùs in alijs bonis, proùt deſumitur ex eodem *Zacch. d. loco ſub num. 8.* ibi — *huiuſmodi etiàm patrocinia prò recuperatione, vel conſeruatione rerum ſunt eiſdem rebus adeò connexa, vt tantò minus in illis videatur adeſſe, quantum prò ſalario ſoluendum venit Sanfelic. deciſ. 113. nu. 4. Pacion. de locat. & conduct. capit. 41. num 18. & 21. de Luc. ad Gratian. diſcept. num. 257. num. 14.* tum quia valde dubitari poteſt etiam in concurſu an ſit præferenda Mulier ex cauſa dotis, vel Ad-
5 uocatus, ſeù Procurator prò ſuis patrocinijs cum fauore dotis adſunt *De Luca ad Gratian. dicta diſcept. 257. nu. 15. cum alijs apud Pacion. de locat. cap. 41. num. 23.*

Minùs releuat, quod pecunia exequutata non comprehendatur ſub generali hypotheca per Mulierem allegata, cum pecunia detineatur, vt expendatur, & per conſequens ſempèr alienationi parata *Menoch. de adepiſc. poſſ. remed. 5. num. 158. in fin. Gabriel de regul. iur. concluſ. 12. nu. 30.* quoniam contraria opinio paſſim eſt re-
6 cepta præcipuè vti fundata *in leg. bona ff. de bon. poſſeſ. l quoties §. finali ff. de vſufruct. Pariſ. conſ 94. nu. 12. & 13. volum. 2. cum alij apud Pacif. de ſaluian. inſpect. 3. cap. 2. nu. 229. Rot. deciſ. 439 nu. 7 part. 18. recent.* fortiùs quia hypotheca eſt generalis
7 ſuper omnibus bonis mobilibus, & immobilibus iuribus, & actionibus, & nomine mobilium eſſe etiam comprehenſam pecuniam tradiderunt *DD. in l. mouentium ff. de verbor. ſignificat & in leg. cætera § ſed ſi paraneras ff de legat. 1.* imo quando pecunia
8 eſt deſtinata ad emenda immobilia continetur appellatione immobilium *Card. de Luc de legat. diſc 5. num. 6. & ſeq.*

Et demum ceſſare videtur omnis difficultas cùm ſufficienter in facto fuit iuſtificatum pecuniam exequutatam fuiſſe mulieris, nec applicabatur præſumptio in contrarium deſumpta *ex leg. Quintus Mutius 52. ff. de donat.* cum illa ceſſat ex contrarijs coniecturis deductis ad probandam mulierem in hoc caſu vltrà dotem habuiſſe iſtas pecunias tantò magis quia communior eſt opinio firmantium, quod præſumptio elicita ex *tex. in d. leg. Quin-*
10 *tus Mutius* poſſit allegari à ſolo Marito, vel eius hærede, non autèm à Tertio *Mareſcot var. reſol. lib. 2. cap. 82. num. 7. Poſt. var. reſolut. reſolut. 40. num. 13. cum multis alijs apud Vrceol. conſult. forenſ. cap. 9. num. 20.*

AR-

ARGVMENTVM.

SVcceſſor ſingularis an, & quando teneatur ſtare locationi ſui anteceſſoris, & quid ſi fuerit facta ab Oeconomo, ſiue Adminiſtratore.

SVMMARIVM.

Singularis ſucceſſor non tenetur ſtare locationi num. 1.
Limita num. 2 & 3.
Quid ſi fuerit facta locatio ab Oeconomo num. 4.
Ad arbitrium poteſt reuocari mandatum procuræ, ſed non contractus factus à Procuratore nu. 5.
Oeconomus, & Procurator in iure parificantur num. 6.

VOTVM L.

PEndente concurſu Creditorum fuit per Iudicem deputatus Oeconomus in bonis Gerand debitoris, ac per eum fuerunt locatæ vineæ exiſtentes Albani de anno 1691. ad triennium Paulo Cagnolo, deindè dictæ vineæ fuerunt aſſignatæ Vxori dicti Geraud prò credito ſuo dotali, quæ inſtetit prò remotione dicti Cagnoli Affictuarij adhùc non elapſo locationis tempore, & à Iudice concurſus fauorabile obtinuit decretum, quod deindè fuit reuocatum.

Et quamuis ſingularis Succeſſor non te-
1 neatur ſtare locationi *l ſi quis domum* §. 1. *ff. locat. l. Emptorem C. eodem Thomat. deciſ.* 224. *num.* 1. *Rot. Lucen. apud Palmam deciſ.* 67. *num.* 1. *Rot. coram Caual. deciſ.* 612. *nu.*
2 1. *& ſeq.* nihilominùs prædicta concluſio limitatur, vel quando in locationis Inſtrumento adeſt obligatio in forma Cameræ, & legitur prò obſeruantia contractus promiſſio hypothecæ ſpecialis *Rot. Lucen. apud Palmam deciſ.* 67. *num.* 14. *& ſeq. Pacion. de locat. cap.* 61. *num.* 114. *Zacch. de obligat.*
3 *camer quæſt.* 5. *num.* 35. *& Rot poſt eumdem deciſ.* 72. *num.* 5. vel quando affictus eſſet iam in fine, & iam expenſæ neceſſariæ, vel magna pars illarum exiſterent iam factæ, ac fructus de proximo eſſent colligendi prout in præſenti *Oſach. deciſ.* 82. *num.* 10. *Rot. penès Stabilium deciſ.* 220. *num.* 7. *& Thomat. deciſ.* 224. *num.* 5.

Fortiùs quia Oeconomus fuit deputatus à Iudice citatis omnibus Creditoribus cum facultate faciendi affictus vinearum,
4 & ideo ſequitur, quod affictus in hoc caſu ſit reputandus, ac ſi fuiſſet factus ab ipſis Creditoribus, qui dictæ deputationi præfati Oeconomi conſenſerunt nè bona, ſuper quibus aderat concurſus omninò inculta remanerent.

Nec releuat, quod ſicuti finito concurſu poterat remoueri dictus Oeconomus, ita etiam remouendi erant omnes alij
5 Affictuarij, qui contraxerunt cum eodem Oeconomo. Quoniàm eſt permiſſa principali conſtituenti reuocatio mandati procuræ, ſed eidem non conceditur annullatio, & reuocatio contractus facti ab eius Procuratore legitimam facultatem habente, cum hoc caſu contractus habeatur, ac ſi fuiſſet ſtipulatus ab eodem principali irreuocabilitèr *leg. ſi per alium ff. ne quis eum in ius vocat l. prima ff de eo, quod factum eſt l. liber homo ff. ad leg. Aquiliam*, præcipuè
6 quia in ſubſtantia Oeconomus idem eſt ac Procurator, & vterque in iure parificatur *cap. auaritia de elect. in* 6. *cum alijs apud Coccin. deciſ* 929. *num.* 4. *& poſt Torr. de pact. futur. ſucceſ. deciſ.* 91. *num.* 6.

ARGVMENTVM.

DEclaratur Statutum Barbitonſorum Vrbis in cap. 24. & 37. Diſtantia in menſuratione à qua parte ſit accipienda. Contractus ſi prò ſua validitate requirat, vt ſtipuletur penès acta alicuius Notarij, ſufficit, vt exhibeatur in dictis actis etiam poſt ſtipulationem,

SVMMARIVM.

Menſura ſumi debet ab illa parte, quæ propinquior erit loco menſurando num. 1.
Statutum requirens diſtantiam tot cannarum debet ad vnguem ſeruari itaùt minimus defectus irritet actum num. 2. & 3.
Statutum Barbitonſorum quando procedat etiam in Balneatoribus num. 4.
Non implicat vnam perſonam exercere plures artes, & gaudere earum priuilegijs num: 5.
Clauſula ſublata, & decretum irritans excludunt præſcriptionem, & non vſum num. 6.

Con.

Contractus ſi ſit rogandus per acta alicuius Notarij ſufficit, vt ibi exhibeatur poſt ſtipulationem num. 7.

Nouiſsima reformatio Sanctiſsimi Domini Noſtri Innocentij XII. adimit Conſulibus artium Vrbis iuriſdictionem in iudicando, & ſic capitul. 24. Statuti Barbitonſorum non poteſt obſeruari num. 8.

VOTVM LI.

IN cauſa agitata intèr Petrum Corillum, & hæredes Andreæ Durantis fuit examinatum Statutum Barbitonſorum Vrbis Apoſtolica authoritate firmatum in *cap.* 37. diſponens aperiri non poſſe apothecam barbitonſoriam. *Se non ſarà diſtante cinquanta canne d' ogni altra bottega*, quàm diſtantiam iudicatum fuit eſſe ſumendam non intus apothecam ab illius medietate, ſed à Ianua prout in his termi-
1 nis aduertunt *Grat. conſ.* 112. *num.* 42. *lib.* 1. *Alciat. conſ.* 161. *num.* 2. *& per tot. lib.* 5. *Federic. de Sen. conſ.* 201. *num.* 4. *& deciſ.* 318. *num.* 1. *& ſeq. & deciſ.* 404. *num.* 10. *part.* 16. *recent.* quia de iure menſura ſumi debet ab illa parte, quæ propinquior erit loco menſurando iuxtà *Theoric. Bartholi in tract. de inſula ſingul.* 36. *verſ. ad ſecund.*

Et diſpoſitio præfati Statuti procedit etiamſi in menſuratione deficeret parua diſtantia, vti in ſpecie duarum cannarum fuit iudicatum in Curia Capitolina à R. P.
2 D. Factinello ad præſens Signaturæ Iuſtitiæ Votante tempore, quo erat primus Collateralis illius Curiæ, ac etiam à Domino Deſiderio Spreto Secundo Collaterali, quod indicatum fuit etiam approbatum à DD. Hyppolito Vrſellio, Maximillo Scipiono, & Petro Paulo Gherardo Palatij Apoſtolici cauſarum Patronis deputatis à R.P. D. Anſaldo Sanctiſſimi Domini Noſtri Auditore prò eiuſdem cauſæ reuiſione, ratio autèm eſt euidens, quia Statutum exigit diſtantiam 50. cannarum prò forma, qua non ſeruata etiam in modico, & minimo irritatur actus, vt limi-
3 tando regulam de minimis docent *Bald. in leg.* 1. *num.* 2. *ff. de lib. & poſtum. Dec. in cap. de appellationibus num* 16. *&* 20. *de appellat. Tiraquel. de rebus exiguis num.* 12. *&* 163. & in puncto *Grat. dict. conſ.* 112. *num.* 23. *& ſeq. & conſ.* 113. *num.* 20. *lib.* 1. *Rot. deciſ.* 318. *numer.* 11. *& pluribus ſequent. part.* 16.

Et hoc Statutum procedit etiàm intèr exercentes artem Balneatoriam, vulgò
4 *Stufaroli*, quotieſcumque concurrit in eis quoque exercitium artis barbitonſoriæ cum non implicat in iure vnam, eademque perſonam duabus artibus eſſe addi-
5 ctam *Bart. in leg. final. num.* 18. *verſ. ſi verò queris ff. de Colleg. illic. Card de Luca de regal. diſc.* 98. *num.* 9. *de Franch. deciſ* 175. *ibique Adden. Pacichel. de diſtantijs cap.* 6. *memb.* 3. *num.* 24. *R. P. D. Seuerolus in voto impreſſo* 11. *poſt deciſ. Rembold. num.* 16.

Nec releuat quod Andreas in aperitione apothecæ facta per Corillum non reclamauit, ſed ſpatio vndecim menſium ſiluit, quia cum dictum Statutum fuerit confirmatum cum decreto irritanti, & clauſula ſublata, ſequitur vt excludatur præ-
6 iudicium, quod potuit oriri ex taciturnitate, ſeù non vſu *Gratian. diſcept.* 553. *nu.* 25. *Rot deciſ.* 31. *num.* 2. *part.* 7. *recent. & coram Card. Celſo deciſ.* 200. *num.* 6. *cum aliјs in Calaguritana Fructuum* 5. *Decembris* 1691. *coram bo. me. Benincaſa* §. *nullatenùs.*

Circa capitulum 24. eiuſdem Statuti annullantis contractus intèr barbitonſores initos dummodò non fuerint rogati per Notarium eiuſdem artis, & recogoiti
7 à Conſulibus, fuit obſeruatum illud non applicari, quia in caſu, de quo agitur fuerunt facta capitula Societatis ſubſcripta ab vtraque parte, in quibus fuit expreſsè reſeruatum, vt eadem Capitula exhiberentur in Officio artis barbitonſoriæ, proùt fuerunt exhibita, quæ cautela videtur ſufficiens ad effectum præſeruandi contractum à dicta nullitate ad tradita in ſimilibus terminis per *Rotam coram Card. Cerro deciſ.* 851. *num.* 6. tùm quia obſeruantia demonſtrauit dictum Statutum fuiſſe ſolum practicatum in contractibus, in quibus datur certa recognitio Eccleſiæ Barbitonſorum, tùm etiam quia dictum
8 Statutum in præfato capitulo 24. hodiè non videtur ampliùs poſſe obſeruari cum per nouiſſimam reformationem Sanctiſſimi Domini Noſtri fuit dempta iuriſdictio dictis conſulibus, quàm priùs habebant in iudicando.

AR-

ARGVMENTVM.

IN fideicommiſſo agnatitio Religioſus in Religione capaci ſua vita durante ſuccedit, & quando, & quid in Patribus Societatis Ieſu.

SVMMARIVM.

In fideicommiſſo agnatitio Regulares omnes ſunt excluſi etiam eorum vita durante num. 1.

Contrà num. 2.

Amplia num. 3.

Declara num. 4.

Ieſuita poſt vota ſimplicia adhùc ſunt in probatione num 5.

Ieſuita poſt vota ſimplicia ſunt capaces retinendi penſiones, & beneficia num. 6.

VOTVM LII.

FEdericus de Franchis Nobilis Ianuenſis in ſuo vltimo, cum quo deceſſit ælogio, inſtitutis ſibi hæredibus ſuis filijs, ſcilicet Iacobo, Hieronymo, Dominico, & Franciſco quatuor ordinauit primogenituras prò quolibet filio maſculo primogenito deſcendente à præfatis quatuor hæredibus inſtitutis, quibus omnibus defectis vocauit ad dictas primogenituras primogenitum maſculum natum ex filijs fæminis, ſeù deſcendentem ab eis cum onere aſſumendi cognomen, & arma familiæ de Franchis, addita prohibitione, quod ſua bona hæreditaria nunquàm poſſint alienari.

Cum ex linea ſupradicti Iacobi ſuperſit ſolùm Pater Ioannes Thomas, qui iam fecit biennalem profeſſionem in Religione Societatis Ieſu, dubitare contingit, an dicto Patre Ioanne Thoma grauato reſtituere hæreditatem in caſu, quo ipſe deceſſerit ſinè filijs legitimis, & naturalibus alteri maſculo de familia de Franchis, fuerit apertus locus ſucceſſioni ad fauorem dicti maſculi ſubſtituti, ſtatim ac quod emanauerit dicta biennalis profeſſio, vel potiùs ſit expectanda mors naturalis ipſius Patris Ioannis Thomæ.

Conſultus in hac cauſa Dominus Carolus Maſcardus Aduocatus Ianuenſis credidit, ſubſtitutum debuiſſe ſuccedere
1 in dicta primogenitura præfato Ioanni Thomæ ſtatim, quod iſte fecerit biennalem profeſſionem, firmando Regulares omnes etiam eorum vita durante eſſe excluſos à fideicommiſſis ordinatis prò conſeruatione, & propagatione familiæ, & allegauit modernum Roccum Epiſcopum Iſclanum, qui in *ſuis diſput. iur. ſelectar. cap. 19. num.* 11. pro hac opinione refert triginta Doctores.

Ego tamen in præſenti caſu cōtrariam ſententiam crederem eſſe admittendam, quia mihi videtur, quod ſit expectanda
2 mors naturalis dicti Patris Ioannis Thomæ, vt ſubſtitutus ſuccedere poſſit per *tex. in leg. ex ea parte §. in inſulā ff. de verbor. obligat. & leg. Statius Florus §. Cornelio Felici ff. de iur. fiſc. & tenent DD. in authen. niſi rogati C. ad Trebellian. & Canoniſtæ in cap. in præſentia extra de probation. cum alijs apud Fuſar. de ſubſtit. quaſt* 430. *num.* 1. nō obſtantibus nec prohibitione alienationis, nec voto conſeruandæ agnationis,
3 cum Monaſterium alioquin capax bonorum ſuccedere poſſit etiam in fideicōmiſſo agnatitio ex perſona Monaci grauati quoad comoditatem percipiendi fructus ipſius Monaci vita durante, dum ipſe donec viuit retinet iura ſanguinis, & dicitur agnationem conſeruare, vti fuit firmatum per *Rotam in Romana fideicommiſsi de Steechatis 4. Februarij* 1667. *coràm Bourlemont, quæ eſt impreſſa penès Turr. de pactis futur. ſucceſſ. deciſ.* 64. *repetita in recenſ. deciſ.* 23. *part.* 15.

Nec aduerſantur authoritates, quæ in contrarium ſunt allegatæ ſeù adduci poſſunt, quoniam procedunt in caſu, in quo ageretur de Monaſterio, quod intenderet
4 ſuccedere in perpetuum, & non durante ſola vita Monaci, in qua hypotheſi certum erit, Monaſterium eſſe excluſum à fideicommiſſo agnatitio, vel dictæ auctoritates contrariæ procedere poſſent, etiam in vita ipſius Monaci grauati, quando adeſſet expreſſa excluſio Monaſterij, ſeu Religioſorum, vel ſaltem conſtaret ex coniecturis teſtatorem voluiſſe, vt bona continuò, & cum effectu, & omnino remanerent in familia iuxtà circumſtantias relatas in *deciſ.* 343. *num.* 17. *&* 18. *coràm Bichio, & deciſ.* 339. *num.* 11. *& per tot. coràm Celſo.*

Sed quidquid ſit de ſupradicta controuerſia in præſenti caſu ceſſat omnis difficultas

cultas

Digitized by Google

cultas, quia Religioſi Societatis Ieſu ſor-
tiuntur naturam diuerſam ab alijs Regu-
5 laribus, nàm ipſi poſt vota ſimplicia, quæ
in dicta Societate poſt biennium emitti ſo-
lent, adhùc ſunt in probatione, & in ſta-
tu pendenti, cum à Patre Generali poſſint
eijci à Religione, itaùt ad effectum acqui-
rendi, vel retinendi hæreditates conſide-
rentur ad inſtar Nouitiorum vti in his ter-
minis latè ponderatur per Rotam in *deciſ.
52. a num. 4. vſque ad num. 8. coràm Bichio*.

Et quamuis cęteri Regulares facta pro-
feſſione ſint incapaces retinendi beneficia
ſecularia, & penſiones, nihilominus Reli-
6 gioſi Societatis Ieſu poſt biennalem pro-
feſſionem, veluti Nouitij, & adhùc in ſta-
tu probationis retinere poſſunt, & bene-
ficia, & penſiones, de qua materia diffusè
tradit *Adden. ad Burat. dec. 39. n. 10. & ſeq.*

ARGVMENTVM.

EXaminantur ædictum diui Claudij, & diſpoſitio Conſulti Liboniani contra ſibi adſcribentes in Teſtamentis.

SVMMARIVM.

Scribens ſibi aliquid in teſtamento eſt incapax legati num. 1.

Subſcriptio generalis Teſtatorit ſufficit ad euitandam pænam, non autem ad conſequendum legatum num. 2.

Subſcriptio generalis qua dicatur num. 3.

Amplia vt procedat etiam in Teſtamento Cardinalium num 4.

Coniecturæ in hac materia non ſunt admittendæ à num. 5. vſq; ad num. 8.

Scribens ſolùm ſibi præiudicat non autem alijs, quorum fauore, datur ius accreſcendi n. 9.

VOTVM LIII.

LEgatum Ioſepho Mariæ de Romanis
iudicani non deberi, cum certum om-
ninò ſit, quod Scriptor teſtamenti,
ſiuè codicilli tàm in ſcriptis, quàm nuncu-
1 patiui reddatur incapax diſpoſitionis ad
proprium commodum, imò ſibi adſcri-
bens aliquid in eis incidit in ædictum diui
Claudij, & in Conſultum Libonianum
*l. 1. §. ad teſtamenta l. Diuus ff. ad l. Cornel.
tot. tit. C. de his, qui ſibi adſcribi.*

Nec releuat, quod teſtamentum fuerit
in fine ſubſcriptum per Teſtatorem ibi
Io Domenico Tirola confermo quanto di ſopra,
quia hæc ſubſcriptio generalis ſufficit ad
euitandam pænam, non autem ad conſe-
2 quendum legatum, prò quo acquirendo
requirebatur ſpecialis, *Montan. de tutel.
cap. 10. nu 39. Carp. de execut. teſtam. lib. 1.
cap. 10. n. 27. Camarel. de legat. fol. 78. lib. 2.
nu. 5. Rot. deciſ. 356. nu. 11 par. 6. recen. co-
ràm Celſo deciſ. 271. nu. 2. coràm Priolo deciſ.
146. num 2. & 9.*

Et in hoc propoſito ſubſcriptio ſpecialis
dicitur, quando Teſtator non ſolum in ſpe-
cie, & propria manu approbauerit perſo-
nam Scriptoris, ſed etiam rem eidem le-
gatam *Gloſ. & Bart in l. 1. §. ad teſtamenta
ff. ad l. Corn. de falſ Angel. in l. 1. C. de hijs,
qui ſibi adſcribunt ſub nu. 1. Salicet in leg. 3.
C. eodem Rot. deciſ. 356. num. 11. part. 6. re-
cen. & coràm Priolo deciſ. 146. num. 9. verſ.
licet verò.*

Et iſta procedunt etiàm in teſtamentis
Cardinalium factis tempore, quo frue-
bantur optima valetudine, & ſcriptis per
4 vnum ex eorum familiaribus, vt videre
eſt in *deciſ 271. coràm Celſo, & in deciſ. 146.
coràm Priolo*.

Nec aduerſatur, quod in mox citatis de-
ciſionibus fuerit capta reſolutio fauore le-
5 gatarij ſcriptoris, dũ Rota admiſit conclu-
ſiones ſupra firmatas, & ſolùm reſpondit
prò legatario, quia agebatur de teſtamẽto
Cardinalis Ludouiſij, qui ſpecialitèr illud
ſubſcripſerat, & Princeps Ludouiſius ſibi
præiudicauerat in ſoluendo, & approban-
do legatum poſtea ab eo controuerſum.

Quibus firmatis non eſt inſiſtendum
in conſiderandis coniecturis prò Ioſepho
6 Maria adductis, cum ſuppoſito, quod iſtis
extantibus ceſſet Libonianum ad tradita
per *Card. de Luca de teſtament. diſc. 8.* quo-
niam veriſſima eſt opinio, quod deficiente
ſubſcriptione ſpeciali voluntas teſtatoris
in terminis Liboniani deſumpta ex veriſi-
milibus coniecturis ſufficiat ad euitandam
pœnam non autem ad conſequendum le-
gatum, nè aperiatur via committendi frau-
des in materia teſtamentaria.

Apparet veritas huius opinionis ex *tex.
7 leg. 3. C. de his qui ſibi adſcrib.* vbi non ob-
ſtante, quod non dubitaretur teſtatorem
dictaſſe legatum, attamèn fuit reſponſum
illud non deberi Scriptori Teſtamenti, &

K melius

meliùs explicat ibi *gloſ. in fine*, & vlteriùs
comprobatur ex *tex. in leg. vltima C. de hijs,
qui ſibi adſcribunt, & in leg. diuus ff. ad leg.
Corn. de falſ.* in quibus erat certa voluntas
Teſtatoris, ſed quia expedit Reipublicæ
remouere omnem occaſionem committen-
di fraudes in teſtamentis, ſemper fuit re-
ſponſum pro inualiditate legati.

Hinc communitèr firmarunt DD. quod
Libonianum indiſtinctè habeat locũ, etiam
8 remota malitia, & fraude in Sacerdote
in Confeſſario, ac in quolibet alio quam-
uis in Epiſcopali dignitate conſtituto, qui
ſibi legatum adſcripſit *Cinus in leg. quod
adhibitus in fin. C. de his, qui ſibi adſcrip. Bel-
lapert in leg. Senatus C. eodem in fine Tira-
quel. de priuileg. pia cauſa priuil. 93. in fin.
Farinac. de falſit. quaſt. 150. num. 191. &
ſeq Rot. in Fanen hereditat. 17. Iunij 1641.
§. praterea coràm Ghiſilerio*.

Hoc tamèn verum eſt, quod in termi-
nis Liboniani Scribens ſolùm ſibi præiu-
dicet, non autem alijs, imo quando agi-
tur de legato indiuiduo, & comuni intèr
coniunctos re, & verbis datur ius accre-
9 ſcendi, & portio dempta Scribenti auge-
tur alijs *Bart. in leg. filius §. ſequens queſtio
in princip. ff. ad leg. Cornel. de falſ. & in leg.
reconiuncti num. 54. ff. de legat. 3. vbi Rip.
num. 189. Alciat. num. 59. Becc. conſ. 103.
num. 11. & ſeq. Port conſ. 210. nu. 7. Roman.
conſ 185. in fin Camarel. de legat. lib. 2. fol.
78. num. 13. Bellon. de iure accreſcen. cap. 8.
quaſt. 13. num. 13. Carp. de execut. teſtam.
lib. 1. cap. 10. num. 34*.

ARGVMENTVM.

MAior pars Creditorum in præiu-
dicium minoris poteſt obligare
diſſentientes ad recipiendum bona in
ſolutum non exiſtente pecunia, etiam-
ſi agatur de credito pecuniario.

SVMMARIVM.

*Creditor pecuniarius diſſentiens poteſt obligari à
maiori parte Creditorum ad recipiendum inſo-
lutum bona ſtabilita num. 1. & 2.*

*Debitor benè ſoluit cedenti etiam poſt ceſſionem
factam, quando de ea non habuit notitiam, &
quando procedat num. 3. 4. & 5.*

VOTVM LIV.

AGnoſcens Franciſcus Libert ſibi non
poſſe competere remedium *auth.
hoc niſi C. de ſolution.* ob rationes de-
ductas in præcedenti Voto 46. procura-
uit obtinere à maiori parte Creditorum
conſenſum prò receptione tot mercium,
ac ſtabilium in ſatisfactionem crediti in
1 pecunia exiſtentis iuxtà materiam exa-
minatam à *Franch. in deciſ. 82. vbi Adden.*

At coràm me non fuit neceſſarium ag-
gredi diſputationem an in tali facti hypo-
theſi maior pars Creditorum poſſit præiu-
dicari minori ad formam *leg. final. C. qui
bonis ceder. poſſ.* (licèt affirmatiuam opi-
nionem crederem veriorem ad tradita per
*Salgad. Laberin. Creditor par. 2. cap. 2. n. 73.
cum ſequen. Franciſcus, Rocc. tom. 2. num. 5.
reſponſ. 11. num. 8. de Luca ad Franch. deciſ.
82 num. 2.*) cum Creditores, qui ſubſcri-
pſerunt folium ad fauorem dicti Franciſci
de tempore ſubſcriptionis iam ceſſerant,
& girauerant eorum credita, quæ habe-
bant contra dictum Franciſcum ad fauorẽ
Iacobi Moroſini, & Franciſci de Cruce,
qui vti ceſſionarij coràm me aſſerebant
non potuiſſe cedentes tranſigere vel ali-
quid paciſci in eorum præiudicium poſt
ceſſionem iam factam.

Nec obſtare viſum fuit, quod cedens
etiàm poſt ceſſionem benè exigat, & ex-
tinguat debitũ ceſſum *Surd. conſ. 359. n. 13.
& 14. & Rot. in par. 1. diuer. deciſ. 453. n. 3.
& 4. & coràm Duran. deciſ. 34. num. 25. &
in Albanen. domus 5. Iulij 1688. coràm bo. me.
Rondanino §. nec pradicta*; quoniam ſupra-
dicta concluſio non procedit in præſenti,
in quo poſt ceſſionem factam Debitor ceſ-
4 ſus fuerat, iam citatus à Ceſſionario, &
propterea iſti non poterat ampliùs cedens
præiudicare, cum adſit vnum ex tribus re-
quiſitis *l. 3. C. de nouat. & latè Vrceol. de
tranſact. quaſt. 31. num. 8. & per tot. Rot. co-
ràm Burat. deciſ. 534. num. 4. & poſt Cenc.
de cenſ. deciſ. 161. per tot. & deciſ. 245. n. 3.
par. 3 recent. cum alijs in d. Albanen. domus
d. §. nec pradicta in fin.* imò aliquando ſciẽ-
tiam etiàm præſumptam debiti, iam ceſſi
5 ſupplere defectũ interpellationis, ne be-
nè ſoluatur cedenti latiſſimè diſcuſſo arti-
culo firmatũ fuit in *Romana domus 26. Iunij
1690. §. nec Puteus, & 4. Decembris 1690.
§. nec refragatur replicatio coràm Caprara*.

AR-

ARGVMENTVM.

INuentarium eſt validum, etiamſi in eo non fuerint deſcripta mobilia cum expreſſione valoris, & nominis Artificis.

SVMMARIVM.

Inuentarium eſt nullum ſi non fuerint deſcripta mobilia cum eorum valore num. 1. & 8.

Contrà num. 2. 9. & 12.

Subhaſtanda non ſunt bona fideicommiſsi prò debito grauati num. 3.

Inuentarium ſi non fuerit exhibitum tempore præfixo non ſuffragatur num. 4.

Nullitas deliberationis in iudicio ſpolij debet iuſtificari ex eiſdem actis num. 5.

Et quando dicatur iuſtificari ex eiſdem actis n. 6.

Et quando ſit cumulandum remedium manutentionis cum reintegratione num. 7.

Inuentarium eſt validum licèt hæres in eo omiſeris deſcribere aliquid doloſè num. 10.

Sed tenetur ad duplum num 10.

Omiſsio facta à Procuratore in inuentario, quando præiudicat principali num 11.

Bononiæ, & quaſi vbique adeſt conſuetudo non deſcribendi in inuentario mobilia, cum adnotatione valoris num. 12.

Inuentarium eſt validum ſi fuerint deſcripta mobilia, abſque adnotatione valoris, ſiuè hæres ſit reus, ſiuè actor num. 13. & 14.

Patruus tenetur alere neptem pauperem num. 15.

Donatio irreuocabilis conſenſu donatary poteſt reuocari num. 16.

Declaratio, ſeù præſeruatiua confirmat contractum in ea parte, in qua non fuit receſſum num. 17.

Filij cenſentur vocati vti hæredes in donatione facta eorum Patri, vt nuberet, & filios aleret num. 18.

Filius in tali caſu tenetur ſeruare factum donatarij, vti illius hæres num. 19. & 20.

Reciproca intèr deſcendentes faciliùs inducitur num. 21.

Sententiæ in iudicatum tranſacta ſunt ſeruanda num. 22.

Dos vigore auth. res quæ non poteſt prætendi in bonis fideicommiſſo non ſubiectis num. 23.

Remedium authen. res quæ non habet locum in fideicommiſſo tranſuerſalium num. 24.

Patruus tenetur dotarè neptem pauperem nu. 25.

Et in tali caſu quando dicatur congrua dos nu. 26.

Patruus tenetur dotare neptem in ſubſidium, & eſt probanda per neptem paupertas num. 27.

Subhaſtatio exceſsiua eſt nulla num. 28.

Mandatum de ſubhaſtando prò fructibus decurrendis quando poſsit expediri num. 29.

Subhaſtatio corruit in totum ſi fuerit in aliquo exceſsiua num. 30.

Fructus ſunt ſoluendi in eadem taxa facta à promiſſore, licèt iſte deficiat, & ſuccedant hæredes num. 31.

Retentio allegari non valet prò creditis diuerſis ab eo, prò quo emanauit deliberatio num. 32.

Retentionis exceptio non admittitur in ſpolio iudiciali num. 33.

VOTVM LV.

INtèr alia in cauſa fideicommiſſi de Calaminis fuit dubitatum, an eſſet validum inuentarium factum de mobilibus, & ſignantèr de tabulis pictis abſque expreſſione valoris, & nominis Artificis.

Prò negatiua opinione afferebatur inuentarium eſſe nullum non deſcriptis ta-
1 bulis pictis, cum expreſſione præuia æſti-
matione tam valoris, quàm nominis Artificis, quia aliàs aperiretur via fraudibus, ſupponendo rem viliorem prò pretioſiori *Phanuc. de inuentario part. 3. capitul. 30. Sabel. variar. reſolut. cap. 3. num. 10. & 11. Palma Inn. allegat* 191. *ſub num. 40. in fin. & allegat.* 193. *num.* 16. *Rot. poſt Merlin. de pignor. deciſ.* 45. *num.* 2. *& ſequen. & in recens. deciſ.* 31. *num.* 1. *part.* 13. *& in Bononien. bonorum* 21. *Iuny* 1694. §. *defectus coràm Reuerendiſs. Vrſino Decano*, quæ procedunt etiam Bononiæ non obſtante allegata conſuetudine in contrarium latè *Rot. in dicta Bononien. bonorum* 21. *Iunij* 1694. §. *defectus, &* §. *denique*.

Affirmatiua tamèn opinio de iure eſt
2 verior, quæ præſertim habet locum Bo-
noniæ ob particularem conſuetudinem, vti recedendo à deciſiis in *dicta Bononien. bonorum* fuit firmatum *die* 15. *Martij* 1697. *coram R. P. D. Pio*, vbi reſponſum fuit omnibus, quæ in contrarium allegabantur, & quia dicta Deciſio eſt magiſtralis poſt hoc votum imprsſſam inuenies.

R. P. D. PIO

Bononien. Bonorum.

Ven. 15. Martij 1697.

SEpoſito per DD. tanquàm dubio, ſummarijſſimo manutentionis Iudicio, aſſumptaque pro Cauſæ deciſione diſcuſſione meritorum, quæ ex pluribus, per Informantes adductis, clara videbantur pro ſubſtinenda deliberatione Prędiorum exiſtentium in Communi nuncupato *Viadagola*, conſumata pro Dote, & vſuris dotalibus, quæ debitæ dicebantur Comitiſſæ Eleonoræ Areoſtæ de Baldis in hæreditate Comitis Raynaldi Patris, earumdem promiſſoris, præuijs duabus Deciſionibus diebus 21. Iunij 1694. & 6. Iunij 1695. coràm Reuerendiſs. D. meo Vrſino Decano editis, definitum fuit per Sententiam Rotalem, conſtare de bono Iure eiuſdem Comitiſſæ, itaùt exindè Ipſi danda eſſet etiàm manutentio ſupèr controuerſis Prędijs. Verùm commiſſa mihi Cauſa appellationis, datoque Dubio — *An Sententia Rotalis ſit confirmanda, vel infirmanda* Domini ex facto meliùs dilucidato, nouiſque animaduerſionibus coadiuto, reſponderunt — *Sententiam Rotalem eſſe infirmandam*.

Etenim illius Iniuſtitia emergere viſa fuit ex eo, quod ſit confirmatoria deliberationis executæ in bonis alterius, quàm Debitoris. Prædia enim Viadagolæ, ſupèr quibus fuit conſumata, à Raynaldo Ariotto ſeniore prouenientia, & per Lucium, Annibalem, Laurentium, & Chriſtophorum d. Raynaldi filios primùm poſſeſſa, deinde verò in Attilium Equitem Hieroſolymitanum, Co. Raynaldum Iuniorem, & Reuerendiſſimum Azonem præfati Chriſtophori filios tranſlata, vt exaduerſo non controuertebatur, cùm fuerint propria dicti Archiepiſcopi Azonis vigore fideicommiſſorum per antedictos Lucium, Annibalem, & Laurentium Patruos, atque per Equitem Attilium fratrem ordinatorum, & ex eiuſdem Archie-
3 piſcopi perſona ad Comitem Philippum Mariam deliberata ſpectarent, ac inſuper Azo fuerit hæres Raynaldi Iunioris cum beneficio Legis, & Inuentarij, ſubhaſtari non poterant pro debito Dotis cum Iugalibus per d. Raynaldum, contracto, ad literam *Text. in l. final. §. Et ſi præfatum C. de Iur. deliberan.* & alias reſpondit *Rot. cor. Pamphil. deciſ. 553. à num. 2. cum ſeqq. & ibi adden. num. 8 & in recent. deciſ. 32. num. final. part. 6. deciſ. 32. num. 11. part. 8. deciſ. 158. num. 14. part. 15. deciſ. 521. num. 5. & 6. part. 18. ac deciſ. 90. num. 17. & 18. part. 19.*

Non obſiſtente reſponſione, quod Comes Philippus Maria iuuari non valeat ex
4 Inuentario per Reu. Azonem confecto, eò quia illud non exhibuerit tempore ſibi præfixo, nec rationem reddiderit de bonis Raynaldi coram AC. coram quo conuentus fuerat, itaùt quamuis poſteà fuerit illud exhibitum cum ſubſecuta redditione rationis, ampliùs eidem prodeſſe nequeat, ſiuè quia nullitas, & Iniuſtitia ſpolij ad effectum manutentionis ex ijſdem actis iuſtificanda ſit, ſiuè quià (quod eſt primum fundamentum primæ Deciſionis editæ co-
5 ram Reuerendiſſimo D. meo Decano, ſuper quo potiſſimùm hodiè inſiſtebatur) plures defectus eius legitimitatem excludentes pati contenderetur. Si quidèm obiectum quoad primam ſui partem vim aliquam obtinere potuiſſe dicebant Domini, vbi Comes Philippus Maria, qui tunc temporis in minoritate degebat, præuia deputatione Curatoris ad lites conuentus fuiſſet; & executio nulla exceſſus, & Iniuſtitiæ labe notaretur; ſecùs autèm in hypotheſi caſus noſtri, quià prædictus Comes indefenſus remanſit, & exceſſus cùm iniuſtitia deliberationis ex pluribus, inferiùs recenſendis, ſatis ſuperque probatus apparuit. In his namque, alijſquè
6 ſimilibus caſibus Cauſa vèl ex ijſdem cognoſci dicitur, vt aliàs reſpondit *Rot. deciſ. 401. nu. 8. & 9. part. 12.* vèl ſaltèm quamuis ex nouitèr deductis cognoſceretur, deberet nihilominùs deliberationem paſſo aliquo remedio ſuccurri, cumulando ſcilicèt remedium manutentionis cùm rein-
7 tegratione, vt recedendo à deciſis coràm R. P. D. meo Caprata, dictum fuit in *Romana manutentionis 31. January 1695. coràm R. P. D. meo Molines §. Quia obſeruabant*; & ceſſare viſa eſt difficultas ex enunciato ſuperiùs reſcripto, vt videretur de bono Iure etiàm ad effectum manutentionis, quod operatur, vt pro iuſtificatione boni Iuris quæcumque deduci valeant,

ex

ex quibus debita ſit etiàm manutentio, ad tradita per *Rotam coràm Peutinger. deciſ. 206. num. 13.*

Quò verò ad alteram partem obiectum æquè inſubſiſtens apparuit; Nàm cùm defectus Inuentarij, ex quibus deſumebatur inſufficientia redditionis rationis fundarentur omnes ſupèr pretenſa illegitimitate deſcriptionis tabularū pictarum, tanquàm factæ abſquè expreſſione menſuræ,
8 qualitatis, & nominis Artificis, adeoùt proptereà earumdem valor, pro firmando hæreditatis ſtatu neceſſarius, ampliùs deprehendi nequeat ob facilem ſuppoſitionem alterius Tabulæ inferioris qualitatis, & pretij vilioris, quamuis eiuſdem prorsùs menſuræ, & Iconis expreſſiuæ, loco alterius pretioſioris, & maximæ æſtimationis. Animaduertebatur, quod licet quamplures ſenſerint Inuentarium, ſub præmiſſa confuſa adnotatione confectum, inefficax eſſe ad eximendum hæredem ab executione in bonis proprijs, quos adducit *Samminiat. controu. 49. num. 48.*

Attamèn eorum Sententia, tanquàm reprobata à communiori Doctorum calculo, illam intèr ſubſtantiales Inuentarij
9 ſolemnitates nequaquàm connumerantium, vèl nullatenus recipienda eſt, vt vno ore concludunt *Gloſſ. in l. ſcimus verb. Quantitatem C. de Iur. deliber. Iacobin. à S. Georg. in dicta l. Scimus §. vltimo nu. 8. Faber. in C. lib. 6. tit. 9. defin. 17. & de error. pragmatic. decad. 2. error. 8.* plenè *Hodier. controu 5 per tot.* vbi ſic iudicatum refert in vtraque inſtantia, *Ridolphin. in prax. part. 1. cap. 9. num. 57. 73. & 101.* & meliùs *part. 3. cap. 2. num. 180. Phanuc. de Inuentar. part. 3. num. 31. in fin. intèr tractat. diuerſ. quaſt. 240.* plenè *Manſ. conſult. 269. num. 35. & ſeqq. Monticel. de Inuentar. cap. 7. num. 3. Craſſ. §. Inuentarium quaſt. 11. num. 5. Ludouic. commun. concluſ. 116. fol. mihi 53. column. 1. poſt med. verſ. Eſt verum. Maſſin. de confiſc. quaſt. 39. num. 116. & 117. Samminiat. citat. controu. 49. num. 56. Armexan. deciſ. Ianuen. 53. num. 22. Criuell. deciſ. Dolan. 143. num. 19. Adden. ad Pamphil. deciſ. 75. num. 8. verſ. Itèm nèc omiſſio cùm ſeqq. Rot. coram Peutinger. deciſ. 165. num. 20. coràm Seraphin. deciſ. 371. num. 2. coràm Coccin. deciſ 151. num. 8. coràm Duran. deciſ. 241. ſub num. 8. verſ. Nèc dicatur, & num. 9. & in recent. deciſ. 256. num. 8. part. 19. & in Ciuitatis Caſtelli fideicommiſſi 25. Iunij 1630. §. neque vis eſt facienda coràm bo. me. Pirouano*; quamuis ſanè ageretur de mobilibus pretioſis inuentariandis, vt probant ferè omnes auctoritates nupèr adductæ, qualia de cætero ſupponi nequeunt, quæ in hæreditate Raynaldi reperta fuerunt; Nàm licèt Ipſe primarij, & Equeſtris Ordinis diceretur, & eſſet, cùm tamen ad paupertatem redactus, decoctioni proximus obierit, vt patet ex concurſu Creditorum contrà Ipſum efformato, & ex Sententia graduatoria deſupèr lata, ſuaderi nequit, quod Mobilia, in eius hæreditate reperta, pretioſa eſſe potuerint, vt ad ſenſum exaduersò ſcribentium pro Comitiſſa, exactam æſtimationem exigerent, qua omiſſa Inuentarium corrueret, & redderetur inefficax, vt in puncto *Rot coràm Coccin. deciſ. 151. nu. 8.* & meliùs in *Romana redditionis rationis 27. Nouembris 1684. §. Nullitas, & in eius confirmatoria 13. Ianuarij 1689. § ad confuſam deſcriptionem coràm Eminentiſs. Caccia, impreſſa intèr deciſ. Lucen. diuerſ. collect. per Palm. Nep deciſ. 47.*

Vèl ad ſummum recipienda eſſet quatenùs omiſſiones fuiſſent dolosè factæ, *Bald. in l. final. C. de Iur deliber. Rot. coràm Peutinger. deciſ 165. num. 20. coràm Cerr. deciſ. 720. num. 8. & in recent. deciſ. 331.*
10 *num. 21. part. 5.* Nàm inxtà veriorem, & magis approbatam Scribentium Sententiam, nèc dolus ipſe ſufficit, vt Inuentarium ex omiſſione deſcriptionis alicuius rei, ſiuè æſtimationis eiuſdem dicatur nullum, ſed ſolum vt Hæres, qui dolosè ſe habuit, conueniri poſſit in duplum rei omiſſæ; vt innumeris Concordantibus adductis teſtantur *Reu. Rocca Select. diſput. cap 47. num 22. Bonden collect. 21. num. 8. Staiban. reſol. 95. num. 5. & ſeqq.* optimè *Andreol. contr. 38. & 109. vtrobique num. 1. & ſeqq. & controu. 292. num. 6. Manſ. conſult. 209. num. 60. & conſult. 471. num. 4. Palma Nepos allegat. 23. num. 8. & 13.* & omnibus cæteris *Adden. ad Pamphil. deciſ. 75. num. 7. §. Communior, & Rota in dicta Romana redditionis rationis 27. Nouemb. 1684. & 31. Ianuarij 1689. §. Prætereà in fin. coràm Eminentiſs. Archiepiſcopo Mediolanen.*

Verùm ſupponendo, quod dolus ſatis ſit ad irritandam Inuentarij validitatem; & quod, eo probato, hæres pro debitis ſui

ſui

Digitized by Google

ſui Auctoris in proprijs bonis conueniri
poſſit; adhùc res abſque difficultate tran-
ſiret, quia vltrà quod, tanquàm non præ-
ſumptus, eſſet iuſtificandus per claras, &
concludentiſſimas probationes, vt ex *Tex.*
in d. l. final. §. *licentia*: ibi – *Poſtquàm fue-*
rint conuicti – aduertit *Reu. Rocca ſelect.*
diſput. cap. 47. *num.* 4. idem penitùs abeſſe
viſus fuit, tùm conſiderata qualitate hæ-
11 redis primariæ nobilitatis, & in Archie-
piſcopali dignitate conſtituti, nullam ſuſ-
picionem fraudis, & doli admittentis, ad
plenè tradita per Doctores à *Surdo* relatos
deciſ. 222. *in fin. Rota coràm Duran. deciſ.*
387. *num.* 19. *& in dicta Romana redditio-*
nis rationis 27. *Nouembris* 1684 §. *Secunda*
nullitas coràm Eminentiſs. Mediolanen. tùm
etiam ſpectata illius abſentia à Ciuitate
Bononiæ, hoc namquè caſu deſcriptio
quamuìs probaretur minùs legalis, vnicè
tribuenda eſſet Procuratoris negligentiæ,
qui Inuentarium confecit, nèc eius incu-
ria, aut dolus valeret obeſſe hæredi, à quo
non præſumitur datum mandatum ad
fraudem committendam *Conciol. de Here-*
de art. 1. *num.* 398. *Card. de Luc eodem*
tract. diſcurſ. 20. *num.* 12. *& diſcurſ.* 22.
num. 17. *Bonden. collect. legal.* 21. *num.* 78.
lib. 2. *Rot. in recent. deciſ.* 331. *num.* 22. *&*
23. *part.* 5. *deciſ.* 181. *num* 15. *& ſeqq. par.*
6. *deciſ.* 85. *num.* 24. *part.* 9. *deciſ.* 466. *nu.*
25. *& ſeqq. eadem part.* 9. *& coràm Carill.*
deciſ. 180. *num.* 17.

Tùm denique attenta contraria conſue-
tudine huiuſmodi diſtinctam Mobilium de-
ſcriptionem cum adnotatione valoris non
faciendi, quæ nedùm Bononiæ inualuit ad
tradita per *Salicet. in l. Tutores num.* 11. *&*
12. ibi: *Et ità vidi quoddam Inuentarium fa-*
ctum in vna ex Ciuitatibus Marchiæ, licèt in
12 *Ciuitate Bononiæ non habeatur in obſeruantia*
C. de adminiſtrat. Tutor. & Curat. Gionagnon.
conſ. 20. *num.* 13. *lib.* 2. quibus, tanquàm
Doctoribus Bononienſibus, atteſtantibus
de conſuetudine Loci, in quo nati ſunt,
plenè deferri debet, *Vueſembech. conſ* 130.
num. 19. *&* 144. *Bonden. collect. Legal* 32.
num. 102. *lib.* 2. *Rot. in recent. deciſ.* 797.
num. 7. *part.* 18. Sed vbiquè terrarum aſ-
ſeruatur, & viget, *Ridolphin. in prax. part.*
prima cap. 9. *num.* 57. *Manſ. conſult.* 269.
num. 36. *& ſeqq. & num.* 39. Vbi quod, ſi
non eſt quæſtio de quantitate, ſed tantùm
de valore, quià ſit controuerſia de bonorũ
æſtimatione, tunc ſtandum ſit aſſertioni hæ-
redis, donec contrarium probetur, *Maſ-*
ſin. de confiſc. quæſt. 39. *num.* 116. *& ſeqq.*
Samminiat. controu. 49. *num.* 56. *& Rot. Ia-*
nuen. de Mercat. deciſ. 35. *num.* 3. *& per tot.*
& Armezzan. in deciſ. paritèr Ianuen. deciſ.
53. *ſub num.* 22. Vndè illa potuit omitti,
abſquè eo quod vel hæredi, vel eius Pro-
curatori dolus, & negligentia, ex quibus
Inuentarij nullitas deſumitur, obijci va-
leat; In Inuentarijs namque conficiendis
ſtylus attendi debet, aliàs eſſet Mundum
litibus inuoluere, vt ad rem aduertit *Sam-*
miniat. cit. contr. 49. *num.* 58.

Haud quidquam refragante diſtinctio-
ne, quod nempè prædicta admitti poſſent,
vbi Comes Philippus Maria conuenire-
tur, & eſſet Reus, tunc enim cum Lex mi-
tiùs agat, hæres exhibito Inuentario rele-
13 uaretur ex eo ab omni damno, ſecùs verò
cum ſit actor, nàm hoc caſu allegare non
poteſt Inuentarium, quod defectuoſum
contenditur, quin ſimul aſſumere teneatur
onus probandi aliundè negatiuam præci-
ſam exiſtentiæ aliorum bonorum, vt ex
illius beneficio poſſit aliquid aſſequi, per
ea, quæ tradit *Rot. coràm Gregor. deciſ.* 473.
num. 3. *&* 4. *ibique Adden. & in deciſ.* 79.
ſub num. 9. *& coram Royas deciſ.* 195. *num.*
14 *& coram Cerr. deciſ.* 840. *num.* 11. *& in*
recent. deciſ. 76. *num.* 20. *&* 21. *part.* 17.

Vltrà quod enim inapplicabilis appa-
ruit præſentis caſus hypotheſi, in qua Co-
mes Philippus Maria agens pro euitando
damno, quod paſſus fuit vigore delibera-
tionis iniuſtæ, & ſpoliatiuè executæ, reus
14 dici debet, vt optimè reſpondendo eidem
obiecto dixit *Rot. in pluries citata Romana*
redditionis rationis 31. *Ianuarij* 1689. §.
Quibus ſtantibus coram Eminentiſs. Caccia;
Inſubſiſtens etiam, & nullo Iure probata
detegitur, immò potiùs contraria verbis,
& literæ *Text. in d. leg. final.* admittentis
præſumptionem à legalitate Inuentarij,
& à qualitate perſonæ tàm agendo, quàm
excipiendo ad tradita in eadem *Romana*
redditionis rationis 27. *Nouembris* 1684. §.
Tertiò dicebatur, & ſeqq. & 31. *Ian.* 1689.
ſub citato §. *Quibus ſtantibus*, vbi expenſis
omnibus auctoritatibus in obiecto addu-
ctis, alijſque, quæ vlteriùs adduci potuiſ-
ſent, magiſtralitèr demonſtratur, eas pro-
cedere, & intelligi debere; vbi Inuenta-
rium exhibitum fuiſſet per hæredem ad
ſua-

ſuadendū errorem calculi, vel cōfeſſionis, vel exceſſum in dote, ab ipſo, vel eius Auctore emiſſe,& reſpectiuè cōſtitutæ, in quibus terminis nec hodie dubitauerunt DD, quin veniens contra factum proprium, vel eius Auctoris, aſſumere debeat onus concludentis probationis, itaùt ad excludendum errorem non ſufficiat poſſibilitas in contrarium ex notabili omiſſione deſcriptionis bonorum in Inuentario etiam non doloſa: ſecùs verò quandò hæres non venit contra factum proprium, nec aliquid probare debet, ſed ſolùm, vt Ius ſuum tueatur, vritur illius beneficio, pro quo ſtat Iuris præſumptio, donec contrarium probetur, vt obſeruat *Rot. coràm Peutinger. deciſ.* 165. *num.* 20. *&* 21. Concurrentibus potiſſimùm tot, tantiſque circumſtantijs, ſuperiùs animaduerſis, illius legalitatem ſuadentibus, quæ adhùc maiorem vim obtinent, conſiderato, quod cùm Iugales ſer. ſer. citati fuerint, ſibi imputari debent, ſi proprijs Iuribus conſulendo, illius confectioni intereſſe neglexerunt, ex ijs quæ ponderat ſecunda Deciſio contraria 6 *Iunij* 1695. *ſub* §. *Vindicata corā Reuerendiſs. D. meo Decano*; Tunc enim veriùs eſt, quod præſumptio validitatis Inuentario adſiſtens, vindicet ſibi locum tàm agendo, quàm excipiendo, vt optimè diſtinguendo tradit etiam *Card. de Luc. de hæred. diſcurſ.* 20. *num.* 18. *& ſeqq.*

Vindicata ex his Inuentarij legitimitate, & conſequentèr pro ſubſiſtenti admiſſa redditione rationis bonorum, quæ in eodem deſcripta fuerunt, deſcendendo ad cæteras exceptiones, ex quibus tunc cenſuerunt DD. ſubſtinendam eſſe Dotis conſtitutionem, à Raynaldo Comitiſſæ filiæ factam in libris 40000. idcòque conſtare de eius bono Iure pro ſubſtinenda controuerſia deliberatione ſuper bonis Fideicommiſſarijs Equitis Attilij Fratris eiuſque Patruorum; Illæ reſtringebantur ſuper quantitate aſſis hæreditarij Raynaldi in lib. 78721. ſuppoſiti, de ſe ad exuberantiam capaci pro illa exſoluenda, vel eò minùs ſufficienti adinuento, ſuper actione ſubſidiaria exercibili tùm ſuper Auito Chriſtophori fideicommiſſo vigore famigeratæ *Authen. Res qua C. comm. de legat.*
15 tùm etiàm, vt hodie addebatur per Informantes, ſuper bonis ipſius Azonis Patrui, Neptem inopem ex æquitatiua Iuris cenſura dotare obligati, iuxtà opinionem, de qua *Card. de Luc. de dote diſcurſ.* 142. *nu.* 62. *Afflict. deciſ.* 371. *nu.* 3. *Rot. coràm Merlin. deciſ.* 671. *num.* 8.

Verùm aſſertus Calculus aſſis hæreditarij Raynaldi in libr. 78721. admitti non potuit; Nàm cùm ex eodem detrahenda ſint bona, fauore Maſculorum fideicommiſſo ſubiecta per Lucium, Annibalem, & Laurentium Raynaldi Patruos, minùs ſufficiens remanet pro ſatisfactione promiſſę Dotis, quamuis ſub illo compræhenderetur quoque rata bonorum hæreditariorū Chriſtophori patris, contra id, quod ſuppoſitum fuerat in contrarijs Deciſionibus, ab inteſtato defuncti, vt apparuit ex computo deprompto ab æſtimatione iudicialitèr facta, & à relatione Periti Curialis, aliiſque publicis documentis, pro parte Comitis Philippi Mariæ exhibitis.

Abſquè eo quod opponi valuerit, vel defectus fideicommiſſi Laurentij, vel quod ab Annibale conſtitutum non fuerit intèr filios Chriſtophori fideicommiſſum cùm interlineari reciproca; Nàm licèt Laurentius de anno 1573. donationem ſtipulauerit fauore Chriſtophori fratris, ea ſolùm ductus cauſa, vt iuxtà Auitam familiæ nobilitatem Vxorem ducere, filioſque ſuſcipere, & educare valeret, quæ verba nullum inferunt agnatitij fideicōmiſſi grauamen ad tradita in prima Deciſione Reuerendiſs. D. mei Decani §. *Et primò quidem*; cùm tamèn ex poſt de anno 1579. vna cùm Annibale fratre bona, priùs liberè donata præuio Donatarij conſenſu, perpetuo, & agnatitio fideicommiſſo fauore Maſculorum ſubiecerit, de plano conſequitur, vt primus donationis actus ampliùs attendi nequeat, cùm euidens ſit,
16 donationem, quantumuis perfectam, quæ aliquod nouum grauamen, aut nouam cōditionem haud recipere poſſet ad lit. *Text. in l. perfecta donatio C. de donat. quæ ſub mod. fiunt*; accedente Donatarij aſſenſu, poſſe etiàm in totum reuocari. *Giurb. ad conſuetud. Meſſanen. cap.* 1. *Gloſſ.* 8. *num.* 84. *Fontanell. de pact. Nuptial. Clauſul.* 4. *Gloſſ.* 5. *nu.* 28. *Sanchez de Matrim. lib.* 6. *diſput.* 32. *num.* 6. *Caſtill. controu. Iur. lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 40. *& Rot. in recent. deciſ.* 315. *nu.* 14. *par.* 17.

Qui ſanè receſſus à prima donatione, quoad nouum Fideicommiſſi grauamen, in-

incontrouertibilis Dominis viſus fuit, non obſtantibus oppoſitis defectibus voluntatis, & poteſtatis in Contrahentibus; Defectus namque voluntatis non benè deſumebatur ex eo, quòd ijdem in ſecunda
17 donatione declarauerint, nolle recedere à prima per Laurentiũ facta fauore Chriſtophori: Ibi -- *Et reſpectu D. Laurentij à quacumque donatione, per eum facta, non recedendo, ſed Iura Iuribus addendo, &c.* -- Quia huiuſmodi declaratio, ſeù præſeruatiua dici quidem poteſt prioris contractus confirmatoria in ijs, à quibus receſſum non fuit; ſecùs verò quoad dictum fideicommiſſi onus, de nouo conuentum, quod in hac parte neceſſariam importat illius derogationem. *Rot in recent. deciſ.* 29. *num.* 8. *part.* 14. *deciſ.* 103. *num.* 6. *par.* 19. *& in Meleuitana Iuris adminiſtran. & conferen.* 27. *Iunij* 1692. *in fin. coràm bo. me. Emerix, & in Bononien. legitimationis* 15. *Iunij* 1693. §. *nequè huiuſmodi in fin coràm eodem.*

Poteſtatis vero inutilitàs deducebatur ex Iure vigore primæ donationis quæſito nedùm Chriſtophoro, ſed etiã eius filijs, in quorum propterea præiudiciũ ipſe Chriſtophorus conſentire non potuerit nouo grauamini. Etenim cum Ius filiorum fundaretur solùm in verbis primæ donationis:
18 Ibi -- *Vt Donatarius iuxta Auitam familiæ nobilitatem Vxorem ducere, filioſque ſuſcipere, & educare valeret* -- & hæc fauore eorumdem præſeferant tantùm ius ſecundarium in honorificentiori Domus tractatu, & decentiori propria educatione, vt aduertit *Card. de Luc. de donat diſcurſ.* 1. *num.* 9. & optimè *Rota in Romana fideicommiſſi de Roſis* 28. *Ianuarij* 1686. §. *eoque magis coràm Reuerendiſs. D. meo Decano*; vigore cuius dici nequit, quod ipſi fuerint ex propria perſona vocati, ſed quod veniant ſolùm ad bona donata Iure hæreditario Patris, vt de veriori, & magis communi DD. & Tribunalium Sententia teſtantur *De Marin. reſol.* 89. *per tot. lib.* 1. *& reſol.* 78. *pariter per tot. lib* 2. *Rot. coràm Merlin deciſ.* 392. *à n.* 1. *& ſeqq.* & in fortioribus terminis *coràm ſan. me Alexandro VIII. deciſ.* 133. *num.* 8. *& in recen. deciſ* 171. *& deciſ.* 203. *vtrobique n.* 3. *part.* 8. *deciſ.* 390. *num.* 2 *part.* 18. magiſtralitèr *in d. Romana fideicommiſſi de Roſis* 28. *Ianuarij* 1686. §. *Etenim, &* 10. *Iunij eiuſdem Anni* §. *Nihilominus in fin. &* 9. *Iunij* 1687. §. *Indèque coràm Reuerendiſs. D. meo Decano*; ſequitur, quod Comitiſſa ex perſona Raynaldi Patris, filij, & hæredis Chriſtophori donatarij, impugnare non valeat con-
19 ſenſum ab iſto præſtitum conditionibus, in ſecunda donatione adiectis, ſed eius factum teneatur religiosè ſeruare, vt optimè proſequitur *Rota in d. Romana fideicommiſſi de Roſis* 28. *Ianuarij* 1686. §. *Atquè hinc, &* 10. *Iunij eiuſdem Anni* §. *Nihilominus in fin. &* 9. *Iunij* 1687. §. *Indèque coràm Reuerendiſs. D. meo Decano.*

Et hinc reuera dicitur pinguiùs prouiſum filijs per ſecundam donationem; præſcindendo enim ab illa, bona remanſiſſent libera in ipſo Donatario, qui in perniciem filiorum potuiſſet eadem, etiàm vltrà legi-
20 timam, dilapidare. Vndè illi non tantùm obtinuerunt in vim fideicommiſſi decentiora alimenta ſuper bonis donatis, ſed vlteriùs tutam ſucceſſionem in eiſdem ſunt conſequuti, vt etiàm ponderat pluries citata *Romana fideicommiſſi de Roſis* 10. *Iunij* 1686. §. *Eoquè clariùs, &* 9. *Iunij* 1687. §. *Hoc autem coràm Reuerendiſs. D. meo Decano.*

Quod verò Annibal, quamuis intuitu conſeruationis Domus, & familiæ Areoſtæ donauerit Chriſtophoro, eiuſque filijs, & deſcendentibus Maſculis, non tamèn voluerit condere lineare fideicommiſſum, & per conſequens, mortuo Raynaldo, quota bonorum ſibi obuenta nullatenùs debuerit in vim illius in Azonem tranſire, ſed in eius hæreditate ad commodum Comitiſſæ filiæ remanſerit, in nihilũ de-
21 ſiſtere viſum fuit. Vrgeret enim obiectũ, vbi ab initio plures Lineæ, à diuerſis ſtipitibus deſcendentes, cùm onere fideicommiſſi inſtitutæ fuiſſent, quo caſu, vt portio vnius lineæ alteri accreſceret, probanda eſſet reciproca linearis; Secùs verò quandò, vt in præſenti, ſolus Chriſtophorus inſtitutus fuit, & fauore filiorum reſpectiuè grauatus; hoc namquè caſu, cùm eius filij ab vno ſtipite ortum ducant, quamuis diuerſos conſtituant Columnellos, adhùc dicuntur ad inuicem grauati, & ad modum vnius conſiderantur, itaùt Raynaldus, qui cùm Azone à Chriſtophoro deſcendit, cùm nullis relictis filijs obierit, dicendus ſit fauore Azonis grauatus, vt in ſpecie firmat *Rota in Romana fideicommiſſi de Vrſinis prima Februarij* 1685. §. *Tertia, & in Anconitana fideicommiſſi* 27. *Iunij* 1685. §. *Data itaque coràm bo. me. Albergato.*

Ne-

Neque As hæreditarium Raynaldi, à
prædictis detractionibus bonorum fideicō-
miſſariorum adeò diminutum, impinguari
valuit, ſiuè ex hæreditate Coſmi Bargel-
lini, ſiuè à dote Iſabellæ Mareſcottæ.
Non quidem à bonis, in hæreditate Coſ-
mi Bargellini repertis, nàm, quamuis ipſe
diem vltimum obierit, condito ſecundo
Elogio die 17. Ianuarij 1642. in quo Ray-
naldum hæredem vniuerſalem instituit;
attamèn cum illud per binas Sententias,
regiſtratas in Extractu fol. 48. & 52. cum
ſeqq. declaratum fuerit nullum, illius bo-
na ex primo Teſtamento confecto ſub die
25. Nouembris 1635. Reuerendiſs. Azoni
debentur, abſquè eo quod diſceptari ho-
die poſſit de earumdem Sententiarum va-
22 liditate, & Iuſtitia, quia vtpotè in iudi-
catum tranſactæ pro veritate habentur,
nec reuocari valent, niſi priùs obtineatur
ſalutare remedium reſtitutionis in integrū
ad tradita *in recent. deciſ. 312. nu. 9. par. 17.
& deciſ. 251. num. 40. & ſeqq. part. 19. cùm
alijs in Romana Vineæ 30. Martij Anni præte-
riti §. Hæc quoad hæreditatem coram me.*

Dos verò Iſabellæ Mareſcottæ, in li-
brar. 20750. conſtituta, vt ex Inſtru-
mento quietantiæ in proceſſu remiſſoria-
li inſerto pag. 97. in calculo hæredita-
tis Chriſtophori, à quo fuit percepta,
deſcribi debet; adeout propterea admiſ-
ſa in hæreditate Raynaldi quota por-
tionis bonorum Chriſtophori, cenſeatur
conſequentèr etiam admiſſa portio dotis
Iſabellæ pro rata ſibi obuenta ex vulgat.
Iuribus.

Ex his minùs capaci, & inſufficienti re-
petta hæreditate Comitis Raynaldi pro
exſoluenda dote libr. 4000. exceſſiuitas
deliberationis pro eadem factæ, euitari
non potuit ex actione ſubſidiaria exerci-
bili ex diſpoſitione *Authen. Res quæ C. com-
mun. de Legat.* cōtra prætenſum fideicom-
miſſum Chriſtophori Aui; Obiectum enim
hodie ſublatum fuit ex facto, quia licèt
Chriſtophorus in Teſtamento condito de
Anno 1682. fideicommiſſum ordinauerit,
23 cùm tamèn ex poſt illud reuocauerit, vl-
teriùs declarando, ſe velle decedere ab in-
teſtato, in illius bonis nullum fideicom-
miſſum poteſt ampliùs conſiderari, ſuper
quo exerceatur priuilegiatum remedium
Authen. res quæ, vt in puncto tradit *Rot. co-
ràm Vbago deciſ. 93. num. 6. & 9. & deciſ. 95.
num. 6. 8. & ſeqq. & in recent. deciſ. 365.*
24 *n. 1. par. 18.* nec alia bona d. Priuilegio ob-
noxia aſſignari potuerunt, quia cùm pro-
uenirent à Tranſuerſalibus, ab illo erant
immunia *Rot. poſt Zacch. de obligat. Camera-
li deciſ. 130. n. 4. & coram Arguell. deciſ. 26.
num. 2.* cùm alijs adductis per *Eminentiſs.
de Luc. de dot. diſcurſ. 145. num 6.*

Nec ſuffragatur, quod probata ex hùc
vſquè dictis paupertate Comitis Raynal-
di, de æquitate Canonica eius filiæ conſti-
25 tuenda ſit dos ſuper bonis Azonis Patrui,
quamuis tranſuerſalis ex Auctoritatibus
ſuperiùs adductis ſub §. *Vindicata ex his*,
& vlteriùs firmat *Rot. in recent. deciſ. 30.
num. 8. part. 7.* Etenim hæc quoquè con-
cluſio inapplicabilis viſa fuit; quia, vltrà
quod æquitatiuum Iuris remedium locum
26 habere nequit in adeò conſiderabili dote
lib. 40000. ſed illa moderanda eſſet ſecun-
dum Iudicis arbitrium, à quo totum id
pendet, vt firmat *Rot. in citat. deciſ. 30. à
num. 18 Verſ. Quo verò part. 7.* potiſſimùm
quia etiam minores dotes in familia, &
Domo Arcoſta conſtitui conſueuerunt, vt
diligentèr ponderat ſecunda contraria de-
ciſio Reuerendiſſimi D. mei Decani §. *Et
quidem:* cenſuerunt Domini, quod cùm
Comitiſſa Eleonora iam nupta fuerit, &
27 de bonis Matris, detractis fideicommiſſa-
rijs, aliquo modo dotata remaneat, locus
eſſe non poſſit prædictæ æquitati, quæ ſo-
lùm in ſubſidium intraret ex traditis per
*Rot. in durioribus terminis Authen. res quæ
C. commun. de legat. coram Dunozett Iun.
deciſ. 891. num. 6. & coram Bichio deciſ.
304 num. 1. & ſeqq.* & vlteriùs admitti ne-
quiret pro ſubſtinenda deliberatione iniu-
ſta, & exceſſiuè exequuta ſuper bonis
Azonis, qui quamuis legalitèr diceretur
obligatus, dotem Iugalibus nullo modo
promiſit, vt optimè reſpondit *Rot. coràm
Priol. deciſ. 366. num. 16.* tantò magis quia
deficit in facto aſſerta inopia, nam Com.
Eleonora, vltra bona materna Siciliæ in
dotem data Raynaldo Iuniori Viro per
Catharinam Alciuar eius matrem, *Summ.
Comitis propoſitionis Anni 1695. num. 14.*
percipit è bonis hæreditatis Viri annuas
libras mille Bononiæ vigore conuentionis,
& loco quartæ dotalis, ſeù portionis ſubſi-
diariæ, vt in Inſtrumento dotali dato *Sum.
Comitis num. 1*, atque inſupèr gaudet pin-
gui vſufructu totius hæreditatis einſdem

viri, vt ex parte Scribentium pro d. Co.
Eleonora non controuertebatur.
Fortiùs, quia exceſſus, & iniuſtitia de-
liberationis, ex qua conſequentèr emanat
altera Sententiæ Rotalis, augetur; tùm
quia ſubhaſtatio exequuta fuit pro fructi-
bus, pro quibus nondùm fuerat obtentum
28 Mandatum exequutiuum. Mandatū enim
relaxatum fuit pro Sorte, & fructibus de-
curſis vſquè ad diem 7. Nouembris 1670.
Subhaſtatio verò fuit conſumpta pro fru-
ctibus decurſis vſquè ad diem 28. Aprilis
1674. Vndè tamquā facta vltra ſummam
ſpecificatam, in exceſſu remanet ſinè de-
creto, & ideò ſubſtineri nō valet tamquàm
iniuſta ad *Text. in l. prima C. de exequut. rei
Iudicat. Poſth. de ſubhaſt. inſpect. 11. à n. 36.
& ſeqq. Gratian. diſcept. 739. à n. 23 de Luc.
ad eumdem n. 9. Rodolphin. in praxi part. 1.
cap. 15. nu. 107. Rot. coràm Merlin. deciſ. 24.
num. 9. & coràm Duran. deciſ. 142. n. 2. & 3.
& coràm Cerr. deciſ. 147. in fin.* vbi quod
prævalet bonum Ius, quod ab exceſſu re-
29 ſultat. Licèt enim pro cautella Credito-
ris, & ad obtinendam exequutionem ſui
crediti, mandatum relaxari poſſit pro fru-
ctibus decurſis, & decurrendis; illud ta-
mèn relaxatum non fuit, nec poterat re-
laxari, eò quia actum fuerit pro fructibus
nondùm decurſis, ad effectum deueniendi
ad ſubhaſtationem pro illorum imburſa-
tione, vt egregiè diſtinguendo firmat *Rot.
in recent. deciſ. 1. à num. 2. vſquè ad* 8. & ſi-
gnanter *num. 7. part.* 18. & tradunt *Cenc. de
Cenſibus quæſt. 98. num. 11. verſ. Quæ con-
cluſio. & Rot. coràm Duran. deciſ. 50. n. 13.*
Tum etiàm quia reuera fructus dotales
calculati fuerunt in maiori ſumma iuxta
taxam Statuti, deferentis illos in Scutis
ſeptem pro quolibet Centenario, contrà
formam conuentionis ſtipulatæ in Inſtru-
mento dotali ad rationem Vnius pro Cen-
tenario vſquè ad integralem Dotis ſatiſ-
30 factionem, & ideò etiam ex hoc capite
ſubhaſtatio, quæ fuit facta pro credito par-
tim verò, & partim falſo, corruit in totum,
ita vt nec ſit locus illius reformationi, vt
tradunt *Poſth. de manutent. obſeruat. 12. à
nu. 93. cum ſeqq. Rot. coràm Cerr. deciſ. 147.
& deciſ. 889. vtrobiquè à num. 3. & ſeqq. co-
ram Bich. deciſ. 99. nu. 7. & 8. & deciſ. 218.
per tot. & ſignantèr num.* 16.
Nō ſubſiſtente, quod pactum cōuentum
ad rationem Vnius pro centenario debue-
rit habere locum tantùm in vita Raynaldi
promiſſoris, & poſt eius mortem ſeruanda
eſſet taxa Statutaria, illos in maiori ſum-
ma deſignans, proùt præferre videntur
obſcura verba Capitulorum Matrimonia-
lium, recenſita in poſtrema Deciſione Re-
uerendiſſimi D. mei Decani §. *Partium ve-
rò conuentio*; contrarium enim ponitur in
aperto ex verbis Inſtrumenti dotalis: Ibi
31 *D. Comes Raynaldus pro ſe, ſuiſq; inſolidum
hæredibus, promiſit, quòd hæredes prædicti poſt
eius mortem ſoluent dd. Coniugibus præſenti-
bus libr.* 40000. *Bononien. & interim pro fru-
ctibus dd. libr.* 40000. *dotalium reſpondere
promiſit de annuis libr.* 400. *Bononien. inci-
piendo annum à die contracti Matrimonij præ-
dicti, continuando vſquè ad actualem ſolutio-
nem lib.* 40000. *&c.* Ex his namque patet,
ſolutionem fructuum in libr. 400. incipere
debere à die contracti Matrimonij, illam-
que continuari vſquè ad actualem dotis
ſatisfactionem, quæ ratione dilatæ ſolu-
tionis fieri non debuiſſet ab ipſo promiſſo-
re, ſed ab eius hæredibus, eam perſoluere
grauatis; maximè quia temporis diſtin-
ctio nullatenùs ſit circa quantitatem fru-
ctuum perſoluendorum, ſed ſolùm circa
dotis ſolutionem, quæ poſt obitum pro-
miſſoris dilata fuit, & ideò conuentio
libr. 400. compræhendit etiàm hæredes;
quidque ſecùs dicendum foret, vbi illa ad
vitam Promiſſoris fuiſſet reſtricta, in qui-
bus terminis recipiendæ ſunt Auctoritates
adductæ in contraria ſecunda Deciſione
Reuerendiſſimi D. mei Decani ſub §. *Par-
tium verò conuentio*, & ad rem diſtinguit
Rot. coràm Bich. deciſ. 99. num. 5.
His poſitis, ceſſat obiecta retentionis
exceptio pro Creditis Comitiſſæ ceſſis
32 aduerſùs hæreditatem Azonis, quia vltrà
quod retentio allegari non valet pro cre-
ditis diuerſis ab eo, pro quo emanauit de-
liberatio *Rot. coràm Cerr. deciſ. 576. nu.* 10.
*deciſ. 594. num. 13. & deciſ. 871. num. 8. &
in recent. deciſ. 262. num. 5. part. 12. & de-
ciſ. 318. nu. 7. & 8. part.* 18. receptiſſimum
33 eſt, non admitti in Spolio Iudiciali, *Rot.
coràm Cerr. d. deciſ. 576. num. 9. Merlin. de-
ciſ. 117. num. 4. Bich. deciſ. 547. num. 21.
& 22. & in recentior. deciſ. 50. num. 14.
part.* 11.

Et ita Vtraque, &c.

AR-

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

SAlarium debetur iuxtà conſuetudinem loci, & perſonarum. Idem Salarium ſolutum Anteceſſori aliquando non eſt ſoluendum Succeſſori.

SVMMARIVM.

Debetur Salarium iuxtà quantitatem ſolui ſolitam num. 1.
Solitum in hac materia deſumitur ab eo, quod communiter practicari ſolet num. 2.
In diſcrepantia quantitatis ſalarij attenditur taxa minor num. 2.
Salarium ſolutum Anteceſſori in eadem quantitate debetur Succeſſori num. 3.
Amplia, & Limita num. 4. 5. & 6.
Acquieſcentia Salariati multum eſt attendenda prò decidenda quantitate ſalarij num. 7.
Conqueſtiones non releuant, quando non peruenerunt ad aures Domini num. 8.

VOTVM LVI.

GAetano Sulmonenſi ſoluendum eſt ſalarium conſuetum, & ſolitum practicari intèr conſimiles perſo-
1 nas *Siluan. conſ. 28. nu. 16. Surd. conſ. 460. num. 30. cum pluribus alijs congeſtis in deciſ. 3. num. 1. & ſeq. part. 12. recent.*

Nèc aduerſatur quod à quibuſdam Prælatis præſtetur ſalarium in maiori quantitate, quià in hac materia non eſt conſiderandum quid particularitèr fit, ſed
2 benè quod communitèr fieri ſolet, imò in multiplici Salariorum diſcrepantia non taxa maior, ſed minor eſt attendenda *Tex. in leg. qui Concubina §. cum ità ff. de leg. vbi Dynus, & Bart. Guido Pap. de Salar. operar. quaſt. 252. vbi Adden Caroc. de Merced. conſue. cap. 1. quaſt. 3. num. 2. & Rot. deciſ. 3. num. 5. & 6. part. 12. recent.*

Minùs releuat quod Gaetanus prætendat ſibi deberi idem ſalarium, quod ſolue-
3 batur ſuo Anteceſſori, in cuius locum ſucceſſerat ad tradita per *Bald. in l. licèt num. 18. C. locat. Surd. conſ. 42. num. 13. Rot. deciſ. 88. num. 5. & 9. part. 2. diuerſ.* quia prædicta regula procedit in Succeſſore habente eaſdem qualitates, quas poſſidebat Anteceſſor, nàm exiſtentibus in præſenti diuerſis meritis perſonarum, diuerſimodè eſt iudicanda quantitas Salarij, & ſolitum probandum eſt in ijſdem perſona-
4 rum, & facti circumſtantijs *Corſet. intèr ſingular. diſcept. verb. Salarium verſ. ſed præfatas Caſar. de Graſ. deciſ. 6. num. 5. de præben. & magiſtralitèr in dicta deciſ. 3. nu. 16. cum plur. ſeq. part. 12. recent.* præſertim quia Anteceſſor Gaetani in vltimis annis conſequutus fuerat eamdem ſalarij quantitatem perſolutam dicto Gaetano, vndè
5 iſti debetur, ſalarium ſolui ſolitum Anteceſſori in vltimis annis *Surd. conſ. 42. num. 13. Aldobran. conſ. 66. num. 7. lib. 1. cum alijs in dicta deciſ. 3. num. 36. part. 12. recent.*

Auctoritates in contrarium deductæ procedunt in officiali expreſsè conducto
6 cum conſueto ſalario ea ratione, quià vbi fit mentio de conſuetudine intelligitur de longa, vel dictæ auctoritates in contrarium citatæ applicari poſſunt, quando in annis præteritis fuit facta diuerſa ſolutio, at ſecùs quando in vltimis annis, qui proximè præceſſerunt fuit data certa, & continuata quantitas, cui debet fieri relatio prò taxanda mercede, etiam Succeſſori *Caroc. de locat. part. 1. quaſt. 5. num. 3. cum multis alijs relatis in dicta deciſ. 3. à num. 32. vſque ad num. 35. part. 12. recent.*

Accedente præſertim acquieſcentia Gaetani tempore famulatus, per quam
7 cenſetur approbata quantitas Salarij à Prælato illi ſoluta *Mantic. deciſ. 266. num. 5. Pauia deciſ. 412. num. 13. Seraph. deciſ. 849. num. 4. & part. 1. diuerſ. deciſ. 559. num 1. & in recenc. deciſ. 3. num. 7. & 36. & 37. part. 12.* nec aſſertæ reclamationes factæ per Gaetanum fuerunt ſufficientèr probatæ, quæ nec etiam releuarent, niſi inſimùl probaretur eas fuiſſe peruentas ad aures Prælati, qui forſan ſtatim dictum Gaetanum à ſuo ſeruitio dimiſiſset, & cum eodem ſalario multos alios prò ſuo ſerui-
8 tio reperijſset, vt benè proſequitur *Rot. in dicta deciſ. 3. num. 7. cum pluribus ſeq. part. 12. recent.*

ARGVMENTVM.

CItatio ad informandum, & ad videndum referri, quando requiratur ad effectum ſubſtinendi relationem Periti, ſeù ſententiam Arbitri. Aſſertioni Iudicis quando credatur.

SVMMARIVM.

Citatio ad informandum Peritos, & ad videndum referri eſt de eſſentia num. 1.
Quid ſi agatur extraiudicialitèr num. 2. & 3.
Declarantur Doctores num. 4.
Iudici aſſerenti quando credatur nu. 5. 6. & 7.

VOTVM LVII.

AD effectum conficiendi computa, ac diuidendi damnum, & lucrum perceptum ex Societate inita intèr Dominicum Beuilacquam, & Petrum Baſſanum in Curia Palumbariæ fuit legitimè exequuta citatio contra præfatum Petrum ad videndum mandari eligi Peritos prò diuidendo tàm lucro, quàm damno Societatis, & prò decidendis, recognoſcendis, ac terminandis omnibus litibus, & differentijs habitis occaſione dictæ Societatis. Poſt dictam citationem de conſenſu partium fuerunt electi duo periti, qui deindè concorditèr retulerunt quantitatem lucri, & damni in ſuis partitis diſtinctis abſque citatione dicti Petri, qui tamquàm non auditus à peritis aſſerebat fuiſſe notabilitèr grauatum ab illis non informatis, & inſtructis de ſuis rationibus. Hinc deuoluta cauſa coram me decreui prò nullitate dictę relationis, quę numquàm ſubſtineri poteſt ob deficientiam citationis
1 tàm ad informandum peritos pro die, & loco, hora certa in confectione computorum, quàm etiam ad videndum referri iuxtà praxim apud *Ridolph part. 1. cap 8. nu. 118. Rot. coram Gregor. deciſ. 545. num. 9. ibi Adden. num. 12. & in recent. deciſ. 554. num. 1. & ſeq. part. 2. & deciſ. 320. num. 6. part. 14.*

Nèc releuat, quod in præſenti fuerint electi de conſenſu partium duo periti, qui etiàm extiterunt deſtinati arbitri ad decidendum omnes differentias, & per conſequens fuit potiùs proceſſum extraiudicia-
2 litèr, quo caſu non eſſe neceſſariam citationem ad referendum firmat *Vbert de citation. tom. 1. cap. 8. num. 344. verſ. diſtinguendo.* Quoniam etiàmſi extraiudicialitèr agatur præcedere debet citatio iuxta
3 opinionem tutiorem *Aldobrand. conſ. 54. num. 6. Couar. var reſolut. lib. 2. cap. 13. num. 5. & 9. concluſ. verſ. idem ipſe. Rot. deciſ. 554. num. 2. part. 2. & deciſ. 390. nu. 2. part. 15. recent.* ea ratione quia citatio requiritur de eſſentia quamuis procedatur ſummariè, & iuris ordine non ſeruato *Rot. coràm Gregor. deciſ. 545. num. 5.*

Doctores in contrarium allegati procedunt, quando conſtet peritos fuiſſe à Partibus benè inſtructos, & informatos, quo caſu etiamſi prætermitteretur citatio ad referendum, adhùc relatio ſubſtinere-
4 tur, & ſic intelligenda eſt deciſio 1633. coràm Coccino, & in iſtis terminis loquuntur *Ciriac. contr. 261. num. 18. 19. 20. Pacion. de locat. cap. 34. §. 5. num. 39.* & ita declarando contrariam opinionem firmatur à *Rota in deciſ. 70. nu. 2. coram Buratto.*

Non obſtat, quod Periti in eorum relatione enunciauerint pluries audiſſe par-
5 tes, quoniam huic aſſertioni non eſt credendum, quando de informatione, & inſtructione illorum non conſtet ex actis, vti in terminis fortioribus aſſertionum Iudicum in ſententia firmarunt *Abb. conſ. 92. num. 3. lib. 1. Vbert. de citation. cap. 7. num. 90. cum plur. ſequen. Boer. deciſ. 275. num. 3. ad med. cum alijs in Melenitana Antiantiatis 26. Iun. 1693. coràm R. P. D. Manuel. §. neque ad ſuadendum, & in puncto Rot. deciſ. 14. num. 19. coràm Buratto.*

Minùs aduerſatur quod aſſertioni Iudi-
6 cis de actu coràm ſe facto plena ſit adhibenda fides *Rot. deciſ 133. num. 11. par. 6. & deciſ. 22. num. 8. part. 17. recent.*

Quoniam ſupradictæ auctoritates loquuntur dę atteſtatione Iudicis de rebus, quarum recognitio fuit ſpecialitèr illi commiſſa, vel quando adſint adminicula
7 comprobantia aſſertionem Iudicis, ſeù etiàm quando ageretur in materia non graui, ſed leuis præiudicij, & in iſtis terminis intelligendæ ſunt auctoritates in contrarium citatæ, & faciunt tradita per *Vbert. de citation d. cap 7. num. 90. vſque ad num. 95.* in caſu enim noſtro deficiunt adminicula prò comprobanda aſſertione peritorum, & concurrunt multæ coniecturæ perſuadentes Petrum non fuiſſe auditum, & illius rationes non fuiſſe conſideratas, proùt apparet ex pluribus fidibus recognitis, quæ licèt non probant adhùc tamèn inſeruiunt prò adminiculis *Rot. deciſ. 487. nu. 3. part. 2. recent. cum alijs apud Buratt. deciſ. 648. num. 6.*

AR-

ARGVMENTVM.

INquilinus non poteſt expelli etiam finita locatione, ſi velit continuare ad formam decreti cameralis, & quid in Subinquilino.

SVMMARIVM.

Inquilinatus priuilegium ammittitur, ſi Conductor ſit moroſus in ſoluendis penſionibus, & vtatur male re locata num. 1.
Locator ſuperueniente neceſsitate poteſt expellere Conductorem num. 2.
Præcipuè in Vrbe ſtante decreto camerali num. 3.
Decretum camerale eſt perſonale num. 4.
Non extenditur ad Subinquilinos num. 5.
Nec minus ad ſingularem ſucceſſorem num. 6.
Declaratur num 7. & 8.
Priuilegium Inquilinatus procedit etiam in Apothecis, & Magazenis num 9.
Mora purgatur ſolutione penſionis dict. nu. 9.

VOTVM LVIII.

MArgherita Simonis conduxit domum à Venerabili Monaſterio, & Patribus Sanctæ Mariæ in Via, cum pacto expreſſo, vt non poſſit alteri dictam domum ſublocare renunciando etiam priuilegio inquilinatus, poſteà dictam domum ſimpliciter ſublocauit Ioſepho Sigiſmundo, & hunc expellere volebat tàm ob moroſitatem in ſoluenda penſione, quàm etiam quia intendebat vti domu prò vſu proprio ad formam Decreti Cameralis, & ad ſui fauorem obtinuit mandatum de euacuando.

Nam Inquilinatus priuilegium ammit-
1 titur à Conductore male vtendo re loca-
ta, & moroſo in ſoluendis penſionibus
Fenzon. ad Stat. Vrbis fol. 105. *& Ridolph.
in praxi part.* 2. *cap.* 13. *num.* 54. *Pacion. de
locat. cap.* 20. *num.* 106. *Rot. deciſ.* 90. *num.*
5. *poſt. Zacch. de obligat. camerali.*

Tum etiam quia de iure Locator ob ſu-
2 peruenientem neceſſitatem rei locatæ po-
teſt expellere Conductorem *l ade* 3. *C. lo-
cat. cap. proptèr ſterelitatem* §. *verum eodem
tit.* & in Vrbe ceſſat omnis difficultas ob
3 decretum camerale permittens expulſio-
nem Inquilini intendentis continuare in
locatione, quando locator ſaltem per an-
num vti intendit re locata ad proprium
vſum terminata locatione.

Nec releuat quod priuilegium Inquili-
4 natus prouenìens ex decreto camerali ſit
perſonaliſſimum, & per conſequens pro-
cedit in principali locatore, non autèm
in Conductore, ſeù Inquilino, qui ſublo-
cauit domum alteri ad tradita per *Pacion.
de locat cap.* 20. *num.* 74. *&* 75. *Rot. poſt
Mangil. de ſubhaſtatione deciſ.* 65. *ſub nu.* 5.
5 vbi traditur in puncto, quod decretum ca-
merale, non ſuffragetur Subinquilinis
Card. de Luca de ſeruit. diſc. 82. *num.* 11.
Adden. ad Buratt. deciſ. 937. *num.* 24. *Rot.
coràm Merlin. deciſ.* 386. *num.* 1. & gene-
ralitèr, quod ſimilia priuilegia non tran-
ſeant in ſingularem Succeſſorem ſcribunt
6 *Gratian. diſcept.* 117. *nu.* 29. *cum alijs apud
Pacion. de locat. cap.* 56. *num.* 53.

Quia ad tollenda æquiuoca diſtinguen-
guendum eſt, aut ſumus in caſu intèr prin-
7 cipalem locatorem, & Subinquilinum, &
tunc quia priuilegium eſt perſonale non
poteſt Subinquilinus adducere in præiu-
dicium locatoris priuilegium Inquilinatus
prouenìens ex Statuto, vel Decreto ca-
merali, aut ſumus in caſu controuerſiæ
proùt in præſenti, intèr Inquilinum, &
Subinquilinum, & tunc quia non agitur
de præiudicio principalis locatoris, Inqui-
8 linus habetur loco ipſius locatoris, & Su-
binquilinus reputatur vti verus Inquili-
nus, & ſic intèr eos procedit diſpoſitio
Decreti Cameralis *Ridolph. in prax. part.*
2. *cap.* 13. *num.* 61. *Pacion de locat. cap.* 20.
num. 79. *&* 80. *Rot. coràm Gregor. deciſ* 215.
num. 3.

Quo vero ad apothecam, & Magaze-
na locata dicto Ioſepho cum alio Inſtru-
9 mento ſeparato à præfata Margherita,
quæ illa iure ſuæ dotis poſſidebat, fuit di-
ctum non eſſe locum mandato de euacuan-
do, ſtante ſolutione penſionis, & quià in-
tendebat Conductor continuare in loca-
tione ad formam dicti Decreti Camera-
lis, dantis prælationem Inquilinis in con-
curſu aliorum; cum in hac ſecunda parte
non volebat Margherita illa retinere prò
vſu proprio, quæ prælatio procedit etiàm
in Apothecis, & Magazenis, licèt in eis
continuò non habitetur. *Pacion. de locat.
cap.* 20. *num.* 82. *Card. de Luca de ſeruit.
diſc.* 82. *num.* 9. *in fine.*

AR-

ARGVMENTVM.

DOs quando dicatur congrua, & habens facultatem taxandi dotem ſuo arbitrio non poteſt excedere ſummam, dari ſolitam.

SVMMARIVM.

Dos exceſsiua eſt moderanda, & ſi fuerit ſoluta in exceſſu poteſt repeti num. 1.
Congruitas dotis menſuratur à quantitate legitimæ num. 2.
In taxanda dote attenditur conſuetudò familiæ, & regionis etiamſi eſſet minor legitima num. 3. 4 & 5.
Arbitrium datum in taxanda dote eſt regulandum à Iure num 6.
Fœmina dotanda arbitrio conſanguineorum poteſt agere prauentiuè antè nuptias prò declaratione quantitatis dotis num. 7.
Fœmina prouectæ in ætate eſt augenda dos etiamſi alia Soror minorem dotem habuerit num. 8.

VOTVM LIX.

ANnibal Guadergus in ſuo vltimo, cum quo deceſſit elogio inſtitutis tribus Filijs maſculis ordinauit ad fauorem deſcendentium perpetuum fideicommiſſum fœminis ſempèr excluſis, cum prohibitione arctiſſima cuiuslibet alienationis, & hypothecæ, nè ſplendor ſuæ familiæ diminueretur.

Mandauit dotari Filias fœminas his verbis *per ragion di legato, & in ogn' altro miglior modo, laſcia alle ſue Figlie femine le doti, che le ſaranno conſtituite dalla Signora Girolama ſua Conſorte, e Sig. Franceſco ſuo Fratello.*

Poſt mortem dicti Annibalis fuit nupta Ioanna Baptiſta vna ex filiabus fœminis præfati Teſtatoris Thomæ Follerio, cui fuit promiſſa dos ſcutorum 2800. à ſupradictis perſonis à Teſtatore expreſſis in tot paghis ſoluenda proùt vſque ad ſummam ſcutorum 2000. fuit ſoluta, & cum inſtet hodiè hæres dictæ Ioannæ Baptiſtæ prò reſiduo dictæ dotis, contrà ipſum decreui.

1 Quia dotis conſtitutio in ſcutis 2800. tamquàm nimis exceſſiua, eſt moderanda ad menſuram congruæ dotis, multi quos referunt; & ſequitur *Ciriac. contr. 508. num. 43. cum alijs in decis. 192. num. 3. part 10. recent. & in Firmana fideicommiſsi 1. Iulij 1672. coram Bourlemont*, & in puncto, quod filius dicti Annibalis reus conuentus poſſit repetere exceſſum dotis ſolutum, & ſoluendum retinere firmat *Ciriac. dicta controu. 508. num. 47. Rot. decis. 192. num. 33. part. 10. recent.*

Exceſſiuitas verò redditur ineuitabilis, quia dos conſtituta in ſumma ſcutorum
2 2800. excedit longè legitimam maſculorum vti apparet ex inuentario bonorum, & tamèn congruitas dotis debebat referri ad quantitatem legitimæ *Rot. coràm Buratt. decis 844. num. 11. cum alijs in recent. decis. 292. num. 29. part. 10. & decis. 204. num. 18. part. 13. recent.*

Apparet etiam exceſſiuitas ſupradictæ dotis, quià quamplurimæ fœminæ de fa-
3 milia Guaderga, & præcipuè Sorores Teſtatoris fuerunt dotatæ in ſumma valdè minori, vndè in taxanda dote dictæ Ioannæ Baptiſtæ erat ſpectanda conſuetudo aliarum Mulierum in eadem familia nuptarum *Rot. coràm Dunoz. decis. 182. num. 13.* cum alijs pleno calamo allegatis *in dicta Firmana fideicommiſsi prima Iulij 1672. coram Bourlemont §. vndè ex ijs confirmata 2. Decembris eodem anno coram eodem §. ſubſiſtere namque viſa ſunt.*

Tum quia in taxanda ſupradicta dote, attendi debebat mos regionis, nàm intèr ſimiles perſonas dotem in ſcutis mille, &
4 quingentis eſſe congruam ſolitum loci pluries docuit. Quapropter iuxtà ſupradictum morem regionis, quantitas dotis erat arbitranda *Boſſ. de dot. cap 13. num. 22. Eminentiſs. de Luca de dot. diſc. 144. nu. 31. cum alijs in Anconitana dotis 5. Iunij 1651. §. in præſenti autem coràm Dunozet. Iun.*

Et adeò conſuetudo regionis, & familiæ erat pernecesse attendenda in taxanda dote, vt iſta conſuetudine vigente, nec quantitas patrimonij, nec legitimæ debuiſſet conſiderari, cum dos etiamſi ſit minus legitima congrua dici poſſit, ſi mo-
5 ribus regionis conſuetudinique familiæ conformetur *Corn. conſ. 107. num. 11. lib. 2. Ruin. conſ. 56. num. 18. lib. 3. Merlin. de legit. lib. 3. tit. 1. quæſt. 13. num. 15. Gratian. diſcept. 945. num. 2. & 13. Boſſ. de dot. cap. 13. num. 24.*

Non

Non obſtat quod præfata dotis taxa-
tio fuit remiſſa Vxori fideicommittentis
cæteriſquè conſanguineis in teſtamen-
to; nominatis, quia ſupradictæ perſonæ
quæ habuerunt facultatem conſtituendi
dotem non poterant in præiudicium voca-
torum in fideicommiſſo, illius congruita-
6 tem excedere, imò illius taxatio regulari
debebat arbitrio boni Viri, nempè conſi-
deratis facultate paterna, more regionis,
& conſuetudine familiæ Querengæ, vt in
terminis quantitatis dotis arbitrio tertij
taxandæ tradiderunt *Bald. Nouell. de dot.
par.6. priuileg. 11. ſub nu. 2. verſ. item quia
in fin. Barboſ. de dot. cap. 9. num. 82. & ſeq.*
& in puncto fideicommittentis, qui remi-
ſerat taxationem dotis arbitrio Vxoris di-
xit *Rot. in Romana fideicommiſsi de Capogallis
18. Iunij 1657. coràm Dunoz. Iun. inter eius
impreſſas deciſ. 1002. ſub num. 13. verſ. non
obſtant.*

Quo vero ad ſecundum dubium ſcilicèt
an fæmina quæ ſit dotanda arbitrio con-
7 ſanguineorum poſſit antè tempus nuptia-
rum præuentiuè agere pro declaratione
quantitatis dotis ſibi conſtituendæ, cenſui
affirmatiuè reſpondendum eſſe iuxta opi-
nionem communem de qua tradit *Rota
in Bononien. fideicomiſsi, & dotium 3. Mar-
tij 1692. §. hunc autem coram bo. me. Emerix
impreſſ. inter deciſ. Lucen. recollectas per Pal-
mam deciſ. 72. num. 6. & in Romana dotis 19.
Aprilis 1696. § hinc dotis confirmata 21. Iu-
nij 1697. coram R. P. D. Lancetta §. non vr-
gente*, nam fæminæ in hoc caſu non eſt im-
pediendum implorare officium Iudicis
pro taxanda dote ne futuræ nuptiæ retar-
dentur incertitudine quantitatis dotis à
conſanguineis arbitrandæ vti latè firma-
tur in dicta Romana.

Et præfatæ fæminæ dixi eſſe etiàm con-
8 ſtituendam dotem maiorem altera data
ſuis ſororibus, cum ipſa exceſſerit iam æta-
tem nubilem, & è contra eius ſorores fue-
rint nuptæ in ætate florida, vnde ſtante
hac diſparitate eſſe augendam quantita-
tem dotis probatur in *Aeſina dotis 26. Iunij
1693. coram Molines impreſſa apud Palmam
deciſ. 73. num. 2. & in puncto per Rotam in
Romana dotis 21. Iunij 1697. §. minoris co-
ram R. P. D. Lancetta.*

ARGVMENTVM.

Vocatus ad fideicommiſſum poteſt agere etiam pendente conditione prò præuentiua declaratione. Fideicõmiſſum perpetuum, & deſcenſiuum, & reciprocum ex quibus arguatur.

SVMMARIVM.

Vocatus ad fideicommiſſum poteſt agere prò præuentiua declaratione, & quando num. 1.

Fideicommiſſum perpetuum ex quibus reſultat num. 2.

Sententia ob non proſequutionem appellationis tranſit in rem iudicatam num. 3.

Reſtitutio in integrum non datur aduerſus ſententiam in iudicatum tranſactam ſine læſione n. 4.

In fideicommiſsis non poteſt agi præuentiuè nu. 5.

Limita ſtante dilapidatione num. 6.

Tranſactio facta ſuper re fideicommiſſaria non nocet vocatis ad fideicommiſſum propria perſona num. 7.

Dos detracta à fideicommiſſo vigore auth. reſque euadit libera num. 8.

Dos quando dicatur congrua num. 9. 10. 11. & 12.

Nobilitas non arguitur ex ſola ſimilitudine cognominis familia num. 12.

Sicuti heredi grauato competit detractio trebellianica antè tempus reſtitutionis fideicommiſſi, ita fideicommiſſarius poteſt ſe opponere præuentiuè, & obtinere declarationem, quod non competat detractio num. 14.

Eſt locus iudicio præuentiuo, etiamſi hæres grauatus offerret cautionem num. 16. & 17.

Eſt locus iudicio præuentiuo ſtantibus iactationibus, & quales iſtæ debent eſſe nu. 18. & 19.

Amplia etiam ſtante retractatione num. 20.

Et quod in muliere num 21.

Trebellianica ex quibus dicatur prohibita nu. 22. vſq; 35.

Voluntas teſtatoris declaratur æqualitèr tam ex verbis prohemij, quàm ex alijs in diſpoſitiua num. 26.

Vna pars diſpoſitionis alteram declarat num. 29.

Voluntas teſtatoris declarantur ex vnico teſte, qui teſtamentum extendit num. 34.

Sententiæ iniuſtæ non faciunt numerum num. 36.

Immiſsio eſt concedenda vocatis ad fideicommiſſum in bona fideicommiſſaria num. 37.

Fideicommiſſum reſultat perpetuum, & ſucceſſiuum ex vocatione deſcendentium cum verbis in perpetuum num. 38.

Pilio-

Digitized by Google

Filiorum appellatione veniunt nepotes, quando ſubſtitutio eſt facta in remotiſsimum tempus num. 39.

Amplia etiam ſtante dictione in infinitum numer 40.

Amplia ſtante prohibitione alienationis, vt bona conſeruentur in familia num. 42.

Dictio vt ſupra, & ſimilia relatiua operantur, vt in ſequenti cenſeantur comprehenſæ eædem perſonæ nominatæ in antecedenti diſpoſitione num 41.

Subſtitutus in caſu alienationis debet ſtatim admitti ſequuta alienatione non expectata morte alienantis num. 43.

Statutum Bononiæ facit præſumere ſimulatam alienationem factam intrà annum decoctionis alienantis num 44.

Limita quando aliundè appareret vera num. 45.

Subſtitutus in caſu alienationis non debet admitti ſtatim ſequuta alienatione facta ab hærede ignorante diſpoſitionem fideicommittentis numer. 46.

Immiſsio conceditur generalitèr in bona fideicommiſsi ſuſpenſa reſolutione ſuper ſpecificatione, & liquidatione eorumdem num. 47.

Fideicommiſſum perpetuum deſumitur ex vocatione deſcendentium cum verbis tractum temporis importantibus num. 48.

Item ex prohibitione alienationis, vt bona perpetuò remaneant in familia num. 49.

Cataſtrum probat bona fuiſſe in dominio teſtatoris num. 50.

Confeſsio alienantis bona fuiſſe ſub fideicommiſſo præiudicat confitenti, & eis qui habent cauſam ab eo num. 51.

Bona ſubrogata in locum ſubiectorum fideicommiſſo habentur, ac ſi ab initio fuiſſent fideicommiſſaria num. 52.

Fideicommiſſo quando cenſeatur renunciatum per diuiſionem num 53.

Vt dicatur renunciatum requiritur ſcientia fideicommiſsi num. 54.

Præſertim in minore num. 55.

Immiſsio eſt concedenda docto de vocatione, & identitate bonorum num 56. & 57.

Fideicommiſſum perpetuum, & reciprocum reſultat ex ſubſtitutione facta intèr omnes in infinitum num. 58.

Amplia ſtante prohibitione alienationis veſtita ratione, vt bona perpetuò conſeruentur n. 58.

Ex qua deſumitur reciproca num. 59.

Fideicommiſſum factum in oratione ſeparata ſi ſit magis amplum non reſtringitur ex dictionibus relatiuis num. 60.

Fideicommiſſum perpetuum facilius inducitur in domo propria teſtatoris num. 61.

Deſcendentia, ſeù quod quis ſit de familia probatur leuioribus inditijs, ſi non agatur de probanda parentela in certo gradu, neque compareat alius in concurſu num. 62.

Identitas bonorum in antiquis probatur leuioribus argumentis num. 63.

Confiſcatio ſola non ſufficit ad ſpoliandum aliquem dominio bonorum, ſed vlterius requiritur actualis poſſeſsio, & deſcriptio bonorum in libris Cameræ num. 64.

VOTVM LX.

IN hac cauſa fuit dubitatum, an vocatus ad fideicommiſſum poſſit agere adhùc pendente conditione prò declaratione præuentiua, & fauore vocati reſpondendum cenſui, quia licèt, ſit verum quod vocatus ad fideicommiſſum adhùc pendente conditióne non poſſit agere prò prçuentiua declaratione, nihilominùs com-
1 munitèr hęc regula limitari ſolet ſtantibus iactationibus, & diffamationibus, vel dilapidationibus, proùt latè firmatum fuit à Rota in *deciſ. 216. part. 19. recen. & in Bononien. fideicommiſsi de Boue 31. Ian. 1691. coram R. P. D. Molines, & in Romana trebellianicæ 15. Ianuarij 1691. coram Priolo, quæ deciſiones impreſſæ ſunt poſt hoc votum.*

Quod autem conſtaret de fideicommiſſo perpetuo, & reciproco paritèr apparebat ex lectura teſtamenti ibi, *& moriente dicto Franciſco primo hærede inſtituto ſubſti-*
2 *tuit eius filios reciproce actiuè, & paſsiuè, quibus omnibus defectis, vocauit proximiores de familia eiuſque filios, & deſcendentès in futurum, prohibendo ſtrictiſsimè omnem, & quamcumque alienationem, quia volebat, vt bona ſua perpetuò remanerent inter deſcendentes ſuos, & inter alios vocatos de familia vt ſupra* ex latè congeſtis per *Rot. in Bonon. fideicommiſsi de Banoſis 16. Iunij 1690 coram Reuerendiſs. Vrſino Decano, & in Aſculana fideicōmiſsi 5. Nouembris 1691. & in Balneoregien. fideicommiſsi 5. Decembris 1691. coram R. P. D. Caprara.*

R.P.D.

Digitized by Google

R. P. D. MOLINES

Bononien. fideicommiſsi de Boue.

Mercurij 31. Ianuarij 1691.

GAleatius de Boue perpetuum, & reciprocum conſtituit fideicommiſſum fauore ſuorum deſcendentium priùs maſculorum, deindè fœminarum, quod defecta linea maſculina purificatum extitit prò medietate fauore Iuliæ, & prò alia medietate fauore Conſtantię prædicti fideicommittentis filiarum, quorum bonorum capta poſſeſſione per vocatos, Barbara Iunior deſcendens à dicta Iulia tranſeundo ad ſecunda Vota cum Franciſco Monario ipſi in dotem dedit Prædium S. Donnini fideicommiſſarium Galeatij. Barbara autèm defuncta, Antonia de Nigris altera fœmina deſcendens ab eadem Iulia petijt immiſſionem contrà Monarium hæredem dictæ Barbaræ ſupèr prædicto Prædio allegando illud fuiſſe malè alienatum in præiudicium fideicommiſſi ſupèr quo lata ſententia fauorabili Antoniæ in prima inſtantia, in ſecunda tamèn reuocata ipſa, & Monarius Colletigantes ad tranſactionem deuenerunt diuidendo intèr ſe bona fideicommiſſaria prò dotibus tàm ipſius Antoniæ, quàm Barbaræ Vxoris Monarij.

In hoc ſtatu Vincentius, & Lactantius de Formaliarijs deſcendẽtes à prędicta Conſtantia altera filia fideicommittentis quorum fauore in caſu obitus prædictæ Antoniæ ſine filijs vltimæ grauatæ ex linea Iuliæ purificatur vigore reciprocæ ſubſtitutionis fideicommiſſum, de quo agitur, iudicium inſtituerunt coram Auditore Generali mediùm contra Antoniam, vt declararetur ipſam cecidiſſe à fideicommiſſo, ob alienationes ab ea factas de rebus fideicommiſſarijs contra litteralem, & expreſſam prohibitionem à fideicommittente cùm pœna caducitatis appoſitam; Verùm etiàm contrà Monarium ſuper Prædio, de quo agitur malè in ipſum à Barbara Vxore alienatum, ſuper quo Iudex excuſata caducitate immiſſionem conceſſit Formaliarijs Actoribus in Bonis fideicommiſſarijs, exequendam tamèn in caſu obitus eiuſdem Antoniæ ſinè filijs, cui aſſignauit prò ſupplemento eius dotis aliqua bona. Item contra Monarium aliam ſententiam pronunciauit immiſſionis ſuper medietate Prædij S. Donnini relinquendo eidem alteram medietatem prò dote Barbaræ ſuæ Vxoris quam congruam reputauit. A qua ſententia appellatione ad me deuoluta, cùm intèr Partes altercaretur an ea ob non proſecutam tempore debito appellationẽ tranſijſſet in rem iudicatam, dubitandum propoſui. An conſtet de re iudicata, vèl potiùs de cauſis reſtitutionis in integrum, & affirmatiuè ad primam partem, negatiuè ad ſecundam prodijt reſolutio.

Res enim iudicata apparuit, ex quo
Monarius appellationem licèt debito tem-
pore interpoſitam non curauit intrà bien-
3 nium proſequi prout tenebatur, indequè
ſententiam tranſijſſe in auctoritatem rei
iudicatæ ambigi nequit *cap. cum ſit Roma-*
na de appellat. Auth. ei, qui eodem Scacc. de
appellat. quæſt. 15. num. 22. & 27. Ridolph.
in prax. part. 1. cap. 13. num. 54. & ſeq. Rot.
deciſ. 94. num. 1. coràm Durano, & dec. 439.
num. 1. & 2. coràm Dunoz. Iun. & cum ſen-
tentia ſit valida, & iuſta, indè ceſſat læſio,
4 ſine qua non datur reſtitutio in integrum
cap. 1. vbi Abbas num. 2. de reſtit. in integr.
deciſ. 323. num. 1. coràm Buratto deciſ. 70.
& deciſ 94. vtrobiquè num. 2. coràm Dura-
no deciſ. 616. num. 19. coràm Bichio.

Nequè nullitas ſententiæ pœnitùs cæ-
teroquin excluſa ex ipſa Actorum reuo-
lutione, deduci poteſt, eò quià Formalia-
rij vocati ad fideicommiſſum, de quo agi-
tur, egerint præuentiuè, & antequàm ca-
5 ſus venerit purificationis fideicommiſſi
eorum fauore, quod improbatur *l. Liti-*
gantes §. fin. ff. de recept. arbitr. l. facta §. ſi
ſub conditione ff ad S. Conſ. Trebell. cum
alijs adductis in deciſ. 216. num. 2. & 3.
part. 19. Tùm quià iudicium motum præ-
cisè non fuit per Formaliarios ſuper præ-
uentiua declaratione Iuris ipſis compe-
tentis in caſu obitus ſine Filijs Antoniæ
hæredis grauatæ, ſed ob caducitatem ab
eo incurſam alienando res fideicommiſ-
ſarias contrà præceptum Teſtatoris. Tùm
etiàm quia licitum eſt fideicommiſſario
præuentiuè agere ad declarationem ſui
Iuris, quando vt in caſu grauatus dilapi-
6 dat bona fideicommiſſaria in euerſio-
nem fideicommiſſi *l. Imperator ff. ad S. Conſ.*
Trebell. Peregr. de fideicom. art. 41. num. 5.
& ibi Cenſal. Caſtill controu. lib. 5. controu.

93. §. 14. *num.* 24. *Rot. deciſ.* 828. *num* 8.
& 9. coràm Danoz. Iun. & deciſ. 216. *num.*
6. *part.* 19.

Minùs iniuſtitia deduci valet, ex quo
Actoribus petentibus immiſſionem quam-
uìs probauerint extrema requiſita in hoc
Iudicio vigore *l. fin. C. de Edict. Diu. ad*
tollen. exiſtentiam nempè, & purificatio-
nem, poſſeſſionem, tàm ex parte fideicom-
mittentis, quàm rei conuenti, & identita-
tem Bonorùm: obſtet tranſactio cum Mo-
nario facta ab Antonia hærede grauata.
7 Etenim tranſactiones hæredum grauato-
rum non nocent ſucceſſiuè vocatis ex pro-
pria perſona, præſertim dimiſſis Bonis fi-
deicommiſſarijs pœnès extraneum, vt in
caſu *Peregrin. de fideicom art.* 40. *nu.* 123.
& art. 52. *num.* 81. *Molin. de Primog. lib.*
4. *cap* 9. *num* 7. *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.* 562.
num. 1. *&* 14. *Rot. deciſ.* 267. *num.* 4. *&*
ſeq. & deciſ. 312. *num.* 2. *coràm Royas deciſ.*
286. *num.* 23. *coràm Cerro deciſ.* 337. *num.*
13. *&* 14. *part.* 5. *& deciſ.* 196. *num.* 4. *&*
5. *part.* 18. niſi probetur factas fuiſſe bo-
na fide, de quo in *l. cùm hæreditas* 36. *vbi*
Caſtren. num. 2. *ff. ad S. Conſ. Trebell. Pere-*
grin. art. 52. *num.* 88. *Mantic. de tacit. lib.*
26. *tit.* 4. *nu.* 20. *deciſ.* 123. *nu.* 6. *part.* 10.
deciſ. 65. *nu.* 3. *part.* 11. *& dicta deciſ.* 196.
n. 6. de qua in præſenti caſu non conſtat.

Neq; ad ſubſtinendam tranſactionem, &
fuiſſe bona fide initam, & ad repellendos
8 Formaliarios Actores à petita immiſſione
meretur adduci, quod Barbara eſſet do-
tanda de Bonis fideicommiſſarijs: Ideo-
que prædium ei pro dote aſſignatum libe-
rum euaſiſſe à Vinculo fideicommiſſi ex
Auth. res, quæ C. comm. delegat. Rot. deciſ. 43.
num. 3. *coram Santiſsimo Domino Noſtro dec.*
41. *nu.* 7. *coram Bichio.* Quoniam dos fuit
incongrua, & exceſſiuè calculata in toto
Prædio, de quo agitur, cùm ſola medietas
9 illius ſufficiens fuiſſet pro congrua dota-
tione habito reſpectu ad ſolitum familiæ
vtriuſque Coniugis earumque qualitatem,
quod prò congruitate dotis attenditur *l.*
quæro ff. de iur. dot. Ideoque aſſignatio ne-
quit ſubſtineri in præiudicium fideicom-
miſſi in eo, quod excedit congruitatem do-
tis *Mareſcott. var. lib.* 2. *cap.* 69. *num.* 26.
Fuſar. conſ. 117. *Maceraten. var. reſol. lib.* 2.
reſol. 60. *caſu* 48 *Rot. deciſ.* 837. *num.* 14.
cum ſeq. coram Dunoz. Iun. deciſ. 427. *nu.* 2.
& ſeq. part. 4. *diuerſ.*

Dòtem vero fuiſſe incongruam, & ex-
ceſſiuam in toto prædio, de quo agitur:
Probatur, quia calculato eius valore in
10 lib. 16000. vt prætendit Monarius reus
conuentus, & calculatis alijs bonis liberis
aſcendentibus ad libras 6000. quæ paritèr
in dotem eidem Barbaræ aſſignatæ fue-
runt, patens fit, vt iſta bona libera iuncta
medietate eiuſdem Prædij ſatis fuiſſent
prò congrua dotatione dictæ Barbaræ tàm
inſpecta qualitate vtriuſque Coniugis,
quàm ſolito vtriuſque familiæ.

Et profecto inſpecta qualitate Barba-
ræ, nàm Pater eius duxit in Vxorem Iu-
11 liam cùm ſola dote libr. 5550. *Sum. Acto-*
rum num. 10. Antonia eius conſobrina nu-
pſit cum dote libr. 1700. & ipſamet Bar-
bara primas nuptias contraxit nulla con-
ſtituta dote primo Marito. Reſpectu ve-
rò Monarij in eius familia dotes non
fuerunt conſtitutæ in maiori quantitate,
quam libr. 8000. & licèt Ipſe primas nu-
ptias contraxerit cum dote libr. 14000. ta-
mèn comperto, quod Bona in dotem tra-
dita erant obnoxia fideicommiſſo dos fuit
congrua reputata in medietate conſtante
lib. 7000.

In nihilo refragante exagerata nobili-
tate Coniugum, nàm quoad Barbaram
12 nobilitas illius excluditur ex mechanicis
operibus ab eius Auo, & Patre reſpectiuè
exercitis, & idipſum comprobant nuptiæ
à Carolo Patre Barbaræ contractæ cum
muliere ignobili, & ſola dote libr. 5550.
nèc nobilitas Barbaræ probata dici po-
teſt, ex quo ipſa habeat cognomen de Ar-
rengheria, quod eſt cognomen nobilis fa-
miliæ Bononienſis, cum ſola ſimilitudo co-
gnominis non docto de Identitate familiæ,
& deſcendentiæ non habeatur in conſide-
ratione ad probandam nobilitatem *Card.*
de Luc. de dot. diſc. 100. *num.* 3. *& in ſup-*
plem. part. 1. *de feud. diſc.* 133. *num.* 24. *Rot.*
deciſ. 25. *num.* 29. *& ſeq. part.* 7. *& in Ro-*
mana Cappella 5. *Maij* 1688. §. *quandoqui-*
dem controuerſia coram me.

Quò verò ad nobilitatem Monarij ma-
riti, quam ex doctoratu in vtroque Iure, &
Mathematicis ſcientijs ſibi comparaſſe ia-
ctat Dominis tanta viſa non fuit, vt in
euerſionem fideicommiſſi, dos adeò exceſ-
ſiua ei foret conſtituenda.

Quæ omnia concernentia exceſſiuita-
tem dotis in toto Prædio, & congruitatem
in

Digitized by Google

in ſola medietate vna cum alijs bonis liberis, eò magis clariora redduntur ſi attendatur valor Prædij in libris 24000. quàm appretiatum fuit de anno 1591. *Sum. Actorum num.* 17. à qua æſtimatione parùm diſcrepat moderna relatio Periti ab eiſdem Actoribus adducta æſtimantis illud in libris 22000. *dicto Summario num.* 18.

Et ità vtraque &c.

R. P. D. PRIOLO

Romana Trebellianica.

Luna 15. *Ianuarij* 1691.

A Sententia R. P. D. Seueroli lata de Voto huius noſtri Auditorij inter D. Marchioniſſam Hieronymam, & D. Co. Alexandrum agentem, tàm nomine proprio, quàm D. Franciſci eius filij, in qua non curata exceptione Iudicij præuentiui, declaratum fuit, Palatium, localia, cæteraque mobilia comprehendi in reſtitutione fideicommiſſi, & Trebellianicam non deberi; fuit mihi commiſſa cauſa in gradu appellationis; Quamobrem cum de more propoſuerim conſuetum dubium; An ſententia lata de Voto Rotæ eſſet confirmanda, vel infirmanda, quia ſub die 11. Decembris proximè præteriti nulla capi potuit reſolutio ob grauitatem materiæ, & nimiam molem ſcripturarum, cauſa denuò repropoſita in hodierna audientia, DD. pro confirmatione ſententiæ reſponderunt, conſtito de illius validitate, & Iuſtitia, quamuis vtraque fuiſſet impugnata à Scribentibus pro Marchioniſſa.

De validitate enim conſtare viſum fuit ex reuolutione actorum, non obſtantibus duabus nullitatibus exaduerſo deductis; Prima quod cum pro parte Marchioniſſæ expreſsè proteſtatum fuiſſet non eſſe locum Iudicio præuentiuo, non potuiſſent aſſumi merita cauſæ, niſi priùs terminata cognitione ſuper hac exceptione, quæ litem perimebat; Altera quod poſt exhibitum Votum Rotæ ſtatim exequuta fuerit citatio coram Auditore Sanctiſſimi, quæ æquiualet appellationi, itaùt ſi poſtea idem Auditor remiſerit Partes ad Rotam in gradu appellationis, ſequitur, vt ea admiſſa, non potuerit R. P. D. Seuerolus ſuam ferre ſententiam citrà labem nullitatis, & attentatorum.

Neutra tamen ſubſiſtit, non prima deſumpta ex proteſtatione facta per Marchioniſſam, quia cùm cognitio Iudicij præuentiui non fuerit promota per viam actionis, ſed tantùm excipiendo, Marchioniſſa ſe oppoſuerit, nè illud promoueretur; hæc exceptio non eſt peremptoria, nec minùs excluſiua iuris Agentis, ſed ſimplex dilatoria, ideoque ſatis eſt,
13 quod illa fuerit per plures deciſiones examinata, vt attenta illius irreleuantia, benè DD. procedere potuerint ad merita cauſæ citrà neceſſitatem pronunciandi etiam ſuper hac exceptione, ad *Text. in cap.* 1. *de ordin. cognit. ibique Gloſſ.* & communiter Scribentes; quibus eſt vniformis praxis noſtri Tribunalis *coram Gregor. deciſ.* 470. *num.* 5. *& ſeqq.* quam referendo ſequuntur *Grat cap.* 394. *nu.* 32. *cum ſeqq. Tondut. de præuent. part.* 1. *cap.* 15. *num.* 18. *& ſeqq. Fontanell. deciſ.* 71. *nu.* 18. & comprobant *Spad. conſ.* 285. *num.* 8 *& 9. lib.* 2. *Cappon. diſcept. forenſ.* 352. *num.* 18. *cum ſequen. Carleual de Iudic. lib.* 1. *tit.* 2. *diſp.* 5. *num.* 30. *Rot. coram Coccin. deciſ.* 1680. *num.* 82.

Altera nullitas ſublata fuit ab ipſo facto, nam attento recurſu ad Sanctiſſimum, eius Auditor mandauit ſuperſederi, & in hoc ſtatu citatio habebat vim quaſi appellationis, ſeù ſuſpenſionis, ſed quia aperto poſtmodùm termino proſeruato de ordine Sanctiſſimi ſublatum fuit quodcumque impedimentum, perindè habetur ac ſi citatio facta non fuiſſet, tanto magis quia cauſa remiſſa fuit, non retardata illius expeditione.

Prætèr has nullitates Informantes prò Marchioniſſa iterùm repetebant exceptionem Iudicij præuentiui deſumptam ex illa regula, quod hæres fideicommiſſarius non poteſt agere ante diem, nè iudicium reddatur eluſorium, maximè quia ad Iudicem non pertinet tractus futuri temporis, & ſuper Iure conditionali, cuius dies adhùc non venit, Iudicium non admittitur, ad *Text. l. litigatores ff. de recept. arbitr. & l. quia* §. *primo ff. de legat.* 2. cum alijs pluribus relatis à *Rot. in recent. deciſ.* 216. *num.* 1. *cum ſeqq. part.* 19.

Verùm DD. hanc quoque exceptionem inſubſiſtentem crediderunt; Nam ea, quæ

adducta ſunt contra Deciſiones Reuerendiſſimi Decani firmant quidem regulam, quod hæredi ſubſtituto non liceat agere ante diem, quotiès agitur de reſtitutione, vel declaratione fideicommiſſi, non tollunt tamèn limitationem deſumptam ex natura Iudicij, in quo caſu nos verſamur; nam cum Co. Alexander prȩuiderit, Marchioniſſam, ſi non directè, ſaltèm indirectè, mediantibus alienationibus poſſe
14 Trebellianicam detrahere, & huiuſmodi voluntatem deſumpſerit ex actibus per eam geſtis poſt adeptam hæreditatem, eximendo Bona à vinculo fideicommiſſi, exigendo ab hominibus Caſtri Cerueteris Iuramentum fidelitatis pro ſe, ſuiſque ſucceſſoribus, & quamcumque portionem ſibi quomodolibet competentem reſeruando, potuit itaque ad euitandam huiuſmodi alienationum poſſibilitatem inſtare prò declaratione, nè Trebellianica debeatur, ea potiſſimum ratione, quia cùm hæredi grauato per *Text. in l. Marcellus §. res quæ ff. ad Trebell.* permiſſa ſit facultas alienandi Bona fideicommiſſaria, eaque in Trebellianicam imputandi, ſicuti hæredi grauato licita eſt detractio Bonorum antè tempus reſtitutionis, ità quoque licere debet hæredi ſubſtituto præuentina oppoſitio non detrahendi, quia quotiès datur actio, ità ſtatim debet etiam oriri exceptio, iuxta illam regulam, de qua *in l. ſancimus C. in quibus cauſ. reſtit. in integr.* ibi -- *Melius eſt intacta Iura ſeruari, quàm poſt vulneratam cauſam remedium quærere*, & in pun.10 *Petra de fideicom. quæſt.* 10. *num.* 27. *& ſeqq Card. de Luc. de Iudic. diſc.* 16. *n* 14. *cum ſeq Hodiern. ad Surd. deciſ.* 120. *num* 8. *Rot. coram Dunoz deciſ.* 828. *num.* 9. *& alij citati in deciſ* 13. *Maij* 1689. §. *Mouit coram Reuerendiſs. D. meo Decano.*

Quo circa non obſtant argumenta deducta à Defenſoribus Marchioniſſæ; non primum deſumptum ex *Text. in l. quia* 4. *ff. ad Trebell. in §. ſed quia Inſtitut. de fi-*
15 *deicom. hæred.* quia ibi cenſuerat Senatus, vt ei, qui rogatus eſſet hȩreditatem reſtituere, perindè liceret quartam partem retinere, ex hoc arguebatur, vt propria ſignificatio huius verbi retinere percuteret tempus reſtitutionis, non aditionis ex traditis per *Caphal. conſ.* 189. *nu.* 25. *lib.* 2. *& conſ.* 320. *nu.* 37. *lib.* 3. *Coccin. deciſ.* 271. *num.* 1. ſed DD. veriùs viſum fuit, quod Trebellianica ſit præmium aditionis, & periculi, quod ſubit hæres adeundo, vt probatur ex *Text. in d. §. ſed quia*, ibi -- *Sed quia hæredes ſcripti cum aut totam, vel penè totam hæreditatem plerumque reſtituere rogabantur, hæreditatem ob nullum, vel modicum lucrum adire recuſabant, atque ob id extinguebantur fideicommiſſa, Senatus Cenſuit, vt ei, qui rogatus eſſet hæreditatem reſtituere, perindè liceret quartam partem retinere* -- *& in dicta l. quia quarta ff. ad Trebell.* ibi -- *Cum alieno periculo adierit hæreditatem omni commodo arcebitur*; ex quibus iuribus planè deduci videtur, quod Trebellianica inducta ſit, vt inuitentur hæredes ad adeundum, & in prȩmium periculi, & incommodi, quod adeundo ſubeunt, & ità in noſtris terminis explicant, *Vallenſ. Inſt. Canonic. de Teſtam.* §. 3. *verſ. attamen veriùs cum ſeqq. Gobb. conſult.* 80. *n.* 55. *&* 67. quod etiam mirificè comprobatur ex præcitata *l. Marcellus §. reſque*; Cum enim ibi permittatur hæredi alienatio in hanc quartam etiã ante tempus reſtitutionis imputanda, certum vtique videtur, quod Ius detractionis ab aditione, non à reſtitutione originem deſumat, vt conſiderant *Grot. in l. filius fam. ff. de legat.* 2. *Rot. coram Caual. deciſ.* 20. *per tot.* quam commendat *Cyriac. contr.* 407. *num.* 23. *& ſeq. Grat. cap.* 265. *num.* 24. *& ſeqq. Fontanell. de pact. nupt. gloſ.* 1. *part.* 2. *num.* 49. *Mart. de ſucceſſ. legal. par.* 4. *q.* 21. *art.* 10. *num.* 71. & plenè diſcuſſo articulo, *Gobb. d. conſult.* 80. *per tot.* Ex quo infertur, quod hoc iudicium non ſit præuentiuum, ſed præſentaneum ad impediendas, ſcilicèt alienationes, quas ex iure iam nato, & exiſtente D. Marchioniſſa facere potuiſſet, & poſſet, ſi Trebellianica ei prohibita non eſſet.

Minùs releuat alterum obiectum deſumptum ex remedio cautionis, quæ cum ſit à legibus præordinata ad ſuccurrendum hæredi ſubſtituto pro euitanda alienationum poſſibilitate, dicebatur, quod dum habe-
16 tur in Iure remedium ordinarium aſſecurationis, non erat intentandum illud extraordinarium præuentiuè agendi ex allegatis per *Mart. de ſucceſſ. legal. part.* 4. *quæſt.* 22. *art.* 9. *num.* 4. Reſponſum quippè fuit, quod cum cautio propriè præſtari ſoleat in iuribus conditionalibus, & habentibus tractum temporis de futuro; non intrat in caſu præſenti vbi ius eſt præſentaneum,

neum, vt mox probatum fuit; & non agitur de reſtitutione fideicommiſſi, de quo caſu loquitur *Marta* ſuperiùs laudatus; Et demùm quia aſſecuratio nullum maius tribuit, quam quis habet in tota, vel in parte hæreditatis; Eſſet proindè diſputandū pro qua rata Marchioniſſa cauere teneretur, & ità perneceſsè ſemper recurreret quæſtio Trebellianicæ.

Denique non obſtant prætenſæ euentualitates forſan tractu temporis contigibiles, quia vltrà quod contrà illas inſimul ſumptas militat reſponſio ſuperiùs data, quod non verſamur in iudicio præuentiuo,
17 & dependente à cōditione in futurùm purificanda, ſed Ius eſt iàm natum, & exiſtens, itaut Iudicium minimè reddi poſſit eluſorium, inſuper aduertebatur ſingulariter contrà illas, quod non releuat prima, quod D. Franciſcus, & illius filij poſſent deficere adhùc ſuperſtite Marchioniſſa, quod etiamſi ex Teſtamento deſumi poſſet talis euentualitas, de qua modò non eſt quærendum, eſſet adeò difficilis, vt ex hac nimis remota poſſibilitate Iudex nō debeat reijcere recurſum ſubſtituti pro reparatione Imminentis periculi, *Peregr. de fideic. art. 41. num. 7. verſ. 7. & Barbat. eodem tract. part. 1. cap. 5. num. 16. Caſtill. deciſ. 17. num. 20 & ſeqq.* Quotiès enim conſtat de aliquo præiudicio ſubſtituti, & fideicommiſſum eſt litterale, non ſunt faciendæ adeo ſubtiles inueſtigationes, *Rot. coram Dunoz. d. deciſ.* 828. *num.* 8. *& ſeq.*

Eiuſdem irrelenantiæ ſunt aliæ duæ, tranſitus Marchioniſſæ ad ſecunda Vota, vel eius Monachatus; Prætermiſſo enim, quod non eſt veriſimile illam velle renunciare adeò pingui legato ſcut. 12. mil. annuorum, necnon vſui Palatij, Mobilium, & localium, & adminiſtrationi totius hæreditatis; quia tamen talis determinatio pendet ſolummodò ab eius animo, & ità poſſet ſub tali incertitudine Iudicem detinere, & interim Parti inferre præiudicium, ideò tales poſſibilitates tamquàm incertæ non ſunt attendendæ, cùm lex adaptetur ijs, quæ frequenter, & facilè, non ijs, quæ raro eueniunt, vt in *l. ex ijs, & l. nam ad ea ff. de legib.*

Sed dato, non tamen admiſſo, quod tale Iudicium eſſet præuentiuum; poſſet de-
18 mùm ſuſtineri, nedùm ex iactationibus, ſed etiam ex actibus à Marchioniſſa patratis; Exemptio enim bonorum à vinculo fideicommiſſi, præſtatio Iuramenti fidelitatis exacta ab hominibus Caſtri Ceruecteris pro ſe ſuiſque Succeſſoribus, reſeruatio cuiuſcumque portionis ſibi quomodolibet competentis, videntur præſeferre animum detrahendi Trebellianicam, cùm in aliam cauſam minimè referri valeant ex allegatis *in vtraque deciſione Reuerendiſſimi D. mei Decani, prima nempè §. Ceterùm cum ſequenti, & in alia §. Cum etiam.*

Nec dicatur quo ad iactationes, quod illæ debeant eſſe expreſsè probatæ, & præ-
19 ciſè ad hunc effectū emiſſæ; Nam *Ridolph. in prax. par. 3. cap. 3. n. 108. de Luca de Iuriſd. diſc. 73. n. 6. Couarr. variar. reſol. lib. 1. cap. 18. n. 3. Capyc. latr. conſult. 114. n. 27. lib. 2.* affirmant, non eſſe neceſſariam probationem iactationum, quotiès cumulatum fuit vtrumque remedium, prout hic, *l. Diffamari, & l. ſi contendas ff. de fideiuſſ.* imò prò ſufficienti, & expreſſa probatione admittitur ſolus recurſus ad Iudicem, vt monet *de Luc. de iudic. diſc. 16. n. 2. & d. diſc. 73. n. 6. in fin.* qui teſtatur de ſtylo Curiæ.

Quo vero ad actus emiſſos ad Marchio-
20 niſſa non iuuat illorum retractatio, quia cùm hæc emanauerit poſt conteſtationem Iudicij, de quo tempore dicitur initus quaſi contractus inter Collitigantes, non licèt ab eo reſilire, niſi de communi Partium conſenſu, *Barboſ. in l. Conſtante 25. §. fin. ff. ſolut. matrim. Salgad. in labyr. credit par. 3 cap. 16. num. 26. cum ſequen. Carleual. de Iudic. lib. 1 tit. 2. diſput. 1. num. 12. Rot. in recen. deciſ. 522. num. 5. & ſequen. part 14.* vel ſaltèm poſt talem retractationem fuiſſet neceſſaria effectiua ceſſio litis, vt illa ſuffragari poſſet, *Tondut. de præuent. par. 1. cap. 6. num. 1. & ſeqq.*

Nec Marchioniſſæ prodeſſe poteſt be-
21 neficium *Statuti Vrbis lib. 1. cap. 151.* itaut tamquàm læſæ ab huiuſmodi actibus competat reſtitutio in integrum; Quia illa, vt reſponſum fuit per Co. Alexandrum, non fuit petita, & petita nō releuaret, nàm proteſtatio Marchioniſſæ ſuper reiectione Iudicij præuentiui non fuit reiecta ex aliquo præiudicio, alioquin illatò ab huiuſmodi actibus, ſed quia vti ſimplex dilatoria non poterat retardare actionem præuentiuè agendi, quo ſanè caſu non admittitur reſtitutio in integrum, *Oldrad. de reſtit. in integr. par. 1. quaſt. 20. num. 24.*

Cen-

Cenſuerunt etiam Domini ſententiam eſſe iuſtam in meritis, quia ex verbis, & toto contextu Teſtamenti plures eliciuntur coniecturæ, quæ ex Voluntate Teſtatoris Trebellianicæ prohibitionem inducunt. Non negabant Scribentes ex aduerſo, quod etiam ex coniecturis prohibitio hæc induci poſſit, iuxtà communem Doctorum ſententiam, ex relatis in prima deciſione Reuerendiſſimi Domini mei Decani, & in hodiernis ſcriptis per Informantes, ſed dicebant coniecturas exigi tales, quæ inferant pernecesſè, itaùt in alium ſenſum, quam prohibitionis Trebellianicæ, neque per poſſibile trahi poſſint, ad hoc magnum Doctorum numerum allegantes. At verò Domini hoc aſſumptum non ita rigidè admittebant, ſed ex mente ipſorummet Doctorum, qui allegabantur, ita temperandum eſſe, vt coniecturæ debeant quidem eſſe vrgentes, & pernecesſè concludere, non tamen ea neceſſitate, quæ excludat omne poſſibile in contrarium, ſed ea tantùm, quæ moralitèr iuxtà veriorem, & magis rationabilem intelligentiam captiuet animum Iudicis ad credendum, quod Teſtator voluerit Trebellianicam prohibere, aliàs daretur manifeſta implicantia
22 in terminis, ſi admitteremus, quod hæc prohibitio induci poſſit ex coniecturis, quæ non ſunt motiuum ſcientificum, ſed opinatiuum, non aperta veritas, ſed ſigna latentis veritatis, non propria, & directa probatio, ſed ſuppletiua, & veriſimilis, proùt hæc omnia latè probat *Mantic de coniect. lib. 1. tit. 1. num. 10. cum ſeqq. Menoch. de præſumpt. lib. 1. præſumpt. 7. num. 26. & ſeq. Rot. coram Merlin. deciſ. 228. nu. 28. & in recent. deciſ. 61. num. 14. part. 14.* & nihilominùs eodem tempore exigeremus probationem ita pernecesſè concludentem, vt tranſiret in euidentiam, excludendo omne poſſibile in contrarium, fruſtrà enim in claris coniecturæ requiruntur, vt inquit *Text. in l. ille, aut ille ff. de legat. 3.* & notat *Gloſſ. in l. apud antiquos §. primo verb. conſectura Cod. de furt. & Bald. in l. Ciues in principio Cod. de appellat.*

Idque comprobabant Domini ex ipſa mente Doctorum, qui dum deſcendunt ad ſpecies, contendunt inter ſe in qualibet coniectura admittenda, vel reijcienda, vt
23 videre eſt apud *Mantic. lib. 7. tit. 10. per tot. Gabr. commun. opin. tit. de Trebellian.* per plures quæſtiones, *Craſſ. recept. ſentent. eodem tit. quæſt. 4. & ſeqq.* ac cæteros omnes pro D. Marchioniſſa laudatos. Ita ſi Teſtator ſubſtituat in tota Hæreditate, vel mandet totam reſtitui, non deſunt plures magni nominis Doctores, qui defendunt non inde deduci poſſe prohibitionem Trebellianicæ, quos latè recenſet *Mantic. dicto tit. 12. num. 13. lib. 7. Peregrin. de fideicommiſſ. art. 3. num. 57. Mangil. de imputat. quæſt. 115. num. 30. Carual de vtraque quar. part. 2 num. 73.* vel quia illa totalitatis nota poteſt intelligi appoſita ad differentiam Partis, vel quia cum fideicommiſſum vniuerſale de ſui natura totam hæreditatem complectatur, expreſſio eius, quod tacitè ineſt, nihil operetur, & nihilominùs iuxta communem DD. ſententiam receptum eſt, quod ex illa totalitatis expreſſione inducta cenſeatur prohibitio Trebellianicæ, *Mantic. dicto lib. 7 tit. 12. n. 13. verſic. ſed communis, Add. ad Buratt. deciſ. 480. num. 18. Rota coram Vbald. deciſ. 92. nu. 3. cum ſeq. & in recent. deciſ. 453. num. 3. verſic. & quod Teſtator part. 1.* Ita pariter ex perpetua prohibitione alienationis
24 iuxta communem traditionem cenſetur prohibita etiam Trebellianica, vt firmat *Rota coram Coccin. deciſ. 253. & deciſ. 300. per tot. & in recent deciſ. 226. part. 5.* repetita *coram Merlin. deciſ. 383 vtrobique nu. 14. & deciſ. 131. num. 12. part. 17.* & nihilominùs certum eſt, quod dicta prohibitio alienationis plures alios operatur effectus, quos nouiſſimè recenſet *Altograd. conſ. 69. num. 26. cum ſeqq. lib. 2.* & præcipuè illum, vt ſubſtitutus vindicare poſſit bona alienata, etiam in vita ipſius Grauati alienantis, vt ex *Bald. in l. cum à Matre num. 4. ff. de rei vindicat.* firmat *Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 717. num 9. Magon. deciſ. 92. num. 35.* Rursùs prohibitio legitimæ toto Cælo diſtat in Iure à prohibitione Trebellianicæ, & ſuum peculiarem habet effectum, & tamen à prohibitione legitimæ ad prohibitionem Trebellianicæ ex maioritate rationis infert. *Rot coram Seraphin. deciſ. 570. num. 6.* ex quibus, aliiſque plurimis, quæ afferri poſſent, exemplis DD. concludebant non requiri coniecturas, quæ excludant omne poſſibile in contrarium, neceſſitate euidenti, & quæ in alium ſenſum trahi non poſſint, nec alium prorsùs operari poſſint effectum, ſed eas ſufficere, quæ

quæ concludant perneceſsè moraliter, &
ſecundum veriorem intellectum moueant
animum Iudicis ad credendam prohibi-
tionem Trebellianicæ, & ita pariter viſum
fuit, non obſtare deciſiones exaduersò de-
ductas, quia licèt illæ exigant coniecturas
neceſſariò concludentes, & cuiuſcumque
alterius interpretationis excluſiuas, in-
telligendæ tamen ſunt iuxta ſenſum ſupra
relatum, vt nempè neceſſariò concludant,
ſed neceſſitate morali, & non trahantur
in alium ſenſum minus verum, & rationa-
bilem; & ita conciliari videntur omnes au-
thoritates, & deciſiones exaduersò alle-
gatæ ex ijs, quæ firmant *Roman. in auth.
ſimiliter num. 109. verſ. quarto quia C. ad
leg. falcid. Caſtill. controuerſ. lib. 5. cap. 86.
num. 48. Molin de Primogen. lib. 1. cap. 17.
num. 16. Merlin. de legit. lib. 1. tit. 3. quæſt.
1. num. 26. Clar. in §. Teſtamentum quæſt.
62. num. 4. in fin. Petr. de fideicommiſſ. quæſt.
15. ſub num. 154. Gabr. ad Trebellian. con-
cluſ. 2. verſ. contrarium; Vrceol. conſult. 6.
num. 4. Gudellin. de Iur. nouiſſ. lib. 2. cap 11.
num. 8. Marin. ad Reuerter. deciſ. 100. num.
3. Criſtin. deciſ. Belg. 204. num. 11. lib. 5.*
& latè *de Luca de detract. diſcurſ. 32. in fin.*
His itaque præmiſſis, & retento thema-
te, quod prohibitio Trebellianicæ deſumi
poſsit ex coniecturis neceſſarijs quidem,
ſed non ita concludentibus, vt tranſeant
in neceſſitatem euidentem talis efficaciæ
Domini crediderunt eſſe inferiùs recen-
25 ſendas, & ideò approbata fuerunt pro
prima coniectura verba illa, quæ in pro-
hemio Teſtamenti leguntur, *hò determinato
anch' Io col preſente mio Teſtamento eſprime-
re la mia volontà verſo tutte, e ſingole mie fa-
coltà; acciò ſecondo il mio volere ſiano dal mio
Erede diſtribuite, e reſtituite.* Cum enim
iſta verba, *tutte, e ſingole facoltà*, adiecta
ſint non ſolùm diſtributioni, ſed etiam re-
ſtitutioni ab hærede faciendæ; videtur
hinc deſumi neceſſaria illatio prohibitio-
nis Trebellianicæ; aliàs ſi detraheretur,
non omnes, & ſingulæ reſtituerentur, vt
enixè exoptauit Teſtator in toto contextu
ſuæ diſpoſitionis; ſicut præter citatos in
prima deciſione Reuerendiſſimi Domini
mei Decani firmat *Merlin. de legit. lib. 1.
tit. 3. quæſt. 1. num. 28. & Rota poſt ipſum
deciſ. 162. num. 15. cum ſeqq.*
Neque obſtat, quod huiuſmodi verba
non reperiantur in parte diſpoſitiua, ſeu
Ma-

mandante reſtitutionem hæreditatis, ſed
ſolùm in prohemio; Nam *in §. hac autem
auth. de hæredit. & falcid.* permittendo
prohibitionem falcidiæ, dicitur tantùm,
ſi expreſſim deſignauerit, non arctando Te-
ſtatorem circa locum, vel partem Teſta-
26 menti; Vnde cum Imperator *in §. diſpo-
nat, auth. de nupt.* iubeat, *quod vnuſquiſque
diſponat, vt dignum eſt, in ſuis, & ſit lex eius
voluntas*, & vlteriùs habeamus Textus ex-
preſſos, qui hanc ſcrupuloſam obſeruatio-
nem ſubſtulerunt, & tamquàm vitium, il-
lam emendarunt, *vt in §. ante hæredis, ver-
ſic. ſed quia inciuile, inſtitut. de legat. & l. ex
facto 35. §. rerum ff. de hæredit. inſtituend.*
& reſpondendo contrarijs exaduersò ci-
tatis, probat *de Luc. ad Franc. deciſ. 11. nu.*
4. dum itaque Teſtator poteſt in quacum-
que parte diſpoſitionis ſuam voluntatem
declarare, verba etiam in prohemio poſi-
ta, licèt non diſponant, ſunt ad iſtum effe-
ctum attendenda, cum influant, & decla-
rent totam diſpoſitionem, ad *Text. in leg.
fin. ff. de hæredit. inſtitut. & l. cum Pater §.
dulciſſimis ff. de legat. 2.* Eo magis quia
aliud eſt, quod nota totalitatis ſit appoſi-
ta in ipſa Inſtitutione, vel in alia parte
Teſtamenti, ex qua non inferatur ad reſti-
tutionem in quibus terminis loquuntur de-
ciſiones datæ in Summario Marchioniſſæ,
aliud verò eſt, quod nota totalitatis ſit
adiecta in ipſa ſubſtantia reſtitutionis,
prout hic; Tunc enim vbicumque illa re-
periatur, neceſſariò elicitur prohibitio
Trebellianicæ ex ſuperiùs allegatis.
27 Sicut neque facit, quod illa verba, *tut-
te, e ſingole* non importent totalitatem in-
tegralem, ideòque compatibilia ſint cum
detractione Trebellianicæ, cùm iſta de-
trahatur ex quacumque gleba, & ita par-
tes hæreditatis poſſunt eſſe eædem nume-
ro, ſed non integræ. Nam authoritates,
quæ pro hac opinione allegantur, loquun-
tur de verbo *omne*, latinè ſumpto, in quo
caſu cum reperiatur aliud verbum, nem-
pè totum, quod eſt magis totalitatis ex-
preſſiuum, benè potuerunt Doctores di-
ſtinguendo vni tribuere totalitatem inte-
gralem, alteri numericam, ſed nos verſa-
mur in Teſtamento italico idiomate con-
cepto, in quo ad exprimendam totalita-
tem, non habemus, niſi vnum verbum,
nempè, *tutte*; Quapropter benè diſtin-
guendo, firmatum fuit *in Fulginaten. fidei-
com-*

Digitized by Google

commiſsi 29. *Ianuary* 1685. §. *Ex quibus deduci cum alijs ſequentibus coram bo. me. Paulucio*, quod tale verbum, *tutte*, importet totalitatem integralem, & per conſequens prohibitionem Trebellianicæ, quæ quidem deciſio cum particulariter percutiat caſum noſtrum, eſt præferenda cæteris authoritatibus exaduersò allegatis, tamquàm alienis, eoque clariùs videtur in hoc caſu importata totalitas integralis ex illa verborum geminatione, *tutte, e ſingole*, quę demonſtrant non ſolùm enixam Teſtatoris intentionem de tota hæreditate diſponendi, ſed quod vlterius reſpexerit ad vniuerſalitatem, & particularitatem bonorũ, *Barboſ. clauſul.* 96. *num.* 1. *& ſeqq. Menoch. præſump.* 198. *n.* 19. *lib.* 4. *& Bald. conſ.* 461. *num.* 6. *lib.* 1. vbi notat, quod illa verba, *omnia, & ſingula*, important omnia ſimul, & quodlibet per ſe.

Corruit quoque aliud obiectum, quod
28 illud verbum *facoltà* in plurali conceptum deſignet quidem diuitias opes, & bona tamquàm quid particulare, non autem referri valeat ad hæreditatem, quæ eſt quid vniuerſale; quia hæc difficultas viſa eſt, ſapere nimiam ſubtilitatem, quæ à Iudice admitti non debet, qui ſemper attendit frequentiorem vſum loquendi, & ſicut in hac facti ſpecie agitur de vniuerſali totius hæreditatis diſpoſitione, ita verbum *facoltà* eſt recipiendum pro hæreditate iuxtà monitum *Gloſſ. in l. qui ſe Patris verb. facultates C. vnd. liber. cum ibi notatis per Dec. nu.* 13. *Corn. nu.* 4. *& Iaſon. nu.* 39. verba enim ſunt accipienda in eo ſenſu, quo magis demonſtrent proferentis intentionem, & præcipue quando tale verbum *facoltà*, habet annexa illa alia verba *tutte, e ſingole*, quia tunc euadit quid complexiuum plurium corporum, & ſimul iuncta totalitatem integralem important, ex firmatis *in dicta Fulginaten. fideicommiſſi* §. *ſed diuerſi, coram bo. me. Paulluccio*.

Pro ſecunda coniectura Domini conſiderarunt, quid poſt inſtitutam Marchioniſſam in omnibus bonis *con le conditioni, modi, e peſi infraſcritti*, illicò Teſtator in §. ſubſequenti præuia diligenti enumeratione mandauit quid, & quantum commodi Marchioniſſa eſſet perceptura ab eius hæreditate ibi -- *Di più in ogni miglior modo laſcio, che la detta Signora Marcheſa Girolama da tutta la mia Eredità prima d'ogn'altra coſa ſi pigli la ſua Dote, e di più il ſuo quarto dotale, e ſimilmente debba, e poſſa godere il Lutto, & anno vedouile, tutti i Mobili, Argenti, Gioie, Carrozze, Caualli, & il Palazzo, e dalli frutti della mia Eredità debba, e poſſa pigliarſi liberamente ſcudi* 12. *mila annui, e del reſtante di eſsi laſcio &c.* Dum itaque Teſtator deſignauit quid illa conſequi deberet ex proprietate, nempè dotem, quid in vſu, ſcilicèt Palatium vna cum Mobilibus, & denique quid in vſufructu, videlicèt ſcuta 12. mil. annua hæc ſanè accurata partium diſtributio demonſtrare videtur, quod Teſtator voluerit in hac diſtributione comprehendere ſolùm ea, quæ fuerunt expreſſa, & cætera non expreſſa remanere ſubiecta reſtitutioni faciendæ ad fauorem ſubſtituti; quod ſuadetur ex prohemio Teſtamenti, demandante diſtributionem, & reſtitutio-
29 nem *di tutte, e ſingole facoltà*; cùm vna pars Teſtamenti aliam declaret, ad *Text. in l. qui filiabus, & l. ſi ſeruus plurium* §. *fin. ff. de legat. primo, Rota in recent. deciſ.* 278. *num.* 6. *part.* 6. *& coram Coccin. deciſ.* 2064. *num.* 4.

Agnouerunt exaduersò Scribentes vim huius coniecturę, & prò reſponſione oppoſuerunt ea, quę in prima deciſione Reuerẽdiſſimi Decani habentur §. *Tertia quod Teſtator*: quod nempè hæc coniectura vim faceret, ſi Teſtator vſus fuiſſet verbis taxatiuis, quæ cùm minimè adhibita fuerint in caſu noſtro, non debet ex tali ſimplici diſtributione deſumi prohibitio Trebellianicæ, quæ exigit coniecturas vehementes, & neceſſariò concludentes.

Sed huic obiecto reſponſum fuit, quod in hac diſtributione à Teſtatore facta, non erant neceſſaria huiuſmodi verba taxatiua; cùm iam Teſtator in prohæmio explicauerit, ſe velle de omnibus, & ſingulis facultatibus ita diſponere, vt ab eius Hærede omnes, & ſingulæ diſtribuerentur, & reſtituerentur, & proindè ſequitur vt ea, quæ in diſtributione non reperiuntur, abſque vlla taxatiua, neceſſariò venire debeant in reſtitutione, ad *Text. in l.* 3. §. *Pollidius ff. de vſur. ibique Gloſſ. verbo tantùm*, & benè notat ibidem *Bald. nu.* 2. *Gloſſ. in l. cum quis* §. *mulier verb. cogitur ff. de dot. prælegat. Tondut. reſol. ciuil. cap.* 77. *nu.* 15. *cum ſeqq.* Eoque magis in caſu præſenti ob illa verba adiecta in eodem prohæmio,

ibi

Digitized by Google

ibi -- *ſecondo il mio volere*, quæ denotant Teſtatorem noluiſſe detrahi à ſuâ hæreditate niſi ea, quæ ipſe erat inferiùs in eodem Teſtamento diſtributurus.

Creſcit vis huius coniecturæ, ſi connectatur cum tertia, modo ſequenti; Vt enim magis cognoſcatur voluntas Teſtatoris adimendi omne aliud commodum Marchioniſſæ aduertendum eſt, quod poſt fa-
30 ctam diſtributionem in tota hæreditate, illicò Teſtator diſpoſuit de reſiduis fructibus eiuſdem hæreditatis, ibi -- *Del reſtante de' frutti, che auanzeranno della mia Eredità, debba farſi vn' altro moltiplico à fauore della Caſa, & Eredità Ruſpoli*; Si enim à Teſtatore mandatum fuit, reſiduales fructus, vltra legata deſignata, & multiplicum pro Domo Mareſcotta inueſtiri in alio multiplico pro ſubſtituto Domus Ruſpolæ; Profectò hæc limitata deſignatio fructuum pro Marchioniſſa, hæc aliorum fructuum ademptio, hoc deſiderium augendi, & multiplicandi hæreditatem pro ſubſtituto videntur vim intellectui facere, illique clarè ſuadere, quod ipſe, qui voluit adimere D.Marchioniſſe reſtantes fructus, vt augeretur hæreditas pro ſubſtituto, voluit quoque adimere Trebellianicã, per quam fieret non augumentum, ſed ingens diminutio Capitalis, vt punctualitèr firmant *Marcian. conſ.* 60. *nu.* 16. *Paſchal. de patr. poteſt. part.* 2. *cap.* 4. *nu.* 371. & admittit etiam *Gratian. cap* 888. *num.* 7. *cum ſequen.* licèt ex alijs circumſtantijs, quæ non militant in caſu noſtro, conetur euadere obiectum.

Augetur efficacia huius coniecturæ ex eo, quod ſi Teſtator voluit adimere fructus hæreditatis, qui regularitèr ſunt Hæredis, multò magis voluit adimere Trebellianicam, aliàs talis diſpoſitio Multiplici facta ſolùm fauore ſubſtituti (ſtatim enim ſequuta morte Marchioniſſæ ceſſare debebat) fuiſſet protsùs inutilis, nam ad quid inſeruire debuiſſet tale augumentum hæreditatis, ſi poſteà ab ea eſſet detrahenda Trebellianica cum notabiliori eiuſdem hæreditatis diminutione, vt de ſe patet.

Eò fortiùs quia in §. ſequenti prudens Teſtator præuidens, quod ex infortunijs contingibilibus poſſet dari caſus, quod fructus ſuæ Hæreditatis ità diminuerentur, vt non ſufficerent prò ſolutione pinguium legatorum, quæ fecerat, mandauit, hoc eueniente caſu, legata ceſſare iuxtà ordinem ſcripturæ, etiam in præiudicium dilectiſſimorum Fratruum, & dilectiſſimæ Vxoris, licet vltimo loco, huius enim legatorum ademptionis in caſu prædicto alia ratio aſſignari non poteſt, quàm illa, quod Teſtator voluerit capitale ſemper ſaluum, & integrum prò Subſtituto, quæ ratio cum ſit vnica habetur
31 prò expreſſa, *Gloſſ. in l. quamuis ff. de fideicommiſſ. cum alijs per Mantic. de coniect. lib.* 6. *tit.* 14. *num.* 20. & *Rot. in recent. deciſ.* 251. *num* 24. *part.* 8. & *deciſ.* 385. *num.* 28. *part.* 9. aduertendo vlteriùs, quod ſi Teſtator mandauit, ſolui legata ex fructibus, noluit igitur bona diminui, & ſic Trebellianicam detrahi, vt relatis *Craſ. & Mantic.* comprobat *Giouagnon. conſ.* 99. *num.* 17. *verſ. Additur lib.* 1.

Conabantur tamèn Scribentes exaduerſo ſuadere, quod ex ademptione fructuum nõ intelligatur prohibita Trebellianica, adducentes *Text. in l. in fideicommiſſaria* 18. *ff. ad Trebell.* ſed animaduerſum fuit, quod neque Textus, neque cæteræ authoritates ad id allegatæ applicabantur caſui noſtro; lex enim tantum firmat in reſtitutionem fideicommiſſariæ hæreditatis fructus non venire, niſi Hæres ſit in mora, vel ſpecialitèr rogatus fuerit etiam fructus reſtituere; & quatenùs lex prædicta accommodari poſſet concluſioni exaduerſo deductæ, recurreret reſponſio, quod
32 ille Textus loquitur de iure digeſtorum, quo tempore non poterat prohiberi Trebellianica, ideoque extendi non debuiſſet ad hæc noſtra tempora, vbi per Ius nouiſſimum conceſſa fuit prohibendi facultas, ità argumento deſumpto ex legibus antiquis, ratiocinantur *Caſtr. conſ.* 28. *num.* 5. *verſ. leges autem lib.* 2. *Petr. de fideicommiſſ. quæſt.* 15. *nu.* 198. *Mant. dicto tit.* 12. *nu.* 13. *verſ. ſed communis*, Ripa *in dicta l. in fideicommiſſaria num.* 22. & 32. & *Alex. in l. Baliſta ff. ad Trebell.* loquuntur de filijs primi gradus, quibus cum iuxtà eorum opinionem Trebellianica prohiberi nequeat, benè itaque firmant, quod ex prohibitione fructuum non cenſeatur prohibita, quia quod iam directè videtur prohibitum multò minùs indirectè fieri poteſt. Et demùm *Mantic. lib.* 7. *tit.* 10. *num.* 41. obiter attingit materiam, & ſicut ipſe ſuper hoc articulo tamquàm extraneo à materia, de qua agit,

agit, nullam firmat opinionem, ita illius authoritas non eſt magni facienda contra punctuales doctrinas ſuperiùs allegatas.

Demum Domini quartam coniecturam deſumpſerunt ex §. 16. ab illis verbis — *E con hauer ſempre mira alla conſeruatione, & al totale, e ſicuro adempimento di tutta la mia volontà, ben prego la ſudetta Signora Marcheſa, che al tempo della ſua morte, e per doppo detto tempo debba inſtituire, ſoſtituire, e reſtituire la mia Eredità*; Cùm igitur Teſtator in toto contextu Teſtamenti nil aliud ante oculos habuerit, quam diſponere de omnibus, & ſingulis facultatibus,
33 demandando illarum diſtributionem, & reſtitutionem; itaut eius hæreditas perueniret ad ſubſtitutum potiùs, aucta, quàm diminuta præuia ordinatione multiplici pro Domo Ruſpola, dùm hic pro coronide ſuæ diſpoſitionis repetijt illa verba totalitatis toties in Teſtamento adhibita, ex his clarè deſumitur nõ minùs totale adimplementum prærordinatæ diſpoſitionis, quam voluntatis, & proindè ſi in caſu præſeati detraheretur Trebellianica, per quã fieret conſiderabilis hereditatis diminutio, quomodo dici poſſet adimpleta tota voluntas, & diſpoſitio Teſtatoris circà reſtitutionem *di tutte, e ſingole facoltà*, quando habemus Textus affirmantes, quod hæres tunc pleniùs adimplet Teſtatoris voluntatem, ſi reſtituat hæreditatem abſque vlla diminutione, vt in *l. Debitorem* 20. *ff. quæ in fraud. Credit. vbi quod fideliter facit qui reſtituit, non retenta Trebellianica, & in l. ſi Sponſus §. Si quis rogat ff. de donat. inter vir. & uxor.* vbi loquendo de hærede non detrahente ſubdit; *quod hic enim verè fidem exſoluit voluntatem Teſtatoris ſequutus, & in l.* 1. *C. de falcid.* vbi dicitur, *quod heres ſeire debet ommiſſa falcidia pleniorem fidem reſtituendæ portionis exhibere*, & in idem quoque conſpirant, *Ciriac. contr.* 11. *num.* 28. *cum ſeqq. & Rota in Romana Falcidiæ* 16. *Iunij* 1688. *§. Cæterum coram R. P. D. meo Benincaſa* ibi enim firmatur, quod vbi hæres eſt granatus in omnibus, & per omnia adimplere Defuncti voluntatem, cenſetur ei prohibita quælibet detractio, vt ità pleniùs eius fidem exſoluat, cum quibus, ſi non verbis, ſaltèm in ſubſtantia conuenimus; nàm omnes ad vnum finem tendimus, nempè ad totale adimplementum voluntatis Defuncti.

Prætereà ad coadinuandas coniecturas ſuperiùs recenſitas conſiderata fuit etiam
34 extra Teſtamentum atteſtatio Aduocati Sabucci, qui cum eſſet Auditor, & intimus Familiaris ipſius Teſtatoris, & ſuum quoque præſtiterit conſilium, & operam in extenſione Teſtamenti; ei fides eſt adhibenda ad *Text. in l. Theopompus ff. de dot. prælegat. Gozad. conſ.* 3. *num.* 13. *&* 17. *cum alyſ relatis per Cirocc. diſcep.* 25. *num.* 37. *& ſeq. & in Romana Pecuniaria* 12. *Iunij* 1682. §. *Præmiſſo enim, coram bo. me. Pauluccio*.

Et quamuis hæc atteſtatio fundetur in fiducialitate à Rota iàm prætermiſſa, tamen quia continet Trebellianicam fuiſſe ex mente Teſtatoris tacitè prohibitam, non ideò minùs eſt attendenda ad patefaciendam illius voluntatem, de qua ſufficit quod quomodocumque conſtet ſiuè benè, ſiuè malè fuerit per extenſorem expreſſa, cum in ijs, quæ dependent à voluntate diſponentis opinio ſæpè præualeat veritati ad *Text. in l. qui loco* §. 1. *ff. de hered. inſtit. vbi Bald. Mant. de tacit. lib.* 3. *tit* 10. *num.* 1. *cum ſeq. Rota coram Merlin. deciſ.* 237. *n.* 21.

Ex his coniecturis præſertim ſimul iunctis Domini præ oculis habentes totũ contextum diſpoſitionis, quodque Teſtator in principio declarauit voluntatem ſuam ſubijciendi diſtributioni, & reſtitutioni omnia, & ſingula mox, deſignauit quantum commodi in proprietate, in vſu, & in vſufructu percipere deberet, ceteroſque fructus multiplicandos eſſe fauore ſubſtituti, vt ità hereditas ad eum non diminuta, ſed aucta perueniret, reſecatis etiam legatis, quatenùs fructus ex accidenti ad eorum præſtationem non ſufficerent, vt ſubſtantia ſalua, & integra foret, eiuſque voluntas integrum, & totale adimplementum ſortiretur; ex his, inquam, omnibus ſimul iunctis Domini exiſtimabant ità captiuari intellectum, vt inclinare nõ poſſit in alium ſenſum, quam in tacitam prohibitionem Trebellianicæ.

Non obſtant modo coniecturæ, quæ adductæ fuerunt pro illius detractione, quibus cum reſpondeant Informantes pro Comite Alexandro ſat erit ſextam euer-
35 tere. Hæc enim deſumitur ex diſcretiuo modo loquendi, quo Teſtator vſus fuit in §. 18. ibi — *Et in caſo, che detta Signora Marcheſa ſi Monacaſſe, ò rimaritaſſe, in tal caſo non poſſa godere altro, e nel reſtante di tutta*

l'Ere-

l'Eredità entri in luogo di detta Signora Marcheſa il detto Sig. Franceſco, e queſto in caſo, che detta Signora Marcheſa ſi monacaſſe, ò rimaritaſſe, e non in altro caſo. Cum igitur in his duobus caſibus tantum à Teſtatore grauata fuerit Marchioniſſa ad reſtitutionem totius hæreditatis, inferebatur exaduerſo, quod dùm in caſu obitus demandata non fuit integra reſtitutio hæreditatis, cenſeatur proindè in hoc caſu permiſſa detractio Trebellianieæ.

Aliquam vim faceret talis coniectura, ſi dimiſſio totius hæreditatis deduceretur ex his duobus caſibus tantùm; ſed cum tot, tantæque coniecturæ ſuperiùs expreſſæ illam ſuadeant etiam in caſu obitus, dicendum eſt, quod in quocumque caſu vna, eademque ſemper fuerit Teſtatoris intentio, idem enim eſt aliquid expreſsè dicere, & per æquipollentia ſe explicare, vt obſeruant *Surd. conſ. 426. nu. 30. & ſeq. Palm. Inn. alleg. 168. num 9. Rota coram Priol. deciſ. 350. num. 38.* vbi dicitur, quod clarior declaratio non tollit, quin præcedens diſpoſitio in ſuo genere perfecta non operetur.

Et pro totali remotione huius obiecti animaduerſum quoq; fuit, quod Teſtator in caſu binubatus, vel monacatus non iniunxit Marchioniſſæ reſtitutionem totius hæreditatis, ſed voluit, vt Franciſcus in eius locum ſubingrederetur *nel reſtante di tutta l'eredità entri*; vnde cum Marchioniſſa adhuc viuens eſſet priuanda in his duobus caſibus emolumento iàm acquiſito, quod valdè durius eſt, quàm poſt mortem hæreditatem reſtituere ideò prudens Teſtator adhibuit illam taxatiua, *e non in altro caſo*, ne de vno caſu ad alium omninò diuerſum fieret illatio.

Quoad alteram partem ſententiæ, in qua pronunciatum fuit Palatium vna cum Mobilibus venire in reſtitutionem fideicommiſſi, cum nihil contra eam oppoſitum fuerit, quam eadem exceptio Iudicij præuentiui, ſicut illam Domini reſpuerunt in parte præcedenti Trebellianicæ, ità in hac quoque inſubſiſtentem crediderunt ob eiuſdem rationis concurſum, nàm Co. Alexander in propoſitione huius articuli inſtetit dumtaxat pro declaratione, an huiuſmodi bona competant Marchioniſſæ in proprietate, vel in ſolo vſu, tali autem ſublata exceptione ex ſupradictis in prima parte hodiernæ Deciſionis, ea, quæ Iuris ſunt luculenter leguntur in duobus Deciſionibus Reuerendiſſimi Decani; cum quibus Domini tranſierunt.

Et ità cauſa bis propoſita, Partibus ſemper informantibus, reſponſum fuit.

R. P. D. VRSINO

Bononien. fideicommiſſi de Bauoſijs.

Veneris 16. Iunij 1690.

CVm Hieronymus de Bauoſijs plura corpora fideicommiſſaria q. Ioannis de Bauoſijs diſtraxiſſet in vita, nec non deſupèr immodico ære alieno grauatus deceſſiſſet relictis poſt ſe Franciſco, & Thoma Maria Filijs, & iſti paternum ſequuti exemplum alia Bona eiuſdem fideicommiſſi alienaſſent, ac etiàm non parua debita contraxiſſent, Creditores omnium prædictorum vſque de anno 1675. conuocarunt vniuerſale Iudicium Concurſus, & nedùm mandatum de aſſociando obtinuerunt ad Bona etiam fideicommiſſaria Ioannis, ad effectum percipiendi fructus ad ſui ipſorum commodum durante vita debitorum, ſed ſententiam etiam ſuper illorum graduatione.

Habita autem de his notitia à Vincentio Maria, alijs Filijs dictæ Thomæ ad fideicommiſſum Ioannis ex propria eorum perſona vocatis non ſolum in caſu obitus, ſed etiam in caſu cuiuſcumque alienationis Bonorum, vigore dicti fideicommiſſi inſtruxerunt Iudicium Immiſſionis coram Auditore Generali Bononiæ, & aduerſus Creditores Sententiam fauorabilem reportarunt, quæ licet reuocata fuerit per duas alias Sententias latas in Curia, hodiè tamen in gradu vlterioris appellationis habita; me proponente, diſceptatione, an conſtet de duabus, vel potiùs ſit danda immiſſio, & reintegratio reſpectiuè? Rota reſpondit negatiuè quoad priorem dubij partem, affirmatiuè verò quoad prætenſionem.

Cenſuit inquam, non conſtare de duabus, quia quoties Sententiæ ſunt iniuſtæ non faciunt numerum, non habet vim trium conformium, neque continentur ſub
36 diſpoſitione Statuti Bononienſis de duabus, quod intelligitur de Sententijs vali-

dis, ac iuſtis, vt alias dixit *Rota in dec.* 179. *num.* 1. *part.* 7. *recent.* & alibi paſſim.

In caſu autem preſenti Sententię in Curia latæ ſunt vndique iniuſtæ, quia denegant Vincentio Mariæ, aliiſque de Bauoſijs Actoribus immiſſionem, ac reintegrationem reſpectiuè ad Bona fideicommiſſa-
37 ria, quam hodie Domini eiſdem deberi exiſtimarunt. Quia conſtat de exiſtentia fideicommiſſi particularis de vocatione Fratruum de Bauoſijs in caſu cuiuſcumque alienationis Bonorum faciendæ per Anteceſſores hæredes, nec non demùm de caducitate incurſa per Franciſcum, & Thomam Mariam hæredes grauatos ob plures Bonorum fideicommiſſariorum diſtractiones, quibus concurrentibus denegari non poteſt Actoribus expræſsè in hoc caſu ſubſtitutis immiſſio ſuper Bonis obnoxijs dicto fideicommiſſo, nec non reintegratio ad Bona alienata *Rota coram Bich. deciſ. ibi num.* 1. *ac deciſ.* 251. *num.* 5. *& in recent. deciſ.* 79. *num.* 3. *part.* 19.

Exiſtentia quippè fideicommiſſi particularis reſultat ex Teſtamento de anno 1609. condito a Ioanne de Bauoſijs, in quo iſte Hippolitæ Vxori quam vſufructuariam hæredem reliquit, iniunxitque, vt credita exigenda, lucra negocij, ac fructus hæreditatis, quæ anno quolibet, detracta congrua ſui ipſius ſuſtentatione, ſupereſſent, per duodecim annos à die obitus Teſtatoris incipiendum inueſtiret in Bonis ſtabilibus, aliiſque effectibus tutis, & ſi ante annum duodecimum Hippolita obiret onus faciendi huiuſmodi inueſtimenta tranſtulit in perſonam Vincentij ex Thoma Bauoſio fratre conſobrino nepotis. Hæc autem Bona particulari fideicommiſſo ſubiecit, in quo primo loco vocauit dictum Vincentium, & poſt illius obitum pro æquis portionibus ſubſtituit eius Filios, & Deſcendentes maſculos legitimos, & naturales de vno in alium in infinitum reciprocè, actiuè, & paſſiuè ordine ſucceſſiuo vulgaritèr, & per fideicommiſſum, & caſu quo Vincentius decederet ſine Filijs maſculis, aut cum Filijs, & iſte ſine Filijs maſculis morerentur eorum vltimo ſubſtituit Hieronymum dicti Vincentij germanum fratrem, eiuſque Filios maſculos de vno in alium vſque in infinitum, & in omnibus, ac per omnia, prout diſpoſitum eſt ad fauorem d. Vincentij

Morientibus autem Hieronymo, aut eius filijs ſine filijs, qui poſt ſe liberos non relinquerent eorum vltimo ſubſtituit Franciſcum alium fratrem Vincentij, ac eius filios in infinitum, & deinde Ioannem Iuniorem, & demùm omnes alios vocatos ad eius fideicommiſſum vniuerſale, quod in eodem Teſtamento ordinauit, & in quo deficientibus legitimis, & naturalibus vocauit Baſtardos fœminis ſemper excluſis, & addito, ſeù repetito ſemper voto perpetuæ conſeruationis familiæ Bauoſiæ, cuius decori proſpicere ſe declarauit, & prout latius habetur ex Teſtamento dato in *Summario Actorum num.* 1.

Ex cuius diſpoſitione indubium ſanè reſultat fideicommiſſum abſolutum, perpetuum, & ſucceſſiuum, nedùm in linea Vincentij, in qua illius deſcendentes vocati leguntur per nomen collectiuum cum verbis perpetuitatem, & tractu futuri temporis importantibus, ac cum clauſulis, de vno in alium, reciprocè, actiuè, & paſſiuè, quæ non poſſunt verificari niſi per
38 fideicommiſſum progreſſiuum, ex traditis per *Fuſar quæſt.* 382. *num.* 56. *&* 66. *quæſt.* 379. *num.* 90. *& ſeq. Mart. de ſucceſſ. legal. part.* 1. *quæſt.* 21. *art.* 3. *num.* 43. *Roſ. conſult.* 42. *num.* 4. *&* 5. *Ciarlin. contr.* 100. *num.* 10. *part.* 1. *& Rot. deciſ.* 226. *num.* 6. *part.* 5. *tom.* 1. *& deciſ.* 1. *num.* 86. *part.* 10. *& deciſ.* 346. *num.* 22. *part.* 11. *& deciſ.* 662. *num.* 17. *coram Bich.* Sed etiam in linea Hieronymi ſecundo loco vocata, ex qua deſcendunt moderni fratres de Bauoſijs Actores.

Nàm, & ſi Vincentio morienti ſine filijs ſubſtituti fuerint Hieronymus, eiuſque filij maſculi, nulla facta mentione nepotum, quales ſunt dicti fratres de Bauoſijs, nihilominùs ſub appellatione filiorum in præſenti venire nepotes, & vlteriores deſcendentes clarè deducitur. Tum ex eo quod illorum ſubſtitutio concepta fuit in tempus remotiſſimum, poſt ſcilicèt extin-
39 ctam deſcendentiam maſculinam Vincentij in infinitum antea vocatam, in quo filij primi gradus Hieronymi veriſimilitèr extituri non erant *Bar. de ſucceſſ. lib.* 8 *tit.* 7. *poſt princ. Turr. de primog. lib.* 3. *deciſ.* 57. *num.* 59. *Mart. medic. deciſ. Senen. pr. num.* 64. *&* 65. *& de Luc. de fideicomm. diſc.* 29. *num.* 8. *& Rot. deciſ.* 6. *num.* 33. *part.* 5. *& deciſ.* 402. *num.* 23. *part.* 9. *recent.* Tum ex

co

, eo quod filij Hieronymi ſubſtituuntur 40 *egualmente d' vno nell' altro ſino in infinito*, quod verificari non poteſt niſi ſub dicto nomine filiorum veniant etiam nepotes, & deſcendentes, vt tradunt *Peregr. conſ.* 14. *num.* 2. *lib.* 1. *& conſ.* 56. *num.* 3. *lib.* 4. *& in tract. de fideicommiſſ. art.* 22. *nu.* 54. *Gratian. diſcept* 648. *num.* 14. 15. *&* 16. *Mart. Medic. dict. deciſ.* 1. *num.* 44. *& Rot. deciſ.* 718. *num.* 3. *& per tot. part.* 2. *recent. & deciſ.* 1019. *num.* 2. *& ſeqq. & deciſ.* 1162. *num.* 3. *& per tot. & deciſ.* 1130. *num.* 1. *& ſeqq. coram Coccin.*

Tùm denique clarius ex explicita relatiua diſpoſitione habita ad diſpoſita in antecedenti ſubſtitutione lineæ Vincentij, in qua litteraliter nepotes, & deſcendentes fuerunt vocati, vt patet ex verbis illis *ſoſtituiſce M. Girolamo, e ſuoi figli &c. in tutto, e per tutto come s' è diſpoſto à fauore di Vin-* 41 *cenzo*, quæ operantur, ac ſi de verbo ad verbum eamdem diſpoſitionem cum omnibus ſuis qualitatibus, & annexis repetijſſet in perſonam Hieronymi, vt firmauit *Rota in deciſ.* 269. *num* 8. *& deciſ.* 402. *num,* 13. *& ſeq part.* 9 *recent. & deciſ.* 84. *num.* 4. *part.* 10. *& deciſ.* 520. *num.* 63. *& ſeq. part.* 14. *recent.* & his accedit vlterius 42 digreſſus ad plures gradus ſubſtitutionum, nec non ſtrictiſſima prohibitio alienationis Bonorum adiecta ratione, vt Bona conſeruarentur in Familia; quæ iuncta cum alijs ſuperius relatis clarum vndique reddunt Fideicommiſſum, vt ponderat *Mart. Medic. d. deciſ. pr. num.* 51. *& ſeqq.* & adſtipulantur omnes auctoritates modo allegatæ.

Poſita autem exiſtentia fideicommiſſi abſoluti perpetui, ac ſucceſſiuè illius purificatio ad fauorem fratruū de Bauoſijs ob caducitatem incurſam per hæredes grauatos prædeceſſores, clarè quoque iuſtificatur ex littera eiuſdem Teſtamenti, in quo Ioannes arctiſſimam prohibitionem cuiuſcumque alienationis iniunxit Hæredibus inſtitutis, & ſubſtitutis, & in caſu contrario ordinauit fideicommiſſum prohibitorium ad fauorem ſucceſſiuè vocatorum non alienantium, ibi = *Prohibiſce, & eſpreſſamente vieta à tutti i ſuoi eredi, & à ciaſcheduno d' eſſi la vendita, locatione, à longo tempo donatione hypoteca, diſtrattione de' Beni le ſigurtà, diuiſione, ò alienatione d' eſſi etiam fra li detti Inſtituti, e ſoſtituti &c. etiam che ſi faceſſe per coſtituire, ò reſtituire dote &c. & anche che ſi faceſſe l alienatione per liberarſi dalle mani degl' Infedeli, ò nemici. E caſo che alcuno d' eſſi veniſſe à qualche trattato, ò atto d' alienatione contro la ſua diſpoſitione, quel tale, ò tali priua, e vuole che ſia priuato, e decaduto non ſolo dalla parte alienata, obligata, e contrattata, mà anche da tutto il commodo di detta heredità, quale in detto caſo vuole che deuolui agli altri chiamati, e ſoſtituiti come di ſopra.*

Vnde cum conſtet in facto Thomam Mariam, & Franciſcum ſimul vendidiſſe DD. de Monterentijs Prædium in Communi Trebbij, nec non Bona Bertaliæ ſpecialitèr hypothecaſſe fauore Antini, ac Euæ Mariæ Bauoſiæ illorum Sororis, quæ deinde Thomas alienauit fratribus de Malateſtis, vt in *Summario Actorum num.* 8. 9. *&* 10. eaque fuiſſe ſubiecta dicto fidei- 43 commiſſo Ioannis eodem *Summario num.* 2. *vſque ad* 6. aperta vtique dicitur ſucceſſio fideicommiſſaria ad fauorem ſubſtitutorum ſequentium in gradu, quales ſunt fratres de Bauoſijs Actores, non expectata morte naturali grauatorum *ad Tex. in l. quidam, & l. rogo ff. de fideicommiſs. liber. l. Cum Pater §. libertis ff. de legal.* 2. *l. Peto §. Fratre eod. tit. & Rot. deciſ.* 61. *num.* 1. *& ſeqq. & deciſ.* 118. *num.* 1. *&* 2. *coram Pamphil. & deciſ.* 219. *num.* 1. *coram Vbald. & in Rom. ſeù Albanen. Caſtri Nemoris coram R. P. D. meo Decano* 21. *Iunij* 1686. *confirmata* 14. *Maij* 1688. *coram R. P. D. meo Caccia*, & non ſolum reſpectu Bonorum diſtractorum dumtaxat, ſed omnium aliorum fideicommiſſo ſuppoſitorum, ſtante clara lege demandata per Teſtatorem, quod alienans vnum corpus, aut rem cadat ab omnibus, & à commodo totius hæreditatis, quæ cum ſit clara non admittit quæſtionem, vt in ſpecie aduertit *Peregr. conſ.* 40. *num.* 4. *& Fuſar. de ſubſtit. quæſt.* 718. *num.* 10.

Non obſtat quod huiuſmodi alienationes bonorum præſumantur à Statuto Bononien. ſimulatæ, & in fraudem creditorum vti factæ intra annum, qui præceſſit 44 decoctionem Thomæ, & Franciſci Mariæ alienantium, tum quia dicta præſumptio ex diſpoſitione Statuti exoriens pœnitus remouetur ex contraria veritate facti, ex 45 qua conſtat præfatas alienationes verè factas fuiſſe pro ſoluendis debitis præexi-

ſten-

ſtentibus veris, & non ſimulatis, vt in eodem *Summario num.* 8. *&* 9. Tum quia Statutum non intrat, dum decoctio non eſt ſequuta intra ann. 1672. quo præceſſerunt alienationes, ſed ſolum longe poſt, de anno ſcilicet 1675. quo Cardinalis Legatus interdixit Franciſco, & Thomæ Mariæ adminiſtrationem, & auocauit poſſeſſionem ad ſe, vt in *Summario Creditorum num.* 5. ſieque poſt triennium à die alienationum factarum.

46 Neque caducitas euitari valet ex alio capite ex eo ſcilicet, quod alienantes non habuerint ſcientiam præciſam de fideicommiſſo, & de prohibitione alienationis ſub pœna caducitatis iniuncta. Etenim ſcientia vtriuſque clarè probatur tam in Franciſco, quam etiam in Thoma Maria, ex eo, quod vterque vſque de anno 1664. & ſic ante bonorum diſtractionem vigore huiuſmet diſpoſitionis Teſtamentariæ, hoc idem Iudicium ſuper immiſſione in bonis fideicommiſſo ſubiectis intentarunt aduerſus alios hæredes grauatos ex eodem motiuo caducitatis ab eiſdem incurſæ ob alienationes bonorum fideicommiſſi factas contra expreſſam Teſtatoris prohibitionem, vt in Summario Actorum in alio articulo ſuper reintegratione hac ipſa die propoſita *coram R. P. D. meo Heruault num.* 2.

Neque demum refert quod bona fideicommiſſaria Ioannis, ad quæ petitur immiſſio, atque reintegratio, tam & ſi liquidata per Peritum electum in alio Iudicio à Hieronymo intentato coram bo. me. Cardinali Cerro, & expreſſa in mandato de manutenendo, nec non in ſubſequutis deciſionibus, & ſententijs Rotalibus, ac deſuper in Inſtrumento poſſeſſionis adeptæ per dictum Hieronymum vigore Rotalis mandati fuerint tamen reformata, ac reſtricta in ſubſequenti quarta Inſtantia Rotali coram bo. me. Veroſpio ad medietatem Capitalium dumtaxat mediante reſcripto, quod inuenitur appoſitum in poſitionibus tunc diſtributis in Rota, ideoque ſtante incertitudine ex inde reſultante fratres de Bauoſijs obtinere modo non valeant immiſſionem neque minus reintegrationem, niſi aliunde probata identitate, & quantitate bonorum fideicommiſſariorum, quæ in vtroque Iudicio eſt vnum ex neceſſarijs extremis.

Etenim Domini petitam immiſſionem, atque reintegrationem generaliter hodie dandam decreuerunt ſuper bonis fideicommiſſi ſuſpenſa reſolutione ſuper ſpecifica-

47 tione, ac liquidatione eorumdem, eaque ſibi reſeruata in alia diſputatione peculiaritèr facienda ante executionem Sententiæ, ſiue decreti prout alias Rota practicauit, atque ſeruauit in *deciſ.* 216. *num.* 16. *part.* 18. *recent. & in Romana Hæredit. de Vellis* 9. *Februarij* 1680. §. *neque in contrarium coram me, & nouiſsime in Viterbien. Hæreditatis ſuper negotio principali* 27. *Iunij* 1689. §. *finali pariter coram me.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. CAPRARA

Balneoregien. Fideicommiſsi.

Merc. 5. *Decembris* 1691.

Angelus de Mancinis in Teſtamento condito de Anno 1573. vniuerſales ſibi hæredes ſcripſit Pyrrum, Cæſarem, & Carolum germanos fratres, eorumque Filios, & Deſcendentes in infinitum cùm reciproca ſubſtitutione, & enixà prohibitione alienationis bonorum, quæ ſtare voluit prò dictis ſuis Fratribus, & hæredibus, ac illorum ſucceſſoribus, & deſcendentibus in perpetuum.

Defunctis Cæſare, & Carolo abſque prole ſuperſtites fuerunt ex Pyrro Liuius, & Almontes, & ex iſto ortum habuerunt Pyrrus Iun. Thomas, & Alexander, qui cùm nupèr deceſſerit relicta hærede Ven. Eccleſia S. Mariæ Gratiarum Oppidi Ciuitellæ, cauſam dedit Thomæ eius Fratri, & Liuio ex D. Pyrro Iun. Nepoti petendi manutentionem ſuper bonis dicto fideicommiſſo ſubiectis, ſed ea bis coram me denegata ſub die 14. Aprilis, & 26. Iunij anni proximè elapſi; Ipſis inſtantibus hodiè DD. conſului ſuper dubium, an conſtet de fideicommiſſo, itaut ſit danda immiſſio, quod affirmatiuè fuit reſolutum.

De fideicommiſſo ſiquidem conſtare viſum fuit, quia cum Teſtator inſtituerit hæredes Pyrrum, Cæſarem, & Carolum Fratres, eorumq; filios, & deſcendentes, eoſdemq; fratres, & deſcendentes in infinitum ad inuicem ſubſtituerit, alienatio-

46 nem bonorumq; interdixerit, vt illa remanere,

nere, & ſtare deberent prò dd. ſuis fratri-
bus, & deſcendentibus in perpetuum, vt
in *Summario num. 1.* Ex hac diſpoſitione fi-
deicommiſſum apertiſſimè depræhendi-
tur, ne dùm quia loquuntur vocati deſcen-
dentes eùm verbis tractum temporis im-
portantibus iuxtà receptam theoricam,
Cuman. in l. cùm ità §. in fideicommiſſo nu. 4. ff. de legat. 1. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 382. num. 52. & quæſt. 479. num. 56. & 93. Bellon. Iun. conſ. 26. num. 20. & ſeq. Rot. deciſ. 266. num. 12. part. 1. & deciſ. 344. num. 4. part. 2. & deciſ. 168. n. 9. par. 3. & deciſ. 212. n. 1. & 2. par. 4. tom. 1. & deciſ. 366. n. 10. par. 4. tom. 2. & deciſ. 649. num. 2. & ſeq. par. 4. tom. 3. & deciſ. 168. n. 9. par. 8. & deciſ. 322. num. 2. & 3 par. 14. & deciſ. 163. n. 1. par. 16. rec. & in Tudertina cenſus 4. Iulij 1682. §. fideicommiſſ. coràm bo. me. Rondanino.

Verùm etiàm quia adimpleri non po-
49 teſt voluntas Teſtatoris conſeruandi bo-
na in perpetuum intèr dd. deſcendentes,
niſi intèr ipſos ſit inductum perpetuum, &
deſcenſiuum fideicommiſſum *Bart. & alij communitèr in l. qui Romæ §. cohæredes ff. de verb oblig. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 688 ſub num. 18. verſ. ratio eſt Peregr. de fideicomm. art. 13. num. 77. & conſ 62. num. 20. lib. 1. Rot. deciſ. 319. num. 4. & 5. par. 12. & deciſ. 429. num. 6. & 7. par. 13. rec.*

Quod autèm bona de quibus agitur ſint
ſub huiuſmodi fideicõmiſſo compræhenſa,
reſultat ex eo, quod iſta proueniunt ex
pretio Prædij in vocabulo *della Caſa*, &
alterius Prædij in vocabulo *della Caſetta*,
per Almontem Seniorem venditorum Ber-
nardino Lattantio cùm expreſſa ſubroga-
tione bonorum emptorum *Summ. num. 2. & 3.* quæ quidem Prædia fuiſſe fideicom-
miſſaria, controuerti non poteſt, tùm
quia id demonſtrat antiquum Cataſtrum
Summ. num. 4. littera A, & B, in quo de-
ſcripta ſunt bona ſtabilia Teſtatoris, &
ſignantèr iſta duo Prædia, quæ ſucceſſiuè
50 ibi leguntur, translata mediante Notario
in Pyrrum, Cæſarem, & Carolum pri-
mos hæredes, & deindè in Lattantium em-
ptorem, cùm per Cataſtrũ probetur bona,
fuiſſe in bonis Teſtatoris *Simon. de Præt. de Interpr. vlt. vol. part. 2. fol. 555 num. 359. & ſeqq. Peregr. de fideicom art. 44. num. 7. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 68. num. 18. & ſeqq. & conſ. 106. num. 6. Rot. coràm Card. Celſ. deciſ. 295. num. 2 & in recen. deciſ. 205. n. 6. & 7. & deciſ. 295. ſub num. 1. antè finem, & deciſ. 203. num. 5. par. 14.*

Tùm etiàm quia comprobatur ex con-
57 feſſione, & facto poſitiuo eiuſdem Al-
montis, qui in Inſtrumento venditionis
faſſus fuit Prædium ſubiacere fideicommiſ-
ſo Angeli, & conuenit cùm eo de illi ſub-
rogando bona emenda *Summar. d. num. 2.*
vt eùm effectu in ſubſecuto Inſtrumen-
to emptionis fuerunt expreſsè ſubrogata
Summar. d. num 3. Quæ aſſertio, & actus
ſubrogationis, nedùm probant contra ip-
ſum, ſed etiàm contra habentes ab eo cau-
ſam, vt in caſu reſpondit *Rot. coràm Card. Celſ deciſ. 182. num. 34. & deciſ. 120. n. 4. par. 5. & deciſ 8. n. 7. par. 18. recen.*

Nec turbat, quod bona in præſenti cõ-
trouerſa, nunquàm fuerint poſſeſſa per
55 Teſtatorem, quia eùm fuiſſent expreſsè
ſubrogata in locum eorum, quæ poſſide-
bantur ab Angelo fideicommittente vo-
lentibus fideicommiſſarijs, habentur, ac
ſi originalitèr eſſent fideicommiſſo ſubie-
cta *Bartol. in l. Imperator. § cùm autem nu. 2. ff. de leg. 1. Menoch. conſ. 213. num. 41. verſ. quod autem Surd. deciſ. 208. num. 12. Rot. coràm Buratt. deciſ. 229. num. 4. & 10. coràm Celſ. d. deciſ. 181. n. 34. & in rec. deciſ. 118. n. 22. & deciſ. 120. n. 1. & ſeq par 5. & deciſ. 135. n. 1. par. 18. tom. 1. & deciſ. 545. n. 3. eadem par. 18. tom. 2.*

Minùs vrget prætenſa remiſſio fideicõ-
miſſi per diuiſionẽ bonorũ, facta ab Acto-
ribus de Anno 1652. cùm Alexandro, &
Thoma eorum patruis omnibus hæredi-
53 bus grauatis. Quia Inſtrumentũ diuiſio-
nis exhibitum in *Summ. num. 5.* nihil aliud
continet, quàm puram, & ſimplicem par-
titionem bonorum, ad quam deuenire de-
clararunt diuidentes, vt euitaretur eo-
rum deterioratio, & vnuſquiſq; portionem
ſuam regeret, quæ partium diſtributio im-
portat quidem diſſolutionem communio-
nis, nunquàm tamèn remiſſionem fideicõ-
miſſi, vt aduertit *Bellon. de Iur. accreſcen. cap. 10 part. 29. num. 20. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 593. num. 5. in fine, & in noſtris terminis Rot. deciſ. 308. nu. 10. & 11. par. 11. recen.* & etiàm quia nullum ibi legitur ver-
bum de fideicommiſſo Angeli, quinimò
bona diuiduntur tamquàm hæreditaria
54 Almontis communis Patris, & patrui re-
ſpectiuè, & tamen vt dicatur renunciatum
fidei-

Digitized by Google

fideicōmiſſo, requiritur illius certa ſcientia aliàs clauſulæ quantumuis ample illius remiſſionem importare nequeunt *Rot. coràm Priol. deciſ. 197. n. 3. & 4. & deciſ. 222. n. 7. & ſeq. & coràm Card. Cerro deciſ. 926. n. 4. & in Saaonen fideicommiſsi 23. Februarij, & prima Iulij* 1682. *coràm R. P. D Vrſino.* Multò magis quia Liuius, eiuſq; Fratres de
55 tempòre diuiſionis erant minores, & non conſtat fuiſſe à Iudice certificatos de fideicōmiſſo eiuſq; iuribus, qua de re per quæcumq; verba generalia in Inſtrumento diuiſionis appoſita fideicommiſſum remiſiſſe non cenſetur iuxtà doctrinam *Bald conſ.* 440. *num.* 3. *verſ. ſed aduertend. eſt lib.* 3. *Becc. conſ.* 111. *ſub nu.* 25. *Cyriac. contr.* 323. *num.* 39. *&* 40.

Ex his itaquè cùm intactum remaneat fideicommiſſum, & conſtet de illius purificatione, & bonorum identitate, DD. dandam eſſe cenſuerunt. Actoribus Im-
56 miſſionem *ex l fin C. de edict. Diu. Adr. toll.* nullatenùs retardandam ex detractione Trebellianicæ, quæ perceptionem fructuum factam à primis, & vlterioribus grauatis præſumitur conſumpta per *text. in l. Iubemus C. ad Senat. conſult. Trebell. Rot. deciſ.* 42. *num.* 11. *&* 12. *part.* 19. *recen.* & multò minùs ex alijs detractionibus, de quibus non fuit doctum.

Et ità ipſis Actoribus tantum Informantibus &c.

R. P. D. CAPRARA.

Aſculana Fideicommiſsi.

Mercurij 5. *Decembris* 1691.

MArianus de Pariſanis in Teſtamento, quod condidit Mutinæ ſub die 9. Octobris 1576. relictis pluribus legatis diuerſis eius filijs naturalibus, & ſignantèr Carolo, & Magdalenæ cui ipſum Carolum ſubſtituit in caſu illius obitus ſinè filijs, vniuerſalem hæredem ſibi fecit Pariſanum filium legitimum, & naturalem, & eo non extante omnes eiuſdem Pariſani filios maſculos legitimos, & naturales, & ex legitimo matrimonio natos, quos etiam, & eumdem Pariſanum ſimili *modo eidem Carolo ſubſtituit, & ipſis non extantibus Proximiores maſculos legitimos, & naturales de Domo, & Caſata Teſtatoris in infinitum.*

Et quia (vt ipſe ſubiungit) ſummoperè deſiderat, *vt bona ſua in eius agnatione, & deſcendentibus conſeruentur, propterea voluit, & ordinauit, quod in euentum, in quem prædictus Carolus, & Magdalena poſt mortem prædicti Pariſani hæredis inſtituti abſq; filijs, & deſcendentibus legitimis, & naturalibus, decederent, tùm & eo caſu eidem Pariſano, Magdalenæ, & Carolo, modo, quo ſupra decedentibus, ſubſtituit vulgaritèr, pupillaritèr, & per fideicommiſſum omnes filios maſculos, legitimos, & naturales Iulij alterius filij legitimi, & naturalis eiuſdem Teſtatoris, & in euentum, in quem nulli extarent filij maſculi prædicti Iulij, vel ſi extarent, quandocumq; abſq; filijs maſculis, legitimis, & naturalibus decederent, tunc, & eo caſu prænominatis omnibus modo, quo ſuprà, & præmiſsis ſemper ſaluis, ità decedentibus ſubſtituit vulgaritèr, pupillaritèr, & per fideicommiſſum Proximiorem, ſeù Proximiores prædicti D. Teſtatoris in gradu, & Caſata ipſius, abſq; diminutione, & detractione, & prædicta omni meliori modo.*

Facta poſtmodum Electione executorū ſuæ vltimæ voluntatis, & certo alio legato per orationem diſtinctam, & ſeparatam proſecutus fuit vlteriùs diſpoſitionem per hæc verba -- *Iterùm voluit, & ordinauit prædictus Teſtator, quod domus ſua Brolium, ſeù Zardinum dicti Teſtatoris in Ciuitate Aſculi poſitum, & ſitum infrà ſuos notiſsimos confines, ſemper, & in perpetuum ſubiaceant fideicommiſſo ſtrictiſsimo, tàm inter omnes dd. ſuos deſcendentes maſculos, modò, quo ſuprà ordinatum eſt in infinitum, quàm inter Tranſuerſales de familia, & agnatione prædicti D. Teſtatoris modis, & conditionibus ſupernarratis, & ideò prohibuit idem Teſtator, quod nullus dd. Inſtitutorum, & Subſtitutorum in infinitum poſsit d. Domum, Broliū, ſeù Zardinum, vendere, obligare, & permutare, etiam ſub prætextu maioris commodi, aut aliquo quouis titulo alienationis, capiendo verbum alienationis latiſsimo modo, vel in libellum, vel in emphiteuſim concedere, vel ſubſignare, vel in aliquem transferre, tàm ex teſtamento ſuper vltimam voluntatem, quàm ab inteſtato, ſed ſemper ſtare debeant ſubiecta fideicōmiſſo, & affecta in infinitum, vt ſuprà, & prædicta omnia omni meliori modo, & quia ita fuit, & eſt intentio, & voluntas prædicti D. Teſtatoris, vt ex Summario vtriuſq; partis, & ſignantèr reorum num.* 1.

Mor-

Mortuo Teſtatore ſucceſſerunt in illius bonis iuxtà ordinem prædictæ diſpoſitionis, tàm primi, quàm vlteriores Deſcendentes; Cumque de anno 1680. obijſſet Alcides Pariſanus vltimus ex eis nulla relicta prole, prætendentes Oliuerius, & Laurentius de Pariſanis factum eſſe locum eorũ vocationi, vti proximiorũ de familia & agnatione Teſtatoris poſtremo loco ſubſtitutorum, introduxerunt Iudicium priùs in partibus, & deindè illo relicto de conſenſu Collitigantium in Rota prò recuperatione Domus dicto fideicommiſſo, vt ſuprà ſubiectæ contra executores Te-
57 ſtamentarios quondam Tiburtij Milliani, in quem titulo permutationis Marianus Iun. de Pariſanis illam alienauerat; vnde hodie diſputato dubio — An ſit danda immiſſio, fuit per DD. affirmatiuè reſolutum ſtante concurſu omnium extremorum, quæ de Iure requiruntur, ſiuè ex *remed. l. fin. de edict. D. Adrian. tollen. ſiuè ex interdict. vniuerſalis Saluiani in l. prima C. commun. de legat. ex cumulatis per Rot. coràm Zarat. deciſ.* 39. *num.* 1. *& deciſ.* 178. *num* 1. *& 2. par.* 17. *rec. & alibi.*

Exiſtentia fideicommiſſi ſatis deprehenditur ex contextu prænarratæ diſpoſitionis, in qua Teſtator poſtquàm ordinauit vniuerſale fideicõmiſſum ſuper omnibus eius bonis fauore eius deſcendentium, & proximorum de agnatione in oratione diſtincta, & ſeparata voluit, & mandauit, quod Domus ſua ſemper, & in perpetuum ſubiaceret fideicommiſſo ſtrictiſſimo tàm intèr ſuos deſcendentes maſculos in infinitum, quàm intèr tranſuerſales de familia, & agnatione ipſius, addendo amplam, & enixam prohibitionem alienationis, vt Domus ſemper
58 ſtare deberet ſubiecta fideicommiſſo, & affecta in infinitum; Ex hac enim diſpoſitione huiuſmodi verbis concepta, clarè reſultat Teſtatorem ſuper eadẽ Domo induxiſſe particulare, & perpetuum fideicõmiſſum intèr omnes deſcendentes maſculos, & tranſuerſales de agnatione, vt in conſimili diſpoſitione reſpondit *Rot. deciſ.* 121. *n.* 1. *& ſeq. par.* 2. *diuerſ. optimè etiàm Peregr. conſ.* 30. *n.* 1. 2. *&* 3. *lib.* 2 *& tenet Pariſ. conſ.* 82. *n.* 13. *lib.* 2. *Port. Imol. conſ.* 55. *n.* 81. *verſ.* 2. *& ſub n.* 88. *Rot. deciſ.* 125. *ſub num.* 4. 5. *&* 6. *& deciſ.* 143. *ſub nu.* 4. *&* 9. *par.* 1. *rec. & deciſ.* 127. *nu.* 1. *& deciſ.* 348. *n.* 6. *&* 7. *& ſeq. coràm Priolo, & deciſ.* 322. *n.* 2. *&* 3. *par.* 14. *rec.* cùm aliàs ſi non da-
59 retur reciprocum grauamen intèr omnes Domus ſtare non poſſet, ſemper, & in perpetuum, ac in infinitum ſub fideicommiſſo intèr omnes, vt Teſtator mandauit *Peregrin. d. conſ.* 30. *n.* 7. *lib.* 2. *Rot. coràm Pamphil. deciſ.* 492. *n.* 18. *& in rec. deciſ.* 40. *n.* 1. *in fine par.* 1. *& deciſ.* 20. *n.* 3. *&* 4. *& deciſ.* 245. *n.* 1. *& ſeq. par.* 29.

Nec aduerſatur, quod diſpoſitio particularis cõtineat dictiones, ac verba relatiua ad præcedens fideicõmiſſũ vniuerſale, quaſi ex hoc inferri prætendebatur, quod ſicuti illud expirauerat per obitum Pariſani cum filijs, ità pari modo etiàm in oratione ſeparata ordinatum; etenim quidquid ſit de ſuppoſita expiratione fideicõmiſſi vniuerſalis, quam inſpectionem in præſenti aggredi opus non fuit, tale obiectum nè vtiquàm præcedere poteſt, vbi
60 fideicommiſſum particulare, vt hic eſt magis amplum, cùm ſit reale, & contineat deſcendentes, & tranſuerſales, & prohibitionem alienationis omnibus Inſtitutis, & ſubſtitutis, cùm dictione in infinitum ſæpiùs repetita, quæ expreſſa nõ leguntur in fideicommiſſo vniuerſali, hoc enim caſu, quamuis adſint dictiones relatiuæ fideicommiſſum particulare in orationem diuerſa, & diſtincta inſtitutum, nullam recepit declarationem, ſeù reſtrictionem ab vniuerſali, ſed in ſua latitudine obſeruari debet, vt in ſpecie firmat *Fuſar. de ſubſtit quaſt* 683. *n.* 23. *Gratian diſcep* 828. *nu.* 15. *modern. Epiſcopus Iſclan. diſput. Iur. cap* 10. *n.* 11. *&* 12. *tom.* 1, *Rot. coram Cerr. deciſ.* 65. *num.* 9. 10. *&* 11.

Quod eò faciliùs fuit admiſſum, quia agitur de Domo propria Teſtatoris, erga
61 quam præſumitur habere maiorem dilectionem, vel quia ſibi videretur honorifica; vel quia fuerit eius Maiorum, ex qua affectione facilè deſumitur ratio prohibendi alienationem, & inducendi particulare fideicommiſſum, vt perpetuò conſeruetur in familia, ad notata *per Fuſar. de ſubſtit. quaſt.* 530. *num.* 9. *Petra de fideicom. quaſt.* 1. *n.* 93. *Rot. deciſ.* 225. *n.* 11. *par.* 1. *& deciſ.* 358. *n.* 8. *par.* 16. *& deciſ.* 20. *n.* 10. *& ſeq. & deciſ.* 245. *num. fin. par.* 19. *rec.*

Purificatio autèm fideicommiſſi ad fauorem Actorum iuſtificata remanet ex eo, quod ipſe probant ſe eſſe de proximioribus,

Digitized by Google

bus, ſeù tranſuerſalibus familiæ, & agnationis Teſtatoris, tùm ex arbore familiæ de Pariſanis deſumpta ex libro impræſſo
62 cùm ſuis documentis, tùm ex geſtatione eiuſdem Cognominis, & inſignium. Tùm demùm quia obtenta in Curia ſententia fauorabili ſuper purificatione fideicommiſſi *Summario num. 7.* deinceps, vti tales tranſigerunt cum Monaſterio Beatæ Mariæ Miſericordiæ Tolentini *d. Summ. n. 10.* & tamèn ad effectum de quo agitur, ſufficit probare agnationem in genere abſq; eò quod affetatur probatio ſpecialis gradus, ſeù proximitatis, ex quo nullus comparet, qui ſe dicat agnatum Proximiorem *Riminald. Iun. conſ. 481 n. 80. & 81. Fuſar. conſ. 16. num 3. & firmat Rot. in Bonon. fideicommiſsi de Pancaldis 16. Februarij 1640. §. quæ eò faciliùs coràm Card. Panzirolo confirmata coram Card. Cerro deciſ. 65. n. 12. nec non etiam coram S. me. Alex VIII. deciſ. 102. n. 17. & ſeq. & coram Peutinger. deciſ. 309. n. 1. cùm ſeqq.*

Identitas deniquè Domus, & poſſeſſio penès fideicommittentem concludentèr probatur ex Teſtibus examinatis vſq; de anno 1646. *Summar. num. 9.* qui expreſsè
63 deponunt controuerſam domum fuiſſe in Bonis Mariani fideicommittentis, & ab ipſo poſſeſſam qui adminiculantur, tàm ex diuiſione facta de anno 1594. intèr Nepotes eiuſdem Teſtatoris, in qua Domus obuenit Mariano Iun. *d. Sum. num. 8. & Sum. reſp num. 2.* quàm etiam ex enunciatiuis emiſſis in Inſtrumento permutationis factæ cùm Tiburtio Milliano *Sum. num. 5.* & in altero Inſtrumento Tranſactionis initæ cùm præfato Mario Tolentini *Summ. d. num 10.* iunctis etiam articulis, & Teſtibus datis in eodem *Summ. d. n. 11. & 12.* quæ omnia ſimùl ſumpta, attenta temporis antiquitate centũ, & quindecim annorum à die conditi Teſtamenti ad diem moti Iudicij, viſa ſunt ſufficere prò identitate Domus, & illius poſſeſſione penès Teſtatorem de tempore obitus, vt his omnibus perpenſis dixit *Rot. deciſ. 326. à num. 15. vſq; ad 18. par. 14. rec. & coram Merlin. deciſ. 262. num. 2. & ſeq. & deciſ. 294.* cùm in antiquis leniores probationes ſufficiant *Rot. coram Merlin. deciſ. 294. n. 3. & coram Peutinger. deciſ. 309. n. 11.* imò, & ipſa Indicia, coniecturæ, & præſumptiones *Rot. coram Merlin. dicta deciſ. 262. nu. 8. coram Alex. VIII. deciſ. 102. num. 7. & deciſ. 467. num. 4. par. 9. rec.*

Nec ad excludendam poſſeſſionem Teſtatoris obſtat confiſcatio, qua prætenditur ipſum fuiſſe priuatum omnibus bonis nec probetur eorumdem recuperatio. Siquidèm licet Marianus fuerit capitaliter Bannitus, conſtet iàm fuiſſe reintegratum, & in gratiam Principis reſtitutum, etiam quoad omnes Iuris effectus, vt in *Summ. nu. 1. & 2.* Præter quòd nec conſtat, quod fiſcus in vim ſententię Capitalis cum confiſcatione bonorum actualitèr appræhenderit illorum poſſeſſionem, & deſcripſerit in libris Cameræ, vt requiritur, ad hoc, vt dicantur incorporata, & fiſco quæſita, ex firmatis *per Rotam in Fauentina ſucceſſionis ſuper confiſcatione 17. Martij 1688. coram Reuerendiſſimo Decano confirmata ſub die 11. Martij 1689. §. eoq; magis, & ſeqq. coram R. P. D. Caccia.*

Et ità vtraquè, &c.

ARGVMENTVM.

Contractus irreuocabiles poſſunt effici in Teſtamentis Donatio non inſinuata quando ſubſtineatur.

SVMMARIVM.

Contractus irreuocabiles efficiuntur validè in teſtamentis, & remanent in ſuo robore etiam mutata voluntate num. 1.

Donatio non inſinuata licet intèr viuos poteſt reuocari antè inſinuationem num. 2.

Inſinuatio requiritur in donatione tàm intèr coniunctos, quam intèr filios num. 3.

Donatio licèt non inſinuata ſubſtinetùr in ea parte, qua non excedit quingentos aureos numer. 4.

Amplia etiamſi fuiſſet in totum per Donantem reuocata num. 5.

VOTVM LXI.

Ioſeph Vundulus in ſuo Teſtamento condito die 21. Martij 1675. inſtituto ſibi hærede vniuerſali Iacobo ſuo fratre donauit intèr viuos fundum *della Vecchiara* Hieronymo ex Sorore Nepoti præſenti, & acceptanti; die verò 26. Aprilis teſtamentum factum de Menſe Martij annullauit,

uit, reuocauit, & caſſauit, & aliud condi-
dit, in quo alium etiam hæredem ſcripſit.

Nepos autèm Donatarius prætendit
hodiè ſuam donationem intèr viuos, licèt
factam in teſtamento non eſſe reuocatam
mutato teſtamento, imo illam eſſe irreuo-
cabilem.

Et licèt ſimilis donatio non poſſit reuo-
1 cari, cum contractus in Teſtamento fieri
poſſint, & annullato, vel reuocato Teſta-
mento dicti contractus remaneant in ſuo
robore, & in puncto donationes intèr vi-
uos licèt factas in Teſtamento non poſſe
reuocari tradiderunt *Roman. conſ.* 171. *nu.*
6. *& ſeq. Dec. conſ.* 195. *ſub num.* 5. *cum*
alijs apud Torniel conſ. 47. *num.* 3. *&* 4. *&*
ſeq. Boer. deciſ. 353. *num.* 4. *&* 5. *Afflict.*
deciſ. 275. *num.* 7.

Tamèn quia ſupradicta donatio antè
mutationem voluntatis non fuit inſinuata
2 ceſſare omnem difficultatem credidi, cum
certa ſit opinio, quod donans poſſit dona-
tionem etiàm intèr viuos antè inſinuatio-
nem reuocare *Cutel. de donation. diſc.* 3. *par.*
6. *num.* 14. *Card. de Luca de donat. diſc.* 60.
num. 17. *Rot. deciſ.* 456. *num.* 2. *& ſeq. part.*
4. *recent.* Quæ inſinuatio eſt neceſſaria li-
cèt agatur de donatione intèr coniunctos,
3 & intèr filios *Mell. ad Caſtill. de aliment.*
cap. 11. *ſub num.* 1. *Ciroch. diſcept.* 45. *num.*
24. *Rot. coram Royas deciſ.* 304. *num.* 8. *Du-*
ran. deciſ. 362. *num.* 20.

Subſtinetur tamèn præfata donatio in
parte non excedente quingentos aureos,
cum ſecundum communem opinionem do-
natio non inſinuata in totum non irritetur,
4 ſed tantum in ea parte, quæ quingentos
aureos excedit *Sperel. deciſ.* 84. *num.* 50.
Rot. coràm Buratt. deciſ. 7. *num.* 5. *& Mell.*
ad Caſtil. de alimen. cap. 11. *num.* 13. *& Rot.*
poſt eumdem deciſ. 36. *§. non obſtat.*

Non obſtat quod ſupradicta concluſio
non procedit, quando in totum fuiſſet re-
uocata donatio ad tradita per *Card. de Luc.*
5 *de donat. diſc.* 60. *num.* 8. quia hoc expli-
citè non firmatur à dicto *Card. de Luc.* &
multo minùs aſſeritur à DD. ab illo alle-
gatis, cum aliàs donatio in illa parte non
excedente quingentos aureos ſit valida,
& per conſequens irreuocabilis iuxtà au-
thoritates ſuperiùs cumulatas.

ARGVMENTVM.

Clericatus, ſeù Officium Curiæ Ec-
cleſiaſticæ ſuſceptum poſt deli-
ctum quando ſuffraget, itaut Curia
laica procedere nequeat, & referun-
tur Decreta S. Congregationis Immu-
nitatis.

SVMMARIVM.

Officium, ſeù Clericatus ſuſceptus poſt delictum impedit, vt Iudex laicus non poſsit procedere num. 1.

Iudex Eccleſiaſticus priuatiuè debet recognoſcere an Officium fuerit ſuſceptum in fraudem num. 2.

Iudex Secularis poteſt procedere contrà Officialem Curiæ Eccleſiaſticæ quando Epiſcopus iàm declarauit officium fuiſſe ſuſceptum in fraudem num. 3.

Amplia tàm contrà perſonam, quàm contrà bona num. 4.

Limita in Clerico, contra cuius perſonam non poteſt Iudex Secularis procedere, etiàmſi ſuſceperit Clericatum cum fraude, ſecùs tamèn contrà bona num. 5.

Contrà delinquentes vnà ſimul cum Clerico, qui fraudulentèr ordines ſuſcepit poſt delictum, quando poſsit procedere Iudex Eccleſiaſticus dicto num. 5.

Officium, ſeù Clericatus vt dicantur ſuſcepti in fraudem requiritur quod Iudex Secularis præuenerit, vèl quod adſit publica diffamatio delicti num. 6.

VOTVM LXII.

IN Sacra Congregatione Immnnitatis
habita die 6. Decembris 1695. fuit pro-
poſitum dubium, an Surrentinus, qui
1 euaſerat Curſor Curiæ Archiepiſcopalis
Beneuenti poſt delictum ab eodem pa-
tratum eſſet iudicàndus à Curia laica, vel
Eccleſiaſtica, & Sacra Congregatio reſ-
pondit -- *detur Decretum in Cuſentina* 5. *Iu-*
lij 1633. *& Miniſtri Curiæ laicalis conſulant*
2 *conſcientijs ſuis.* In cauſa Cuſentina reſo-
lutum fuit ſequentibus verbis -- *Birruarius*
Curiæ Epiſcopalis gaudet benefitio fori, etiàm
reſpectu delictorum commiſſorum antè offi-
cium, etiamſi prætendatur fraus, quàm Iudex
Eccleſiaſticus cognoſcere debet.

Non acquieſcente Curia laica Bene-
uenti fuit cauſa repropoſita die 20. No-
uembris 1696. & prò ea ſcripſit docto ca-
lamo D. Ioannes Baptiſta Bottinius Ad-
uocatus Conciſtorialis, & non obſtantibus
omnibus per ipſum deductis Sacra Con-
gregatio Immunitatis in hac cauſa Bene-
uentana die 20. Nouembris 1696. reſcri-
pſit Surrentinum gaudere benefitio fori.

Eo fundamento quia ſicuti ſuffragat
Clericatus ſuſceptus poſt delictum, ità
3 etiam officium Curiæ Eccleſiaſticæ acqui-
ſitum poſt patrationem criminis ſuffraga-
re debet; fraus verò recognoſcenda eſt à
ſolo Iudice Eccleſiaſtico, qui ſi declararet
officium fuiſſe cum fraude acquiſitum,
tunc officialis remaneret Subditus iuriſdi-
ctioni Eccleſiaſticæ, & in hac ſecunda
parte non currit paritas intèr Clericatum,
4 & Officium, licèt vtrumque fuiſſet cum
fraude acquiſitũ, quià quamuis declarare-
tur aliquem ſuſcepiſſe Clericatum in frau-
dem, nihilominùs quòad perſonam rema-
neret ſempèr ſubiectus iuriſdictioni Eccle-
ſiaſticæ, quo vero ad bona dicti Clerici
poſſet procedere Iudex Secularis proùt
declarauit S. Congregatio Immunitatis in
vna Spoletana die 20. Nouembris 1696.
in qua fuit dictum quod Iudex Secularis
haberet facultatem procedendi, quo ad
alias perſonas laicas, quæ deliquerunt
vna ſimùl cum Clerico qui fraudulenter
Clericatum ſumpſit quo verò ad ipſum
Clericum, qui vt ſupra ordinem clerica-
5 lem fraudulentèr accepit, quod ipſe Iu-
dex Secularis valeret procedere quoad
pœnas pecuniarias tantum ſalua perſona,
& hæc opinio firmatur à *Fagnan in cap.
magnus de obligat. ad ratiocin. non ordin. nu.*
28. 30. *& ſeqq. Plax. in Epitom. delictorum
cap.* 35. *num.* 3. *Conarr pract. quæſt. cap.* 32.
num. 4. *verſ. tertia concluſio Farin. quæſt.* 8.
num. 107. *Gratian diſcept.* 226. *num.* 29.
& 30. *Mart. de iuriſdict. part.* 4. *cent.* 2. *caſ.*
21, *num.* 19. *&* 20. *Oril. ad Campan. obſeru.*
4. *num.* 26. *&* 30. *Cartar. deciſ.* 17. *num.* 25.
Sanfelic. deciſ. 2. *num.* 19. *& ſeqq.* quàm
diſtinctionem conſtantèr, ſempèr tenuit
Sacra Congregatio Immunitatis, & ſi-
gnantèr in vna Cuſentina 10. Septembris
1650. & in nullius, ſeù S. Laurentij in
Campo 17. Decembris eiuſdem Anni, &
in alijs relatis per *Oril. dicta obſeru.* 4. *num.*
18. §. *Sac. Congregatio, & per Fagnan. in d.
cap. magnus num.* 73. *& in Lucana* 19. *Ia-
nuarij* 1677. *proponente Eminentiſs. Domino
Cardinali Bichio.*

6 Et demùm notandum eſt, quod Offi-
cium non dicatur in fraudem ſuſceptum,
etiamſi fuerit acquiſitum poſt delictum,
dummodò non præceſſerit diffamatio pu-
blica, vèl non præuenerit Iudex Secula-
ris *Cartar. deciſ.* 17. *num.* 17. *& ſeq.*

ARGVMENTVM.

TEſtamentum factum ad interroga-
tionem alterius an, & quando
ſubſtineatur.

SVMMARIVM.

*Hæres non eſt neceſſarium, vt nominetur ore pro-
prio à Teſtatore num.* 1.

*Amplia vt Notarius non dicatur falſus ſi diceret
fuiſſe hæredem à Teſtatore nominatum ore
proprio, quando illum acceptauerit ad interro-
gationem alterius num.* 2.

*Teſtamenta facta ad interrogationem alterius
ſubſtinentur num.* 3.

Declara num. 4. 5. *&* 6.

VOTVM LXIII.

DIcebam in hac cauſa concluſiones
adductas prò Antonio hærede ſcri-
pto in Teſtamento Ianuarij eſſe
1 veras, ſcilicèt non eſſe neceſſarium prò
validitate Teſtamenti, quod hæres ore
proprio nominetur à Teſtatore, ſed ſuffi-
cere etiam nominationem factam per
alium, dummodò Teſtator illum in hære-
dem acceptet *gloſ. in l. iubemus* §. *oportet
C. de teſtamen. Mart. de ſucceſs. legal. part.*
3. *quæſt.* 12. *art.* 1. *& part.* 4. *quæſt.* 1. *art.* 3.
num. 14. *Bich. deciſ.* 458. *num.* 4. *& in Pi-
ſauren. Teſtamenti* 1. *Aprilis* 1686. *coràm
Vrſino, & in Romana Teſtamenti* 3. *Decem-
bris* 1691. *coràm Caprara* §. *cum itaque*;
2 quod procedit, etiamſi Notarius ſcripſiſ-
ſet, quod Teſtator ore proprio nominaſſet
hæredem, quando iſtum ab alio nomina-
tum acceptauerit etiàm per verba *Signor sì.*
Cum in tali caſu Notarius non dicatur
falſus, vti videre eſt in *dicta Romana Teſta-
menti* §. *quia licèt.*

Admittebam etiàm pluribus in caſibus
ſubſtineri Teſtamentum factum ad inter-
ro-

Digitized by Google

3 rogationem iuxtà déciſiones magiſtrales
æditas in *dicta Romana Teſtamenti tàm co-*
ràm Cardinali Taya, & Rondidino, & quàm
nouiſsimè 3. Decembris 1691. coràm Ca-
prara.

Solum aſſerebam prædictas concluſio-
nes procedere, quando conſtet Teſtato-
rem fuiſſe in perfecta ſanitate mentis, &
habuiſſe antecedentem intentionem relin-
quendi hæreditatem illi, qui poſtea ad in-
4 terrogationem alterius appareat ſcriptus,
& nominatus in Teſtamento, vel alijs exi-
ſtentibus facti circumſtantijs, quæ ſuade-
re poſſunt talem fuiſſe præordinatam Te-
ſtatoris voluntatem, ad tradita per *Me-*
noch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 8. per tot.
Theſaur. quæſt. forenſ. lib 2. quæſt. 99. num.
3. Card. de Luc. de teſtam. diſc. 78. num. 7.
& 9. in ſupplem. lib. 16. part. 3. & Rot. in
dicta Romana Teſtamenti 3. Decembris 1691.
coràm Caprara §. quoad ſecundam.

In caſu autèm præſenti agebatur de Se-
ne octuagenario tempore Teſtamenti fe-
bris acceſſione valdè agitato, qui relique-
rat hæreditatem extraneo ad excluſio-
nem conſanguineorum, nèc apparet di-
ctum hæredem amicitiæ vinculo eſſe adeò
adſtrictũ teſtatori, vt iſte veriſimilitèr vo-
luiſſet ſuis proximis excluſis, illi relinque-
re totam hæreditatem, præſertim quia re-
pertæ ſunt minutæ manu Teſtatoris, non
longè antè hoc Teſtamentum conſcriptæ,
in quibus hæres apparebat Nepos ex fra-
tre; quibus concurrentibus Teſtamentum
ad interrogationem non ſubſtineri tradunt
Burſat conſ. 307. Ladercb. conſ. 39. Spada conſ.
90. & 92. lib. 1. Mandel. Alban. conſ. 414.
Ciriac. contr. 349. Caſtil. contr. 27. lib. 4. Rub.
in addit. ad dec. 16. part. 8. rec. Cerr. dec. 589.
& admittitur iſta limitatio in *dicta Romana*
Teſtamenti 3. Decembris 1691. coràm Ca-
prara §. cum itaque in fin.

Auctoritates in contrarium adductæ
procedunt, quando appareret affectio
6 ſingularis ergà inſtitutum, & alienatio ani-
mi ab eo, qui erat ab inteſtato ſucceſſurus
Card. de Luca de teſtamen. in ſupplemen. tom.
16. part. 3. diſc. 78. num. 10. & in iſtis ter-
minis loquitur *Rot. in Piſauren. Teſtamenti*
prima Aprilis 1686. coràm Vrſino, & in dicta
Romana Teſtamenti 3. Decembris 1691. co-
ràm Caprara.

ARGVMENTVM.

NEc Parochus, nèc Epiſcopus poſ-
ſunt impedire, quod non ædifi-
cetur noua Eccleſia intrà limites Dioe-
ceſis, ſeù Parochiæ, quando fundator
intendit illam dotare.

SVMMARIVM.

Parochus, & Epiſcopus non poſſunt prohibere ne quis in ſuo ſolo ædificet Eccleſiam num. 1. & 2.
In ædificatione nouæ Eccleſiæ requiritur licentia Ordinarij num. 3.
Declara, quod Ordinarius non debeat denegare licentiam num. 4.
Si Epiſcopus denegaret licentiam prò ædificatiune nouæ Eccleſiæ ſine iuſta cauſa quid ſit agendum num. 5.
Ratio diminutionis concurſus in Eccleſia Parochiali non eſt ſufficiens cauſa prò deneganda licentia prò fabrica nouæ Eccleſiæ num. 6.
Quando fuerit incepta fabrica nouæ Eccleſiæ durante lite poteſt perfici præſtita fideiuſsione de demoliendo num. 7.
Parochus non poteſt impedire, quod in noua Eccleſia ſiue in publico Oratorio non celebretur Miſſa num. 8.
Amplia dicto num. 8.

VOTVM LXIV.

NEc Parochus, nèc Epiſcopus poſſunt
prohibere, ne quis in ſuo ſolo ædifi-
cet Eccleſiam, ſed ſolum iuſtis cau-
1 ſis valent prohibere ne in illa celebretur
Miſſa. *Pyringh. ſupèr 3. lib decretal. tit. 48.*
num. 2. verſ quinimò ſufficit Silua de beneſic.
part. 1. quæſt. 6. num. 8. Azor. Inſtit. moral.
part. 2. lib. 9. cap. 35. quæſt. 5. Barboſ. de
poteſt. Epiſcop. part. 2. allegat. 26. num. 2.
de vniuer. iur. Eccleſ. lib. 2. cap. 2. num. 5.
Amoſtaz. de cauſ. pijs lib. 5. cap. 2. num. 28.
cum duobus ſequen.

Et ideo reluctante Parocho poteſt eri-
2 gi, & fundari Eccleſia intrà limites Paro-
chiæ ſaluis iuribus Parochialibus. *Paul.*
Cittadin. de iur. patronat. part. 3. cap. 90.
vſque ad fin. Lambertin. eodem tract. lib. 1.
part. 1. quæſt. 3. princip. art. 15. Viuian. eo-
dem tract part. 1. lib. 2. cap. 4. num. 15. &
16. Rot. deciſ 847. num. 2. Seraphin. & ità
plures reſoluit S. Congregatio Epiſcoporum re-
ſe-

ferentę Eminentiſs. Sacchetto in vna Iannen.
Ædificationis Eccleſiæ 5. Septembris 1692.
& altera Concilij in Maceraten. 10. Maij
1687. & in Foroliuien. Ædificationis Eccle-
ſiæ 16. Ian. 1694.
3 Non releuante, quod in ædificatione
nouæ Eccleſiæ requiratur licentia Ordina-
rij, canon. nemo de conſecration diſtinct. 1.
quia Epiſcopus non debet, nec poteſt con-
4 ſenſum denegare; quotieſcumque funda-
tor intendit Eccleſiam ædificandam dota-
rę Lambertin. de iur. patronat. lib. 1. part. 1.
quæſt. 2. prin. articul. 3. num. 9. Rot. in Au-
ximana iuriſpatronatus 26. Aprilis 1613.
penès Viuian. de iur. patronat. part. 1. lib 2.
5 cap. 1. num 13. itaut ſi Epiſcopus ſine ra-
tionabili cauſa deneget conſenſum, re-
curri poſſit ad Superiorem, qui vèl renuen-
tem compellat, vèl illius conſenſum ſup-
pleat Barboſ. de Epiſc. part. 2, alleg. 36. nu.
1. & part. 3 alleg. 70. num. 26. Pax Iordan.
lucubrat. Eccleſ. tom. 1. lib. 5. tit. 8. nu. 45.
Amoſtaz. de cauſis pijs lib. 1. cap. 2. num. 31.
Pignatel conſult. canon. 26. num. 1. & ſeq.
lib. 1. Rot. deciſ. 238. num. 8. & 9. coràm
Mantic, Sac. Congregatio Concilij in Foroli-
uien. Fundationis Eccleſiæ 16. Ian. 1694.
6 Nec ratio diminuendi concurſum in Ec-
cleſia Parochiali vllo modo ſufficere po-
teſt prò denegando conſenſu fundationi
nouę Eccleſiæ prout pluries deciſum fuit,
& ſignantèr à S. Congregatione Epiſcoporum
in Friſingen. 17. Iulij 1693. referente Emi-
nentiſs. Acciaiolo, à Sac. Congregatione Conci-
lij in Theatina erectionis Cappellaniæ 29. Iu-
lij 1690. & in Foroliuien. Ædificationis Ec-
cleſiæ 16. Ian. 1694.
Maximè in præſenti, in qua Eccleſia eſt
iàm cepta ædificari, & per conſequens eſt
7 continuanda fabrica data fideiuſſione de
demoliendo in caſu ſuccumbentiæ iuxtà
deciſionem primam Creſcen. de oper. non.
nantiat.
Imò ſaluis iuribus Parochialibus in no-
8 ua Eccleſia, ſiue publico Oratorio dotato
non poteſt impediri à Parocho celebratio
Miſſarum, etiam ante quam celebretur
Miſſa in Eccleſia Parochiali, vel in diebus
feſtiuis ſolemnioribus prout reſpondit
S. Congregatio Rituum in vna Camerinen. die
30. Auguſti 1664. & in Nucerina die 24. Ia-
nuarij 1665. & Sacra Congregatio Concilij in
Fulginaten. Oratorij die 7. Iulij 1696.

ARGVMENTVM.

EXaminatur quando ſit contracta vniuerſalis Societas, & de eius effectibus.

SVMMARIVM.

Societas intèr Fratres facilius præſumitur nu. 1.
Requiſita Societatis vniuerſalis enumerantur num. 2.
Non præſumitur reddita ratio niſi probetur nu. 3.
Societas non excluditur ex adnotationibus particularibus, & acquiſitionibus ſcriptis nomine proprio ſi poſteà apparent communicata num. 5.
Coniecturæ plures prò concludenda Societate referuntur num. 6.
Data Societate omnium bonorum bona vnius Socij remanent obligata prò altero num. 7.
Amplia num. 8.
Socius tenetur pro dote Filiæ alterius Socij nu. 9.
Stante Societate omnium bonorum Socius tenetur communicare omnia lucra, legata & alia ſimilia num. 10.

VOTVM LXV.

IN cauſa Fratruum de Benedictis decla-
raui per Sententiam conſtare de Socie-
tate vniuerſali, enim agebatur intèr
Fratres, in quibus ratione mutuæ coniun-
1 ctionis vniuerſalis Societas omnium bo-
norum faciliùs præſumitur Alciat. de præ-
ſumpt. regul. 1. præſumpt. 25. num. 2. Ciar-
lin. contr. 16. num. 4. tom. 1. Gratian. di-
ſcept. 547. num. 2. de Roſa conſult. 8. num. 5.
Ciroch. diſcept. 65. num. 9.
Prò qua Societate comprobanda etiam-
ſi tractaretur intèr extraneos ſufficiunt il-
2 la tria requiſita paſſim à Doctoribus con-
ſiderata in hac materia ſcilicèt communis
habitatio, & conuictus, & communis quo-
rumlibet lucrorum participatio abſque
vlla redditione rationis Gratian. diſcept.
545. num. 1. & 993. num. 1. Ciarlin. contr.
16. tom. 1. num. 3. & 4. Andreol. contr. 35.
num. 14. Rot. deciſ. 27. num. 13. part. 17. &
in Fanen. Succeſſionis 19. Februarij §. eiuſ-
dem, & 18. Iunij 1685. coràm R. P. D. Her-
nanult, & in Potentina Cenſus 26. Nouem-
bris 1691. coràm Eminentiſs. Cauallerino.
Non aduerſatur, quod non probetur
3 numquàm fuiſſe redditam rationem, pro-
ut requiritur vltra alia duo requiſita com-
mu-

Digitized by Google

municationis lucrorum, & conuictus iuxtà firmata per *Rot. coràm Burat. deciſ.* 397. *num.* 1. *& deciſ* 908. *num* 6. *&* 8. quoniam ſufficiens eſt quod non probetur redditio rationis, quæ vti quid facti non præſumitur, & ab allegante eſt probanda *Ciarlin. contr.* 16. *tom* 1. *num* 21 *&* 22. *de Roſa conſult.* 8. *num.* 38. *& Rot. in d. Fanen Succeſſionis* 18. *Iunij* §. *nullum*, *& in dicta Potentina Cenſus* §. *nec dicatur*.

Nec ad excludendam hanc Societatem ſufficit, quod vnus ex fratribus confecerit librum rationum, cum adnotatione dati, & accepti ab alijs fratribus, dummodò nõ appareat diſpuncta, & calculara ratio, proùt traditur à *Felician. de Societ. cap.* 10. *num.* 40. imò ſi vnus ex fratribus in particulari libro bona vti propria deſcripſiſſet, ſi poſtea, eadem communicaſſet, Societas vniuerſalis non remaneret excluſa *Soccin. Sen. conſ.* 160. *ſub num* 4. *&* 9. *lib.* 2. *Maſcard. de probat. concluſ.* 1315. *num.* 36. *Gratian. diſcept.* 547. *num.* 10. *de Roſa conſult.* 8. *num.* 10. *Felician. de Societ cap.* 11. *nu.* 22.

Accedentibus præſertim certioratione
ad inuicem de rebus ad negotium perti-
nentibus, continua mercium tranſmiſſione
6 cum ballis eodem ſigillo ſignatis, dota-
tione ab vno facta in fauorẽ filiæ alterius,
ac venditione prædij communi nomine ſti-
pulata, quæ omnia ſocietatem vniuerſa-
lem mirificè oſtendunt *Rot. Genuen. apud
Bellon. deciſ.* 31. *num.* 9. *de Roſa conſult.* 8.
num. 20. *& ſeq. & Rota in dicta Potentina
cenſus* 26. *Nouembris* 1691. §. *talem autem
coram Eminentiſs. Cauallerino*.

Data itaquè bonorum omnium com-
munione bona vnius remanent obligata
7 prò debito alterius Socij *Felician. de ſociet.
cap.* 30. *num.* 63. *Surd. deciſ.* 213. *num* 4 *&
in recent. deciſ.* 58. *num.* 13. *par.* 17. *& in
dicta Potentina* §. *ſuperato*.

Quæ concluſio procedit etiamſi nomine
8 proprio debitum contractum fuerit, nec
verſum in communem vtilitatem *Gratian.
diſcept.* 725. *num.* 5. *& diſcept.* 904. *num.* 2.
10. *&* 11. *de Roſ. conſult.* 8. *nu.* 42. *Felician.
de ſocietat. cap.* 31. *num.* 27. *et in Fanen. ſuc-
ceſsionis* 19. *Februarij* 1685. §. *eiuſdem co-
ram R. P. D. Hernaude*.

Proindèque ſocius omnium bonorum
9 erit obligatus pro dote filiæ alterius ſocij
iuxtà veriorem opinionem *Menoch.* 275.
num. 11. *Surd. de aliment. tit.* 1. *quæſt.* 85.
num 6. *Felician. de ſociet. cap.* 26. *num.* 21.
Mangil. de imputat. quæſt. 26. *num.* 1. *et* 5.
Michalor. de fratr. part. 2. *cap.* 28. *num.* 3. *et
ſeq latè Thomat. deciſ.* 64. *n.* 1. 2. *et* 3.

Et ex eadem ratione ſtante ſocietate
10 vniuerſali, ſocius tenetur communicare
omnia lucra quouis modo ſibi obuenientia
ſiue hæreditaria, ſiue legata, vel donata
de Roſa conſult. 8. *num.* 56. *Gratian. diſcept.*
643. *num.* 9. *et* 904. *num.* 15. *Milan. deciſ.
Sicil.* 19. *lib.* 1. *Mantic. de tacit. lib.* 6. *tit.* 15.
num. 10.

ARGVMENTVM.

EMens loca Montium non poteſt moleſtari ab eis, quorum fauore vinculata fuerunt, dummodò eadem vincula non ſint expreſſa in litteris patentibus. Minor, & Mulier an poſſint vendere loca Montium ſinè ſolemnitatibus.

SVMMARIVM.

Emptor locorum Montium eſt tutus ſi vincula non ſint expreſſa in litteris patentibus num 1. *&* 2.

Habens loca Montium obligata ne remaneat eluſus, debet ſuam hypothecam apponere in litteris patentibus num. 3.

Minor alienans loca Montium ſine ſolemnitatibus inualidè contrahit, et datur actio contrà Segretarium admittentem reſignationem num. 4.

Qui habet loca Montium obligata, quando vincula non ſunt expreſſa in litteris patentibus, habet actionem ſolùm contra alienantem, non autem contra Emptorem num. 5.

Limita quando adeſſet fraus num. 6.

Mulier maior poteſt alienare loca Montium ſinè ſolemnitatibus num 7.

Minor non poteſt alienare loca Montium ſinè ſolemnitatibus num. 8.

VOTVM LXVI.

VEndidit Flauia Conſtantina octo loca Montis fidei D. Leonardo Libro, vti extradotalia, & liberè ad ipſam ſpectantia, quàm venditionem annullare intendebat Antonius Paulellus eius Vir prætendens dicta loca octo Montis fidei fuiſſe eidem in dotem aſſignata

proùt

Google

proùt apparet ex Inſtrumento dotali; Sed
quia in littetis patentibus non conſtat di-
cta loca Montis fidei fuiſſe in dotem ei-
1 dem tradita, nec in eis appoſitum legitur
iſtud vinculum, ſequitur emptorem non
poſſe moleſtari, cum loca Montiū non re-
cipiant hypothecam, & libera tranſeant in
emptorem, dummodò vincula non ſint
expreſſa in litteris patentibus *Gratian. di-
ſcept. 730. num. 48. & deciſ. 77. num. 19. &
20. par. 6. & deciſ. 504. num. 7. par. 13. re-
cent.* itaùt loca Montium libera perue-
niant in Emptorem ſi vincula non repe-
2 tantur, & renouentur in nouis litteris pa-
tentibus, in quibus neceſſe eſt, vt eadem
vincula appareant aliàs non releuant *de
Luca de regal. diſc. 4. num. 3. & 4. diſc. 16.
num. 6. diſc. 16. num. 3. & diſc. 163. in ſup-
plemen. & Rot. in Romana pretij officiorum
19. Iunij 1680. coràm bo: me. Albergato §. Si-
quidem*, vndè ſi bona hæreditaria litiga-
rentur, & intèr ea adeſſent loca Montium,
3 tunc iſta eſſent ſequeſtranda, quia ſi medio
tempore venderentur non reciperent hy-
pothecam, nec ampliùs poſſent recupera-
ri *Rot. deciſ. 504. num. 4. vſq; ad n. 7. par. 13.
recent.* & quando admitteretur inualida
4 venditio locorum Montium veluti facta à
Minori abſque neceſſarijs ſolemnitatibus,
tunc daretur actio etiàm contra Secreta-
rium ipſorum Montium, vel contra Ven-
ditorem, qui male alienaſſet loca Mon-
tium, ſubiecta alicui impedimento, ſed
5 non expreſſo in litteris *Hond. conſ. 82. n. 20.
Card. de Luca in tract. de loc. Mont. cap. 2.
num. 9. 10. & 26.* niſi concurreret fraus
6 etiàm in Emptore, quæ præſumeretur ex
modicitate pretij ſoluti prò locis emptis
iuxtà doctum votum impreſſum D. Caroli
Siliquini *in Romana locorum Montium, & fa-
ciunt tradita per Card. de Luca in dicto tract.
de loc. Mont. cap. 2. num. 26.*

Nec hic eſt inſiſtendum circa ſolemni-
tates non adhibitas à Flauia in venditio-
ne locorum Montium, cum ſit certum ob
7 conſtitutiones Pontificum factas in ere-
ctione ipſorum, Mulieres maiores poſſe
vendere abſque ſolemnitatibus ſtatutarijs
dicta loca Montium *Rot. coràm Seraph. de-
ciſ. 216. & coram Vbald. deciſ. 14 num. 7. &
8 plur. ſeq.* licèt ſecùs eſſet in minoribus *Rot.
coram Seraph. deciſ. 679. & coram Vbald.
dicta deciſ. 14. num. 9. Cohel. ad bul. bon. re-
gim. cap. 34. art. 19. num. 4.*

ARGVMENTVM.

DVpplex ſalarium debetur exer-
centi duo officia, & quando.

SVMMARIVM.

*Salarij quantitas, quando non eſt expreſſa taxa-
tur arbitrio Iudicis num 1.*

Debetur iuxta ſolitum num 2.

*Salarium Reuiſoris rationum fuit taxatum in Iu-
lijs decem, & ſeptem prò qualibet die num. 3.*

*Dupplicato labore dupplicandum eſt ſalarium nu-
mer. 4.*

*Computiſta, & inſimùl Reuiſor rationum in ca-
ſu, de quo agitur conſequi debet duplex ſala-
rium num. 5.*

*Salarium non conuentum non debetur niſi in per-
ſonis ſolitis locare operas ſuas num. 6.*

*Et ſolitum in hac ſpecie deſumitur etiam ab vni-
ca vice num. 7.*

VOTVM LXVII.

NOn videtur exceſſiua mercedis taxa-
tio à Peritis fauore Iacobi Trapani
facta in Iulijs quindecim prò quali-
1 bet die prò reuiſione rationum Dominici
Siani adminiſtratoris. Quantitas enim
ſalarij, quando non eſt expreſſa venit ta-
xanda officio Iudicis *Gloſ. in l. 1. in princ. in
2 verb. dicere ff. de var. & extraord. conſtitut.
Magon. dec. Floren. 11. n. 4. Rot. coram Vbal-
do deciſ. 31. num. 2.* & ſalarium debetur
iuxtà quantitatem dari ſolitam intèr con-
ſimiles perſonas in eadem Ciuitate *l. licèt,
vbi Bald. C. locat. Surd. conſ. 42. nu. 13. lib. 1.
& conſ. 460. num. 30. lib. 4. Rot. deciſ. 88.
nu. 5. par. 2. diuerſ. & coram Vbald. deciſ. 31.
num. 3.*

Fortiùs quia Reuiſori, & Calculatori
in reuiſione rationum adminiſtratoris pin-
guis hæreditatis, proùt in præſenti fuit
3 taxatum ſalarium in Iulijs decem, & ſe-
ptem prò qualibet die, vti videre eſt in
deciſ. 31. coram Vbald. num. 3.

Nec releuat vnicum obiectum huius
cauſæ, nempè quod Iacobus poſt quàm
fuerit factus Reuiſor extiterit etiam ele-
ctus Capſerius cum menſtrua mercede
eiuſdem Banchi, cuius rationes erant cal-
culandæ, & reuidendæ, quoniam cum
Iacobus duplex exercuerit officium, du-
plex etiam ſalarium conſequi debet du-
plica-

Digitized by Google

4 plicato labore §. *illud vbi gloſ. in verſ. periculũ auth. vt Iudic. ſin quoque ſuffrag. fiant l. ijs Scolaribus vbi Io. de Plat. C. de erog. mil. lib. 12. Roman. conſ 25. ibi. Add Surd. conſ. 66. nu. 1. lib. 1. Gail. lib. 1. obſer. 44. nu. 8. Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 223. num. 7. & ſequen. Rot. deciſ. 354. num. 4. par. 1. recent. & coram Vbald. deciſ. 31. num. 5.* vbi agebatur in terminis fortioribus nempè de Re-
5 uiſore, qui deindè fuit etiam Computiſta vti in *dicta deciſ. num. 5. & 6. & generalitèr Adden ad Pamph. deciſ. 177. num. 9. & in recen. deciſ. 264. num. 10. par. 16.*

Minùs releuat, quod prò hac reuiſione nullum ſalarium fuerit promiſſum, & ideo ſit locus regulæ, quod ſalarium non con-
6 uentum non debeatur *l. Salarium l. qui mutuum §. Salarium ff. mandat. l. Salarium C. eodem, Alexan. conſ. 109. per tot. lib. 6.* quia dicta regula limitatur in eo, qui ſit ſolitus locare operas ſuas, & in hac ſpecie ſoli-
7 tum probatur ex vnica vice, vti relictis generalibus in puncto firmatùr à *Rot. in deciſ. 772. num. 1. 2. & 3. coràm Vbald.*

ARGVMENTVM.

NVdum, & purum nomen in contractu quando, & quomodo probetur. Procurator quando poſſit eſſe Teſtis. Simulatio ex quibus arguatur.

SVMMARIVM.

Teſtes conteſtes plenè probant num. 1.
Teſtes adminiculati fortiùs probant num. 2.
Procurator non poteſt eſſe Teſtis num. 3.
Limita in diuerſa cauſa num. 4.
Simulandi cauſa ſufficit, quod ſit opinata n. 5.
Quando adeſt cauſa ſimulandi probatur ſimulatio leuioribus probationibus num 6.
Quando deficit cauſa ſimulandi requiruntur concludentiſſimæ probationes num. 7.

VOTVM LXVIII.

AD probandum quod Ioſeph Saluius in affictu Palchettorũ Theatri Turris Nonæ habuerit nudum, & purum nomen, & quod veri Affictuarij fuerint Ioannes Baptiſta Liberatus, & Vincentius Ferrettus per acta Iuliani formi-
1 ter examinati fuerunt duo Teſtes, qui cum tempore, & loco, & verbis conteſtes extiterint plenariè probant *Bart. in l. admonendi num. 48 ff. iur. iurand. Bald. in l. final. num. 10. verſ. & ſuas C. de probat. Rot. coram Buratt. deciſ. 46. num. 1.*

Præcipuè quia vltra dictos duos teſtes formiter examinatos, adſunt plures fides diuerſarum perſonarum, idem atteſtantium, ac etiam non eſt veriſimile, quod ſi Liberatus, & Ferrettus fuiſſent meri Mi-
2 niſtri, de proprio ſoluiſſent ſcuta tercentum pro dicto affictu animo repetendi à dicto Saluio, vndè dicta Teſtium formiter examinatorum, cum ſint adminiculata fortiùs concludunt *Bald. in l. final nu. 2. C. commin. vel Epiſt. Cæſar de Graſ deciſ. 7. ſub n. 4. de præben. & coram Burat. deciſ 387. num. 10. & deciſ. 27. num. 8. par. 1. diuerſ.*

Nec aduerſatur, quod vnus ex dictis Teſtibus vti Procurator Saluij non potue-
3 rit deponere fauore ſui Clientis *cap. inſuper de Teſtibus Rot. corâm Martin. Andr. deciſ. 86. num. 9. & coram Card. Cerro deciſ. 61. n. 9. cum alijs in Viterbien. dotis 5. Iulij 1688. §. quia viſum coram R. P. D Caprara.*

Quoniam Procurator non poteſt eſſe
4 Teſtis in eadem cauſa, ſecus in diuerſa proùt in præſenti *Bald. in l. omnibus num. 3. verſ. ſibi autem Salicet. num. 6. Sichard. nu. 5. C. de teſtibus n. 145. Nepos de Monte Albano de Teſtibus n. 145. Stephan. Aufrer. de Teſtibus n. 83. verſ. procurator Farinac. de Teſtibus q. 60. n. 214. & 218. Rot. coram Burat. deciſ. 522. num. 9.* tantò magis quia de tempore examinis dictus Teſtis non erat ampliùs nec minùs in alijs cauſis Procurator, & ſic facto tollitur omnis difficultas, non aduerſante quod Procurator, etiam depoſito officio ratione affectionis non faciat plenam probationem *Adden. ad Gregor. deciſ. 178. num. 5.* quia dicta auctoritas procedit in Procuratore in eadem cauſa, at ſeeùs in diuerſa tantò magis quia vt ſuperiùs fuit conſideratum in præſenti dicta Teſtium ſunt adminiculata, quo caſu contra illos non ſunt attendendæ tàm rigoroſè exceptiones perſonales.

Demum non obſtat, quod in hac controuerſa non adducatur cauſa ſimulandi, qua deficiente non erant admittendæ probationes contra publicum Inſtrumentum, quia in tantum Saluius præſtauit ſuum nomen in affictu, in quantum locatores nolebant tractare cum dictis Liberato, & Ferretto, præcipuè quia locatores recogno-

5 ſcendo Saluium prò debitore erant magis
tuti, ideoque ſufficit ſimulandi cauſam eſ-
ſe etiàm opinatam, & veriſimilem licèt il-
lius veritas non appareat à parte rei *Rot.*
deciſ. 148. *num.* 2. *part.* 16. *recent.* tum
6 quià quando adeſt cauſa ſimulandi, tunc
admittuntur leuiores probationes etiam
ex coniecturis deſumptæ, illa verò defi-
7 ciente requiruntur plenæ probationes,
juxtà diſtinctionem paſſim receptam *Rot.*
deciſ. 148. *num.* 3. *&* 4. *part.* 16. *& deciſ.*
107. *num.* 11. *part.* 17. *recent. & in Roma-
na Pecuniaria* 19. *Iunij* 1691. §. *ceſſante co-
ràm R. P. D. Vrſino.*

ARGVMENTVM.

INtegrum ſalarium debetur ei, qui locauit operas ſuas ad certum tempus, quando fuit impeditus facto Conductoris, ſeù caſu fortuito.

SVMMARIVM.

Locatori operarum ſuarum debetur integrum ſalarium, ſi fuerit impeditus culpa Conductoris num. 1.

Idem dicendum èſt ſi caſu fortuito num. 2.

Authoritates in contrarium adducta declarantur num. 3. *&* 4.

Amplia vt procedat in operis, quæ conſiſtunt tàm in virtute, quàm in labore num. 5.

Famulis tempore infirmitatis non debetur ſalarium num. 6.

Nec in alijs impedimentis conſiſtentibus aut in re, ſeù perſona locatoris num. 7.

Inundatio fluminis numeratur inter caſus fortuitos, & inſolitos num. 8.

VOTVM LXIX.

SAlarium integrum cenſui eſſe dandum
Franciſco, cum iſte operas ſuas cul-
pa Conductoris integrè præſtare non
1 potuit *Odofred. in l. ſi verò* §. *item cum qui-
dam ad fin ff. locat. vbi Bart. num.* 4. *&* 5.
Bald. verſ. 2. *caſu Natt. conſ.* 452. *num.* 2.
Rot. coràm Burat. deciſ. 79. *num.* 9. *& in re-
cent. deciſ.* 330. *num.* 2. *& ſeq. part.* 1. *re-
cent.*

Nec obſtat quod ceſſata culpa Condu-
ctoris, nec paritèr dictus Locator ſuas
2 operas præſtiterit, quià ſuperuenit poſteà
aliud impedimentum ex caſu fortuito
inundationis Tiberis de Anno 1695. qua
durante nauilijs portare nequit ad Vrbem
lignamina, proùt iuſtificatum fuit in facto,
quo caſu integram mercedem eſſe præ-
ſtandam à Conductore communitèr tra-
dunt *Bart. in leg.* 1. *num.* 14. *ff. de var. &
extraord. cognit. cum alijs congeſtis à Natta
conſ.* 452. *num.* 2. *Adden. ad Buratt. deciſ.*
79. *num.* 13. *Rot. coràm Rembold. deciſ.* 498.
per tot.

Auctoritates, quæ in contrarium addu-
cebantur, procedunt quando fuiſſet pro-
3 miſſum ſalarium conditionalitèr, veluti ſi
operæ præſtarentur, quia tunc ſuperue-
niente impedimento ex caſu fortuito non
eſſet dandum ſalarium ob non adimple-
mentum conditionis *Bart. in dicto* §. *diuus
ſub num.* 2. *Natt. conſ.* 452. *num.* 10. *Adden.
ad Buratt. deciſ.* 79. *num.* 14. *Rembold. dicta
deciſ.* 498. *num.* 6.

Seù dictæ auctoritates in contrarium al-
legatæ procederent quando non eſſet fa-
cta conuentio ſub certo, & determinato
tempore, quia tunc ceſſato impedimento
operæ poterant perfici, ſecùs verò quan-
do fuit facta conuentio ſub certo, & de-
terminato tempore conficiendi laboreria,
& in dicto tempore licèt locator fuiſſet
4 promptus ob impedimentum operas perfi-
cere nequiuit, vt benè colligitur ex *dicta
deciſ.* 498. *coràm Rembold. per tot. & præci-
puè num.* 6.

Quæ concluſio applicatur caſui, in quo
agitur, tàm in operis, quæ conſiſtunt in
5 bonitate virtutis, quàm in ſolo labore
corporis *Zacch. de ſalar. quæſt.* 23. *num.* 30.
cum alijs multis apud Pacion. de locat. cap. 50.
num. 3. *Rot. coràm Canal. deciſ.* 502. *nu.* 1.

Nec releuat quod famulis tempore co-
6 rum infirmitatis non ſit dandum ſalarium
non exiſtente conſuetudine in contrarium
ad tradita per *Zacch. de ſalar. quæſt.* 19. *à
num.* 10. quia quando impedimentum ac-
7 cidit in re, ſeù perſona locatoris, tunc ex-
pellit à conſequutione mercedis, ſi operæ
non fuerint perfectæ iuxtà plures caſus re-
latos *à Pacion. de locat. cap.* 50. *num.* 8. *cum
plur ſequen.* At ſecùs quando impedimen-
tum prouenit ex caſu fortuito, habito in
re ipſius conductoris proùt in præſenti, quo
caſu eſſe dandum integrum ſalarium fir-
matur *in mox allegata deciſione* 498. *coràm
Rembold.*

Quod

Digitized by Google

Quod autem caſus fortuitus euenerit in re conductoris dubitari nequit, quià ab
8 aquis fuit inundata tota ſilua, à qua lignamina erant deſumenda, quàm inundationem tamquàm inſolitam non comprehendi etiam in ſuſceptione periculorum fortuitorum in terminis aquarum Tiberis firmat *Gratian diſcept.* 195. *num.* 8. & 9. & generalitèr multi quos refert, & ſequitur *Rot. coràm Buratt. dec.* 210. *nu.* 8. & 9.

ARGVMENTVM.

Facultas quando dicatur data intuitu perſonæ, vèl officij ad effectum cognoſcendi an ſit tranſmiſſibilis ad Succeſſores.

SVMMARIVM.

Ius, ſeù facultas nominandi conceſſa exequutori teſtamentario regularitèr cenſetur data intuitu officij, & cum iſto expirat num 1. & 7.
Declara num. 2.
Habens facultatem liberam poteſt facere totum id, quod fieri poſſet ab eo, qui dederit facultatem num. 3.
Aliud pronomen quid importat num. 4.
Ad cognoſcendum an facultas ſit tranſitoria ad Succeſſores inſpicitur an priùs fuerit directa officio, quàm perſonæ num. 5.
In hac materia an facultas ſit tranſmiſsibilis ad Succeſſores attenduntur coniecturæ num 6.
Qualitas expreſſa in antecedenti, & ſubſequenti cenſetur volita etiàm in medio num 8.
Facultas an ſit realis, vel perſonalis pendet à coniecturis relatis in num. 9.
Exequutore teſtamentario mortuo, nèc alio in eius locum ſubrogato ſubintrat hæres Teſtatoris num. 10.

VOTVM LXX.

Ius nominandi puellam ad effectum conſequendi ſubſidium dotale credidi ſpectare ad hæredes Iacobi exequutoris teſtamentarij, non autèm ad hæredes Philippi Teſtatoris iuxta verba Teſtamenti. Item *laſcio à Giacomo Falcone mio Nipote carnale, & anco mio Eſecutore Teſtamentario il poter nominare in perpetuò ogni trè anni vna Zitella, alla quale per conto di dote ſi debbano dare Scudi cinquanta.*

Non aduerſante, quod in tantùm Teſtator dederit hanc facultatem nominandi Iacobo, in quantùm iſte erat iàm exe-
1 quutor Teſtamentarius, itaùt dicatur contemplatum eius officium, quo finito debeat terminare paritèr ius nominandi ad tradita per *Rot. deciſ.* 196. *num.* 21. & *ſeq. part.* 8. *recent.*

Quoniàm obiectum procederet, vèl quando verſaremur in extraneo, vèl quando fuiſſet priùs nominatum officium, quàm perſona, at ſecùs in præſenti, in quo agitur de Nepote, valdè dilecto itaut dicatur potiùs contemplatum vinculum ſanguinis, quàm qualitas officij, & priùs fuit nominata perſona, quam officium, accedente præſertim illa dictione in perpetuum, quæ omnia ſufficiunt ad declarandum ius nominandi eſſe tranſmiſſibile ad hæredes Iacobi latiſſimè, & magiſtralitèr *Rot. deciſ.* 196. *per tot part.* 8. & *deciſ.* 301. *per tot. part* 14. *recent.*

Contrarium tamèn tenendum eſſe putarem, quando particulares circumſtantiæ concurrerent, & in caſu controuerſiæ habitæ inter Collegium Picenum Vrbis, & Communitatem Carcheratum in Congregatione particulari prò directione cauſæ habita coràm Eminentiſs. & Reuerendiſs. Cardinali Mareſcotto vigilantiſſimo Protectore Almæ Domus Lauretanæ Nationis Picenæ in Vrbe, edidi ſequens Votum.

Poterat clar. me. Cardinalis Azzolinus abſque vllo Breue Commutationis voluntatis præſcribere, vt Alumni Caſtellani haberent certas qualitates tàm circà ſtudia, quàm circà ætatem iuxtà facultates traditas à R. P. D. Caſtellano Protectoribus Almæ Domus Lauretanæ Nationis Picenæ in ſua donatione ibi — Item *vuole che ſi debbano mantenere con buona direttione, e gouerno per l' acquiſto del timor di Dio, buoni coſtumi, e ſtudio di buone lettere, e ſcienze, dieci Alunni, facendoſi ſcielta di quelli, i quali ſiano per eſſer di miglior riuſcita per mezzo di concorſo, ò in altro modo, che ſarà giudicato, ò preſcritto dal Sig. Cardinal Pallotta.*

Cum igitur per pijſſimum Donatorem in Alumnis nulla ſpecies ſcientiarum fuerit limitata, nulluſque modus in eorum ingreſſu fuerit præſcriptus, ſed totum in arbitrium clar. me. Cardinalis Pallottæ re-

remiſſum extiterit, ſequitur vt clar. me.
Cardinalis Azzolinus Protector Succeſ-
ſor in dicta Alma domu benè potuerit, &
quidem cum ſumma prudentia, etiàm vbe-
riùs adimplendo voluntatem Donantis
declarare, vt Alumni prædicti eſſent ad-
mittendi in certa ætate, & quod in Colle-
gio eſſent moraturi per quinquennium,
data itaque per Donatorem libera facul-
tate diſponendi circà modum, ætatem,
& ſcientias eligendorum dicto Cardinali
Protectori, dubitari nequit, vt iſte potue-
3 rit facere totum id, quod fieri potuiſſet ab
ipſo Donatore *Gratian. diſcept. 23. num. 25.*
& 26. cum alijs apud Merlin. deciſ. 577.
num. 7. attentis præcipuè illis verbis, *ò in*
altro modo quæ denotant diuerſitatem à
ſuprà expreſſis, & diuerſa ab expreſſis in-
4 cludunt *Hond. conſ. 69. num. 25. volum. 2.*
Rot. in recent. deciſ. 714. ſub num. 5. part. 2.
& coràm Card. Cerro deciſ. 616. num. 5. &
deciſ. 791. num. 2.

Nec aduerſatur, quod prædicta facul-
tas fuerit data ſoli Cardinali Palottæ, &
vti reſtricta ad induſtriam particularem
perſonæ non extendatur ad Cardinalem
Succeſſorem in protectione *Carp. de exe-*
quutoribus teſtamen. lib. 1. cap. 22. num. 23.
5 fortiùs quià dicta facultas fuerit commiſ-
ſa Perſonæ, & non officio iuxtà diſtinctio-
nem *tex. in cap. quoniàm de offic. de legat. &*
in terminis noſtris tradit Noal. de tranſmiſ.
cap. 52. num. 1.

Quia prò cognoſcendo, an dicta facul-
6 tas fuerit commiſſa perſonæ, & non offi-
cio, ſeù dignitati ad effectum illam tranſ-
mittendi Succeſſoribus attenditur veriſi-
milis voluntas diſponentis, ità ùt licèt fa-
cultas, vèl commiſſio eſſet directa perſo-
næ, & non officio, nihilominus eſſet rea-
lis, & tranſmitteretur ad ſucceſſorem in
officio concurrentibus coniecturis, proùt
in præſenti *Sanch. de Matrimon. lib. 8. diſp.*
27. num. 3. Io. Antonius Bellonus de mandat.
iuriſdict. cap. 10. quæſt. 8. num. 8. & 11.
Fragoſ. de Republic. Chriſtian. tom. 1. lib. 4.
diſput. 10. §. 1. num. 120. de Roſa de exe-
quut. litter. Apoſt. part. 2. cap. 7. num. 36.
& 37.

Concurrunt itaque multæ circumſtan-
tiæ, & præſumptiones, quæ euidentèr
oſtendunt facultatem datam Cardinali
Palottæ fuiſſe realem, & tranſmiſſibilem
ad Succeſſorem in protectione. Nàm con-
ſiderandum eſt, quod Donator in tantum
dederit hanc facultatem Cardinali Palot-
7 tæ, in quantum de tempore donationis.
Iſte erat Protector Almæ Domus Laure-
tanæ in Vrbe, cui Eccleſiæ bona dona-
bantur, maximè quià non aderat titulus
ſtrictiſſimæ amicitiæ, vèl conſanguinita-
tis, vti in ſimilibus terminis firmant *Gra-*
tian diſcept. 248. num. 38. Menoch. de præ-
ſumpt. lib. 4. præſumpt. 124. num. 1. multi
quos refert, & ſequitur Capic. Latr. conſult.
106. num. 23. & 24. Surd. deciſ. 38. nu. 23.

Præcipuè quia in dicta donatione ſæpè
nominantur Cardinales Protectores prò
tempore ibi — *da nominarſi dai Signori Car-*
dinali Prottetori prò tempore facendoſi ſcielta
di quelli, i quali ſiano per eſſere di miglior
riuſcita per mezzo di concorſo, ò in altro mo-
do, che ſarà giudicato, dichiarato dal Sig. Car-
dinal Pallotta, & in difetto de' ſopradetti
quattro Alunni delle Carchere ſi debbano porre
Romani, e Nationali della Marca da nominarſi
dalli detti Signori Cardinali. Quibus ſtan-
tibus qualitas Protectoris licèt non ex-
preſſa in Cardinali Palotta verbalitèr, ta-
mèn ex coniecturata voluntate donatarij,
in eo etiàm dicitur principalitèr conſide-
rata iuxtà regulam, quod qualitas Prote-
8 ctoris volita in antecedenti, & ſubſequen-
ti, habeatur etiàm prò expreſſa in medio,
in quo loquitur de Cardinali Palotta *Surd.*
conſ 564. num. 6. Fuſar. de ſubſtit. quæſt.
403. num. 18. Actolin. reſolut. forenſ 115.
num. 12.

Quibus accedit, quod ſicuti Donator
dederit maiorem facultatem eligendi plu-
res ex dictis Alumnis Protectoribus prò
tempore in perpetuum, ità etiàm eſt veri-
ſimilitèr credendum, vt eiſdem conceſſerit
minorem poteſtatem præſcribendi quali-
tates dictis Alumnis in caſu, quo non fuiſ-
ſent præſcriptæ à Cardinali Palotta, for-
tiùs quia Donator voluit, vt dictæ quali-
tates eſſent præſcribendæ præfatis Alum-
nis in tempore valdè remoto nempè poſt
ipſius mortem, & poſt quàm eſſet iàm per-
fecta fabrica Eccleſiæ dictæ Almæ Do-
mus, vndè cum facultas data Cardinali
Palottæ veniret exequenda tempore val-
dè remoto, non poteſt dici perſonalis, ſed
realis, & tranſitoria ad Succeſſores, vt vo-
luntas donantis, per mortem præfati Car-
9 dinalis antè prædictum tempus non rema-
neret inefficax, & inutilis, & quia prædi-
cta

ƈta declaratio facienda per diƈtum Cardinalem Palottam reſpiciebat Alumnos perpetuò eligendos, non remanſit extinƈta per mortem eiuſdem Cardinalis, vt in punƈto alterius ſimilis perſonalis declarationis firmatur in *Toletana fundationis Cappellæ 26. Nouembris 1674. coram bo. me. Albergato impreſſ. in recent. deciſ. 372. num. 6. & 7. part. 18.*

Et in punƈto quod facultas Exequutoris Teſtamentarij quamuis perſonalis ab
10 illo in exequutionem non demandata eo mortuo, & nemine in illius locum ſubrogato tranſeat in Almam Domum Donatariam, & hæredem diƈti R. P. D. Caſtellani firmatur à *Rot. in recent. deciſ. 372. num. 1. & 2. & ſequen part. 18. deciſ. 207. à num. 10. vſque ad num. 13. part. 19.*

ARGVMENTVM.

Renunciatio faƈta alicuius hæreditati quando extendatur etiàm ad bona fideicommiſſi per illum poſſeſſa.

SVMMARIVM.

Renunciatio facta hæreditati alicuius non comprehendit bona fideicommiſſi per illum poſſeſſa num. 1. 2. 6. & 7.

Amplia idem eſſe in renunciatione facta bonis fraternis, quæ non extenditur ad bona materna licèt acquiſita à fratre num. 6. & 7.

Declarantur auctoritates in contrarium num. 3.

Statutum Bononiæ excludens fœminas à ſucceſſione Matris ſtantibus fratribus, iſtis deficientis ab inteſtato, & ſine filijs admittit ad ſucceſſionem fœminas in bonis prouenientibus à communi Matre num. 4.

Amplia num. 5.

Fœminæ de iure communi ſuccedunt æqualitèr cum maſculis num. 4.

Solum bannum, & confiſcatio non ſufficiunt ad tollendum dominium bonorum num. 8.

Bannitus licèt reintegratus non recuperat bona fideicommiſſi alteri deuoluta tempore, quo erat capitalitèr bannitus num. 9.

VOTVM LXXI.

IN ſuo cum quo deceſſit elogio Aloyſius Gonzaga legauit Dominico eius fratri ſcuta ſeptem mille, cum hac conditione, vt nil aliud prætendere poſſet quoquo modo in ſua hæreditate; Mortuo Teſtatore Dominicus conſequutus fuit ſupradiƈtum legatum, ſed de iſto non contentus egit coràm me contrà hæred m diƈti Aloyſij prò reſtitutione fideicommiſſi Inſtantis fauore iàm purificati, quorum bona poſſidebantur à præfato Aloyſio Teſtatore vti præcedentèr vocato ad idem fideicommiſſum, & mandatum obtinuit.

Non obſtante vnica exceptione, quæ prò parte diƈti hæredis deducebatur ſcilicèt
1 Dominico obſtare legatum eidem factum cum ea conditione, vt nil aliud prætendere poſſet in hæreditate Aloyſij Teſtatoris, & ab eodem legatario acceptatum.

Quoniam obieƈtum procederet ſi legatarius prætenderet aliquid in hæreditate Aloyſij Teſtatoris, in quo caſu certum erit eidem obſtare legatum acceptatum, cum ea conditione vt nil aliud prætendere poſſet in illius hæreditate, ſed in noſtra hypotheſi ſolum legatarius intentauit aƈtionem contra bona fideicommiſſi poſſeſſa ab Aloyſio, & ſibi debita vigore ſubſtitutionis purificatæ; quo caſu acceptatio legati ſupradiƈti legatario non præiudicauit vti in punƈto reſpondit *Rot. in Bonon. Succeſſionis 23. Iunij 1692. coràm R. P D. Muto confirmata 22. Iunij 1693. coràm R. P. D. Molines.*

Ea ratione, quod renunciatio faƈta de omnibus bonis ſpeƈtantibus ad hæredita-
2 tem Aloyſij non ſit extendenda ad bona deuoluenda ex fideicommiſſo licèt poſſeſſa ab eodem Aloyſio *Gratian diſcept. 34. num. 29. & 34. Adden ad eumdem num. 3. & 4 in fin. Rot. coràm Bich. deciſ 7. nu. 17. & 18. coràm Cerro deciſ. 614. num. 11. & in recent. deciſ. 206. num. 33. & 34. part. 6. & in diƈta Bon. Succeſsionis 23. Iunij 1692. coràm R. P. D. Muto §. quia certum eſt, confirmata 23 Iunij 1693. coràm R. P. D Molines §. non obſtante.*

Nec turbant auƈtoritates in contrarium allegatæ, quia procedunt quando
3 Aloyſius pleno iure poſſediſſet bona ſupradiƈta, ſecùs autèm quando poſt eius mortem eadem bona ad alium erant deuoluenda, quo caſu non ſunt conſideranda vti bona Aloyſij legantis cuius hæreditati renunciatum fuit vti proſequitur *Rot. in diƈta Bononien. coràm R. P. D. Muto di ƈto §. quia certum.*

R. P. D.

R. P. D. MOLINES

Bononien. Succeſsionis.

22. Iunij 1693.

ROtalis Sententia, qua Comitiſſæ Clementiæ conceſſa fuit immiſſio ad medietatem tàm dotis, quàm bonorum extradotaliũ Eleonoræ communis Matris, Cæſari fratri obuentorum, confirmanda viſa eſt, attenta illius validitate, & iuſtitia, validitas incontrouerſa eſt inter partes, & iuſtitia reſultat ex binis Deciſionibus, quæ Sententiam prædictam de more præceſſerant ſub diebus 2. *Maij*, & 23. *Iunij* 1692.

Litteralis eſt enim diſpoſitio Statuti Bononien. in quo licèt *in Rubric. de Succeſs. Aſcenden. & Collateral. lib.* 4. excludatur fœmina à ſucceſſione Matris ſtantibus fratribus, his tamen morientibus ab
4 inteſtato, & ſine filijs in bonis prouenientibus à communi Matre ſuccedunt vigore eiuſdem Statuti fratri prædefuncto, Sorores vnà cum alijs fratribus ſuperſtititibus, ità vt tunc ſucceſſio deferatur iuxtà diſpoſitionem iuris communis, æqualiter admittentis ad ſuccedendum fratri prædefuncto tàm fratres, quàm ſorores ſuperſtites, nulla ſexus ſeruata differentia *auth. defuncto §. ſi igitur C. ad S. C. Trebellianum*, hancque Statuti diſpoſitionem militare indiſtinctè tàm in ſororibus vtrinque coniunctis, quàm vterinis tenuit *Rot. coràm Merlin. deciſ.* 564. & 581. cum alijs
5 relatis in deciſionibus huius cauſæ nempè *in prima §. nam quoad primum, & in ſecunda §. nec eſt dicendum*; Quo ſtante cum deceſſerit Cæſar ab inteſtato nullis relictis filijs, ſucceſſio debita erat ſupradictæ Clementiæ cum Vincentio fratre nupèr defuncto in medietate bonorum maternorum dicto Cæſari obuentorum, vt iuſtè in deciſionibus cauſæ talis ſucceſſio fuit adiudicata.

Nec ad repellendam Clementiam à dicta Succeſſione allegari meretur quædam tranſactio inita de anno 1670. inter ipſam, & d. Com. Vincentium, in qua iſte promiſit libr. 100. annuas, donèc vixerit ipſa Clementia, cuius promiſſionis intuitu hæc renunciauerit omnibus prætenſionibus ſupèr materna hæreditate. Quoniam Blanconcinus, qui comparuit, & ſtipulatus fuit concordiam nomine dictæ Clementiæ non fuerat ab iſta conſtitutus Procurator cum ſpeciali Mandato Procuræ ad ſic tranſigendum, prout requirebatur, indeque actus huiuſmodi illi nequit præiudicium irrogare; Tantò magis quia non conſtat eam vnquam ratificaſſe, nec tacitè, nèc expreſsè ſupradictam Tranſactionem.

Proìt aeque renunciatio Iuribus maternæ hæreditatis educi valet ex quo Comes Vincentius reliquit Clementiæ ſorori legatum prò omni, & toto eo, quod ipſa prætendere poſſet in ſua hæreditate
6 iuncta illius acceptatione emiſſa à dicta Clementia; Nam placuit reſponſio data in deciſionibus huius cauſæ nimirum, quod Comitiſſa Clementia non agit, nec prætendit ſuccedere in bonis Vincentij Legantis, in quibus diſcutiendum eſſet per huiuſmodi legatum eiuſque acceptationem an ipſa diceretur renunciaſſe hæreditati legantis. Sed petit medietatem bonorum maternorum obuentorum Cæſari alteri fratri, cuius bonis non poteſt dici renunciaſſe Clementiam per acceptationem dicti legati. *Rot. deciſ. 144. per tot. & num. 31. part. 6. rec. & in prima deciſione huius cauſæ §. ſecundum obiectum, & in ſecunda §. Alterum fundamentum.*

Non obſtante, quod per aditionem hæreditatis Cæſaris factam à Vincentio bo-
7 na à dicto Cæſare tranſierint in proprium Patrimonium Vincentij, indeque conſiderari, non poſſint vti hæreditaria Cæſaris; quia quoad medietatem Bonorum maternorum obuentorum Cæſari, quæ poſt eius mortem ſine filijs ſtatim deuoluebantur ad Clementiam ſororem vigore dicti Statuti illa conſiderari non poſſunt vti bona Vincentij legantis ad tradita per *Gratian. diſcept.* 134. *num.* 29. & 34.

Denique non releuat incapacitas Cæſaris ſuccedendi Matri, ex quo de tempore obitus iſtius erat capitaliter Bannitus, ac proindè ius ſuccedendi in materna hæreditate non potuiſſe tranſire ad Sororem; Nàm ex ſolo dicto Banno non re-
8 manet probata incapacitas Cæſaris ſuccedendi Matri, niſi ſimul probetur realis, & effectiua confiſcatio per appræhenſionẽ poſſeſſionis bonorum, illorumq; incorpo-

po-

porationem ſiſco, prout requiritur ad auocanda bona à delinquente, cumq; priuandum ſucceſſione, vt latè *in Fauentina Succeſsionis 2. Iuny* §. 1687. §. *non obſtante, & 13. Martij* 1688. §. *nihil refragante coram Reuerendiſs. meo Decano*.

Præterea & ſi admitteretur Cæſarem fuiſſe incapacem ſuccedendi non indè tàm bona elicitur conſequentia, quod Clementia non poſſit ſuccedere in bonis Matris prò medietate poſt mortem d. Cæſaris. Quia cum eadem incapacitas eſſet pariter reſpectu Vincentij contra quem etiam aderat Bannum capitale de anno 1657. quo obijt Eleonora Mater: ſucceſſio exindè in tota hereditate Matris debita foret Clemētiæ nō extantibus filijs maſculis capacibus ſuccedendi, & quidem tàm de iure, *quam vigore Statuti Bonon. lib. 4. de ſucceſſ. liber. §. nemine verò Gratian. diſcept.* 209. *n.* 14.

In nihilo refragrante reintegratione emanata fauore Vincentij quia hæc vti obtenta de anno 1672. non valuit præiudiciū irrogare Iuribus Clementiæ acquiſitis in ipſo die obitus Matris ad ſuccedendum in iſtius bonis *Altograd. conſ.* 98. *num.* 63. *& per tot. lib.* 1.

Et ita vtraque &c.

ARGVMENTVM.

MVlier quando teneatur de euictione in bonis traditis in dotem Marito. Lucrum dotale quando debeatur Vxori, ſi Maritus fructus dotales exigere non potuerit Statutum Bononiæ, an requirat cauſam in contractu Minorum.

SVMMARIVM.

Contractus minoris an & quando ſubſtineatur ſecundū Statutum Bononiæ etiam ſinè cauſa n. 5.
In contractu Minorum requiritur cauſa num. 1.
Exiſtentibus mobilibus non ſunt alienanda immobilia Minorum num. 3.
Falſitas cauſa magis annullat contractum Minoris quàm ipſa deficientia cauſæ num. 2.
Iuramentum quando nō ſufficiat ad ſubſtinendum contractum minoris num. 4.
Vxor non tenetur ad fructus Dotis, qui exigi non potuerunt num. 6.
Promiſsio facta de dote excedente patrimonium Mulieris eſt nulla num. 7.
Vxor tenetur de euictione, & quod creditum dotale ſit exigibile quando dos incipit à quantitate num. 8. 22. 23.
Declara num. 9.
Dos quando dicatur conſtituta in quantitate, ſeù in bonis num. 10.
Maritus ſibi præiudicat ſi fuerit negligens in exigendis nominibus ceſsis, quando dos fuerit eidem data æſtimata num. 11.
In dubio eſt capiēda interpretatio in materia dotali potiùs fauore Mulieris quā Viri n. 12. *&* 18.
Cauſa dotis eſt potior, quàm cauſa alimentorum num. 13.
Mulier dans in dotem rem litigioſam non tenetur de euictione num. 14. 19.
Mulier dans in dotem legatum paternum non tenetur de euictione num. 15. *&* 18.
Hæreditas defuncti, & præcipuè Mercatoris ſemper dicitur incerta quouſque non fuerit expurgata ab ære alieno num 16.
Vſuræ dotales lapſu temporis cenſentur remiſſæ num. 20.
Ius exigendi fructus dotales extinguitur morte Mariti, nec tranſmittitur num. 21.
Lucrum dotale quandò debeatur ſi maritus exigere non potuerit fructus dotis num. 24.
Poſſeſsio arguitur ex dimiſsione bonorum nu. 25.
Et ex alijs actibus recenſitis in num. 27 28. 29. *&* 30. *&* 32.
Legalis poſſeſsio, ſeù detentatio quando dicatur num. 26.
Fructuum perceptio quando ex ſola poſſeſsione præſumatur num. 31.
Lucri dotalis ſolutio non eſt retardanda exceptione illiquida num. 32.

VOTVM LXXII.

QVoad primam partem dubij in hac cauſa mihi propoſiti dicebam contractum factum à Xauerio minori
1 eſſe nullum ob defectum cauſæ, quæ vna cum ipſis ſolemnitatibus requiritur in alienatione ſtabilium minoris *leg. ſi pupillor. §. ſi prætor ff. de reb. eorum leg. tutor vrgentibus creditoribus ff. de minor. leg. magis puto §. non paſſim verſ. ſi modo vrgeant, & §. ſi æs alienum leg. ſi pupillor. §. ſi prætor ff. de reb. eorum*.

Et in præſenti euidentior redditur nulli-
2 tas contractus dùm non ſolum deficit cauſa ſuppoſitæ indigentiæ, & ſubſtentationis familiæ, ſed vlteriùs conuincitur falſa, & erronea; hæc enim cauſæ falſitas ma-

magis influit in nullitatem contractus, quam ipſa deficientia cauſæ *Gratian. diſcep. 691. num. 31. Andreol. contr. 136. num. 12. & 15. Caſtald. conſult. 59. num. 6. Rot. coram Celſo deciſ. 233. num. 8.*

Maximè quia de tempore factæ aliena-
3 tionis prædij aderant quam plurima mo-
bilia, ex quorum venditione ſubueniri poterat ſuppoſitæ indigentiæ familiæ cum certum ſit minoris ſtabilia nõ eſſe alienanda quando ex mobilium pretio ſatisfieri poteſt eiuſdem minoris indigentijs *leg. 1. §. quod ſi fortè leg. magis puto §. non paſſim, & §. in prioris ff. de reb. eor. Rot. coram Burat. deciſ. 410. nu. 7. & coràm Merlin. deciſ. 444. num. 5.*

Nec ad ſubſtinendum hunc contractum
4 recurrendum eſt ad iuramentum, quia ſta-
tutum Bononiæ vti in hac parte confirmatum à Pontifice in forma ſpecifica annullat contractus etiam iuratos. vti in puncto Statuti Bononiæ reſpondit *Caſtald. conſult. 59 num. 5. & Rot. in deciſ. 153. nu. 3. par. 1. recen.*

Minuſque ſubſiſtit Statutum Bononiæ
5 non requirere cauſam in contractibus Mi-
norum, ſed ſolùm ſimplices ſolemnitates *iuxtà deciſionem 151. num. 3. par. 11.* Quoniam obiectum forſan procedere poſſet in ipſa obligatione perſonali, non autem in reali, in qua vltrà ſolemnitates eſſe neceſſariam cauſam in contractibus Minorum firmarunt in puncto Statuti Bononiæ *Pariſ. conſ. 100. num. 10. lib. 2. & conſ. 12. num. 42. & 43. lib. 2. Berret. conſ. 11. num. 1. Maſcard. de Statut. concluſ. 2. nu. 58. & 59. cum alijs apud Caſtald. conſult. 59. n. 4. Rot coram Gregor. deciſ. 406. num. 4. & in recent. deciſ. 153. nu. 11. par. 1. & deciſ. 504. nu. 19. par. 5. & deciſ. 352. num. 23. par. 17. recent.*

Quo verò ad ſecundam partem dubij reſpicientis, an Vxor teneatur ad fructus dotis, qui exigi non potuerunt per Maritum, ſat erit perlegere ſequentem nouiſſimam deciſionem.

R. P. D. PRIOLO

Romana Pecuniaria.

Lunæ 22. Aprilis 1697.

SCuta quatuor millia, quę Pater ſuis filiabus pro qualibet legauerat pro omni, & toto eo, quod prætendere poſſent àb eius hæreditate, Margherita, dùm erat minor, & in Monaſterio, de Anno 1657. ſibi conſtituit pro Dote, & promiſit Petro Antonio eius futuro Sponſo: ſed quia poſt obitum Patris illius bona remanſerunt intricata, & debitis inuoluta, dicta dos exigi non potuit de tempore contracti matrimonij: Defuncto paritèr Petro Antonio viro, quamplures controuerſiæ inſurrexerunt inter Margaritam poſſidentem bona Mariti, & allegantem cautelã Angeli prò ſuis Iuribus dotalibus, & Creditores eiuſdem Petri Antonij. Illa prætendente integram dotem Scutorum 4000. vna cum Quarto dotali, iſtis verò opponentibus, quod teneretur de exigibilitate dotis promiſſæ, propterea dicebant, calculandos eſſe fructus ad creditum viri pro ſummis, & rata temporis non exactis, Rota ſub die 23. Ianuarij 1690. cenſuit, Mulierem, neque petere poſſe portionem à viro non exactam; neq; teneri pro fructibus illius. Huic Iudicio vtraquè pars acquieuit: Sed cum Maritus non exegerit ad computum dictæ dotis, niſi quamdam ſummam, fuit per Creditores excitata alia quæſtio; quod nempè Margherita ſaltèm teneretur bonificare fructus dictæ ſummæ exactæ pro eo tempore, quo illa exigi minimè potuit à die contracti Matrimonij, & ſuper hoc articulo emanarunt reſolutiones fauore Creditorum, vna cum Sententia R. P. D. mei Vrſini nunc meritiſſimi Decani huius noſtri Tribunalis: cumquè in gradu appellationis coram me ſub die 4. Iunij 1694. Margherita iterum ſuccubuerit, conceſſa tamèn noua audientia, & omiſſis alijs inutilibus diſputationibus, nouitèr inſtetit, non teneri ad dictos fructus, non minùs ex diſpoſitione Iuris, quàm ex nouis facti circumſtantijs, & ob paritatem votorum adhibito ſuffragio omnium DD. in hac hodierna propoſitione, receſſum fuit à deciſis.

Dixerunt namque DD. Margheritam
6 non teneri ad fructus pro rata verè exacta
pro eo ſcilicet tempore, quo exigi non potuit, innixi in diſpoſitione *Text. tàm in leg. ſiuè generalis 61. quàm alterius leg. Mulier bona 73. ff. de iur. dot.* in prima enim ſtatuitur, *quod ſiuè generalis Curator. ſiuè dotis dandæ cauſa conſtitutus ſit, & amplius doti promiſſum eſt, quàm facultates mulieris va-*

Digitized by Google

valent, ipſo Iure promiſsio non valet, quia lege rata non habetur authoritas dolo malo facto. In altera verò ſancitur, *quod ſi mulier bona ſua omnia in dotem dedit, non plus eſſe in promiſsione bonorum, quàm quod ſupereſt deducto ære alieno.* Procedendo autèm cum diſpoſitione iſtarum legum, ſi legatum paternum Scut. 4000. nulla præcedente culpa mulieris, redactum fuit ad longè inferiorem ſummam, & illius liquidatio fieri non potuit, niſi poſt decenniū, & quod magis eſt, per viam tranſactionis, neceſſè ſequitur, vt mulier ex vi propriæ obligationis ad nihil aliud teneatur, quàm quod exigi potuit, iuxtà vires proprij patrimonij, cum totum illius patrimonium eſſe dicatur, quod de tempore ſequutæ ſolutionis extricatum, & liberatum remanſit ab alijs Creditoribus, vt innuere videntur illa explicata verba Textus non inutilitèr modo repetenda, vt ſcilicet *non plus ſit in promiſsione bonorum, quam quod ſupereſt, deducto ære alieno.*

Ad effugiendū vim iſtarum legum, pro Creditoribus dicebatur, nos non verſari in caſu à Paulo Iuriſconſulto figurato, quando nempè mulier promiſiſſet omnia
8 bona ſua in dotem; ſed in caſu noſtro Margherita non tradidit omnia bona ſua, neque ſimpliciter legatum paternum, ſed dotis conſtitutio incipit à quantitate, promittendo ſcilicet Scut. 4000. & legatum paternum non fuit acceptatum à Marito pro ſoluto, ſed pro ſoluendo, & ideò conſiderabant Margheritam teneri ad fructus vſque à principio ſuæ promiſſionis pro rata, quæ exigi potuit, iuxtà authoritates *Fontanel. de pact. nupt. claſ. 4. gloſ.* **21.** *par.* **1.** *num.* **37.** *cum ſeq & Bald. nouell. de dot. p. 6. priuil.* **41.** *num.* **1.** *verſ. ſed intrà vires, quas allegat præcedens dicti Reuerendiſs. Decani ſub die 8 Iunij* **1693.** *§. licèt namq; & reaſumit alia dicta coram me ſub die 4. Iunij* **1694.** *§. verum DD.*

Sed tale obiectum non ſubſiſtere viſum eſt ex eadem lege ſiuè generalis, in qua
9 Terentius Iuriſconſultus mentionem non facit de toto, & integro patrimonio Mulieris, ſed ad inualidandam illius obligationem ſtatuit, *quod promiſsio ipſo Iure non valeat, ſi amplius doti promiſſum eſt, quàm facultates mulieris valent, cum, quod amplius promiſſum eſt, quàm promitti oportuit, infirmetur*: & clariùs colligitur *ex gloſ. eiuſdem Leg. in verb. non valet*, ibi enim exemplificando caſum dicit, quod ſi adulta promittit in dotem, vltrà vires patrimonij, vt ſi habet centum, promittat biſcentum, pro illa rata Scut. 100. quæ excedit vires patrimonij, obligatio irrita remanet: cumquè ibi nulla mentio fiat de toto patrimonio, & ſpecialiter agatur de dote promiſſa in quantitate, negari non poteſt, quin ſit caſus noſter, vbi dos paritèr conſtituta fuit in quantitate, ſed vltrà vires patrimonij.

Sed DD. autumarunt ex verbis ipſius Inſtrumenti, Margheritam ſibi conſtituiſſe in dotem, non certam quantitatem, ſed tantùm Legatum paternum, quod erat to-
10 tum id, quod habebat; Pater enim, vt diximus, in ſuo Teſtamento illi legauerat pro omni, & toto eo, quod conſequi poterat ab eius hæreditate Sc. 4000. & de tempore matrimonij (ſunt verba Inſtrumenti) *eadem Margherita conſtituit, & promiſit dicto Petro Antonio eius viro præſenti, &c. Scuta* **4000.** *moneta ipſi per Hyppolitum eius patrem in dicto Teſtamento, vt ſupra, relicta, & ex nunc, prout ex tunc, & quando idem Petrus Antonius ipſam Margheritam deſponſauerit, ceſsit, conceſsit, & aſsignauit eidem Petro Antonio Sponſo præſenti legatū dictorum Scut.* **4000.** *moneta ipſi per Hyppolitum eius patrem, vt ſupra relictum, & ex cauſa ceſsionis, & aſsignationis huiuſmodi ceſsit, conceſsit omnia Iura, &c.* ex quibus ſane verbis ſatis clarè colligitur, Margheritam nihil aliud promiſiſſe, quàm Legatum paternum, & quantitatem ſolummodo expreſſam fuiſſe ad demonſtrandam qualitatem legati, non vero, vt Margherita obligata remaneret de illius exigibilitate, de quà obligatione nulla mentio ſit in Inſtrumento, imò contrarium potiùs eruitur ex illius lectura; nàm ſi Margherita à principio promiſit Scut. 4000. ſtatim illa ſpecificauit quæ, & qualia ſint, nempè Scuta 4000. ipſi per Hyppolitum patrem relicta, & deindè in progreſſu eiuſdem Inſtrumenti non aſſignauit ampliùs Scuta 4000. ſed ipſummet Legatū Scutor. 4000. per Hyppolitum patrem relictum, & demùm in fine illius ceſſit omnia Iura: Ideòque cum ex his omnibus pro comperto habeatur, dotem, præuia æſtimatione, aſſignatam fuiſſe in ipſo nomine Debitoris,
11 negari non poteſt, quin illud acceptatum

Digitized by Google

fuerit à marito cum omnibus ſuis euentua-
litatibus, & ſibi imputare debet, ſi totũ, &
ſtatim non exegit ad textum expreſſum *in
leg. promittendo 42. §. ſi à Debitore ff. de Iur.
dot.* vbi quod *ſi iàm tunc Debitor; cum ſub
conditione promitteret, ſoluendo non fuerit,
periculum viri eſſe, quod ſciens tale nomen,
ſequutus videretur, quale in obligatione fue-
rit: Ibique Brucheman. num. 2. & comprobant
Bartol. in leg. ſi cum dotem 23. § ſi mulier ſub
num 2. verſ. quarò è contra ff. ſolut. matrim.
Anſald conſ. 72. num. 20. cum ſequen Cam-
peg. de dot p. 2. quaſt. 79. ſub num. 1. verſ.
Sed ſi nomen Card de Luca eodem tit. diſc.
163 num. 7. verſ. iſto igitur caſu.*

Sed quando verba ſuperiùs expreſſa in-
digerent interpratatione, omnis æquitas
ſuadet, vt illa potiùs interpratentur fa-
uore mulieris, iſta enim erat Puella minor
in capillis, & in Monaſterio detenta, in-
12 ſcia ſuorum Iurium, & ſtatus hæreditatis
paternæ, quæ, vt exitus demonſtrauit,
erat ſummoperè intricata, & propterea
inuerîſimile omninò eſt, quod illa promit-
tere voluiſſet certam, & determinatam
dotem ſtatìm exigibilem, itaut teneretur
de proprio, quia aliàs dari potuiſſet ca-
ſus, vt ex tali obligatione omninò indo-
tata remaneret, quando potiùs vir, qui
exoptauit talia ſponſalia, & curauit illa
contrahere abſque Tutore, & Curatore
(nàm Gregorius Satus Curator deputa-
tus tunc temporis detinebatur in carceri-
bus) debebat eſſe ſollicitus de vera quan-
titate, & qualitate dotis, & ſibi imputet,
13 ſi non adhibuit maiores diligentias, quas
facere non poterat Margherita: Ideoquè
In concurſu ſuccurrendum potiùs eſſet mu-
lieri, ne illa remaneat indotata, quàm
Marito Creditori vſurarum dotaliũ, cùm
potior ſit cauſa dotis, quàm alimentorum.
*Abb. in cap. peruenit nu. 1. de Arbitr. Siluan.
conſ. 33. num. 12. cum ſeq. lib. 1. Matut. diſq.
legat. cap. 20. num. 23.*

Et benè hìc applicantur deciſiones *co-
ram Buratto la 745. & coram Merlin. la 311.*
14 quia ſibi Rota cenſuit, mulierem non te-
neri de euictione, quando marito tradidit
rem litigioſam, quàm cenſetur, maritum
15 illam acceptaſſe cum ſuo vitio, & mulie-
rem nõ dediſſe in dotem niſi illud Ius, quod
habebat in re legata, hìc paritèr militat
eadem ratio; nàm maritus acceptando
pro dote Legatum paternum, dicitur illud
16 acceptaſſè cum ſuis euentualitatibus, quę
circa quantitatem, & tempus exactionis
dari potuiſſent, cum hæreditas Defuncti,
& præcipuè Mercatoris ſemper dicatur in-
certa, quouſque expurgata non remaneat
ab ære alieno.

Nec attendendus eſt fauor Mariti pro-
pter onera matrimonij, quia, vt ſupra di-
ctum eſt, maius eſt priuilegium mulieris,
& maritus eſſet ſuccurrendus, ſi mulier
aliundè haberet, vel ex propria culpa, &
vtilitate Maritus fuiſſet in damno, vt ſup-
ponunt deciſiones huius cauſæ, & ſignan-
17 tèr illa emanata ſub die 8. Iunij 1693. §.
licèt coram Reuerendiſs. D. meo Decano:
ſed quia in caſu præſenti nulla mora, vel
culpa, aut vtilitas cõſiderari poteſt in Mar-
gherita, iſta enim nihil aliud promiſit,
quàm legatum paternum, & ſatis, ſuper-
què conſtat, ipſam nullum impedimentum
præſtitiſſe, quominùs illud integraliter
18 exigeretur, & ex hæreditate Patris nihil
retraxiſſe in propriam vtilitatem ſanè ir-
rationabile eſſet, ſi data ſcientia in viro
qualitatis rei conſignatæ, modò eſſet prę-
ſtanda per mulierem illius euictio, vt benè
obſeruat *Rota coram Buratt. d. deciſ. 745.
ſub num. 3. cum ſeqq.*

Sed hoc meliùs comprobatur ex facto
ipſius mariti, qui, cum nunquàm conque-
19 ſtus fuerit contra vxorem de inexigibili-
tate huius dotis, recognoſcendo illius pe-
riculum in ſe aſſumpſiſſe, ſtatìm egit con-
tra hæreditatem paternam, & benè con-
ſcius, quod dos conſiſtebat in puro lega-
to, & in Iure illud exigendi, non autèm
in certa quantitate per mulierem promiſſa,
Sato Curatori dilationem conceſſit, & de-
mùm, quia hæc exceptio excitata fuit tan-
tùm à Creditoribus Mariti, ſatis, ſuper-
què exploſa remaneret ex eo, quod dos
20 reperitur promiſſa ab ipſa vxore, vt vſurę
dotales medio tempore decurſæ propter
ſanguinis coniunctionem, & maximam in-
ter Iugales affectionem cenſerentur ex la-
pſu temporis remiſſæ ad Textum expreſ-
ſum *in l. cum vir. vſuras ff. de donat. inter
vir. & vxorem, & notant Surd. conſ. 290.
num. 51. Alexand. conſ. 63. num. 14. lib. 4.
Gall. de fruct. diſp. 20. art. 2. num. 60. verſ.*
21 *reſpondetur Antonell. de temp. legal. lib. 2.
quaſt. 79. num. 7. Cameratt. reſp. leg. 10. per
tot. & ſignantèr num. 7. cum ſeqq. & declarat
Rota conſ. 127. num. 10. p. 17. recen.* Ideoquè
fit

fit, vt iſtæ, nec minus tranſmitti potue-
rint, quià Ius eas exigendi in ipſo Inſtanti
obitus Mariti illicò extinctum remanſit *Ca-
merat. dicta reſp. 10. num. 9. cum ſequen. &
melius Donat. Ant. de Marin. alleg. Iur. lib.
2. cap. 141. ſub num. 4.*

Fontanell. verò, & Bald. nouell. in an-
tecedentibus deciſionibus allegati con-
22 formantes ſe cum diſpoſitione Textus in
dicta leg. ſiuè generalis, nihil aliud dicunt,
quàm quod ſubſiſtente obligatione intrà
vires patrimonij, vtilius ſit dicere, id,
quod ſuperfluum eſt, tantummodò infir-
mari, ipſiquè nullibi firment, mulierem
teneri vel ad dotem promiſſam, vel ad il-
lius fructus; videntur proindè in applica-
biles præſenti controuerſiæ.

Et tantò magis præmiſſa ſubſiſtere viſa
ſunt, quià nonnulli ex DD. procedendo
cum ſenſu ſcribentium pro Creditoribus,
& aliarum præcedentium deciſionum di-
cebant, quod ſicuti mulier remanebat ab-
ſoluta à reſiduali ſumma Scut. 4000. ex
23 eo, quod tamquàm excedens vires patri-
monij, non cadebat ſub obligatione, ità
quoquè eadem ratio militabat in alia quan-
titate poſt decennium exactà, quià iſta
nunquàm dici poterat certum patrimo-
nium mulieris, niſi poſt quàm extricatum
remanſiſſet ab alijs Creditoribus; & ſicu-
ti illius portio poterat eſſe maior, vel mi-
nor, ſecundùm maiorem, vel minorem
molem Creditorum hæreditatis paternæ,
ità hæc incertitudo ſatis demonſtrat, Mar-
gheritam nunquàm habuiſse certum pa-
trimonium, de quo diſponere potuiſset, &
propterea excluſa omninò remanet illius
intentio ſe dotandi in certa quantitate;
tantò magis quià ipſa pro ſolutione dotis
promiſsæ non delegauit niſi ipſummet le-
gatum paternum: Ideòquè cum illud dum-
taxàt deduxerit in obligationem, per il-
lius aſſignationem cenſetur propriæ obli-
gationi ſatisfeciſse, iuxta ea, quæ tradit
*Bartol. in l. ſi quis ſtipulatus fuerit decem in
melle 57. nu. 3. ff. de ſolut. & firmant. Ruin.
conſ. 65. num. 8. verſ. vel ſecundo lib. 2. &
conſ. 134. num. 5. verſ. in iſtud paulò poſt lib.
4. Laderch. conſ. 159. num. 3. & explicando
doctrinam Bart. diſtinguit Rot. in rec. deciſ.
63. num. 10. part. 13.*

24 Minùs obſtat, quod ſicuti vxor conſe-
qui debet lucrum dotale, ità Maritus con-
ſequi debet fructus pro rata dotis rece-
ptæ, iuxtà regulam *Textus in l. 1. & toto
tit. ff. quod quiſque Iuris in alterum ſtatuit,
vel obtinuit, ipſe eodem Iure vtatur*; nàm
quartum dotale non datur correſpectiuè
ad fructus, ſed ad ipſam dotem, & pro-
pterea ſufficit, quod ſit paulò antè tradi-
ta, vt eueniente caſu obitus quartum ſu-
perlucretur, vt in puncto aduertit *Add. ad
Buratt. deciſ. 432. ſub num. 11. & Rota co-
ram Seraph. dec. 882. per tot.* vbi in taxanda
quantitate lucri habita fuit ratio de dote
habita, & non promiſsa, quando ex euen-
tu litis apparuit nō fuiſse eius quantitatis,
quàm vxor in promiſſione affirmauerat.

Eòque propenſiùs DD. inclinarunt in
hanc ſententiam, quià in facto demon-
ſtratum fuit, maritum poſsediſse quam-
plura bona Hyppoliti excedentia portionē
debitam filiæ, quæ poſteà pro parte reſti-
tuere coactus fuit, & propterea tale credi-
tum fructuum, vel non exiſtere, vel euaſiſſe
illiquidum per Margheritā opponebatur.

Siquidèm poſt obitum Hyppoliti pa-
tris efformatus fuit concurſus Credito-
rum ſuper omnibus illius bonis, & inter
alios cōparuerunt Sauelleſcha vxor Hyp-
politi, & Margherita filia pro ſuis Iuri-
bus dotalibus, multum diſputatum fuit,
& variæ prodierunt Sententiæ, donèc de
anno 1668. inter matrem, & filiam de-
uentum fuit ad concordiam, in qua cum,
adhibitis omnibus ſolemnitatibus, ac
etiam cum præſentia, & conſenſu viri
Margherita faſſa fuiſſet ſe poſſediſſe hìc
in Vrbe quamdam domum poſitam in Pa-
rochia Sancti Euſtachij ad Dohanam,
necnon aliam domum cum vinea, & tri-
bus petijs ſyluarum in Territorio, & Ca-
ſtro Cintiani *dimiſit, & relaxauit* (ſunt
verba Inſtrumenti) *ſupradicta Fælici eius
Matri, animo tamèn ſe reualendi contra alia
bona Hyppoliti, poſſeſsionem domus poſita in
regione Sancti Euſtachij ad Dohanam, necnon
alterius domus poſita in Caſtro Cintiani: &
25 viceuerſa ſupradicta Fælix conceſsit, quod
Margherita retineat dictam vineam vna cum
dictis ſyluis modo, & forma, quibus illam,
vel illas habet, retinet, & poſſidet*; Cum-
què hæc dimiſſio, & retentio enunciata
fuerit in actu adeò ſolemni, & executio-
ni demandato inter Partes intereſſe ha-
bentes, important, vtique præcedentem
poſſeſſionem, quià aliàs Margherita ne-
que dimittere, aut retinere potuiſſet niſi

præcedentèr eadem bona poſſediſſet *ad textum in l. Traditio ff. de acquir. rer. dom. Gloſ. in l. quamuis §. primo in fine, ibique ſcribentes ff. de acquir. poſſeſſ. Tiraquel. de Iur. conſt. poſſ. lim. prima nu. 2. cum alijs, quos refert, & ſequitur Argel. de legit. contrad. quæſt. 10. art. 3. num. 5.*

Nec dicatur, talem actum fuiſſe geſtum cum Margherita tantùm, quià vltrà quàm quod præcedens Tranſactio fuit inita cum præſentia, & conſenſu viri, & agebatur de dote ad ipſum ſpectante; nihilominùs ſeries facti fuit repetita per Sauelleſcham in alio ſubſequenti Inſtrumento venditionis cuiuſdam domus poſitæ in Caſtro Cintiani inito cum eodem Petro Antonio, vbì enunciantur, tàm Petrus Antonius, quàm Margherita poſſeſſores bonorum hæreditariorum Hyppoliti; nec Pe-
26 trus Antonius, ipſo præſente, & conſentiente permiſiſſet, ſe enunciari poſſeſſorem dictorum bonorum, niſi verè, & actualitèr illa poſſediſſet.

Nec talis poſſeſſio dici poteſt tantùm detentatio, vel legalis poſſeſſio, quam habet Creditor immiſſus, quià verba in tranſactione emiſſa important plenam poſſeſ-
27 ſionem ibi — *Habet, retinet, & poſſidet*. Sed qualis fuerit hæc poſſeſſio, comprobatur etiàm ex alijs actibus poſſeſſorijs, quando nempè propria oris confeſſio, quà maior dari non poteſt probatio, indigeret vlterioribus adminiculis, primo enim facit, quod ipſe Petrus Antonius de anno 1662. & ſic antè tranſactionem vendidit pro Scutis 20. ſyluas cæduas, & de anno 1667. & ex penſionibus domus poſitæ ad Dohanam ſoluta fuerunt Theſaurario Eccleſiæ, & Hoſpitalis nationis Gallicanæ Scut. 18. pro canonibus decurſis ſub ſpeciali expreſſione, quod illa poſſidebatur à Margherita, & inſupèr idem Petrus Antonius de annis 1665. 1666. & 1667. ſoluit etiàm collectas, & taxam pro refectione viarum ad dicta bona Cintiani ſpectantes: & demùm exhibita fuerunt quam-
28 plura computa vna cum receputis pro expenſis ab ipſo Petro Antonio factis, tàm pro cultura, quàm pro recollectione vuarum, quæ ſanè omnia ſimul iuncta ſuperabundantèr probant poſſeſſionem viri vna cum ſubſequuta fructuũ perceptione.

Nec valor dictorum bonorum eſt adeò exiguus, vt attendi non mereatur; nàm domus ad Dohanam æſtimata fuit in Scutis 1325. alia in Caſtro Cintiani in Scutis 558. & vinea cum ſyluis cæduis in Scutis 1305. cumque in tranſactione poſtmodùm inita pro contingenti portione Margheritæ in bonis Hyppoliti Patris obuenerit ſolùm vinea cum dictis ſyluis cæduis, dùm Petrus Antonius exegit fructus omnium ſupradictorum bonorum, pro comperto habetur, quod ipſe non ſolùm exegit fructus pro portione illi competente, ſed pro alia longè maiori ratà, nempè Scutorum 1883. quæ illi non debebantur, & deindè coactus fuit dimittere.

Nec actus iſti poſſeſſionem inducentes deſtrui poſſunt ab alijs in contrarium adductis, nempè vel ab exequutione facta ſuper eadem domo ad Dohanam nomine Petri, & Margheritæ vſque de anno 1662. & à Sententia Graduatoria lata de anno 1664. in qua dicti Coniuges graduati fuerunt, tàm pro ſorte, & fructibus, quod certè factum non fuiſſet, ſi dicta domus, & reliqua bona per ipſos poſſeſſa fuiſſent.

Vltrà quod de eodem anno 1664. Soror Hyppolita Fœlix Monialis, & filia
29 eiuſdem Hyppoliti in eodem Iudicio concurſus allegauit, ſe poſſidere controuerſam domum ad Dohanam pro ſuo annuo liuello, eamque locaſſe per annos ſex ad rationem Scutorum 85. pro quolibet anno, & quia ad Monialem pro ſua præſtatione non ſpectabant, niſi annua Scuta 48. Conductor reſiduum promiſit ſoluere cui de Iure, ex quo datur intelligi, Petrum Antonium non fuiſſe in actuali poſſeſſione dictæ domus, quià reliquum non fuiſſet promiſſum cui de Iure, ſed ipſimet Petro Antonio, vt de ſe patet.

Siquidèm iſtius actùs ad ſummum excludere poſſent iuridicam poſſeſſionem Petri Antonij; nàm ſi de anno 1662. exequutio incæpta fuit, & Sauelleſcha appellauit à graduatione, & adiudicatione bonorum; certum eſt, quod poſſeſſio nunquàm fuiſſet legitimè capta; ſed hìc non agitur de qualitate poſſeſſionis, ſed ſo-
30 lum an Petrus Antonius realitèr poſſederit, quià cum ad effectum percipiendi fructus ſufficiat ſolùm de facto poſſidere, non ſunt iſti actus contraponendi cum clara, & explicita confeſſione ipſius Petri Antonij, quæ tot adminiculis fulcita reperitur.

Nec

Nec valet replicatio, quod talis poſſeſſio eſſet ſaltèm imputanda Margheritæ, & non viro, quià, cum Iudicium eſſet intentatum pro conſequutione dotis, & dos deberetur marito, & non vxori actus ſunt referendi ad commodum ipſius Mariti; tantò magis, quià in Inſtrumento venditionis factæ à Sauelleſcha ipſimet Petro Antonio, in quo tota ſeries facti continetur, apertè enunciantur Poſſeſſores dictorum bonorum, tàm Petrus, quàm Margherita.

Et tantò minus releuat, quod allegatæ exactiones, & ſolutiones non probentur, niſi per ſimplices fides, & notulas, quià productæ fuerunt ad corroborandum confeſſionem ipſius Petri Antonij reſultantem ex publico Inſtrumento.

31 Nec dicatur; quod vltrà poſſeſſionem eſſet quoque probanda fructuum perceptio, quià, quoad vineam, & ſyluas cæduas, cum iſtarum fructus ſint naturales, non indigent alia probatione, & quoad Ciuiles iàm conſtat de locatione facta per Monialem; Ideoquè ex ſola poſſeſſione præſumenda eſt fructuum perceptio, niſi contrarium concludentèr probetur, iuxtà eà quæ deducta ſunt *in Calaguritana fructuum 15. Martij proximi præteriti §. Nec talis perceptio cum ſeqq. coram me.*

Vltrà quod talis poſſeſſio non opponitur per Margheritam agendo, itaùt teneatur probare certum tempus, & certam fructuum quantitatem, ſed excipiendo; quapropter illis ſatis eſt prætenſum creditum fructuum inturbidare, ad quem effectum ſufficere videtur repetita confeſſio ſuperiùs deducta cum tot adminiculis verificata; & tantò magis, quià ipſimet Creditores admittunt realitatem tranſactionis, cumque non controuertant, Petrum An-

32 tonium à die talis conuentionis poſſediſſe portionem ſuis Iuribus dotalibus competentem, & modò nullus exhibeatur actus poſſeſſionis de nouo captæ, & Inſtrumentum apertè demonſtret, Petrum Antonium, & Margheritam poſſediſſe omnia dicta bona, itaùt Partem illorum dimiſerint, aliam verò retinuerint, dicendum venit ad formam tranſactionis, quod etiàm per anteà poſſederint; Ideòque fit, vt tale creditum fructuum, vel non exiſtat, vel redditum fuerit omninò illiquidum, vt modò à Creditoribus deduci non valeat *ad Text. in l. Compenſationes C. de compenſat. Surd. deciſ. 84. num. 4. cum ſeqq. Rot. coram Bich. deciſ. 23. num. 19. & 20. & in rec. deciſ. 125. num. 9. & deciſ. 128 num. 7. part. 18.* Et tantò magis, quià cùm maritus poſſederit bona longè excedentia ſuam dotem, vt ſupra probatum fuit, videtur etiàm de præterito ſatisfactus.

Et ità, vtraque Parte informante &c.

ARGVMENTVM.

PRò validitate tranſactionis ſufficit ſuſpicio litis. Erroneitas calculi quando ſit conſiderabilis in tranſactione. In contractu plurium Mulierum an ſint neceſſarij plures Curatores. Euictio regularitèr in tranſactione non eſt præſtanda.

SVMMARIVM.

Tranſactio extinguit omnem actionem num. 1.

Tranſactio prò ſua validitate requirit litem num. 2.

Declara vt ſufficiat ſola ſuſpicio litis num. 3.

Diſcuſſio computorum debet præcedere, nec attenditur aſſertio iurata contrahentium num. 4.

Declara quod diſcuſſio, & ſcientia computorum præſumitur ex relatione facta ad ipſa computa num. 5.

Erroneitas calculi eſt conſiderabilis in quietantijs non autem in tranſactione, facta ſupèr differentia partitarum num. 6. & 7.

Quando eſt eadem cauſa vnus Curator poteſt authorizare contractum prò pluribus Mulieribus num. 8.

Limita ſi adeſſet Statutum diſponens, quod tot ſint Curatores, quot Mulieres num. 9.

Euictio in tranſactione regularitèr non eſt præſtanda num. 10.

VOTVM LXXIII.

AD tollendas controuerſias natas intèr Sorores ex vna, & intèr Franciſcum earum fratrem ex altera, tàm ſupèr adminiſtratione hæreditatis Catherinæ, quam ſupèr portione legitimæ, & trebellianicæ mediatione clar. me. Cardinalis de Angelis deuentum fuit ad tranſactionem cum omnibus ſolemnitatibus ne-

neceſſarijs ſtipulatam, in qua ad inuicem
1 ſeſe liberarunt, & abſoluerunt. Stante itaque dicta tranſactione non poſſunt Sorores ampliùs agere, cum per eam omne ius fuit extinctum, & omnis actio ſublata *leg. quamuis C. de tranſact. Rot. in Romana Pecuniaria 24. Ianuarij §. concurrit, & 5. Maij* 1687. §. *Domini coràm Eminentiſs. Caccia.*

Non ſubſiſtit, quod dicta tranſactio fuerit nulla, ex defectu litis, *l. cum lis §.*
2 *cum hi ff. de tranſact. Surd. deciſ.* 185. *num.* 10. *Rot. coràm Priolo deciſ.* 114. *num.* 4. quià licèt iudicialitèr non eſſet inchoata lis, nihilominùs coràm cla. me. Card. de Angelis plures congreſſus fuerunt habiti à Procuratoribus vtriuſque partis extraiudicialitèr, & poſt varias diſcuſſiones fuit tranſactum; ad ſubſtinendam enim
3 tranſactionem, ſufficit ſola ſuſpicio futuræ litis, & omnis occaſio dubitandi *l. prima ff de tranſact. Rot. coràm Seraph. dec.* 737. *num.* 5. *& latè coràm Card. Cerro deciſ.* 97. *num.* 17. *& ſeq. & in dicta Romana Pecuniaria* 5. *Maij* 1687. §. *prima enim coràm Eminentiſs. Caccia.*

Minùs releuat ignorantia, & omiſſa
4 diſcuſſione computorum, quibus non diſpunctis non conſtat de veritate cauſæ ex aſſertione etiàm inrata contrahentium *Gratian. diſcept.* 563. *num.* 30. *&* 31. *Rot. coràm Merlin. deciſ.* 603. *ſub num.* 3. *&* 4. *& in Fulginaten. adminiſtrationis* 26. *Iun.* 1672. §. *non obſtat coràm Bourlemont*, quia computa fuerunt iàm exhibita coràm cla. me. Card. de Angelis, & in ſpecie ſupèr
5 illis fuerunt habiti plures congreſſus, & in tranſactione ſempèr fuit facta expreſſa relatio ad dicta computa, èx quibus circumſtantijs reſultat ſcientia, & diſcuſſio partitarum, dum relatio ſupponit notitiam, & inſpectionem Scripturæ relatæ, vt in his terminis traditur à *Rota in deciſ.* 34. §. *quod in caſu noſtro poſt Tur. de camb. & coràm Card. Cerro deciſ.* 837. *num.* 8. *&* 9. *& in Romana Pecuniaria* 5. *Maij* 1687. §. *ſecunda coràm Eminentiſs. Caccia.*

Erroneitas autèm calculi eſſet ſolùm conſiderabilis in terminis ſimplicis quietantiæ, in quibus ſunt intelligendæ auctoritates exaduerſo allegatæ nempè *Eſcobar. de ratiocin. cap.* 28. *num.* 2. *& cap.* 41. *ex num.* 34. *Bich. deciſ.* 192. *num.* 1. *& ſeq. & in recent. deciſ.* 496. *num.* 8. *part.* 9. *& deciſ.* 111. *num.* 19. *part.* 18. At ſecùs quando agitur in tranſactione facta præuia lite, vèl timore litis, & adeſt quæſtio ſupèr ipſo calculo, & vtraque pars credit ſe eſſe creditricem alterius; quo caſu pernecceſſe error calculi, qui in vna ex partibus de-
7 bet verificari, non infringit tranſactionem factam cauſa dubitationis, & quæſtionis computationis *l. prima C. de error. calcul. Bart. in l.* 2. *ſub num.* 10. *verſicul. ſi verò continerent C. de Iur. fiſc. Dec. conſ.* 350. *nu.* 7. *Bich. deciſ.* 192. *num.* 6. *& ſeq. Cerr. deciſ.* 1. *per tot. & latè in dicta Romana Pecuniaria* 5. *Maij* 1687. *coràm Eminentiſs. Caccia* §. *tertia erroris.*

Tandèm non aduerſatur nullitas ex de-
8 putatione vnius Curatoris, cum debuiſſent eſſe quatuor, quia totidem erunt Mulieres contrahentes *Maſtril. deciſ.* 141. *nu.* 9. *& ſeq. Cenc. de cenſ. quaſt.* 52. *num.* 19. *&* 20. *Card. de Luca de contract. prohibit. diſc.* 28. *num.* 22. quia hæc nullitas eſſet conſiderabilis, quando cauſa contrahendi, & obligatio eſſet diuerſa, ſecùs quando eſt vnica reſpiciens omnes Mulieres, nèc adeſt Statutum diſponens, quod tot ſint Curatores, quot Mulieres contrahentes, in hac hypotheſi enim contractus po-
9 teſt authorizari prò omnibus ab vnò Curatore, vt benè diſtinguendo firmatur à *Maſtril. dicta deciſ.* 141. *num.* 13. *& ſeq. & Rot. in dicta Romana Pecuniaria* 5. *Maij* 1687. *coràm Eminentiſ. Caccia* §. *quarta demum.*

Probata itaquè validitate tranſactionis, cenſui non competere euictionem prò
10 fundo ceſſo dictis Sororibus, cum certum ſit in tranſactione ordinata non ad dandum, ſed ad remittendum, nulla debeatur euictio, ſeù manutentio *l. ſi prò fundo* 33. *C. de tranſact. Ciriac. contron.* 18 *num.* 25. *&* 26. *Vrceol. de tranſact. quaſt.* 76. *num.* 1. *& ſeq.* imò ſi fuerit promiſſa euictio intelligeretur de releuatione à moleſtijs, & damnis prouenientibus ex facto proprio tantum *Rot. in Romana Pecuniaria* 24. *Ian.* §. *Quoniam confirmata* 5. *Maij* 1687. §. *poſita igitur coràm Eminentiſs. Caccia.*

ARGVMENTVM.

Collegia Societatis Ieſu an ſint capacia legatorum cum onere miſſarum.

SVM-

SVMMARIVM.

Collegia Societatis Ieſu ſunt capacia acquirendi, & retinendi hæreditates num. 1.

Secus domus profeſſa num. 2.

Et quomodo num 3.

Ieſuitæ non poſſunt acceptare legata cum onere celebrandi Miſſas num. 4.

Declara vt procedat quando Miſſæ eſſent celebrandæ per ipſos Ieſuitas ſecùs ſi per alios num. 5. & 7.

Quando non fuit explicitè dictum vt celebraretur per ſe ipſum poteſt adimpleri per alium onus celebrationis num. 6.

Filius familias etiam Clericus prima tonſura poteſt teſtari num. 8.

VOTVM LXXIV.

PRopoſito dubio an Collegia Ieſuitarum ſint capacia legatorum prò Miſſis celebrandis, ego affirmatiuè reſpondendum eſſe credidi eo fundamento,
quod Collegia Societatis Ieſu ſint capa-
1 cia acquirendi tàm legata, quàm hæreditates, ad effectum retinendi, ac poſſidendi *Menoch. conſ.* 1014. *nu.* 15. *Gabriel. conſ.* 28. *num.* 3. *verſ. neque verò lib.* 1. *Sanchez in precept. Decalog. lib.* 7. *cap.* 27. *num.* 1. *Rot.*
2 *coram Vbaldo deciſ.* 446. *num.* 3. ad differentiam Domorum profeſſarum, quæ tan-
3 tummodo ſunt capaces ad effectum vendendi, pretiumque conuertendi in vſus pios, eiſdem domibus neceſſarios *Menoch. d. conſ.* 1014. *num.* 16. *& per tot. Gratian. diſcept.* 202. *num.* 42. *& ſeq. Ricciul. de iur. perſon lib.* 8. *cap.* 9. *à num.* 19. *vſque ad fin. & latè Rot. coram Burat. deciſ.* 245. *per tot. coram Card. Mantic. deciſ.* 225. *num.* 12.

Non obſtante vnico obiecto huius cau-
4 ſæ nempè Collegia Ieſuitarum eſſe incapacia hæreditatum, & legatorum cũ onere Miſſarum, vel aliorum piorum operum quæ gratis à Religioſis Societatis Ieſu debent exhiberi ad formam conſtitutionum *cap.* 2. *p.* 6. *n.* 7. *& in cap.* 64. primæ Congregationis, de quibus agit *Sanchez ad præcept. Decalog. par.* 7. *cap.* 28. *num.* 2.

Quoniam obiectum procederet, quando
5 celebratio Miſſarũ, vel piorum operũ eſſet demandata præciſa lege, vt ab eiſdem Patribus perficeretur, hoc enim caſu erit certum, vt Collegia ſint incapacia, at ſecùs dicendũ videtur quando ipſi Patres adimplent celebrationem Miſſarum per Sacerdotes Seculares iuxtà verba Teſtamenti ibi -- *doueranno li ſudetti Padri far celebrare ogn' anno quattro Meſſe, &c.* qua in hypotheſi intrat principium in iure indubitatũ,
6 quod Miſſæ poſſint celebrari à Sacerdote eligendo, quando teſtator non grauauit legatarium ſeù Capellanum ad celebrandum per ſe ipſum *Fagnan. in cap. vt Abbates num.* 71. *&* 77. *de ætat. & qualit. ordinan. Gratian. diſcept.* 133. *num.* 12. *Rot. coràm Merlin. deciſ.* 825. *num.* 3. *&* 4 *coram Bich. deciſ.* 13. *nu.* 11. *& ſeq. in recen. deciſ.* 345. *num.* 6. *par.* 12. *& deciſ.* 374. *num.* 3. *par.* 16.

Et relictis generalibus in puncto, quod
7 per conſtitutiones Societatis non ſit prohibita acquiſitio legati facti prò celebratione Miſſarum, dummodò iſtarum ſtipendium aſſignetur Sacerdotibus Secularibus, tradit *clar. me. Card. de Luca de Regular. diſc.* 35. *num.* 18. *& diſc* 63 *num* 6. *& ſeq. num.* 20. *tom.* 14. *& ita reſponſum fuit à Sacra Congregatione Fabricæ in vna Imolen. legati* 20. *Martij* 1697.

Et demùm non turbet quod Dominicus vti filius familias non potuerit teſtari, quoniam cum ipſe eſſet clericus licet primæ tonſuræ tamquam liber à patria poteſtate teſtamentum condere potuit relicta legitima Patri, & ſaluo vſufructu fauore eiuſdẽ Patris in bonis ante Clericatum acquiſitis, vti in terminis Clerici primæ tonſuræ reſponderunt ſecundum communem opinionem *Boſſ. de patr poteſt. cap.* 5. *num.* 182. *Graſ. de effect. Clerical. in prælud num.* 300. *& ſequent. cum alijs innumeris relatis à Rota in Romana Teſtamenti* 13. *Iunij* 1670. §. *nè ergo coram Reuerendiſs. Bourlemont, in qua deciſione reuocatur altera emanata* 26. *Nouembris* 1668. *coram bo. me. Priolo*, licet ageretur de Clerico qui non incidebat in habitu, & tonſura.

ARGVMENTVM.

SAlarium non conuentum non debetur; Et in qua ſumma præſumatur conuentum, & quando ſit præſumenda eius ſolutio.

SVMMARIVM.

Salarium non conuentum non debetur num. 1.

Limita in eo, qui ſit ſolitus locare operas ſuas numer. 2.

Limi-

Digitized by Google

Limita in Praeceptoribus, Vicarijs, & Aſſeſſoribus num. 3.
Qua limitationem procedit in perſonis, qui inſeruiunt alijs in ſtudijs num. 4.
Salarium non conuentum debetur in Vrbe num. 5.
Contrà num. 6.
Salarium præſumitur fuiſſe conuentũ iuxtà quantitatem ſolutam, & receptam num. 7.
Talis præſumitur conuentio, qualis ſolutio numer. 8.
Victus, & veſtitus cedunt in cauſam, & ſatisfactionem Salarij niſi conſtat de contraria conuentione num. 9.
Ex longa acquieſcentia præſumitur, vel nullum fuiſſe promiſſum Salarium, vel in ea quantitate, quæ apparet ſoluta num. 10.
Inſeruient alicui ſub ſpe remunerationis non poteſt prætendere ſalarium num. 11.

VOTVM LXXV.

1 MAuritio Tripoldo non debetur
ſalarium, cum non conſtet
fuiſſe conuentum, niſi duobus
2 concurrentibus, quod ſcilicèt vnus ſolitus
ſit locare operas ſuas in eo officio, in quo
inſeruiuit, & alter conducere in eodem officio *Rot. coràm Mantic. deciſ. 266. num. 1. coràm Manzaned. deciſ 392. num. 1. & 473. num. 5. & coràm Pamphil. deciſ. 64. num. 1.*

Nec aduerſatur quod Præceptoribus
3 artium liberalium, Vicarijs, & Aſſeſſoribus debeatur ſalarium, quamuis non conuentum, quia quod ſpecialitèr eſt in illis
4 ſancitum, non eſt extendendum ad Auditores Cardinalium, ſeù Prælatorum vti in puncto firmatur *à Rot. coràm Pamph. deciſ. 64. num. 7 & 8.*

Et quamuis regula, quod Salarium nõ
5 conuentum non debeatur fallat in Vrbe, *Rot. in recent. deciſ. 238. num. 2. par. 1. coram Coccin deciſ. 256. num. 2. coram Card. Cerro deciſ. 171. num. 29.* tamen dicta limitatio
6 procedit in eis perſonis, ſolitis locare operas ſuas, vti colligitur ex dicta deciſione mox allegata Cardinalis Cerri, at ſecùs vbì non probatur iſtud ſolitum, quo deficiente nec etiam in Vrbe debetur ſalarium non conuentum, nàm deciſiones Manzanedi, Manticæ, & Pamphilij ſuperiùs allegatæ omnes loquuntur in Vrbe.

Præcipue quia quolibet anno dictus Mauritius habuit dolea duo vini, quod cedere debet in ſatisfactionem, ſeù in locum prætenſi ſalarij, multi quos refert, & ſequitur *Rot. corã Manzanedo dicta deciſ. 392. num. 2.* tantò magis, quia in hac materia
8 talis præſumitùr fuiſſe præcedens conuentio, qualis fuit ſubſequuta ſolutio *Rot. coràm Mantic. deciſ. 266. num. 1. verſ. primum quia coràm Manzaned. d. deciſ. 392. num. 4. Adden. ad Pamph. deciſ. 70. num. 8.* hinc communitèr receptum eſt, quod victus, & veſtitus cedant in cauſam, & ſatisfactionem Salarij, ità vt nil aliud de-
9 beatur, niſi intèr partes aliter fuiſſet conuentum *Adden. ad Pamph. dicta deciſ. 70. num. 9. Rot coram Caual deciſ. 400. num. 5.*

Quibus accedit, quod per plures annos Mauritius numquàm reclamauit, ex cuius
10 acquieſcentia deſumitur, vel nullum fuiſſe promiſſum ſalarium vel tantum in dictis doleis vini eidem in quolibet anno traditis *Rot. coram Pamph. deciſ. 64. num. 5.*

Non obſtat quod dicta acquieſcentia proceſſerit à ſpe, quam habebat Mauritius à Prælato, cui inſeruiebat prò Auditore, præcipuè in morte præfati Prælati, quia communitèr eſt receptum, quod inſeruiens ſub ſpe remunerationis, non poſſit petere Salarium, ſi falſa opinione remanſerit deceptus *Rot. coràm Mantic. deciſ. 266. n. 6. & coràm Pamphil. deciſ. 64 n. 4.* ea ratione, quod dans pecuniam alicui ſub ſpe remunerationis repetere nequit *l. 3. §. ſi quis quaſi in fin. de condict. ob cauſam.*

ARGVMENTVM.

PRocuratores, alijq; Cauſidici quomodo poſſunt prætendere ſalariũ, ſeù honoraria tàm ad formam reformationis Sa. me. Pauli V. quàm etiàm Sa. me. Innocentij XI. Contractus intèr Procuratorem, & Clientem durante lite factus quando ſubſtineatur.

SVMMARIVM.

Procurator non poteſt prætendere ſalarium, ſeù honoraria niſi conuenta in Vrbe num. 1.
Declara num. 2.
Contractus intèr Procuratorem, & Clientem non ſubſtinetur num. 3.
Declara num. 4. & 5.
Reformatio Sa. me. Innocentij XI. diſponit quod per annum intelligatur præſcriptum Salarium debi-

debitum Procuratoribus, & vltra Montes per biennium num. 6.

Declara num. 7.

Per obligationem Cameralem intelligitur renunciatum omni legum auxilio num. 8.

VOTVM LXXVI.

D Dominicus Riua Procurator prò ſuis patrocinijs cauſarum factarum vſque ad totũ menſem Martij 1693. facto computo ſub die 14. Ianuarij 1694. remanſit Creditor Camilli Riccioni in Scutis quinquaginta, qui ſub eadem die ſe obligauit in forma Cameræ poſt duos annos ſoluere præfato Dominico dicta Scuta 50. prò ſatisfactione patrociniorum.

Sed quia elapſis duobus annis dilationis Camillus renuebat ſoluere dicta ſcuta 50. fuit coactus Dominicus Riua illum corãm me connenire, & mandatum obtinuit non obſtantibus pluribus exceptionibus infrà dicendis.

Non prima deducta ex reformatione
1 San. mem. Pauli V. *in titul. de Aduoc. & Procurat* §.3. in qua diſponitur, quod Procuratores, alijq; Cauſidici nõ poſſint à ſuis Clientibus petere ſalarium niſi conuenũ. Quoniam dicta reformatio prohibet petitionem ſalarij non conuenti actione ex lo-
2 cato, & conducto, ſed non diſponit quod non poſſit implorari officium Iudicis nobile prò conſequutione, & conſtitutione mercedis, vt reſpondendo huic obiecto fuit firmatum *coràm Remboldo in Romana Salarij* 23. *Iunij* 1626. *& in Toletana Canonicatus, ſeù Pænitentiaria* 28. *Iunij* 1645. *§. nec obſtat coràm Card. Cerro intèr eius impreſſas deciſ.* 171.

Non ſecunda deſumpta ex regula,
3 quod ſint nulli omnes contractus facti intèr Clientes, & Procuratores *l. quiſquis vbi gloſ. & DD. C. de poſtulan.* quia dicta obligatio fuit facta tempore litis iam finitæ abſque vlla colluſione, quo caſu non irritatur contractus factus intèr Clientem, & Procuratorem, quando interue-
4 nit iuſtum pretium *Gayl. de credit. cap. 2. tit. 7. num.* 2187. *& ſeq cum alijs ad hanc materiã congeſtis apud Vreeol. de tranſact. q. 30. per tot.* tùm quia ſuper patrocinijs poteſt
5 paciſci intèr Clientem & Procuratorem *Menoch. de arbitr. caſ.* 513. *Grat. diſcept.* 56. *num.* 6. *Paul Chriſtin. dec. Belg.* 99. *num.* 24. *& ſeq. volum.* 2. *& deciſ.* 169. *num.* 19. *volum.* 5.

Non tertia elicita ex reformatione facta tempore Sa. me. Innocentij XI. im-
6 preſſa poſt Vbertum de citationibus vltimæ æditionis in §. de Aduocatis, & Procuratoribus ibi -- *Aduocati, Procuratores &c. prò eorum honorarijs, ſeù ſalarijs etiàm conuentis non habeant actionem in poſterum, niſi prò ſalario, vel mercede vltimi anni, citrà montes, & bienny vltrà. Quibus elapſis remaneat præſcripta, & perempta omnis actio ad agendum, quocumque ordinario, & extraordinario remedio denegato* -- quia dicta reformatio inducit præ-
7 ſcriptionem, & præſumptam ſolutionem, quæ in noſtra controuerſia ceſſat, dùm Cliens ſe obligauit ſoluere patrocinia, & obtinuit dilationem duorum annorum prò illis ſoluendis, vti in terminis conſtitutionum Pauli III. & Pij V. prohibentium petitionem Salarij elapſo biennio poſt mortem Prælatorum, & Cardinalium latè firmatur *per Zacch. de ſalar. quæſt.* 105. *num.* 16. *vſq; ad fin. & ſignanter num.* 54.

Attenta præſertim obligatione Camerali, per quàm cenſetur renuntiatum cuicumque exceptioni, & legum auxilio ad
8 tradita *per Rot. in recen. deciſ.* 207. *n.* 15. *par.* 15. *& deciſ.* 384 *num.* 10. *par.* 16.

ARGVMENTVM.

SVbſtitutio pupillaris excludit Matrem à legitima. Pupillaris ſubſtitutio ex quibus deſumatur.

SVMMARIVM.

Immiſsio eſt concedenda, quando conſtat de ſubſtitutionis purificatione, & identitate bonorum num. 1.

Per pupillarem ſubſtitutionem Mater excluditur à legitima num. 2.

Subſtitutio pupillaris ex quibus verbis reſultet num 3.

Subſtitutio quando dicatur potius fideicommiſſaria, quàm pupillaris num. 4.

Pupillaris deſumitur ex coniecturis num. 5.

Coniectura numerantur num. 6. 7. & 8.

Subſtitutio pupillaris comprahendit bona pupilli, & excludit Matrem à ſucceſſione, etiàm ſi ſub-

ſubſtitutio videretur reſtricta ad bona Teſtatoris num. 9.

Subſtitutio pupillaris ad effectū excludendi Matrem à legitima facilius præſumitur fauore piæ cauſæ num. 10.

VOTVM LXXVII.

CVm conſtet de clara ſubſtitutione, eiuſque purificatione, ac identitate bonorum denegari nequit immiſſio,
1 & quidem in omnibus bonis Laurentij, vel ex remedio *leg. final. C. de edict. Diui Adriani Tollen.* vel vtilis Saluiani interdicti *Rot deciſ. 133. n. 1. part. 19. recen. & in Arimin. bonorum 16. Maij 1692. coràm R. P. D. Molines §. decidendi.*

Matri autem defunctæ Ceciliæ compe-
2 tere non poteſt detractio legitimæ cum cōmunitèr receptum ſit pupillarem ſubſtitutionem excludere Matrem à legitima non ſolū de iure ciuili, ſed etiàm de iure canonico *Graſſ. in §. ſubſtitutio quæſt. 30. n. 2. Rot. deciſ. 307. num. 6. coram Vbald. deciſ. 493. num. 6 coràm Peutinger. cum alijs multis congeſtis in dicta Ariminen. bonorum 16. Maij 1692. §. abſque eo, quod coram R. P. D. Molines confirmata 23. Februarij 1693. §. nullitas coràm R. P. D Heruanult.*

Nec controuerti poteſt pupillaris ſubſtitutio, quæ deſumitur ex illis verbis -- *In caſo che moriſſe la mia figlinola*
3 *prima d'arriuare all' età adulta, ò d eſſere maritata, voglio che ſi venda tutta la mia robba, e che ſi rinueſti in tanti luoghi de Monti non vacabili di Roma, i quali voglio che ſiano preſi dal figlio primogenito di mio fratello, acciochè poſsi applicare à i Studij, e tirarſi auanti in quella Cortè;* quæ verba idem important, ac ſi fuiſſet expreſſa pupillaris, cum iſta reſultet ex verbis, quæ reſpiciunt pupillarem ætatem *per text. in l. ſi ita ſcriptum 8. ff de bonor. poſſeſſ. ſecund. tabul. l. qui habebat 47. vbi gloſſ. ff. de vulgar. & pupillar. Altograd. conſ 91. num. 1 & ſeq lib. 1. Mart. de ſucceſſ. legal. par 4. quæſt. 32. num. 37. Rot. coràm Dunoz. Iun. deciſ. 448. num. 2. cum alijs in dicta Ariminen bonorum 16. Maij 1692. §. pupillaris, & 23. Februarij 1693. §. nullitas,* quæ deciſiones videntur factæ, prò hac controuerſia.

Non releuante doctrina *Bald. in leg. precibus num. 45. C. de impuber. & alijs ſubſtit. cum cæteris, qui eum ſequuntur nominatis à*
4 *Fuſar. de ſubſt quæſt. 244. n. 9.* nempè quod ſubſtitutio in caſu obitus filij in pupillari ætate facta per hæc verba, volo bona mea vendi, & diſtribui pauperibus, ſit fideicommiſſaria, quia dicta doctrina non eſt applicabilis in caſu noſtro, cum adſit in ſubſtitutione verbum accipere ibi -- *ſieno preſi* -- quod de per ſe non obliquum, ſed directum eſt, & facit pupillarem *Graſ. in §. Subſtitutio quæſt. 5. num. 3. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 244. n. 2. & 14.* & benè reſpondendo huic obiecto latè firmatur *à Rot. in dicta Ariminen. bonorum 16. Maij 1692. §. quoniam §. nequè, & 23. Februarij 1693. §. eoque.*

Præcipuè accedentibus coniecturis,
5 quibus valdè defertur prò cognoſcendo, quod Teſtator voluerit pupillaritèr ſubſtituere etiam ad excluſionem Matris à legitima *Andr. contr. 7. num 21. Card de Luca de fideicom. diſc. 124. num 5. verſ. euitatur Mauſ. conſult. 327. num. 35. & ſeq. Rot. deciſ. 120 n. 21. part. 7 recen cum alijs relatis in dicta Ariminen. bonorum 16. Maij 1692. §. tantò magis coràm R. P. D. Molines.*

Prima coniectura deſumitur ex dinu-
6 meratione ætatis, & temporum conſiderata per Teſtatorem ante pubertatem *Menoch. lib. 4. præſumpt. 56. num. 6. Fuſar. de ſubſtitut. quæſt. 242 num. 89. & 93. Merlin. de legit. lib. 3. quæſt. 14. num. 45. tit. 2. & Rot. in dicta Ariminen. bonorum 16. Maij 1692. § Coniectura.*

Secunda elicitur ex pingui legato facto
7 Matri dictæ Ceciliæ, quod præſumitur factum in recompenſationem ablatæ Succeſſionis, & legitimæ per pupillarem ſubſtitutionem *Menoch. dicta præſumpt. 56. n. 25. & 26. Andr contr. 7. n. 22. Rot. coràm Mantic. deciſ. 424. nu. 23. & ſequen. & deciſ. 448. num. 11. coràm Dunoz. Iun. & coràm Peutinger. deciſ. 367. num. 12. & in dicta Ariminen. bonorum 16. Maij 1692. §. ſecundo.*

Tertia reſultat ex illis verbis, *tutta la mia robba,* quæ demonſtrant Teſtatorem
8 voluiſſe bona ad ſubſtitutum peruenire, ſine diminutione, quod vtique non haberet locum, ſi à Matre detraheretur legitima *Andr. contron. 7. num. 24. Rot. coràm Dunoz. Iun. deciſ. 448. num. 11. coràm Coccino deciſ. 717. num. 17. & ſeq. cum alijs in dicta Ariminen. bonorum 16. Maij 1692. §. Quarto, coràm R. P. D. Molines, & 23. Februarij*

bruarij 1693. §. *denique coram R. P. D. Hernauult.*

Demum non releuant illa verba -- *tut-*
9 *ta la mia robba* -- ex quibus prætendebatur Teſtatorem diſpoſuiſſe tantum de ſuis bonis, non autèm pupillæ, ad tradita per *Merlin. de legit. lib.* 3. *tit.* 2. *quaſt.* 14. *à num.* 16. quia conſtito de pupillaritàm ex verbis, quàm ex coniecturis; Matrem eſſe excluſam à legitima, etiamſi adſint verba reſtrictiua ad bona Teſtatoris tradit *Rot. coràm Vbald. deciſ.* 307. *num.* 4 *coràm Dunoz Iun. deciſ.* 424. *num.* 13. *&* 16. *& in dicta Ariminen. bonorum* 16. *Maij* 1692. *coràm R. P. D. Molines* §. *vltima* præſertim quia agitur de ſubſtitutione facta cauſa
10 ſtudiorum, quæ vti pia, & fauorabilis eſt extendenda etiàm ad excluſionem Matris à legitima, vti tradunt intèr alias coniecturas *Peregrin. de fid. art.* 34. *num.* 43. *Rot. coràm Coccin. deciſ.* 717. *num.* 27. *coràm Dunoz Iun. dec.* 424. *n.* 25. *& in d. Ariminen. bonorum* 16. *Maij* 1692. §. *his accedit.*

ARGVMENTVM.

SVbſtitutio reciproca de linea ad lineam quando deſumatur latè examinatur in hoc Voto.

SVMMARIVM.

Fideicommiſſum diſcenſiuum reſultat quando fuerint ſubſtituti liberi vulgaritèr, pupillaritèr, & per fideicommiſſum num. 1.

Subſtitutio reciproca colligitur de linea, ad lineam, quando poſt plures vocatos, iſti omnes ad inuicem ſubſtituantur num. 2.

Reciproca de linea ad lineam adeſt per neceſſe, ſtante prohibitione alienationis, vt bona integra conſeruentur in familia num 3.

Prohibitio alienationis directa in rem inducit reale, & reciprocum fideicommiſſum num. 4.

Prohibitio alienationis ſtans de per ſe, & independens operatur fideicommiſſum perpetuum, & reciprocum num. 5.

Reciproca ſubſtitutio infertur regularitèr ſolum in caſu, vbi adſunt tria requiſita ſcilicèt, quod omnes ſint honorati, & quod ſubſtitutio ſit facta vltimo morienti, & in tota hæreditate num. 6.

Limita, quod deficientibus dictis requiſitis ſubſtitutio reciproca deſumatur etiàm ex coniecturis num. 7.

Coniectura prò inducenda de linea ad lineam numerantur num. 8.

Quando Teſtator voluit, vt bona integra conſeruentur in familia inducitur reciproca de linea ad lineam num. 9.

Reciproca inducitur quando alio modo voluntas non poteſt adimpleri num. 10.

Vna pars Teſtamenti aliam declarat num. 11.

Reciproca ſi poteſt verificari in vno columnello non eſt extendenda de linea ad lineam nu. 12.

Declara num. 13.

Verba repetitiua inducunt repetitionem in omnibus num 14. *&* 17.

Subſtitutio facta diſtributis portionibus non inducit reciprocam de linea ad lineam num. 15.

Declara num. 16.

Reciproca inducitur quando de tempore Teſtamenti aderat inter inſtitutos Sacerdos, quibus fuerint ſubſtituti eorum filij num. 17.

Declarantur auctoritates in contrarium num. 18. *&* 19.

Obſeruantia quando inſeruiat prò declaratione ſubſtitutionis num. 20.

VOTVM LXXVIII.

EX lectura Teſtamenti per extenſum exhibiti clarè conſtat de fideicommiſſo non ſolum intèr omnes deſcendentes Simonis, & Ioannis, ſed etiàm de linea vnius ad lineam alterius. Fideicommiſſum
1 autem deſcenſiuum in vnaquaque linea reſultat ex eo, quod fuerint ſubſtituti liberi tàm Simonis, quàm Ioannis vulgaritèr, pupillaritèr, & per fideicommiſſum, addita prohibitione alienationis, vt per petuò bona conſeruarentur in familia *Rot. deciſ.* 472. *num.* 4. *& ſeq. part.* 14. *& deciſ.* 372. *num.* 5. 6. *&* 7. *part.* 15. *recent. & in Bononien. fideicommiſſi de Grottis* 4. *Iunij* 1688. *coràm R. P. D Caprara* §. *& ſanè.*

Concurrit paritèr ſubſtitutio reciproca linearis, dùm Teſtator diſcretiuè vocatis Simone, & Ioanne eorùmque liberis: proſequutus fuit diſponendo cum his verbis, quos omnes ad inuicem ſubſtituit vuulga-
2 ritèr, pupillaritèr, & per fideicommiſſum, quæ verba complexiua vtriuſque lineæ cum ſubſtitutione ad inuicem inducunt fideicommiſſum reciprocum de vna ad aliam lineam *Rot. deciſ.* 472. *num.* 6. *&* 7. *part.* 14. *& deciſ.* 372. *num.* 8. *& ſequen. part.* 15. *& in dicta Bononien. fideicommiſſi* §. *nec dubitari.*

Præcipuè attenta ampliſſima prohibitione alienationis addita ratione, vt bona integra in perpetuum conſeruarentur in familia, quod ſuum effectum non habe-
3 ret, niſi intèr omnes vocatos de familia adeſſet fideicommiſſum reciprocum *Peregrin. de fideicomm. art.* 13. *num.* 77 *&* 79. *Card. de Luca eod. tract. diſc.* 101. *num.* 3. *Rot coràm Bich. deciſ.* 287. *à num.* 12. *vſque ad* 15. *coràm Card. Cerro deciſ.* 507. *num.* 14. *&* *poſt Torr. de pact. futur. ſucceſ. deciſ.* 199. *num.* 18. *cum multis alijs cumulatis in dicta Bononien.* §. *& clarior*.

Eoque magis, quia verba prohibitionis ſunt directa in rem, non autèm in per-
4 ſonam, ex qua circumſtantia eſſe inductum reale, & reciprocum fideicommiſſum firmatur *in dicta deciſ.* 199. *num.* 19. *poſt Torr. de pact. futur. ſucceſ. & in dicta Bononien.* §. *& clarior*.

Fortiùs quia prohibitio alienationis ſtat de per ſe, & independens à præceden-
5 tibus ſubſtitutionibus attenta dictione inſupèr, quæ ſeparatam orationem importat, quamuis poſita poſt participium prohibens *Riminal. Iun. conſ.* 482. *num.* 38. *Gionagnon. conſ.* 39. *num.* 15. *in fin. lib.* 1. *Rot deciſ.* 21. *num.* 35. *part.* 5. *recen. & coràm Card. Cerro deciſ.* 65. *num.* 4. *& in dicta Bononien.* §. *& clarior*.

Non obſtat quod tacita reciproca ſubſtitutio, ſolum inferatur de linea ad li-
6 neam ex tribus requiſitis, nempè quod omnes ſint honorati, & quod ſubſtitutio ſit facta vltimo morienti, & in tota hæreditate *leg. Titia* §. *Seia Libertis ff. de leg.* 2. *Mantica de coniectur. vltim. volunt. lib.* 7. *tit.* 5. *num.* 25. *Rot. in recent deciſ.* 183. *nu.* 1. *part* 10. *coràm Sa. Me. Alex. VIII deciſ.* 177. *num.* 1. *coràm Priolo deciſ.* 417. *num.* 3.

Quoniam deficientibus dictis tribus re-
7 quiſitis, inducitur etiam reciproca ex coniecturis *Rot coràm Cocciñ. deciſ.* 493 *num.* 9. *coràm Merlin. deciſ.* 326. *ſub num.* 15. *&* 16. *coràm Priolo deciſ.* 433. *num.* 15. *in recent. deciſ.* 183. *num.* 21. *part.* 10. *& deciſ.* 283. *num.* 14. *part.* 13. adſunt enim in præſenti digreſſus ad plures gradus ſubſtitu-
8 tionum, enixum votum conſeruandæ agnationis in perpetuum, ſubſtitutio reciproca intèr primos ſubſtitutos, & magis dilectos, quæ coniecturæ prò inducenda reciproca de linea ad lineam paſſim conſiderantur à *Rot. coràm Otthobon. deciſ.* 1. *nu.* 26. *& ſeq. deciſ.* 177. *num.* 20. *coràm Bich. deciſ.* 287. *num.* 23. *coràm Priolo deciſ.* 433. *à num.* 18. *vſque adfin.*

Non refragante quod mox allegatæ coniecturæ habeant locum prò inducenda reciproca intèr vocatos, & deſcendentes eiuſdem lineæ, non autèm prò inducenda eadem reciproca inter perſonas di-
9 uerſæ lineæ, & columnelli. Quià quotiès Teſtator voluit vt bona ſua integra in perpetuum conſeruarentur in familia, perneceſſe deſiderauit etiàm reciprocam de linea ad lineam, quià aliàs daretur ſciſſura bonorum, & mens defuncti defraudaretur iuxtà communem opinionem firmatam in hoc Voto in §. *præcipuè*.

R. P. D. PRIOLO

Piſauren. Hæreditatis.

Lunæ 22. *Iunij* 1693.

Fauore Franciſci, & fratruum de Rodulphis Guidonis Vbaldi ab inteſtato defuncti ex ſorore Nepotum, prænia Sententia R. P. D. mei Heruanult ex interdicto. Quorum bonorum decreta fuerat immiſſio ad illius hæreditatem; Commiſſa deindè mihi causa in gradu Appellationis ſub conſueto dubio. *An Sententia Rotalis eſſet confirmanda, vel infirmanda* — Domini pro illius infirmatione reſponderunt.

Iniuſtitia namque huius Sententiæ viſa fuit emergere ex eo, quod Franciſcus Teſtator *in omnibus ſuis bonis ſuos hæredes vniuerſales fecerat, inſtituerat, & ore proprio nominauerat Guido Baldum, Bartholomæum, & Angelum eius filios legitimos, & naturales æquis portionibus vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum*, quæ diſpoſitio ità concepta cum alio modo verificari non poſſit, quamquod in caſu interitus alicuius ex filijs, vel in ætate pupillari, vel non adita hæreditate, vel poſt illius aditionem ſuccederent alij ſuperſtites; Ita quoque negari non poteſt quin inter illos prædordinata fuerit reciproca ſubſtitutio iuxtà præuiſam contingentiam cuiuslibet ex caſibus ſuperiùs expreſſis. Ne alioquin illa verba *vulgaritèr, pupillaritèr, & per fidei-*
10 *commiſſum* conſultè adhibita in principali diſpoſitione reddantur inutilia, & fruſta-

to-

toria contra claram mentem Teſtatoris,
qui voluit, vt fideicommiſſum in omnibus
prænarratis caſibus inter inſtitutos indu-
ctum cenſeretur ad notata per *Peregrin. de*
fideicommiſsis art 2. num. 67. & ſeqq. Fuſar.
de ſubſtit. quaſt. 474. num. 3. & ſeqq. Rot.
coram Duran. deciſ. 451. num. 8. & coram
Dunoz. Iun. deciſ. 501. num. 16. & in recent.
deciſ. 54. num. 28. part. 8. & deciſ. 395.
num. 11. cum ſeqq. part. 13. & in puncto ſi-
milis clauſulæ adiectæ inter inſtitutos *Me-*
noch. conſ 797. num. 19.

Quod autem hæc ſubſtitutio fuerit intèr
primos hæredes inſtituta, confirmatur
etiam ex alia ſubſequenti parte Teſta-
menti, in qua Teſtator per viam declara-
tionis voluit, *quod in dicto fideicommiſſo ſint*
comprehenſi filij maſculi dd. hæredum, ſi erunt,
quæ ſane verba cum neceſſariò præſuppo-
nant fideicommiſſum iam fuiſſe intèr pri-
mos inſtitutos prærordinatum, illud certè
deſumi non valet, quam ex illis verbis
vulgaritèr, pupillaritèr, & per fideicommiſ-
11 *ſum*; Ideoque etiamſi eſſent dubia, de-
clarata tamen remanerent ex alijs ſubſe-
quentibus, vna cum pars Teſtamenti de-
ſeruire valeat ad alterius interpretandum
per *Text. in l. Qui filiabus ff. de legat. primo,*
& l. prima ff. de rebus dubijs. Ruin. conſ. 130.
num. 4. lib. 3. & pluribus allegatis Gratian.
cap 446. num. 6. cum alijs ſequentibus.

Non obſtante, quod illa verba *vulgari-*
tèr, pupillaritèr, & per fideicommiſſum verifi-
12 cari poſſint diſtributiuè in quolibet Co-
lumnello ex hæredibus inſtitutis, quia
obiectum forſan vrgere poſſet, ſi illa fuiſ-
ſent adiecta poſt hæredum inſtitutionem,
& eorum deſcendentium vocationem, in
quibus terminis loquuntur auctoritates in
contraria deciſione allegatæ, ſed cum ſo-
lummodo appoſita legantur immediatè
13 poſt hæredes inſtitutos, inter quos adeſt
Clericus, nulla adhibita mixtura eorum
deſcendentium, tunc illa alium ſenſum
habere non poſſunt, quam quod in ca-
ſu deceſſus, vèl in ætate pupillari, vèl an-
tè, vèl poſt aditam hæreditatem, vnus al-
teri ſuccedere deberet etiamſi daretur di-
greſsus de linea ad lineam, vt in ſpecie
notat *Peregr. conſ. 54. num. 9. & ſeq. lib. 1.*
& Fuſar. de ſubſtit. quaſt. 475. num. 46.

Comprobata ex his ſubſtitutione quoad
primos hæredes, faciliùs cenſetur repeti-
ta quoad illorum filios, quia cum Teſtator
mandauerit eos comprehendi in dicto fi-
deicommiſso, talis comprehenſio regula-
ri non debet, niſi retento eodem Themate,
& cum eiſdem legibus, cum quibus regu-
14 latum fuerat antecedens fideicommiſsum
in primo gradu prærordinatum cum illa
verba, *in dicto fideicommiſſo*, importent in
hac ſubſequenti ſubſtitutione, non ſolum
repetitionem quoad ſubſtantiam, ſed
etiam quoad omnes qualitates in præce-
denti fideicommiſſo adiectas, vt tradunt
Roiand. conſ. 34. num. 31. cum ſeqq. lib. 2.
Gabr. conſ. 66. num. 7. cum ſeq. lib. 2. Spe-
rell. deciſ. 152. num. 21. & in recent. deciſ.
361. num 10. part. 1. & deciſ. 243. num. 2.
part. 17. & coram Cerro deciſ. 460. num. 2.

Nèc dicatur, quod cùm fuerint primi hæ-
redes æquis portionibus Inſtituti, ità cen-
ſeantur eorum filij diſtributiuè vocati,
15 quoad portiones eorum Parentuum, non
autem reciprocè ſubſtituti in portionibus
Patruorum iuxtà deciſionem *Seraphin. dec.*
1023. *num. 3. cum ſeqq. & deciſ.* 105. *num.*
21. *coram Carillo*, aliaſque auctoritates in
contrarium allegatas; Quia illæ proce-
16 dunt, quando Inſtitutis pluribus hæredi-
bus cum contradiſtinctione portionum Te-
ſtator conſiderauit ex illis efformari poſſe
diſtinctas, & diuerſas lineas; Tunc enim
ſi ſint in vlteriori gradu vocati eorum de-
ſcendentes, iſti cenſentur proprijs Paren-
tibus ſubſtituti, ne onus fideicommiſſi pro-
rogetur de vna linea ad aliam. Caſus ve-
rò huius controuerſiæ longè diuerſus eſt,
quia licèt in præſenti hypotheſi fuerint
inſtituti plures hæredes æquis portioni-
bus, illi tamen fuerunt ad inuicem ſubſti-
tuti in omnibus portionibus ex vi illius
clauſulæ *vulgariter, pupillariter, & per fidei-*
commiſſum; Ideoque ſicuti primi hæredes
fuerunt in tota hæreditate, nulla adhibi-
ta portionum diſtinctione ſubſtituti, ita
eorum filij reputari debent cum repeti-
tione eiuſdem totalitatis ſucceſſiuè vocati
cum iſti fuerint ad dictum fideicommiſ-
ſum omnium portionum comprehenſi-
uum per viam declarationis, & compre-
henſionis inuitati per illa verba -- *Et in*
dicto fideicommiſſo ſint comprehenſi filij Ma-
ſculi dd. hæredum, quæ operantur, vt tota-
17 litas fideicommiſſi in primo gradu adie-
cta cenſeatur etiam in vlterioribus voca-
tis repetita, vt in ſimilibus terminis firmat
Rot. coram Alex. VIII. deciſ. 1. num. 34. cum
ſeq.

ſeq. Vbald. deciſ 283. *num.* 6. *Bich. deciſ.* 271. *num.* 30. *cum ſeq. & eorum Priolo deciſ.* 113. *num.* 10 *cum ſeqq.*

Præmiſſa verò eò magis vrgere viſa
ſunt, quia Guido Baldus de tempore Te-
ſtamenti erat Sacerdos, ideoque cum eſſet
inhabilis ad procreandos filios legitimos,
& naturales, in quibus verificari poſſet
17 ſubſtiturio maſculorum à Teſtatore ordi-
nata, cenſetur ſimpliciter grauatus poſt
mortem ad reſtituendum eius portionem
filijs aliorum hæredum, vt eſt magis com-
munis opinio DD. de qua *Bald. in l. Generaliter* §. *Cum autem num.* 3. *Cod de Inſtitut. & ſubſtitut ibique Salicet. num.* 8. *Ripa in l. Ex facto* §. *Si quis rogatus nu.* 19. *ff. ad Trebell. Ruin. conſ.* 144. *num.* 11. *lib.* 3. *Berò conſ.* 73. *num.* 12. *lib.* 2. *Mandell. Alb. conſ.* 7. *num* 28. *latè Menoch. conſ.* 245 *ſub num.* 4. *verſ. Re tamèn ipſa cum ſeqq & à num.* 12. *vſque ad* 0. *& plenè Gobr. conſ.* 127. *per tot. lib.* 2. *Mart. de Succeſſ legali part.* 4. *quaſt.* 30. *art.* 7. *num* 8. *Barri. de Succeſſ. lib.* 17. *tit.* 12. *num.* 24. *Theſaur. deciſ.* 163. *num.* 2. *& per tot. Caualcan. deciſ.* 2. *num.* 6. *part.* 3. *& Rot. coràm Coccino deciſ.* 480. *num.* 4.

Non releuante reſponſione Deciſionis
R. P. D. mei Heruauult, quod tale graua-
men fuerit ſolummodo Guidoni Vbaldo
18 iniunctum, reſpectu vero aliorum fra-
truúm cohæredum, qui cum de tempore
eius obitum iam prædeceſſiſſent, fideicom-
miſſum proindè euanuerit. Quia hæc
reſponſio forſan poſſet admitti, ſi ſubſti-
tutio fuiſſet dumtaxar ad primos hæredes
limitata, ſed cum per viam comprehen-
ſionis extenſa fuerit etiam ad illorum fi-
lios, iſti quoque cenſentur Guidoni Vbal-
do reſpectiuè ſubſtituti, vt comprobant
auctoritates ſuperiùs laudatæ.

Nullius ponderis viſa eſt Doctrina Ca-
ſtrenſis in *l. prima* §. *lex falcidia ff. ad falcid.* & aliorum ſequacium ſenſientium
fideicommiſſum non videri iniunctum Cle-
19 rico, cui conditio *Si ſine filys* non conue-
nit. Quia quidquid ſit, an hæc opinio pro-
cedere poſſit, quando verſamur in extra-
neis, abſolutum tamen eſt, illam commu-
nitèr reprobari, quando filij ſubſtituti
ſunt deſcendentes ipſius Teſtatoris, ob
quorum prædilectionem Sacerdos inſtitu-
tus faciliùs præſumitur grauatus ad illo-
rum fauorem, vt videre eſt apud DD. ſu-
perius citatos, & pluribus cumulatis di-
ſtinguendo firmant *Ruſtic. in l. cum Auus lib* 3. *cap.* 1. *num.* 187. *& Theſaur. dicta deciſ.* 163. *num.* 3.

Demùm prò excluſione fideicommiſſi
non afficit obſeruantia in contraria deci-
ſione ponderata, quia coæqualis ſucceſ-
20 ſio Bartholomæi vna cum Guidone Vbal-
do ad portionem Angelini iam prædefun-
cti non tollit ſubſtitutionem reciprocam;
Imò hæc ſimultanea ſucceſſio euenire po-
tuit in executionem voluntatis Teſtato-
ris, & in vim fideicommiſſi ab eo præce-
denter inſtituti. Diſpoſitio verò Bartho-
lomæi, & diuiſio ſucceſſiuè facta ab eius
filijs cum Guidone Vbaldo nullam men-
tionem faciunt de hoc fideicommiſſo,
ideoque tamquàm referibilis ad bona pro-
pria, illius excluſionem importare non
valent, cum ad iſtum effectum requiran-
tur actus vniuoci, & per neceſſe con-
cludentes *Rota coràm Coccino deciſ.* 286. *num.* 22.

Conſtito itaque ex præmiſſis de ex-
preſſa ſubſtitutione noluerunt Domini
immorari ſupèr coniecturis, ex quibus
etiàm tacitam elicere ſatagebant Infor-
mantes prò Angelino.

Et ita cauſa bis propoſita, & Partibus
ſempèr auditis reſolutum fuit &c.

ARGVMENTVM.

Fideiuſſor eſt releuandus, ſi ſoluerit intimatis moleſtijs principali debitori. Aditio hæreditatis an, & quando inducatur, & quando competat reſtitutio in integrum aduersùs hæreditatem aditam, & inuentarium non confectum.

SVMMARIVM.

Releuatio eſt facienda fideiuſſori, quamuis de facto ſoluerit, nec eſt conſiderandum quid de iure eſſet ſoluendum, quando fuerunt intimata moleſtia num. 1.

Aditio hæreditatis non probatur ex actibus æquiuocis num. 2.

Nec ex enunciatiuis emiſſis à perſona non habente neceſſariam facultatem num. 3.

Limita quando eſſent enunciatiua facta per Notarium præſente Parte num. 4.

Pro-

Digitized by Google

Procurator an, & quando poſsit præiudicare prin-
cipali in aditione hæreditatis num. 5.
Prò aditione hæreditatis non ſufficit generale
mandatum num. 6.
Expenſæ funeris, & ſimiles non ſufficiunt ad
concludendam hæreditatis aditionem num 7.
Aduersùs aditionem hæreditatis inconſultè fa-
ctam abſque inuentario datur reſtitutio in in-
tegrum etiàm maiori num. 8.
Concurrente iuſta cauſa, & læſione num. 9.

VOTVM LXXIX.

CVm promiſſio releuandi Franciſcum
Angelinum fideiuſſorem, fuerit am-
pliſſimis verbis concepta, & cum fi-
deiuſſor moleſtijs Aloyſio Iuſto releuato-
ri intimatis ſcuta quingenta ſoluerit Gae-
tano Creditori, dubitari nequit, quod di-
ctus fideiuſſor non ſit releuandus, dùm prò
conſequenda releuatione attenditur, quid
de facto ſit ſolutum, nec inſpiciendum eſt,
quid de iure deberet ſolui, ſpectabat enim
ad Aloyſium in ſe aſſumere litem, & dedu-
cere cõuenientes exceptiones ad effectum
1 vt fideiuſſor eximeretur ab obligatione
ſoluendi *Rot. coràm Dunoz. Iun. deciſ.* 795.
num. 1. *& benè coràm Bich. deciſ.* 266. *num.* 5.
cum alijs adductis in Æſina releuationis in-
demnitatis 3. *Iulij* 1684. *coràm R. P. D. Cac-*
cia §. cæterum.
Non refragante, quod Franciſcus, cum
hodiè ſit hæres dicti Aloyſij non poſſit am-
pliùs agere prò releuatione, quoniam adi-
2 tio hæreditatis non probatur in præſenti
ex actibus æquiuocis, qui ad alium titu-
lum referri poſſunt *leg. prò hærede* 20. *ff. de*
acquir. hæred. Rot. Lucana apud Palmam de-
ciſ. 81. *n.* 5. *Rot. coràm Celſo deciſ.* 129. *n.* 1.
Adden. ad Pamph. deciſ. 348. *ſub nu.* 10. *verſ.*
aditio, & coràm Priolo deciſ. 137. *num.* 23.
Nec inſiſtendũ eſt in quibuſdam enun-
ciatiuis iudicialibus, quæ non releuant vti
non emiſſæ de voluntate Franciſci *Card.*
3 *de Luca de hæred. diſc.* 12. *num.* 7. *Gratian.*
diſcept. 644. *num.* 30. *coràm Gregor. dec.* 460.
num. 1. *&* 2. *Burat. deciſ.* 707. *num.* 21. *&*
in Æſina releuationis indemnitatis 3. *Iulij*
1684. *coràm Eminentiſs. Caccia §. quoniam.*
Auctoritates, quę in contrarium addu-
cebantur procedunt in enunciatiuis emiſ-
ſis à Notario in Inſtrumento præſente
4 ipſa parte, quia tunc non dicuntur verba
Notarij, ſed ipſius partis, & in iſtis ter-
minis loquitur *Rot. coràm Bich. deciſ.* 490.
num. 9.
Minùs obſtat, quod tales enunciatiuæ
fuerint emiſſæ à Procuratore eiuſdẽ Fran-
ciſci, quia per Procuratorem hæreditas
5 adiri nequit *l. Paulus reſpondit ff. de acquir.*
hæred & in ſpecie quod confeſſio facta per
Procuratorem non ſit ſufficiens prò con-
cludenda aditione hæreditatis latè firma-
6 tur per *Rot. coràm Gregor. deciſ.* 460. *n.* 3. 4.
& 5. tùm quia non ſufficit in hac materia
generale mandatum, ſed requiritur ſpe-
ciale *Rot. coràm Caual. deciſ.* 272. *num.* 4.
Nec paritèr aduerſatur Franciſcum fe-
ciſſe expenſas funeris prò dicto Aloyſio,
ex qua ſolutione, & impenſa hæreditatem
adiuiſſe deſumitur *ad tradit. per Mart. ac*
ſucceſ. legal. par. 4. *quæſt* 14. *art.* 2. *num.* 14.
7 *& ſequen.* quia præſumitur, quod Fran-
ciſcus vti Nepos, & conſanguineus pro-
ximior dicti Aloyſij dictas impenſas fune-
ris fecerit cauſa pietatis, & amoris, & ſtri-
ctæ coniunctionis ſanguinis, non autem
animo adeundi, quo caſu non induci adi-
tionem firmarunt *Bart. in l. ſi quis §. pleri-*
que ff. de religion & ſumpt funer Nat conſ.
448. *num* 16. *lib.* 2 *Crot. conſ.* 310. *circa fin.*
lib. 3. *Mantic. de coniectur. lib.* 12. *tit.* 10.
num. 9. *Pacif. de Saluian. inſpect.* 2. *cap.* 4.
num. 86. *Surd. deciſ.* 255. *num.* 13.
Demùm ceſſat omnis difficultas, quia
etiamſi ex actibus ſupra relatis depræhen-
di poſſet qualitas hæreditaria in Franciſ-
co, tamen non eſſet locus actionum con-
fuſioni, dùm aduerſus omiſſam Inuentarij
confectionem, & aditionem hæreditatis
inconſultè factam, competit reſtitutio in
8 integrum non ſolùm Eccleſiæ, & Minori,
ſed etiam Maiori, quoties læſio, & iuſta
cauſa concurrunt *Gratian. diſcept* 656. *n,* 7.
& diſcept. 797. *num* 19. *Franch. deciſ.* 291.
num. 3. *Adden. ad deciſ* 460. *num.* 225. *par.* 8.
recen. Rot. coràm Card Cerro deciſ. 386. *n.* 1.
cum alijs in Æſina releuationis indemnitatis
3. *Iulij* 1684. *corã Eminentiſs. Caccia §. imo.*
Iuſta autem cauſa, & læſio non defi-
ciunt in præſenti quia Franciſcus eſt ante-
9 rior omnibus alijs Creditoribus, & ipſe
adeundo hæreditatem abſque Inuentario
adeò ſibi præiudicauit, vt ſolutis poſterio-
ribus Creditoribus, nihil prò ſuo credito
remaneret, præſertim quia abſunt dolus,
& occultatio bonorum, dùm ex Teſtibus
examinatis apparet quantitas hæreditatis
Aloy-

Aloyſij, in quibus terminis ſemper eſt concedenda reſtitutio in integrum *Rot. coràm Card. Cerro dicta deciſ.* 386. *per tot. & in dicta Æſina* §. *laſio*.

ARGVMENTVM.

VXor in ſubſidium tenetur ſoluere penſionem domus habitatæ vna ſimùl cum Viro quando remaneat prò Vxore ſalua medietas ſuæ dotis.

SVMMARIVM.

Vxor non tenetur in ſubſidium ſoluere penſionem domus num. 1.

Amplia præſertim quando non habeat niſi dotem num. 2.

Proùt in dubio præſumitur num. 3.

Expedit Reipublicæ, vt Mulieres non remaneant indotatæ num. 4.

Vxor tenetur in ſubſidium ſoluere penſionem domus num. 5.

Præſertim ſalua medietate dotis num. 7.

Declara quando medietas dotis ſufficiat prò alimentis num 8.

Mutuans frumentum Virò prò alenda familia in ſubſidium habet actionem contrà Vxorem, & filios num. 6.

Locator in rebus inuectis ad conſeruandum in re locata præfertur omnibus alijs num. 7.

Amplia num. 8.

VOTVM LXXX.

PLuries coràm me diſputatum fuit, an Vxor teneatur in ſubſidium ſoluere penſionem domus ab ea habitatæ vna ſimùl cum Viro, qui ob paupertatem nequit ſoluere eamdem penſionem. Defen-
1 dentes autem Vxores prò opinione negatiua adducebant *Flor. de Mena ad Gamb. deciſ.* 186. *Ripol. de dot. recuperat cap.* 12. *num.* 175. *Coſt. de portion. rat. quæſt.* 25. *& de remed. ſubſidiar. remed.* 12. *illat. vnic. Fontanel. de pact. nuptial. clauſ.* 4. *gloſ.* 9. *par.* 5. *n.* 171. *& ſeq clauſ.* 7. *gloſ.* 2. *par.* 10. *n.* 34. *latè Andreol. contr.* 267. *per tot. & ſignantèr n.* 4. *de Luca ad Gratian diſcept.* 107. *num.* 4. *cum plur. ſequen. Caſtil. de aliment. cap.* 44. *per tot. Camuncula deciſ. Bonon.* 13. *num.* 3.

Quæ opinio fortiùs procedit quando
2 Vxor non habet aliud, quàm dotem *Coſt. de ration. rat. quæſt.* 126. *num.* 15. *Rot. coràm*
3 *Roias deciſ.* 215. *num.* 4. *ad med.* proùt in dubio præſumitur *Theſaur. deciſ.* 43. *nu.* 5. *Rot. coràm Dunoz. Iun deciſ.* 823. *num.* 7.
4 nàm expedit Reipublicæ, vt Mulieres non remaneant indotatæ *leg.* 1. *ff ſolut. matrim.*

Contrariam tamèn opinionem ſequuti
5 ſunt multi firmantes Vxorem teneri in ſubſidium ſoluere penſionem domus, & præcipuè *Io. de Platea in l. Vxorem in fin. de decurionibus lib.* 10. *Lup. in rubrica de donat. intèr Vir. & Vxor.* §. 66 *n.* 6. *Surd. de alimen. tit.* 8. *priuileg.* 48. *n.* 6. *& conſ.* 367. *n.* 28. *Noua. quæſt.* 122. *lib.* 1. *Gratian. diſcept. forenſ.* 107. *num.* 9. *& diſcept.* 108. *num.* 29.

Et ſicuti mutuans frumentum Viro prò
6 alenda Vxore, & filijs habet actionem in ſubſidium tàm contrà filios, quàm contrà Vxorem iuxtà opinionem paſſim amplexam à Doctoribus *in leg. his ſolis ff. de condit. indebit.* ità etiàm ex paritate rationis dicendum videtur in penſione domus, attenta etiàm præſertim æquitate *l. ſi me & Titium ff. ſi cert. petat.*

Nec aduerſantur contrariæ Auctorita-
7 tes, quia illę procederent, quando Vxor remaneret indotata, quo caſu certum erit nec minùs eamdem in ſubſidiũ teneri ad ſolutionem penſionis domus, at ſecùs quando ſoluta penſione remaneret prò Vxore ſalua medietas ſuæ dotis vti benè diſtinguendo vtramque opinionem conciliat
8 *Pacion. de locat. cap.* 35. *nu.* 19. *&* 20. dummodo tamen remanens medietas dotis ſufficeret prò alimentis Vxoris vti proſequitur *Pacion. dicto loco num.* 21.

Et tandem notandum eſt in hac materia
7 quod bona inuecta, & illata in re locata ad conſeruandum non ſolum prò penſionibus ſint hypothecata, ſed etiam cum priuilegio prælationis, itaut in eis in concurſu locator ſit pręferendus omnibus alijs creditoribus anterioribus; quæ opinio
8 procedit quamuis ageretur de mercibus venalibus, quia contra illas, quæ in re locata reperirentur de tempore quò locator conſequi vellet penſionem, hypotheca competeret vna cum prælatione *Rodriguez de concurſu creditor. part.* 1. *n.* 8. *art.* 19. *cum alijs multis cumulatis per Rotam in deciſ.* 726. *num.* 3. *& plur. ſequen. part.* 18. *tom.* 2. *recent.*

AR-

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

IDentitas bonorum an, & quando probetur etiamſi appareat mutatio confinium.

SVMMARIVM.

In antiquis probatur identitas verificatione vnius confinis cum loco generalis num. 1.

Amplia etiam coniecturis num 2.

Probatur ſi acquiſitio fuit facta ab hæredibus grauatis num. 3.

Probatur ſi bona exiſtunt vbi poſsidebat fideicommittens num. 4.

Declaratur contraria opinio num. 5.

Identitas non excluditur ſi in vno Inſtrumento prædium ſit deſignatum in vno corpore, & in altero Inſtrumento appareat diuiſum in pluribus corporibus num. 6.

Identitas non excluditur ex diſcordia circà numerum petiarum, & quando num. 7.

VOTVM LXXXI.

FVit concordatum intèr partes in hac cauſa adeſſe perpetuum fideicommiſſum ad fauorem filiorum Trinaroli, ſolumque in controuerſiam fuit deductum an conſtaret de identitate bonorum fideicommiſſo ſuppoſitorum.

Dicebam ego, quod præmittendum eſ-
1 ſet in antiquis identitatem bonorum facilìùs probari etiàm cum verificatione vnius
confinis particularis, cum loco generali
Rot. coràm Coccin. deciſ 218. n. 3. coram Zarat. deciſ 39. n. 20. in recen deciſ 87. n. 10. par. 5. & deciſ. 357. n. 8. par. 17. & in Bononien fideicommiſsi de Grottis 4. Iunij 1688. §. præcipuè coràm R. P. D. Caprara, & in Romana legati 14. Aprilis 1690. §. nec ad euitandos coràm R. P. D. Priolo, & in Bononien. immiſsionis 15. Iunij 1691 coram Heruanult §. quatenus, & in Romana Saluiani 14 Iunij 1697. §. attenta coram R. P. D. Lancetta,
imò ad probandam identitatem in antiquis
ſufficere coniecturas, & præſumptiones
2 communitèr tradunt *Riminal. Sen conſ. 254. num. 11. lib. 2. Rot. deciſ. 87. num. 3. & ſeq. & deciſ. 360. num 10. part. 5. & deciſ. 164. num 38. par. 6. recen. coràm Dunoz. Iun deciſ. 598. num. 4. & 5. & in dicta Bonon. fideicommiſsi de Grottis 4. Iunij 1688. coràm Caprara §. final.*

Quibus præmiſſis dubitari nequit in præſenti conſtare de vno confine particulari concordante cum loco generali, & huic demonſtrationi accedit etiàm, quod Emptor acquiſiuerit prædium controuerſum ab hæredibus grauatis, & ſic intrat præ-
3 ſumptio pro identitate, niſi de particulari acquiſitione grauatorum doceatur *Rot. deciſ. 87. num. 2. & ſeq. part. 5. & deciſ. 28. num. 4. & ſeq. part 12. recent. & in Bonon. fideicommiſsi de Grottis 4. Iunij 1688. coràm R P. D. Caprara §. præcipuè*, maximè quia
4 agitur in loco, in quo poſſidebat fideicommittens, quo caſu licèt non conſtet de confinibus particularibus, adhuc bona poſſeſſa per grauatos præſumuntur eadem quæ erant fideicommittentis multi quos refert *Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 618. num 45. Rot. coràm Gregor. deciſ. 575 num. 9. coràm Merlin. deciſ. 770. num. 8. coràm Priolo deciſ. 182. num. 7.*

Non refragante quod contrarium firmetur per *Surd. dec. 379. per tot.* quia iſtius
5 opinio paſſim eſt reiecta iuxtà auctoritates ſuprà allegatas, vel ſaltèm poſſet procedere, quando bona Teſtatoris haberet certa confinia diſtincta ab alijs, intèr quæ adeſſent bona hæredis grauati ad tradita *Fuſar dicta quæſt. 618. num. 47.*

Minus releuat quod in inſtrumento rogato de anno 1638. vinea controuerſa appareat diſtincta in pluribus corporibus, & in altero venditioni factę de anno 1682. appareat compræhenſa ſub vno corpore,
6 quia dum conueniunt confinia tàm in primo, quàm in ſecundo Inſtrumento, parum eſt conſiderabilis aſſignata differentia ob diſtinctionem plurium corporum, quæ curſu temporis mutari ſolent *Decian. conſ. 17. num. 14. & ſeq. lib. 3. cum alijs coràm Priolo deciſ. 182. num. 8. & 9.*

Demùm non aduerſatur quod in dicto Inſtrumento de anno 1638. vinea contro-
7 uerſa aſſeratur aſcendere ad petias 35. & in altero de anno 1682. appareat aſcendere ad petias 29. quià cum confinia, & demonſtrationes concordant ſola diuerſitas circà numerum non tollit probationem identitatis *Riminal. Sen. conſ 429. num. 4. & ſeq. lib. 3. Cephal conſ. 98 num 22. & 25. lib. 1. Petr. de fideicom. quæſt. 12 num. 1371. Mareſcot. var. reſolut. cap. 12. nu. 28 & 29. lib. 1. Rot. deciſ. 87. num. 8. & 9. par. 5. & deciſ. 184. num. 4. par. 7. & deciſ. 144. num. 18. & 19.*

Digitized by Google

& 19. par.9. recent. coràm Priolo decif. 181. num. 19. & in dicta Bonon. fideicommiſſ. de Grottis 4. Iulij 1688. coràm R. P. D. Caprara §. nec ad infringendam.

ARGVMENTVM.

CEdens an, & quando teneatur præſtare nomen ceſſum non ſolùm verum, ſed etiam exigibile, & per quantum tempus. Diligentiæ, quando dicantur factæ ad effectum habendi regreſſum contrà cedentem.

SVMMARIVM.

Cedens regularitèr liberatur præſtando debitorem verum licèt non locupletem num. 1.
Amplia num. 2.
Limita num 3 & 4.
Exigibilitas perpetuò eſt manutenenda, ſtantibus dictionibus denotantibus perpetuitatem nu. 5.
Cedens non poteſt moleſtari à Ceſsionario niſi priùs factis diligentijs contrà debitorem ceſſum num 6.
Diligentia ſufficientèr dicuntur facta, ſi Ceſsionarius expediuerit mandatum, & inuenerit concurſum Creditorum, vel inhibitionem num. 7.
Item ſi bona debitoris fuerint intrigata num. 8.
Item ſi bona fuerint poſſeſſa à Tertijs num 9.
Diligentia dicuntur facta ſi Ceſsionarius citauerit cedentem ad indicandum ſuper quibus bonis poſsit fieri exequutio num. 10.

VOTVM LXXXII.

PRò effugienda exigibilitate perpetua crediti ceſſi prò parte cedentis deducebatur, quod ipſe ſit obligatus tantummodo manutenere Debitorem ceſſum
1 eſſe verum, non autem locupletem, & ſoluendo, & quod promiſſa exigibilitas ſit reſtringenda quoad ius, & ſic ſuper veritate, & realitate crediti, non autèm quoad factum, ſeù ſuper exactione fructuum etiamſi cedens promiſiſſet facere debitorem ceſſum bonum, verum, & reſponſa-
2 lem, cum obligatione de defenſione, & conſeruatione idemnitatis *Bec. conſ. 105. num. 13. & 14. Eugen. conſ. 73. de Franch. decif. 427. num. 4. Surd. decif. 326. num. 41. Adden. ad Gregor. decif. 579. nu. 5. cum alijs apud Oleam de ceſsion. Iur. tit. 7. quaſt. 3. ſub num. 3. verſ. quod ampliant, & Rot. poſt eumdem decif. 31. num. 19.*

Sed hoc non obſtante fuit reſolutum, cedentem non ſolum teneri ad veritatem nominis ceſſi, ſed etiàm ad exigibilitatem
3 fructuum, proùt colligitur ex verbis Inſtrumenti ibi promiſit perpetuo manutenere, & conſeruare in pacifica poſſeſſione dictorum Scutorum 450. & cenſus illorum exigendorum, ex quibus facti circumſtantijs colligitur duas adeſſe promiſſiones, vna quæ reſpicit veritatem iuris ceſſi, altera, quæ tendit ad conſeruandam exactionem fructuum iuxtà diſtinctionem traditam *per Carolum Antonium de Luca ad Oleam de ceſsion. iur. Spicileg. 1. quaſt. 6. n. 1. & Rot in Nouarien. pecuniar. 26. Iunij 1652. coràm Bich. §. qua promiſsio intèr eius impreſſos decif. 518. replicata part 11. recent. decif. 287. & poſt Contr. diſcept. forenſ. 146. poſt Oleam de ceſsion iur decif. 31. & in Tudertina cenſus 28. Martij 1653. coràm Meltio §. non obſtat impreſſa apud eumdem Oleam decif. 35.* fortiùs quia agitur de ceſſione facta cauſa, & fauore dotis, quo caſu ſempèr
4 cenſetur promiſſa exigibilitas, etiàm quoad fructus *Galeot. contr 33 n. 7 . lib. 1. Staiban. reſolut. 96. num. 27. Hodiern. ad Surd. decif. 266 num. 18. Caſtil. decif. 5. num 7. Theſaur. quaſt. foren 88. nu. 13 lib. 2. Andr. contr. 333. nu. 7. cum alijs apud Carolum Antonium de Luca Spicileg. 1. quaſt. 6. num. 7. ad Oleam de ceſsion. iur*

Nec aduerſatur quod promiſſa exigibilitate etiàm quoad fructus cenſeatur iſta reſtricta, vel de tempore ceſſionis, vel per aliquos annos poſt eamdem ſequutam ceſ-
5 ſionem, quia cum in præſenti adſit dictio ſemper importans perpetuitatem, ſequitur vt exigibilitas perpetuo debeat manuteneri *Merlin de pignor. lib. 5. tit. 1. q. 21. num. 70. cum alijs deductis in dicta Tudertina cenſus §. nec viſa fuit*, & in ſpecie de lapſu quinquaginta annorum à die factæ ceſſionis firmatur *per Rotam in Aſculana cenſus 5. Iunij 1693. coram R. P. D. Mannel. §. non obſtat.*

Quibus firmatis non aduerſatur ceſſio-
6 narium non poſſe agere contra cedentem antè factam exactiſſimam excuſſionem contrà nomina ceſſa, eiuſque fideiuſſores etiamſi fuerit renunciatum beneficio excuſſionis iuxtà opinionem auctoritate triginta

Digitized by Google

ginta Doctorum firmatam *ab Andreol. contrauer. 275. per tot.* quia in præſenti fuit
expeditum mandatum contrà Debitorem
ceſſum, qui ad euitandam capturam aufugit ad Eccleſiam, & ſuper eius bonis pendet concurſus; itaût fuit inhibitus ceſſionarius, nec aliquid innouaret, quæ diligentiæ ſunt ſufficientes ad effectum conſequendi regreſſum contrà cedentem. Latiſſimè *Staiban. Iun. reſolut. 96. à num. 17. vſq;*
8 *ad num. 25.* firmans ſufficere, quod bona
ſint intricata, & quod adſit concurſus, &
latè *Rot. poſt Poſt. de ſubhaſt. decis. 72. num.
8. & poſt Oleam de ceſsion. iur. decis. 35.*
9 *num. 6. & 7.* vbi etiam firmatur ceſſionarium non teneri excutere bona à tertijs
poſſeſſa, & quod prò concludendis diligentijs in hac materia ſufficiat, quod ceſſionarius citauerit cedentem ad indicandũ bona
10 ſupèr quibus fieri poſſit exequutio ad tradita per *Rot in Bononien pecuniaria 17. Iunij 1641. coràm Carill §. quandoquidem, & §. nec erat inter eius impreſſas decis. 185. replicata in recent. decis. 36. part. 9 & poſt Merlim de pignor. decis. 49. & poſt Poſt. de ſubhaſt. decis. 382. & in Bononien. litterarum cambij 27. Nouembris 1648 coràm Card. Celſo §. ceſſat paritèr intèr eius impreſſas dec. 54. repetita part. 10. recent. decis. 260. & poſt Oleam de ceſſ. iur. decis. 11.*

ARGVMENTVM.

VEndens cum reſeruatione dominij vſque ad integram pretij ſolutionem dicitur facere potiùs contractum locationis, quàm venditionis, itaût non ſoluto pretio poſſit rem alteri vendere, & quando hoc procedat.

SVMMARIVM.

Mandatum ſuſpicionis fugæ reuocatur docto de poſſeſsione bonorum num. 1.

Limita ſi bona eſſent obligata prò alijs debitis anterioribus num. 2.

Retentio eſt ſempèr concedenda quando oſtenditur creditum clarum, & incontrouertibile num. 3.

Reſeruatio dominij quid operetur in venditione num. 4.

Reſeruatio dominij quando importat ſpecialem hypothecam num. 5.

Declaratur num. 6.

Stante reſeruatione dominij nulla eſt facienda differentia, ſi fuerit ſoluta pars pretij, vèl nihil num. 7.

Oblatio verbalis non ſufficit ad impediendum, quod venditor cum reſeruatione dominij ob non ſolutum pretium non poſſit alteri rem vendere num. 8.

VOTVM LXXXIII.

IAcobus Marchettus vendidit Iuliano Badino quatuor equos pretio Scutorum 450. ſoluendo in duabus paghis, prima in die Sanctiſs. Paſchatis, & ſecunda poſt meſſem frumenti anni 1694. cum ſpeciali reſeruatione dominij vſque ad integram pretij ſolutionem, ſed quia Badinus ſoluit ad computum ſolum Scuta decem; fuit coactus venditor poſt meſſem frumenti expedire mandatum ſuſpicionis fugæ, cuius vigore rehabuit equos, & alteri eos vendidit. Egit Badinus coràm Gubernatore Gabiniani prò reuocatione dicti mandati, & cum nihil obtinere potuiſſet habuit recurſum ad Illuſtriſſimum Gubernatorem Vrbis, & introducta cauſa coram me cenſui Marchettum eſſe abſoluendum ab impetitis reſtitutis Scutis decem emptori.

Nec viſum eſt obſtare, quod mandatum ſuſpicionis fugæ ſit nullum, cum per
binos Teſtes ad perpetuam examinatos
1 appareat Badinum poſſidere diuerſa bona, quo caſu eſſe reuocandum mandatum
ſuſpicionis fugæ firmatur per *Rot dec. 401. num. 12 part. 15.* quià non ſufficit prò reuocatione mandati ſuſpicionis fugæ, quod debitor poſſideat, quando exaduerſo fuit oſtenſum bona eſſe obligata alijs debitis anterioribus, *Scanarol. de viſit. carcerator. lib. 3. cap. 2. § 8. num. 9. Rot. Lucen apud Palmam decis. 63. num.* 38. ſed data etiàm
2 aliqua dubietate circà validitatem dicti mandati, cum non agatur de exequutione perſonali, ſed tantùm de reali, & cum conſtet venditorem rehabuiſſe ſuos equos, dubitari nequit, quod illi competere debeat retentio prò pretio non ſoluto, præcipuè in hoc Tribunali, vbi ob facultates
3 ſpeciales Sa. Me. Leonis X. proceditur ſola facti veritate inſpecta, tantò magis quià ex facti circumſtantijs, timeri poteſt, quod alias venditor remanere poſſit tàm ſinè equis, quàm ſine pretio, tum quia de iure competit ſempèr retentio, etiam data nul-

litate exequutionis, quando creditum eſt
clarum, & incontrouertibile ad euitandos
inanes circuitus adeò Reipublicæ præiu-
diciales; vti in ſimilibus terminis conſide-
ratur à *Rot. deciſ. 180. num. 35. & 36. poſt*
Zacch. de oblig. camer. & coràm Coccin. de-
ciſ. 841. per tot.

Nec ſubſiſtere poteſt prætenſio Badini
recuperandi equos à Marchetto alteri iàm
venditos, oblato reſiduali pretio per il-
lum non ſoluto, quia cum in apoca aderat
reſeruatio dominij vſque ad integram ſo-
lutionem, ſequitur vt Marchettus non ſo-
luto integro pretio tempore conuento be-
ne potuerit dictos equos alteri vendere;
ſpecialis namquè dominij reſeruatio ope-
4 ratur, vt venditor remaneat dominus, &
contractus tranſeat in naturam locatio-
nis, itaùt periculum rei venditæ non ſolu-
to pretio ſpectaret ad venditorem, cui
competit manuum iniectio, quæ eſt exer-
cibilis etiàm contrà tertium *Gratian. di-*
ſcept. 326. num. 2. & ſeq. & diſcept. 523.
num. 18. & ſeq. Ciriac. contr. 164. num. 8.
& ſeq. & contr. 425. num. 62. Hond conſ.
30. num. 29. lib. 1. Rot. Lucen. apud Palmam
deciſ. 10. num. 28. Rot. poſt Merlin. de pi-
gnor. deciſ. 146. nu. 11. poſt Poſt. de ſubbaſt.
deciſ. 118. à num 4. vſque ad num. 15. & in
addit. poſt eumdem Poſt. deciſ. 149. à num. 3.
vſque ad num. 6. & deciſ. 153. à nn. 4. vſque
ad num. 15. & coràm Dunoz. Iun. deciſ. 537.
à num. 4. vſque ad num 15. & coràm Bich.
deciſ. 157 num. 15. coràm Roxas deciſ. 380.
paritèr num 15.

Non refragante quod reſeruatio do-
minij in venditione nil aliud operetur niſi
ſpecialem hypothecam ad hoc, vt vendi-
tor non ſoluto pretio præferatur omnibus
5 alijs creditoribus etiàm anterioribus in re
vendita *Vrceol. conſult. forenſ. cap. 5. per*
tot. Card de Luca de credit. diſc. 6. num 7.
Rouit deciſ. 7. num. 13. & per tot. Staiban.
de intereſſe lib. 2. tit. 9. quæſt. 1. num. 3. in
fin Rot. poſt Merlin. de pignor. dec. 117. n. 9.
quæ eſt repetita apud *Card. Cerr. dec. 200.*
præcipuè quando fuerit ſoluta pars pretij
Vrceol. d. cap 5. num. 33. 34. & 35.

Quoniam iſta contraria opinio proce-
dit in Inſtrumentis, in quibus adſunt clau-
ſulæ ad habendum conſtituti ceſſionis iu-
rium, & conſtitutionis Procuratoris, vti
in rem propriam, quę clauſulę cum tranſ-
ferant dominium, operantur, vt reſerua-
6 tio dominij reſoluatur in ſpecialem hypo-
thecam, ne in eadem ſcriptura detur con-
tradictio, at ſecus in caſu noſtro, vbi non
adſunt dictæ clauſulæ, vt benè concilian-
do opiniones ſupradictas firmatur à *Mer-*
lin. de pignor. lib. 4. tit. 1. quæſt. 41. num.
61. & 62 verſ. quando tamèn.

Demùm nulla differentia eſt facienda
quando fuerit ſoluta pars pretij, quia re-
7 ſeruatio dominij fuit facta vſque ad inte-
gralem ſolutionem, qua integralitèr non
ſequuta, ſempèr venditor remanſit domi-
nus, vti in puncto probatur à *Rot. dec. 118.*
num. 9. poſt Poſt. de ſubbaſt. & in ſpecie,
quod venditor, qui ſibi reſeruauit ſpeciale
dominium poſſit alteri rem vendere, non
ſoluto pretio à primo venditore firmant
Magon. deciſ. Floren. 31. per tot. Gratian. di-
ſcept. 354. num. 55. & 523. num. 18. Alto-
grad. conſ. 9. num 91. & ſeq. latè Rota in
Romana domus 4. Decembris 1690. coràm
R. P. D. Caprara § inconcuſſum, & §. nec re-
fragatur, fortiùs quia venditor antequàm
alteri vendidiſſet equos, notificauit Badi-
8 no ſe eſſe promptum recipere reſiduum
pretij, & reſtituere equos, & Badinus
ſempèr reſpondebat velle ſoluere, ſed
numquàm ad actum redegit ſuam volun-
tatem, & in his terminis non ſufficit obla-
tio verbalis, ſed requiritur realis *Merlin.*
de pignor. lib. 4. tit. 2. quæſt. 83 num. 2. &
nu. 35. & ferè per tot. cum alijs apud Caſtald.
conſult. 170. num. 2.

ARGVMENTVM.

CReditor non habet actionem in bonis ſui debitoris, emptis prò perſona nominanda. Nominatio quo tempore ſit facienda, & quando probetur facta, etiamſi non fuerit intimata.

SVMMARIVM.

Bona empta prò perſona nominanda acquiruntur perſonæ nominatæ itaùt Creditores perſonæ, quæ debet nominare nullam in eis habeant actionem num. 1.

Nominatio non poteſt fieri poſt annum à die emptionis num. 2.

Nominatio poteſt fieri tàm expreſsè quàm tacitè num. 3.

Re-

Digitized by Google

Referuntur coniecturæ num. 4.
Teſti mediatori valdè eſt deferendum num. 5.
Intimatio non eſt facienda de nominatione iam factæ num. 6.
Habens facultatem diſponendi non poteſt alienare neque donare inter viuos num 7.
Amplia quando verbum diſponere ſit coniunctum cum verbo relinquere num. 8.

VOTVM LXXXIV.

CReditores Franciſci Vulpectæ nul-
lam actionem intentare poſſunt con-
trà bona ab ipſo empta prò perſona
1 nominanda, dùm dicta bona vſque à prin-
cipio dicuntur acquiſita perſonæ nomi-
natæ proùt ſecùs eſſet dicendum non fa-
cta nominatione *Cenc. de cenſ. quæſt. 67.
num. 15. & 16. Surd. deciſ. 182. num. 15.
De Angelis de confeſsion. lib. 2. quæſt. 75. nu.
28. & ſeq. & latè Rot. coràm Ludouiſ. deciſ.
157. & deciſ. 227. per tot. repetitæ poſt Cenc.
de cenſ. deciſ. 125. & deciſ. 163. & coràm
Dunoz. Iun. deciſ. 548. num* 13.
Non releuat, quod elapſo anno à die
emptionis prò perſona nominanda, non
2 potuerit Franciſcus ampliùs nominare
latè *Surd. deciſ. 226. per tot. & deciſ. 325.
per tot. Cenc. de cenſ. quæſt. 67. ſub num. 14.
verſ. facta autem nominatione Rot. deciſ. 380.
num. 3. & ſeq. part. 17. recent.*
Quoniam non eſt neceſſarium, talem
nominationem eſſe faciendam verbis ex-
3 preſſis, ſed ſufficere etiàm elicitam ex co-
niecturis ad hoc vt perſonæ nominandæ
ius quæſitum dici poſſit ad tradita per *Cenc.
de cenſ. quæſt. 67. ſub n. 14. verſ. quando autèm
in puncto Rot. in Bononien. ſeu Ianuen. cambij
16. Iunij 1687. §. ex quibus coràm R. P. D.
Hernandt*, vbi agebatur contrà fideiuſſo-
rem, qui fideiuſſerat prò ſecuritate perſo-
næ nominandæ.
Concurrit enim in præſenti, quod em-
ptio fuit facta pecunijs Pichelli, qui paulò
poſt emptionem accepit poſſeſſionem præ-
dij empti, & à Colonis vti Dominus fuit
recognitus, fructuſque collegit, ex qui-
4 bus actibus nominationem reſultare, latè
firmatur *in dicta Bononien. ferè per tot.* quæ
deciſio eſt reuocatoria alterius *deciſ.* 28.
part. 18. *recent.* Accedente præſertim at-
teſtatione Federici Brogliæ in dignitate
Sacerdotali conſtituti, & mediatoris huius
contractus, qui medio iuramento aſſeruit
eo tempore per Franciſcum fuiſſe no-
5 minatum dictum Pichellum: Mediatori
autèm quamuis vnico valdè deferendum
eſſe firmarunt *Card. de Luc. de empt. & vend.
diſc. 10. num. 6. de ſucceſſ. diſc. 36. num. 8.
Rot. coràm Mantic. deciſ. 6. num. 9. & 10.
coràm Merlin. deciſ. 604. num. 11. cum alijs
deductis in Romana cambiorum 27. Februa-
rij 1693. coràm R. P. D. Molines §. quod au-
tem*, tantò magis quia aſſertio mediatoris
eſt adminiculata, & ideò plenè probat
*Rot. coràm Card. Celſo deciſ. 312. num. 4. &
5. & in recent. deciſ. 174. num. 14. part. 13.
& in dicta Romana § & eo fortius.*
Perperam dicitur fuiſſe neceſſarium,
quod nominatio fuiſſet intimanda vendi-
tori prædij, quia eſt certum intimationem
non eſſe faciendam, niſi vbi de iure repe-
6 ritur expreſſum. *Card in clemen. prima
num. 27. de appellat. Dec. conſ. 168. num. 4.
verſ. & quod notificatio, & in terminis noſtris
Rot. coràm Cañal. deciſ. 3. num. 6. & ferè per
tot.* & in puncto, quod talis nominatio non
eſſet intimanda probant *Gratian. diſcept.
forenſ. 194. num. 10. & Cenc. de cenſibus
quæſt. 67. num. 17. Rot. poſt eumdem deciſ.
162. per tot.*
Neque dicti Creditores habent actio-
nem contrà alia bona, cum ſint ſubiecta
litterali fideicommiſſo. Non obſtante,
quod præfato Franciſco fuerit data à fi-
deicommittente facultas diſponendi de
7 quarta parte bonorum, cum receptum ſit,
habentem arbitrium diſponendi non poſſe
alienare, vèl donare intèr viuos, ſed diſ-
ponendi facultas cenſetur reſtricta ad ſo-
las diſpoſitiones cauſa mortis *Gratian. di-
ſcept. 539. num. 13. Mart. de ſucceſ. legal.
part. 4. quæſt. 1. art. 3. num. 31. Rot. deciſ.
206. num. 12. poſt Torr. de pact. futur. ſuc-
ceſ. & recent. deciſ. 580. part.* 18. Potiſſi-
mum quia in præſenti hypotheſi verbum
8 diſponere legitur coniunctum cum alio
verbo relinquere, quod de ſua natura eſt
ſolū adaptabile vltimis voluntatibus *Rot.
poſt Merlin. de pignor. deci. 40. nu. 4. & poſt
collect. Bonden. deciſ. 50. num.* 8. maximè
quia agitur de verbis in Teſtamento pro-
latis quidquid ſecùs eſſet dicendum ſi fuiſ-
ſent appoſita in contractibus proùt con-
ciliando contrariam opinionem firmatur
per auctoritates ſuprà allegatas; quæ
opinio faciliùs in hoc caſu eſt admitten-
da, cum adſint duæ Epiſtolæ Teſtatoris

ex quibus magis comprobatur facultatem diſponendi fuiſſe reſtrictam ad ſolos actus vltimæ voluntatis.

ARGVMENTVM.

Dicta Teſtium quando dicantur didicita ad effectum impediendi admiſſionem articulorum, etiàm contrariorum.

SVMMARIVM.

Dicta Teſtium coram Iudice diſcuſſa impediunt admiſſionem nouorum articulorum num. 1.

Secùs ſi fuerint producti articuli antè diſcuſſionem num. 2.

Dicta teſtium non dicuntur didicita, etiamſi fuerit acceptum Summarium, & quando num. 3.

Articuli quamuis contrarij ſunt admittendi nu. 4.

VOTVM LXXXV.

INtèr Dominicum Marinum, & Ioannem Baptiſtam Martinellum initus fuit contractus, in quo d. Marinus promiſit eumdem Martinellum inſtruere in arte Picturæ eique alimenta præſtare, cum pacto quod ſpatio trium annorum d. Martinellus teneretur inſeruire abſque vllo ſalario, & in caſu inobſeruantiæ reficere, & ſoluere alimenta eidem præſtanda, & ac etiam d. Martinellus vltrà ſeruitium ſpatio trium annorum, vt ſuprà præſtandum, ſe obligauit prò vna vice tantùm ſoluere, prout ſoluit Scuta centum monetæ, cum conditione, quod in caſu inobſeruantiæ ex parte dicti Marini, ipſi teneretur reſtituere dicta Scuta centum, vt eſt in confeſſo intèr Partes.

In huiuſmodi contractu continuarunt Partes ſpatio vndecim menſium, in quibus dictus Martinellus artem Pictoris egregiè didicit, & poſteà egreferens continuare in ſeruitio abſque ſalario, diſceſſit abſque vlla cauſa, & cæpit prætendere reſtitutionem dictorum Scutorum centum, vt ſuprà ſolutorum, cum inſubſiſtenti ſuppoſito, quod coactus fuerit diſcedere, ex quo fuerit à Marino malè tractatus, nè dum verbis iniurioſis, ſed etiàm verberationibus, ac in alimentis, & deſupèr introducto iudicio coràm D. Locumtenente, curauit examinare facere binos Teſtes ad probandam ſuam intentionem.

Hinc d. Marinus ad ſe liberandum dedit in actis articulos continentes dictum Martinellum Aduerſarium fuiſſe, ne dùm in omnibus benè tractatum, ſed etiam maxima cum charitate edoctum in dicta Picturæ arte, & quidèm antequàm perfectionaretur examen Teſtium contrariorum, & acciperetur illorum Summarium articuli fuerunt à dicto D. Locumtenente admiſſi, ſed poſteà reiecti cum motiuo, quod vti de directo contrarij non veniant admittendi, quapropter petito ab huiuſmodi grauamine recurſu, eoque admiſſo inſtetit dictus Marinus prò vlteriori admiſſione dictorum articulorum, & examine Teſtium deſupèr inductorum, & obtinuit, quia concluſio illa, in qua D. Lo-
1 cumtenens ſe fundauit, quod ſcilicet articuli de directo contrarij, non veniant admittendi, procedit, & habet locum, quando dicta Teſtium contrariorum fuerunt iàm coràm Iudice diſcuſſa, & in iſtis terminis loquitur *Rot. coràm Bich. deciſ. 335. ferè per tot.* ſecùs quando articuli fuerunt in actis producti, & exhibiti antè didicita teſtificata, & diſcuſſionem depoſitionum Teſtium contrariorum, & ratio eſt, quia hoc caſu ceſſat metus ſubornationis.

In caſu præſenti articuli fuerunt admiſſi ſub die 26. Auguſti anni 1694. Summarium verò Teſtium contrariorum fuit per Martinellum ſuſceptum ſub die 7. Septembris ſubſequentis menſis, vt conſtat ex reuolutione actorum, & conſequentèr, cum articuli fuerint in actis dati, & admiſſi longè antequam aſſumeretur diſcuſſio Teſtium contrariorum, ambigendum non eſt, quin debeant, vti releuantes admitti.

Et ſinè vlla prorſus difficultate, quia ad effectum, vt dicta Teſtium dicantur di-
2 dicita teſtificata, & diſcuſſa, non ſufficit, quod Summarium ipſorum Teſtium fuerit traditum vni ex Partibus, ſed requiritur, quod fuerit acceptum ab vtraque parte, & poſteà coràm Iudice diſcuſſum prout erat caſus *deciſ. 30. coram Ninot. & coram Priolo deciſ. 10. num. 2.* cum alias in Curia ſola ſuſceptio, & communicatio Summarij non ſufficiant ad hoc vt dicantur didicita teſtificata iuxtà praxim, de qua *Vbert. de ci-*
3 *tation. cap. 13. num. 375. & ſeq. Adden. ad Gregor. deciſ. 497. nu.* 8. Vndè cum d. Marinus Summarium Teſtium contrariorum num-

Digitized by Google

nunquàm acceperit, ſed ſemper, & à principio inſteterit prò admiſſione propriorum
3 articulorum, & examine ſuorum Teſtium. Certum, & indubitatum eſt, quod dicta Teſtium contrariorum nullo modo dici valeant diſcuſſa, & conſequenrèr abſque vllo ſcrupulo videtur locus admiſſioni dictorũ articulorum, quamuis contrariorum, & examini Teſtium ad hoc vt veritas eluceſcat, vti in puncto articulorum contra-
4 riorum firmauit *Rota coràm Pamphil. deciſ. 224. num. 6. & ſeq. coràm Coccin. deciſ. 2106. num.* 8. quia probatio probationem non excludir, quamuis detegeretur falſitas probationis in contrarium etiàm per negatiuam cohartatam, vt ex iuribus mox allegatis.

ARGVMENTVM.

Minor, & Mulier an, & quando valide obligentur prò excarcerando Patre, Viro, ſeù Filio, vel Fratre vel in caſu, quod ſit imminens carceratio.

SVMMARIVM.

Fideiuſsio minoris ſubſtinetur prò excarcerando Patre num. 1.

Amplia in caſu, quo non ſit ſequuta carceratio, dummodo ſit imminens num 2. & 25.

Amplia etiam ſinè ſolemnitatibus num. 3.

Filius poteſt exheredari à Patre, ſi recuſauerit fideiubere pro eodem Patre carcerato num 4.

Flius pauper non tenetur fideiubere prò Patre excarcerando num 5.

Obligatio Mulieris prò excarcerando Viro non ſubſtinetur, quando non ſit ſalua medietas dotis num. 6.

Amplia etiam in caſu, quod remaneret medietas dotis, quando iſta eſſet tenuis num. 7.

Fideiuſsio Minoris prò liberando Patre à carceribus, ſubſtinetur, dummodo non adſit enormiſsima læſio num. 8.

Læſio enormiſsima in iſto caſu ex quibus dicatur excluſa num. 9.

Læſio non conſideratur in eo, quod dependet à futuro euentu num. 10.

Ad effectum conſiderandi læſionem attenditur tempus contractus num. 11.

Metus non præſumitur, & ab allegante eſt probandus num. 12.

Præſentia Iudicis, & conſanguineorum excludit metum, & facit præſumere omnia ritè, & rectè fuiſſe facta num. 13.

Contrà donatarium particularem non poteſt agi, nec actione perſonali, nec via exequutiua numer. 14.

Donatarius, quando dicatur particularis, ſeù vniuerſalis num 15.

Alienans, ſeù deperdens inueſtimentum factum ad commodum alicuius non ſolum tenetur ad reſtitutionem capitalis, ſed etiam fructuum abſque alia interpellatione num. 16.

Amplia etiamſi reinueſtimentum eſſet factum ob ſecuritatem emptorum, tamèn vocati ad fideicommiſſum ad quos ſpectabat reinueſtimentum poſſunt agere tàm prò ſorte, quàm prò fructibus num. 17. cum plur. ſequen.

Circuitus inutiles ſunt euitandi num. 18.

Clauſula prò quibus &c. prodeſt omnibus, quodcumque intereſſe habentibus num. 19.

Sub obligatione camerali adeſt clauſula prò quibus &c. num. 19.

Fideicommiſſarius habet electionem agendi ad bona contrà poſſeſſores, vel ad pretium contra alienantes, vel eorum hæredes num. 20.

Obſeruantia facit præſumere ſolemnitates interueniſſe in contractu num 21.

Obſeruantia, & præſcriptio interrumpitur ex actu contrario num. 22.

Limita vt non procedat contrà non citatos, vel non habentes notitiam iſtius actus contrarij num 23.

Vxor poteſt obligari ſinè ſolemnitatibus prò excarcerando Viro num. 24.

Amplia etiàm quando immineret carceratio numer 25.

Amplia quod carceratio dicatur imminere contrà obligatum in forma cameræ num. 25.

Mulier præſumitur ſatisfacta de ſua dote ex longeua retentione bonorum, & alijs circumſtantijs num. 26.

Exceptione crediti illiquidi non eſt retardanda exequutio crediti clari num. 27.

VOTVM LXXXVI.

Dubitari nequit fideiuſſionem factã à Ioſepho, licèt minore prò excarcerando ſuo Patre ſubſtineri, vti
1 latè diſputato articulo firmatũ fuit *coràm Ludouiſ. deciſ. 120. per tot. & in terminis Statuti Vrbis coràm Coccin. deciſ.* 1544. *per tot.* vbi ampliatur concluſionem procedere etiamſi Pater non eſſet carceratus, ſed immine-

2 mineret carceratio, & fuit etiàm dictum
in Recanaten. fideicommiſsi 11. *Decembris*
1693. *coràm bo. me. Benincaſa* §. *& in hunc*,
vbi etiàm ampliatur obligationem ſubſti-
3 neri ſinè ſolemnitatibus, & hoc eſt adeò
verum, vt ſi filius recuſaret, hoc onus pie-
4 tatis neceſſatium ſubire iuſtè poſſet per
Patrē exheredari *auth. ſi captiui C. de Epiſc.*
& Cler. & in auth. vt cum de appell cognoſc.
§. *ſi vnum de prædict. collat.* 8. *tit.* 22. *Boer.*
deciſ. 128. *nu.* 7. *Vrſil. ad Afflict. deciſ.* 308.
num. 25. *Carpan. ad Stat. Mediolan. part.* 1.
cap. 416. *num.* 85. *Hering. de fideiuſſ. cap.* 7.
n. 348. *& ſeq. Rot. coràm Coccin. deciſ.* 1544.
num. 2.

Non refragante quod ſupradicta non
procedant in filio non diuite itaùt fideiuſ-
5 ſione ſoluta teneretur mendicare, veluti
ſeruatur in Muliere, cuius fideiuſſio licèt
ſubſtineatur prò excarcerandis Viro, vel
filijs, ſeùob alias indigentias domus, ta-
mèn corrueret, vel quando non remane-
ret ſalua medietas dotis, iuxtà multas
6 auctoritates allegatas *ab Andr. contr.* 376.
num. 3. *Gratian. diſcept.* 104. *num* 8. *& ſeq.*
Rot. poſt Cenc. de cenſib. deciſ. 33. *n.* 5. *& ſeq.*
poſt Zacch. de oblig. Camer. deciſ. 100. *nu.* 8.
& deciſ. 97. *nu.* 10. *par.* 15. *recent.* vel quan-
do remaneret etiam medietas dotis, ſi iſta
eſſet adeò tenuis, vt non ſufficeret ad ali-
menta, cum nemo teneatur prò alio men-
7 dicare *Ciriac. controu.* 216. *num.* 20. *Noguer-*
rol alleg. 30. *ſub num.* 16. *Andr. contr.* 376.
num. 6. *Card. de Luca de dot. diſc.* 95. *num.*
10. *Alter. de Luca ad Gratian. diſcept.* 108.
num. 5.

Quoniam fuit obſernatum eſſe verum,
6 quod filins minor etiàm prò liberando Pa-
tre à carceribus inualidè obligetur, quan-
do fuiſſet enormiſſimè læſus, ſed iſta læ-
ſio non adeſt in præſenti, cum filio etiam
ſoluta fideiuſſione remaneant bona aſcen-
dentia vſque ad ſcuta mille, tùm quia in
parte habet releuationem in bonis Pater-
9 nis, quæ ad Scuta 900. aſcendere proba-
tum fuit, quæ omnia ſuperabundant in
iſtis terminis ad excludendam læſionem
enormiſſimam *Rot. coràm Gregor deciſ.* 120.
ferè per tot. & coràm Coccin. deciſ. 1544. *per*
tot. vbi agebatur in terminis fortioribus
fideiuſſionis factæ prò Patre, qui nil aliud
habebat, niſi fructus fideicommiſſi ſua vi-
ta durante, quos fructus filius prò ſua re-
leuatione, nec minùs conſequi valuit ob
mortem Patris, & tamèn Rot. dixit non
conſtare de enormiſſima læſione, quia ſi
Pater longè ſuperuixiſſet filius potuiſſet
10 ſatisfieri de fructibus ea ratione, quod in
eis, quæ dependunt à futuro euentu, non
poſſit conſiderari certa, & determinata
læſio, quàm concluſionem etiàm in obli-
gatione facta à Muliere prò Viro admiſit
Rot. in interamnen. mercium 4. *Iulij* 1597.
coràm Pęnia impreſſa poſt Zacch. de oblig Ca-
mer. deciſ. 100. *num.* 3. quia ad effectum lę-
11 ſionis conſideràtur tempus contractus, nō
autèm id quod poſteà contingit *ad tex in*
leg. ſi voluntate in fin C. de reſcind. vendit.
Ciriac. contr. 453. *num.* 61. *Rot. deciſ* 191.
num. 14 *& ſeq. par.* 17. *recent. cum alijs ad-*
ductis in Ferrarien. concordiæ 23. *Iunij* 1690.
coràm R. P. D. Emerix §. *minùs quoque*.

Parum eſt inſiſtendùm in prætenſo me-
tu reuerentiali ergà Patrem prò annullan-
da fideiuſſione, quia iſte non probatur ad-
12 fuiſſe cum minis, & ab allegante eſſet ple-
nè concludendus, vti in puncto firmauit
Rot. in dicta deciſ. 120. *num.* 21. *& plur. ſeq.*
coràm Gregor. præſertim ſtante præſentia
Iudicis, & conſanguineorum, quæ facit
13 præſumere fuiſſe omnia ritè, & rectè fa-
cta, & inſeruit prò excluſione metus, vti
proſequitur *Rot. in dicta deciſ.* 120 *nu.* 24.
cum alijs cumulatis in voto primo ſub nu. 7.

R. P. D. BENINCASA.

Recineten. Fideicommiſsi.

Vener. 11. *Decembris* 1693.

PRò rata cenſuum in ſorte Scutorum mil-
le prouenientium ex pretio reſiduali
Prędij fideicommiſſarij decreta nupèr fuit
ad inſtantiam Lucretiæ, tamquàm ad fi-
deicommiſſum vocatæ relaxatio manda-
ti exequutiui contra Marchionem Anti-
cium vti cauſam habentem ab Agatha,
quę dictos cenſus in ſumma Scut. 850. vna
cum Viro diſtraxerat iuxtà latiùs firmata
in prima huius cauſæ deciſione coràm me
ædita ſub die 24. Aprilis proximi præteri-
ti. Cumq; illius fundamenta viderentur
vndequaq; ſubſiſtere prò eiuſdem cōfirma-
tione reſpondere DD. non dubitarunt.

Subſiſtit enim actio perſonalis à Lucre-
tia intentata prò effectu relaxationis
mandatij exequutiui, quia licèt Marchio
in

Digitized by Google

in Iudicio compareat, non tamquàm hæ-
res,ſed vti donatarius Agathæ ideoq; præ-
14 tendat, quod exequutiuè conueniri non
poſſit,ac ſi eſſet tertius,& ſingularis Poſſeſ-
ſor ad *Text. in l. cũ cui. C. de action. & oblig.*
Rot. decis. 537. num. 3. par. 1. diuerſ. Atta-
men cum donatio ab eius Auctrice repor-
tata fuerit de tota dote, & ſingulis bonis
paraphrenalibus cum reſeruatione Vſuſ-
fructus, & Scut. 200. ad effectum teſtan-
di, non eſt dubium, quin cenſeri debeat
vniuerſalis, vt per has circumſtantias ad-
15 notarunt communitèr Scribentes *in l. fin.*
C de pact. Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 4.
gloſſ. 22. ex num. 4. tom. 5. Modern. Lucenſ.
de pact futur. Succeſſ. lib. 3. cap. 5. ex nu. 80.
Capyc. Latr. deciſ. 44. num. 21. tom. 1. Rot.
deciſ. 355. num 38. & ſeq. par. 19. rec. & in
Lunen. Sarzan. Beneſic. 12. Martij 1682. §.
Applicand coràm bo. me. Rondinino. Et con-
ſequentèr idemmet Marchio habendus eſt
prò vniuerſali Succeſſore, dùm alio non
exiſtente Donatricis hærede; iura omnia
in eum tranſierunt actiuè, & paſsiuè prò
exercitio cuiuſcumq; tàm realis, quàm
perſonalis actionis, *Amat reſol. 58. nu. 11.*
& 13. Merlin de pignor. lib. 4 quæſt. 143.
ferè per tot. deciſ 101. n. 25. par. 12. deciſ. 12.
n. 5. par. 14. & deciſ. 331. n. 1. & deciſ. 61.
n 9. par. 18 recen.

Subſiſtit etiam prò fundamento contro-
uerſæ actionis eiuſdem Agathæ obliga-
tio, quia tametſi nullatenùs ipſa contra-
16 xerit in primæua dicti Prædij alienatione,
nihilominùs cum deindè recipiendo pre-
tium reſiduale Scutorum mille vna cum
Viro, illud inueſtire promiſerit, & inue-
ſtitum poſtea prò maiori parte diſtraxe-
rit, æquum eſt, quod aduersùs diſtrahen-
tes, & Succeſſores reuiuiſcant ſingula Iu-
ra, & actiones tàm prò deperdito inueſti-
mento alioquin duraturo in perpetuum
ex alleg. in prima deciſ. §. Quamuis enim,
quam pariformitèr prò eius fructibus loco
ſaltèm damnorum, & intereſſe, quæ ipſo
Iure debita ſunt, poſt habita etiàm quauis
prætenſa intimatione, ſeù interpellatione
ad Text. in l. eadem 4. §. Cato, & l. Stipula-
tiones non diuiduntur 72. ff. de Verb. oblig.
Gratian. diſcept. 579. num. 12. 14. & ſeqq.
Rot. deciſ. 8 . n. 5. poſt conſ Farin. tom. 1. &
in rec deciſ. 227. ſub n. 12. cum ſeqq. par. 17.
& in Romana dotis, & fructuum 21. Aprilis
1692. in fine coràm Reuerendiſsimo Herna-
nult, nuper promoto ad Archiepiſcopatum Tu-
ronen.

Neque obſtat, quod obligatio præfata
non reſpiciat commodum,& intereſſe Vo-
catorum ad fideicommiſſum, ſed meram
17 ſecuritatem, & cauthelam Emptorum
tamquam ſtipulata in ſequelam euictionis
ab Agatha promiſſæ *Rot. deciſ. 287. n. 10.*
& deciſ. 361. n. 7. par. 17. recen.

Siquidem non vna ſolum, ſed multi-
plex facta eſt promiſſio euictionis, ibi
— *Prò euictionibus ſupradictis* — Et licèt
vocati ad fideicommiſſum nominati ſupe-
riùs non appareant, non exindè ſequi-
tur, quod virtualitèr ſaltèm ad eos quoq;
talis promiſſio extendi non debeat, tùm ex
natura negotij, de quo agebatur, vt in
indiuiduo iſtius Inueſtimenti prò ſubſtitu-
tis aliàs reſpondit *Rot coràm Merlin. deciſ.*
459. ſub nu. 15. verſ. non obſtat. Tum etiam
ob euitandos inutiles circuitus, dum ſi Lu-
cretia inferret hodiè moleſtias Emptori,
haberet iſte indubitatum regreſſum ad-
uerſus Agatham, & Marchionem, vndè
ſuadet æquitas, quod id quod fieri opor-
teret per circulum, contra eos directè fiat
18 prò debita reintegratione Creditricis iux-
tà notoriam praxim Supremorum Tribu-
nalium, de qua *Rot. in Romana Saluiani 27.*
Martij 1686. ſub §. Iniuſtitia, & 21. Iun.
eiuſdem Anni §. 1. coràm bo. me. Rondinino;
Tum deniq; ex amplitudine ſtipulationis,
Pro quibus, quorum intereſſe intererit, & in-
19 *tereſſe poterit,* quæ non ſolùm expreſsè,
ſed etiàm tacitè inhærens contractui obli-
gatione Camerali munito, vtiq; prodeſt
omnibus quomodolibet ius radicatum ha-
bentibus, ſuper prædio diſtracto quan-
tumuis in Inſtrumento ſpecificè non deſi-
gnatis *Zacch. de oblig. Camer. quæſt. 5. nu. 8.*
Rot. corã Buratt. deciſ. 178. ſub n. 6. cum duo-
bus ſeqq. & deciſ. 200. num. 11. & nouiſsi-
mè in Romana Cenſus 4. Iulij 1687. §. Addita
coram R. P. D. meo Molines, & 2. Decembris
1687. §. Quamobrem cum ſeqq. coràm Reue-
rendiſsimo Turonen.

Minùs afficit, quod ex duobus Cenſibus
prò inueſtimento creatis, alter adhùc vi-
geat, cum fuerit tranſlatiue, imo reſpe-
ctu Agathæ etiam nulliter ceſſus, ex quo
deficiat decretum legitimi Iudicis, & In-
ſinuatio, Alter verò benè potuerit diſtra-
hi, dùm eadem Mulier erat Creditrix fi-
deicomittentis in longè maiori ſumma prò

ſua dote ad terminos *Auth. res, quæ C. com-
mun. de leg.*

Etenim quoad primum Cenſum quid-
quid ſit, An adhuc vigeat, quod nullibi
iuſtificatur in facto, id vnum certum eſt,
quod vocati ad fideicommiſſum cogi mi-
nimè poſſunt ad ſubeundum inutilium ex-
penſarum iacturam prò vindicando inue-
ſtimento litigioſo, & fortè non ampliùs
extante in rerum natura. Habent enim
alternatiuam electionem vel agendi ad
20 bona contrà poſſeſſores, vel ad pretium
contra alienantes, eorumque hæredes,
& ſucceſſores *Peregrin. de fideicom. art. 45.
num. 15. poſt med. Rot. deciſ. 155. num. 1.
part. 17. rec. & coràm Bich. deciſ. 252. nu. 4.
& coràm Priolo deciſ 464 nu. 11. & in Ful-
ginaten fideicommiſsi ſuper negotio principa-
li 17. Maij 1685. §. 4. coràm bo. me. Gua-
xardo.*

Atq; hinc fruſtra recurritur ad inualidi-
tatem adductæ ceſsionis, quia Lucretia
diſputationē iſtam aggredi non tenetur, &
nihilominùs quatenus etiàm iuxtà Votum
Marchionis, ſed extrà punctum cauſæ de
illa modo quærendum ſit, facilè corruit
aſſerta nullitatis aſſumptū, animaduerten-
do, quod deputatio V. Prætoris ad inter-
ponendum decrētū, ac ſolemnitas inſinua-
tionis de Iure præſumi debent ex lapſu
21 longiſſimo temporis ſeptuaginta ſcilicet,
& vltrà Annorum à die celebrati Inſtru-
menti, cum ſubſequuta obſeruantia eiuſ-
dem Contractus, vt prætèr *alleg. in præt.
deciſ. §. Nullitas inquit Rot. deciſ. 67. n. 14.
par. 17. recen. & in Mantuana bonorū 5. Mar-
tij 1690. §. Minuſq; coràm R. P. D. meo Vrſi-
no.* Parum releuante, quod poſt contra-
ctum initum Anno 1617. fuerit allegata
nullitas de anno 1630. ac prolata ſuc-
ceſſiuè Sententia abſolutoria ad fauorem
Agathæ proindeq; dictis temporis lapſus
22 à Iudicato interruptus ſuffragari non va-
let prò inducenda huiuſmodi ſolemnitatū
præſumptione *Rot. deciſ. 242. num. 19. &
deciſ. 640. num. 7. cum duobus ſeqq. par. 18.
recent.* Quoniam ſatis eſt ſuccedentes in
fideicommiſſo alioſq; intereſſe habentes
in Iudicio non comparuiſſe, nec vnquàm
23 fuiſſe citatos, ad hoc vt ſingula eorum Iu-
ra, ſempèr illæſa remanſerint, ac prolata
Sententia, nec dicti temporis curſum, nec
efficaciam ſubſequutæ obſeruantiæ potue-
rit euertere *l. 1. & tot. tit. C. res inter alios
act. vel iudic. alijs non nocere Cancer. var. re-
ſol. par. 1. cap. 15. num. 48. Magon. deciſ. 79.
num. 9. verſ. fuit concluſum Rot. in Romana
aſſociationis 24. Nouembris 1687. §. Nec iu-
uat coràm Reuerendiſs. D. meo Decano.*

Et in hunc ſenſum eò procliuiores con-
uenerunt DD. cum non leuis emerſerit
dubitatio circà Iuſtitiam Iudicati, conſi-
derando, quod in Ventre Inſtrumenti præ-
narratæ ceſſionis V. Prætor, & Conſan-
guinei concorditèr aſſeruerunt, *contractum
non cadere in præiudicium Agathæ, ſed potiùs
in illius vtilitatem proptèr liberandum Virum
ab imminenti periculo carcerationis, & ab alijs
incommodis, & expenſis &c.* Quapioptèr
24 ſubintrat concluſio, quod ſinè inſinuatio-
ne, alijſq; ſolemnitatibus ab Ægidiana
demandatis actus ſubſtineri poſſet, velu-
ti ex cauſa neceſſaria eximendi virum ab
25 imminenti periculo Carcerum quod ſem-
per ineſſe dicitur quando proùt in caſu de-
bitum ſoluendum erat vigore obligationis
Cameralis *Fontanell. de pact. Nupt. clauſ. 7.
gloſſ. 2. part 6. ex num. 25. Rot. deciſ 462.
ex num. 5. part. 18. rec. & in Romana Domus
20. Iunij §. nullo & 5. Decembris 1685. §.
Validam coram me, & in Romana Cenſus 21.
Februarij 1687. §. minus obſtat coràm Reue-
rendiſs. Archiepiſcopo Mediolanen. Hiſpania-
rum Nuncio.*

Quò verò ad alium Cenſum vltimo lo-
co diſtractum faciliùs obiectum ſoluitur
quia dotis creditum cenſeri poteſt integra-
liter ſatisfactū, vel ex cumulo coniectura-
rum, quæ ad hunc effectū aliàs prò Actrice
26 deductæ ſunt, & per DD. approbatæ,
vel ex longæua retentione bonorum Viri
perceptione fructuum, & partiali eorum-
dem alienatione, quæ pariformiter inte-
gralem illius ſatisfactionem præſeferunt
*l. 1. §. Id quod natura in fin. ff. ad l. Falcid.
Rot. deciſ. 197. num. 20. & 21. part. 12. &
deciſ. 487. nu. 12. par 18. & deciſ. 86. nu. 6.*
27 *& ſeq. par. 19. recent.* Vel in omnem euen-
tum cum tale creditum ex præmiſſis eua-
ſerit turbidum, & illiquidum contrapo-
ni non meretur aduersùs alterum omni-
nò liquidum, & clarum, & obligatione
Camerali vallatum *Rota coràm Peutinger.
deciſ. 334. num. 8. cum duobus ſeqq. & dicta
deciſ. 481. num. 13. & 14. part. 18. & alibì
frequentiſsimè.*

Et ita vtraque &c.

ARGVMENTVM.

EMptio, ſeù locatio quando dicatur ad corpus, ſiuè ad menſuram, & de eius effectu.

SVMMARIVM.

Locator debet celeritèr ſatisfieri de penſione rei locatæ num. 1.

Quando emptio eſt facta ad corpus non eſt locus reductioni, ſeù augumento pretij licèt prædium eſſet minoris numeri eo, qui fuit expreſſus num. 2.

Nec minus eſt locus reſolutioni contractus num. 2.

Emptio dicitur facta ad corpus quando contractus incipit à corpore num. 3.

In emptione etiam facta ad corpus ſi menſura expreſſa augetur, vèl diminuitur eſt locus augumento, ſeu reductioni pretij num. 4.

Declara num. 5.

Dictio circa quid importet num. 5.

Expreſſio menſuræ quando dicatur ſtare demonſtratiuè, & non taxatiuè num 6.

Exceſſus non præſumitur num 7.

Præſertim ſi conueniunt confinia num. 8.

Teſtes Miniſtri, & Officiales non probant nu. 9.

Dictio vſque facit terminum terminatum nu. 10.

Aliquid exiſtens extrà terminum non poteſt venire ſub terminato num. 11.

Quod non legitur in Inſtrumento inueſtitura antiqua non venit in nouo contractu num. 12.

Identitas probatur ex confinibus num 13.

Bona præſumuntur eſſe poſsidentis num 14.

Circumdatum confinij venit cum confinato n. 15.

Peritus contrà inducentem probat num. 16.

Termini, ſeù lapides ſibi inuicem correſpondentes indicant confinia num. 17. & 19.

Fagi quando inſeruiunt prò confinijs num. 18.

Confinia quando deſumuntur ex diuerſitate armorum num. 20.

Caſtrum, & territorium faciunt vnum corpus num. 21.

Cataſtri enunciatiuè ſeruiunt prò probandis confinijs num. 22.

Flumen, ſeù fouea non ſemper inſeruiunt prò confinijs num. 23.

In materia confinij ſtatur arbitrio Iudicis num 24.

Exceſſus in exequutione non annullat in totum ipſam exequutionem num. 25.

Damna, & intereſſe ſunt liquidanda antè expeditionem mandati num. 26.

Emptor ob non traditionem rei venditæ poteſt agere ad reſtitutionem pretij, ac ſi res eſſet euicta num. 27. & 31.

Pretium, & valor quando ſit attendendus de tempore euictionis num. 28.

Mutatio valoris non præſumitur nu. 29.

Augumentum pretij ex quibus arguatur dicto num. 29.

Prò pretij reſtitutione quando agitur, quando ſit inſpiciendum tempus contractus num. 30.

Non adimplens ex parte ſua non poteſt agere ad adimplementum num. 31.

Oblatio ſolutionis quando ſufficiat, vt emptor dicatur adimpleuiſſe ex parte ſua num 32.

Scientia debitoris circa ceſsionem factam ab eius creditore ex quibus arguatur num. 33.

Scientia, & notitia inſtrumenti facit præſumere notitiam omnium in inſtrumento contentorum num. 34.

Amplia præſertim ſtante relatione ad inſtrumentum num 35.

Interpellatio eſt ſuperflua quando adeſt notitia ceſsionis num. 36.

Sicuti non poteſt præiudicari cedenti, ità nèc ceſſionario num 37.

Quod fuit approbatum non poteſt ampliùs impugnari num. 38.

Conſtitutio Gregorij XIII ſupèr retractu quid diſponat num 39

Error non præſumitur præſertim in perſonis inſignibus num 40.

Et eſt concludentèr probandus num. 41.

Valor monetæ ex quibus deſumitur num 42.

Scutum ferrarienſe quid valeat num. 43. & 48.

Ducatus Venetus quantum valet num. 43. & 45.

Peritis eſt ſtandum num 44.

Verba præſuppoſitiua non diſponunt nec probant num 45.

Dictio circa quid importet num. 46.

Producens ſcripturas quando in parte poſsit illas impugnare num. 47.

Probationes æquiuocæ non ſunt attendendæ nu. 48.

VOTVM LXXXVII.

COndemandum eſſe cenſui Ludouicum Domitianum ad ſolutionem penſionum non obſtante exceptione, quod prædium conductum prætendatur corbium triginta ſeptem, non autèm quatraginta proùt in inſtrumento loca-
1 tionis fuerit expreſſum; nàm intentio locatoris fundatur, ne dùm in diſpoſitione iuris communis mandantis ea, quæ ex locato debentur ſinè mora eſſe ſoluenda

iuxta *tex. in l. præſes C. locat.* verum etiàm
in publico Inſtrumento iuramento, obli-
gationeque camerali vallato, quod para-
tam exequutionem ſinè exceptione habe-
re debet.

Nec retardari poteſt ſolutionis promiſ-
ſio ſub prætextu, quod bona locata fuerint
reperta minoris numeri corbium, eo qui
fuit expreſſus in inſtrumento, quià cum
locatio, de qua agitur, appareat facta non
ad menſuram, ſed ad corpus, ſequitur vt
2 etiamſi deficeret numerus expreſſus non
ſit locus nec reductioni penſionis, nèc
reſolutioni contractus *Oldrad. conſ.* 197.
Iaſon. conſ. 23. *num.* 1. *lib.* 1. *Surd. deciſ.* 64.
num. 15. *& ſeq. Ciriac. contr.* 53. *num.* 7. 11.
& per tot Rot. coràm Gregor. deciſ. 104. *nu.*
1. *& in recent. deciſ.* 45. *num.* 3. *part.* 16. *&*
deciſ. 1. *num.* 3. *part.* 17.

Quod autèm locatio, de qua agitur
fuerit facta ad corpus, & non ad menſu-
3 ram, euidentèr patet, quia contrahentes
explicarunt eorum mentem incipiendo à
verbis corpus prædij denotantibus cum
ſuis determinatis confinibus, quo caſu lo-
catio dicitur facta ad corpus *Oldrad. d. conſ.*
197. *Ognat. de contr. tract.* 21. *de emption.*
& vendit. diſp. 68. *ſect.* 5. *num.* 62. *Rot. co-*
ràm Gregor. deciſ. 104. *num.* 2. *& in recent.*
deciſ. 135. *num.* 23. *part.* 9 *& deciſ.* 45. *nu.*
4. *part.* 16. *& deciſ.* 1. *num.* 2. *part.* 17. &
ità etiàm reſpondit Rot. in altera cauſa
Bononien in qua inuentum fuerat præ-
dium corbium 27. licèt fuiſſet expreſſum
in corbijs 34. proùt recognoſci poteſt in
deciſ. 148. *num.* 1. *in fin. part.* 3. *recent.*

Et tandem non releuat quod etiàm in
4 emptione ad corpus, ſit locus reductioni
prætij ad tradita per *Rot. coràm Gregor. de-*
ciſ. 104. *num.* 4. *in fin.* quoniam obiectum
forſan procederet quando numerus men-
ſuræ eſſet expreſſus certè, & determina-
5 tè, ſecus in præſenti in quo adeſt dictio
circa, quæ de ſui natura certum, & de-
terminatum numerum excludit, vti benè
obſeruat *Rot. coràm Gregor deciſ.* 104. *num.*
5. *& generalitèr in Ferrarien pecuniaria* 2.
Martij 1693. *§. certa coram Reuerendiſ. Vrſi-*
6 *no*, quia hoc caſu menſura dicitur expreſ-
ſa potiùs demonſtratiuè, quàm taxatiuè
Surd. deciſ. 64. *num.* 21. *Rot. deciſ.* 1. *num.*
3. *part.* 17. quod autem deducebatur circa
diſcrepantiam confinium, ſublatum fuit
cum ſequenti deciſione.

REVERENDISS. D. EMERIX DECANO

Romana, ſeù Portuen. Tenutarum ſuper Exceſſibus.

Veneris 5. *Decembris* 1692.

Reclamante D. Duce Brachiani, cuius in familia cumulatæ fuerant omnes quinque Tenutæ, quæ iam anno 1521. à clar. mem. Cardinale Innocentio Cybò vtì Commendatario Abbatiæ SS. Andreæ, & Sabbæ illarum Dominæ vnitìm conceſſæ fuerant in emphyteuſim Felici de Ruuere Vrſinæ, & anno 1551. à Cardinale de Monte Commendatario ſucceſſore (qui earum poſſeſſionem ex capite deuolutionis, ſeù nullitatis Inueſtituræ recuperauerat diuiſìm à Paulo Iordano Vrſino, Ioanni Baptiſtæ Petronio, & Ioanni Catalano) proùt latiùs enunciatur in Inſtrumento Inueſtituræ deſupèr ſtipulato; reclamante, inquam, aduersùs mandatum de aſſociando ad illarum poſſeſſionem, ob non ſolutum Canonem per duplex biennium, relaxatum à Reuerendiſſimo Domino meo Cauallerino, tunc Collegij Germanici, & Hungarici Iudice, modò Archiepiſcopo Nicæno, & apud Regem Chriſtianiſſimum Nuncio Apoſtolico, fauore ipſius Collegij, cui eadem Abbatia auctoritate Apoſtolica vnita fuit, necnon etiam aduersùs actualem poſſeſſionem eius vigore captam ab ipſo Collegio tanquam exceſſiuam; Cauſaque ob ſuperuentam eidem Iudici commiſſionem Papæ, quod *procedat de voto Rotæ*, mihi de more delata, dedi Dubium ſub die 5. Maij 1687. *An D. Duci ſit danda manutentio, vel potiùs competat reintegratio, & purgatio moræ?* Et Domini reiectis ad particulare examen exceſſibus allegatis contra Collegij poſſeſſionem, ſeù executionem mandati reſponderunt — *Non eſſe dandam manutentionem, neque reintegrationem, ſed D. Ducem admittendum, ad purgationem moræ*, iuxtà modum expreſſum in deciſione ſub eadem die per me extenſa. Cùm autem ex poſt ad faciliorem litis terminationem ſuper exceſſibus fuerint electi Periti, qui Tenutarum confinia recognoſcerent, vnus ſcilicèt ex parte D. Du-

cis,

Digitized by Google

cis,& alter ex parte Collegij,ac de vtriuſque Partis conſenſu à me tertius pro caſu, qui ſolet eſſe ferè perpetuus diſcordiæ Peritorum partium, fueritque etiam per me vnà cum Reuerendiſſimis Patribus DD. meis Caccia, Molines,& Caprara, præfatiſque Peritis, ac Partium Procuratoribus, & Agentibus factus acceſſus ad loca controuerſiarum: ac demùm fuerint efformatæ planctæ, atque editæ relationes tàm à Peritis Partium, quàm etiam ob eorum diſcordiam à Tertio cum Perito Collegij concordante, exquiſiui hodiè à Dominis, *An, & de quibus exceſsibus conſtet, itaùt ſit danda manutentio, ſeu reintegratio?* qui reuocatis ad animum inſtructionibus acceptis ex viſitatione locorum, iiſque cum Peritorum ſenſibus, & vtrinque Scribentium allegationibus maturè collatis cenſuerunt *de exceſsibus conſtare, & non conſtare reſpectiuè*, iuxtà modum inferiùs exponendum.

Præmiſſo enim, quod ex quinque Tenutis, quarum ſupra meminimus tres ſolæ ſunt, ſuper quibus contenduntur exceſſus ex parte D. Ducis, Tenutæ
7 ſcilicet S. Sabbæ, Vicarelli, & Pali, ac præmiſſa etiam in vniuerſum regula, *quod exceſſus non præſumuntur, ſed probari debent ab allegante*, vt in his terminis tradit *Poſth. de ſubhaſt. inſpect.* 50. *num.* 16. *Rot. deciſ.* 120. *num.* 11. *part.* 15. *recent. & deciſ.* 182. *num.* 21. *coram Priolo*; ſignantèr in caſu, quo, proùt hic, Collegium poſſeſſio-
8 nem Tenutarum apprehendit ſub expreſſione eorumdemmet Confiniorum, quæ expreſſa leguntur in Inſtrumentis Inueſtiturarum, vt ponderat *gloſſ. in l. ab executione verbo excedat C. quorum appell. non recip. Rot. deciſ.* 102. *num.* 1. *part.* 4. *recent. tom.* 1. *deciſ.* 244. *num.* 12. *coram Merlin. & deciſ.* 345. *num.* 1. *coram Duran.* Et aduerſùs eoſdem exceſſus ſtat relatio, nedùm Periti ipſius Collegij, ſed etiam Tertij, cui tanquàm de conſenſu Partium electo deferendum eſſe donec de errore conuincatur monet *Abb. in cap. propoſuiſti num.* 4. *de probat. Rot. deciſ.* 48. *num* 6. *poſt Mangil. de ſubhaſt. & in Romana Stagni* 28. *Iunij* 1683. *§. Iuſtitia coram bo. me. Paulucцio.* Non attenta ſucceſſiua eiuſdem Tertij recuſatione ex aſſertis cauſis familiaritatis cum Miniſtris Collegij, & operarum ipſi Collegio præſtitarum, ac Terrarum menſura-

tionis in perniciem D. Ducis cum catena iuſto longiore, cum recuſatio facta fuerit poſt acceptatum ab eo officium, atque habitum acceſſum ad loca de quibus agitur, & de cauſis non conſtet, niſi per Teſtes ad perpetuam rei memoriam examinatos, eoſdemque etiam Miniſtros, & Officiales
9 D. Ducis, qui nihil probant, vt de primis *Rota in Ciuitatis Caſtellanæ Bonorum* 4. *Iunij* 1685. *§. Ex prædictis coram bo. me. Paulucio*, & de ſecundis *in Anconitana Pecuniaria* 17. *Martij proximè præteriti coram Me*.

Percurrendo tres Tenuras ſuperiùs indicatas, perquè ipſas ſingillatim agendo de eiſdem exceſſibus, quoad illam S. Sabbæ exceſſus, viſus fuit ſufficientèr probatus reſpectu corporis Ferreriæ nuncupati, ex duobus documentis adductis pro D. Duce; primo ſcilicèt ex Inſtrumento adeptæ poſſeſſionis huius Tenutæ anno 1543. à clar. mem. Cardinale Cybò, in quo pro vno ex eius Confinijs allegatur Flumen Arronis; quod etiam conſonat cum alio Inſtrumento conceſſionis Caſtri Galeriæ, ac trium ex quatuor partibus eius Territorij anno 1432. factæ à Monachis S. Sabbæ Cardinali Iordano, & alijs de Vrſinis Auctoribus moderni Ducis (quod ex infrà dicendis potiſſimum eſt ad excludendum huiuſmodi exceſſum Collegij fundamentum) in quo profectò Confinio alterius quartæ partis, quam ſibimetipſis Monachi reſeruarunt, quæ eſt Tenura de qua agitur, ex hac forſan reſeruatione deinceps denominata *il quarto di S. Sauo*, deſcribitur idem flumen Arronis ibi — *à ſexto latere eſt Tenimentum Caſtri Anguillariæ vſque ad aquam fluminis, quod vocatur l'Arrone &c.*
10 ponderata præſertim dictione illa *vſque* quæ facit terminum terminatiuum, vt in puncto obſeruat *Rot. deciſ.* 195. *num.* 14. *part.* 8 *recent.* Cùm enim Ferreria ſita ſit trans ipſum flumen, & ſic extrà termi-
11 num dici non poteſt venire ſub terminato, ad tradita per *Rot. deciſ.* 270. *num* 3. *& ſeqq. part.* 15. *deciſ.* 699. *num.* 9. *part.* 18. *recent. deciſ.* 600. *num* 6. *coram Merlin. dec.* 609. *num.* 11. *coram Dunoz. Iun. & in Romana Cenſus* 19. *Iunij* 1682. *§. Adhuc enim coram R. P. D. meo Caccia*.

Et ſecundo ex inſtrumento ceſſionis, ſeù aſſignationis fructuum, ac redditùum Ferreriæ celebrato anno 1504. à DD. de Vrſinis fauore DD. de Medicis, nempè lon-

longè ante Inueſtituras Tenutæ reportatas, vt in facto præmiſſum fuit à familia Vrſina anno 1521. & 1551. quod clarè
12 denotat Ferreriam non fuiſſe portionem, ſiuè membrum Tenutæ, vt notat *Rota deciſ. 520. num. 71. & ſeq. part. 14. & deciſ. 166. num. 21. part. 15. recent.* Non attentis reſponſionibus, quod non conſtet illam fuiſſe eamdemmet Ferreriam de qua eſt quæſtio, quodque alio forsàn titulo locationis, vel ſimili potuerit per DD. de Vrſinis ab Eccleſia recognoſci, ſeù retineri. Quoniam vltrà quod pluralitas non præſumitur in propoſito probatur identitas ex
13 identitate Confinij Fluminis Arronis in præfata etiam ceſſione, ſeù aſſignatione recenſiti, *Rota deciſ. 134. num. 2. & 3. coram Merlin. & in Romana immiſſionis 28. Iuny 1686. §. Nam reſpectu coram bo. me. Al-*
14 *bergato*, & bona præſumuntur in dominio illius eſſe penès quem reperiuntur, *Rota deciſ. 2092. num. 3. coram Coccin in Bononien. Pecuniaria 15. Ianuarij 1683. §. Pariterque coram bo. me. Rondinino, & in Romana fideicommiſſi, ſeù cautbelæ Angelì 19. Iuny 1690. §. Non enim coram Me.*

Non obſtat præallegatum Inſtrumentum conceſſionis Caſtri Galeriæ, ac trium ex quatuor partibus eius Territorij ſtipulatum anno 1432. in quo diſtinctim referuntur Tenutæ Confinia ibi: *à primo latere ſunt Carbonaria, & Steccata Burgi dicti Caſtri Galeriæ, à ſecundo eſt Strata publica, & vſitata, ſicut trahit vſque ad Tenimentum Inſulæ Pontis Venenì, & dicta Strata incipit à porta dicti Burgi Galeriæ, & vadit vſque ad Tenimentum dictæ Inſulæ, à quarto latere eſt Tenimentum dicti Caſtri Caſani, à quinto latere eſt Tenimentum Martignani, à ſexto latere eſt Tenimentum Caſtri Anguillariæ vſque ad Aquam fluminis, quod vocatur l'Arrone, & reuertitur vſque ad dictum Caſtrum Galeriæ, & ad Carbonariam dicti Caſtri Galeriæ &c.* quaſi quod bis ſtantibus dici debeat, quod Tenuta digrediatur à Monte vulgò *dicto la Bandita di Galera*, in quo olim extiterint Carbonaria, & Steccata tanquam à primo Confinio flumen Arronis tranſcendat, & per viam publicam, ac Territoria Inſulæ Cæſani, Martignani, & Anguillariæ pergat ad aquas eiuſdem fluminis iuxtà illius decurſum procedat vſque ad Pontem, & eo tranſgreſſo reuertatur à parte dextera per quaſdam paruas columnas ad ipſum Montem, ſicque pernecesſè complectatur Ferreriam, quæ remanet his limitibus, ſeù Territorijs circumſcripta.

Siquidèm quidquid ſit de præfati Inſtrumenti legalitate quamplnribus impugnarunt Informantes pro D. Duce, diſcurſus corruit ex defectu ſuppoſiti, quod Carbonaria, & Steccata pro primo Confinio in eo allegatæ extiterint trans flumen Arronis in dicto Monte; hoc enim excluditur tum ex eo, quod ex firmatis flumen Arronis eſt terminus terminatiuus Tenutæ, quod proindè non debet ipſa prætergredi, prout fieret conſtituendo Carbonariam, & Steccatam in ipſo Monte, tum etiam ex eo, quod reuerſio ad Carbonariam, & Steccatam ad ſenſum eiuſdemmet Inſtrumenti fieri debet incurrendo priùs in Caſtrum Galeriæ, vt patet ex illis verbis ibi-- *& reuertitur vſq; ad dictum Caſtrum Galeriæ, & ad Carbonariam dicti Caſtri Galeriæ &c.* quod quidem verificari valet ſupponendo Carbonariam, & Steccatam citrà flumen versùs Galeriam, non autem ſupponendo illas vltrà ipſum flumen in ſæpè dicto Monte: Sic enim ex eius aqua, ſeù Ponte reuertendo (vt in obiecto dicitur) à parte dextera ſemper priùs incurrendum eſſet in Carbonariam, & Steccatam, quam in Caſtrum Galeriæ.

Proùt non vrgent ponderationes, quod D. Dux anno 1660. ex edicto Magiſtrorum Viarum confecerit plantam Tenutæ, ipſamque in eorum actis produxerit cum aſſertione, quod conſtaret ex rubris 643. & ſcortijs 9. quæ iuxtà menſurationem peractam ex parte Collegij confici nequeant non incluſa Ferreria. Quod rurſus Ferreria ſi non eſſet de pertinentijs Tenutæ contra omnem veriſimilitudinem remaneret in Inſula, & in Inſtrumentis, in quibus habetur illius mentio, enunciaretur pro illius Confinio tanquàm ipſi contigua. Quod enim aſſertio rubrorum 643. & ſcortiorum 9. non ſit verificabilis abſque comprehenſione Ferreriæ non probatur ex menſuratione per Collegium, mediantibus eius operarijs abſque vllis iuris ſolemnijs expleta, nec contendi meretur hoc ipſo, quod in plancta non cernitur delineata Ferreria. Quod autem iſta à Tenuta præciſa relinqueretur in Inſula non ſubſiſtit, quia cohæret Tenutæ ap-

appellatæ *la Caſaccia*, liberè ſpectanti ad D.
Ducem, & inueriſimilitudo ſi quæ forſan
ex eius adiacentia notari poſſet magis eſſet
pro illius incluſione ſub ipſa Tenuta, dū ab
ea diſcernitur, & interſecatur per flumen,
quod plerumque præſefert terminum di-
uiſorium. Quodq; demùm in Inſtrumen-
tis non detur pro Confinio Tenutæ, fit ex
eo, quod non ipſa Confinis eſt eidem Te-
nutæ, ſed flumen, quòd ideò ſolùm debuit
pro Confinio allegari.

Vice autem verſa viſus non fuit ſuffi-
cientèr probatus exceſſus reſpectu alte-
rius corporis nuncupati *le trè Mole*. Hoc
15 enim ſitum eſt citrà flumen, quod ex præ-
fatis eſt Confinium Tenutæ, & ex alijs
etiam lateribus vndequaque circumdatur
ab eius Confinijs. Vndè intrat præſum-
ptio, quod veniat cum Confinato ad *Text.
in l. ade ſacra ff. de contrah. ſtip. Pariſ. conſ.
28. num. 15. lib. 1. & conſ. 2. num. 64. lib. 3.
Soccin. Sen. conſ. 86. num. 2. & 3. Hier. de
Monte de fin. regun. cap. 83. num. 1. Rot. de-
ciſ. 460. num. 1. & ſeq. coram Cocein. & de-*
16 *ciſ. 217. num. 4. coram Pania.* Maximè quia
in hunc ſenſum conuenit non modo Peri-
tus Collegij, ac etiam Tertius, verùm
etiam Peritus D. Ducis, cui contra ipſum
ſtari debet *Hippol. Rimin. conſ. 212. num. 19.
Rot. deciſ. 211. num. 52. par. 19. recen.* Nec
releuant Inſtrumenta in contrarium alla-
ta, vnum ſcilicèt anni 1544. conceſſionis,
ſeù largitionis trium rubrorum præfati
corporis ad Ducalem Cameram deuolu-
torum factæ à Franciſca Sfortia Vrſina.
Et alia annorum 1551. & 1553. præſefe-
rentia impoſitiones Cenſuum, quoniam
exceptio illo anni 1544. quod licèt expli-
cet locum trium Molarum, illum tamen
non identificat cum eo, qui controuerti-
tur per alias demonſtrationes, & eſt vni-
cum forsàn initum inter perſonas non in-
formatas, reliqua celebrata fuerunt ſuper
Tenuta S. Sabbæ, vt vel ex eo liquet, quod
in ambobus exprimitur Confinium An-
guillariæ, quod congruit eidem Tenutæ,
non autem particulari illius corpori trium
Molarum.

Quo verò ad Tenutam Vicarelli de
exceſſu conſtare viſum fuit reſpectu par-
tis reſpicientis Brachianum non autem
reſpectu alterius reſpicientis Triuinia-
num. Reſpectu ſiquidèm partis reſpi-
cientis Brachianum exceſſus ſtat in eo,
quod Tenuta, ſeù Territorium Vicarel-
li finit in linea recta, quæ ex termino,
ſeù lapide quadrilatere exiſtente à parte
ſuperiori versùs Baſſanum per medias an-
noſas, ac longo ordine diffuſas, & Crucis
ſigno notatas fagos, perquè alium termi-
num, ſiuè lapidem in eiuſdem lineæ me-
dio collocatum vulgariter dictū *il Picciotto*
(qui dicitur recentèr amotus) ducit ad cō-
geriem quamdam ſaxorum viuorum ap-
pellatum *il Canone* ſeſe aliqualiter per lon-
gitudinem protendentem ſitam à parte in-
feriori versùs lacum Brachiani, huiuſmo-
di enim termini, ſiuè lapides, ſibimet in-
17 uicem reſpondentes per lineam rectam
clarè arguunt confinia *Bald. conſ. 420. nu. 1.
verſ. pone ergò lib. 1. Pariſ. de Put. de fin. feud.
cap. 1. nu. 11. Hieronym. de Monte de fin. reg.
cap. 18. n. 1. Capic. latr. conſult. 22. n 25. Rot.*
18 *deciſ. 82. num. 41. part. 18. recent.* iuncti
præſertim cum præfatis fagis, quæ etiam
ipſæ licèt aliàs de ſua natura fragiles, &
caducæ ex earum proceritate, atquè or-
dine, & Crucis ſigno, quod in cortice ge-
runt deſeruire, & conſiderari valent prò
Confinijs Territoriorum, vt ſcribit *Pariſ.
de Put. de fin. feud. cap. 3. num. 8. & 9.*

Hecquè loci diſpoſitio, ſiuè figura cō-
finiorum indicatiua coadiuuatur ex pluri-
bus antiquiſſimis Inſtrumentis, ex quibus
apparet, quod Pars citrà præfatam li-
neam poſita, vſquè ad foueum nuncupat.
della Fiora abſolutè ſemper æſtimata, ac
præſuppoſita fuit de Territorio Brachia-
ni. Conſtat enim id ipſum ex ſeptem In-
ſtrumentis ſtipulatis de annis 1478. 1481.
1492. 1493. 1571. & 1577. ſuper Caſtris
Monterani, & Iſchiæ, ac ſuper Tenuta
Montis Raſchij reſpectiuè, quæ loca ex
parte Orientis adiacent foueo *della Fiora*,
ac etiàm ex alijs duobus initis de annis
1594. & 1639. ſuper Vineis denominatis
Vrſina, & Campana, quæ ſunt eidem lineæ
ferè connexæ versùs lacum Brachiani.
In quorum primis Monterano, Iſchiæ, &
Monti raſchio aſſignatur Confinium Bra-
chiani, quod ex alia parte verificari ne-
quit quam ex ea, quæ ex foueo vergit ad
ſæpè dictam lineam, & in ſecundis apertè
dicitur ipſaſmet Vineas exiſtere in Terri-
torio Brachiani: Quibus quidem Inſtru-
mentis lucem veritatis aſſiſtere elegantèr
in his terminis inquit *Bald. conſ. 109. in
principio lib. 4.* Non refragantibus ani-
ma-

maduerſionibus, quod pleraque ex præfatis Inſtrumentis, & ſignantèr illa annorum 1481. 1492. & 1493. Brachianum vocent tamquàm caput alterius Confinij, non autem tamquam confinium ibi — *ab vno latere tenet, & eſt Tenimentum S. Pupæ Caſtri Brachiani ab alio &c.* quodque alia poſt annum 1560. quo ſa. me. Pius IV. Oppidum Brachiani in Ducatum erexit, eiuſque Iuriſdictioni ſubiecit circum vicina loca ad Familiam Vrſinam ſpectantia intelligi valeant de Territorio Iuriſdictionali, quoniam vocatio Brachiani tamquã Confinij dignoſcitur, ſeù comprobatur ex alijs ſucceſſiuis Inſtrumentis annorum 1571. 1577. & 1593. in quibus ipſum abſque difficultate fuit prò Cõfinio enunciatum, & reſpectus ad Territorium Iuriſdictionale tollitur ex communi vſu deſignandi Confinia Territoriorũ ſecundùm denominationem ex naturali eorum extenſione, non autèm ex Iuriſdictione, ſeù ſubiectione deſumptam.

Nequè ad protrahenda Tenutæ, ſeù Territorij Vicarelli confinia ex linea, de qua ſuprà ad foueum *della Fiora* quidquam facit, quod vt plurimum flumina, ſeù fouea ſoleant eſſe bonorum confinia, quod in Inſtrumento Poſſeſſionis Vicarelli captæ anno 1543. à clar. me. Cardinale Cybo deſcriptum fuerit Confinium Monterani quodq; in alijs pluribus Inſtrumentis venditionum Iſchiæ prò exceſſus huiuſmodi corroboratione ſuperiùs relatis detur Cõfinium Vicarelli. Etenim præſumptio prò foueo, quod ſit Confinium conquaſſatur in hac hypotheſi ex maiori præſumptione, quæ ex tot circumſtantijs, & demonſtrationibus mox adductis militat prò eadem linea hac etiam addita, quod ſi limina Vicarelli porrigerentur ad foueum nimium anguſto terrarum tractu coarctaretur Territorium Oppidi Brachiani titulo Ducatus inſigniti aduersùs rei veriſimilitudinem, quam in dijudicandis, præſertìm finalibus controuerſijs Iudices præoculis habere debent adnotata per *Hieronym. de Mont de fin. regun. cap. 54. per tot. & ſignantèr num. 6. Rot. deciſ. 665. nu 17. coràm Coccin.* Deſcriptio autem Confinij Monterani in appræhenſione poſſeſſionis præfatæ (vltrà quod redditur ſatis dubia, quia ſcilicet in Inſtrumento non dicitur Monterano; ſed Monterone, qui locus extat in rerum natura, licèt à Monterano diſtans) confunditur ex pluribus præcitatis Inſtrumentis geſtis ſuper Caſtro Monterani, in quorum nullo habetur Confinium Vicarelli, & demùm Vicarelli Confinium in venditionibus Iſchiæ verificatur in termino, ſeù lapide quadrilatere in ſummitate lineæ reſidente verſus Baſſanum, qui quatuor diuidit Territoria Baſſani ſcilicet Iſchiæ, Brachiani, & Vicarelli.

Reſpectu autèm partis reſpicientis Triuinianum exceſſus, vt præfertur nõ adeſt, quia ſcilicet in hac parte Tenuta non ſiſtit
19 in foueo appellato *della Mola*, prout eſt prætenſio D. Ducis, ſed extenditur vſque ad Riuum *Dinanzi*, ad quem Collegium ſuæ poſſeſſionis fimbrias dilatauit, incipiendo nempè à Lacu Triuiniani, cui iungitur idem Riuus, & proſequendo per Vineas, & arundineta ad duos lapides, quorum primus exiſtit iuxtà Territorium Triuiniani, & alter iuxtà illud Triuiniani, & Sutrij, ac terminando in tertio lapide ſito in extremitate Territorij Sutrij. Ex his enim lapidibus probantur cõfinia Territoriorũ, vt monet *Bald. conſ 420 lib. 1. & conſ. 4' 8. vtrobiq; num. 1. lib 3 Rota deciſ. 12. num. 5. & ſeqq. coram Peutinger. & deciſ. 82. n. 41. par. 18. recent.* Non obſtante Inſtrumento Tranſactionis anno 1551. initæ ſuper Confinijs intèr Communitates Triuiniani, & Sutrij cum interuentu Pauli Iordani Vrſini, cuius in executionem dicuntur appoſiti ijdem lapides ad diuidenda Territoria Triuiniani, & Sutrij, non autem Triuiniani, & Vicarelli, quoniam hoc quidem affirmari poſſet reſpectu ſecundi, qui iuxtà Territoria Triuiniani, & Sutrij medius exiſtit, non autèm reſpectu primi, qui totus reſidet iuxtà Territorium Triuiniani; hic enim dubio procul videtur diuiſorius Territoriorum Triuiniani, & Vicarelli aliàs inutilis prorsùs, ac ſupernacuus exiſteret.

Quodquè re vera Tenuta non ſiſtat in foueo, ſed extendatur ad Riuum ſuadetur ex alijs quampluribus, ac ſatis vrgentibus
20 facti circumſtantijs, ſeù coniecturis, prima quod in ſecundo ex duobus præindicatis lapidibus in parte, quæ reſpicit Treuinianum leguntur *literæ termini Territoria Sutrij, & Treuiniani diuidentes* in ea, quæ reſpicit Sutrium cernuntur inſculpta inſignia Ciuitatis Sutrij, & in altera, quæ re-

Digitized by Google

reſpicit Vicarellum inſignia Familiæ Vrſinæ. Ex quibus tribus partibus, ac totidem inſcriptionibus, ſeù ſignis, quæ in illis conſpiciuntur perſpicuum fit ipſum lapidem tria ſcindere Territoria, vnum Triuiniani, alterum Sutrij, & tertium Vicarelli, alioquìn prò diuiſione duorū dumtaxat nempè Triuiniani, & Sutrij ſatis fuiſſent, vel ſolæ litteræ *termini Territoria Sutrij, & Triuiniani diuidentes*, vel ipſæ cum Armis Sutrinæ Ciuitatis coniunctæ abſq; eo, quod opus fuiſſet ex parte, quæ vergit ad Vicarellum addere Arma familię Vrſinæ. Secunda quod Caſtrum Vicarelli hodiè dirutum ſitum erat trans foueum prout eius rudera, adhùc trans foueum exiſtentia manifeſtum faciunt. Ex hoc enim ſequitur, quod etiàm eius Tenuta, ſeù Ter-
21 ritorium dici debeat tranſcendere ipſum foueum, Caſtrum enim cum Territorio facit vnum, & idem corpus, vt notat *Caſtrenſ. conſ. 102. lib. 1. cap de Inueſtit. feud. tit. de feud. num. 52.* quod abſurdum eſt ponere fuiſſe à capite ſeparatum. Et tertia demùm quod in Cataſtro Triuiniani mentio fit Riui *Dinanzi*, ac Vinearum, Terrarumque ei adiacentium cum ſpecifica expreſſione, quod ſint de Territorio Vicarelli, quæ etiàm fit in plu-
22 ribus contractibus ſuper eiſdem Vineis, ac Terris prò tempore geſtis. Quod valdè confert ad comprobanda Confinia, vt loquendo de enunciatiuis Cataſtri tradit *Rot. deciſ. 229. num. 15. & ſeqq. part. 14. & deciſ. 166. num. 9. par. 15. rec* & de alijs Inſtrumentorum *deciſ. 82. n. 38. par. 18. rec.*

Nec vìm faciunt contraria adminicula prò reſtrictione Tenutæ ad foueum *della Mola*, generalis enim præſumptio elicita ex qualitate fouei, quod dicitur perenne amplum, & profundum, vincitur (vt & ſuprà reſponſum fuit contrà Collegium) à prænarratis validioribus, ac magis in
23 ſpecie concludentibus præſumptionibus, ex quibus res iſta determinari debet cum aliàs non omne flumen, nec omne foueum debeat eſſe Confiniū, vt ait *Surd. conſ. 429. ſub num. 20. Sperell. deciſ. 178. num. 5.* Inuentarium autèm Tutelare anno 1542. confectum à Franciſca Vrſina, in quo Molendinum Triuiniani enunciatur prò indiuiſo cum Vicarello intelligi valet prò indiuiſo quoad vſum ſeù molendi commoditatem, quæ fuit, & nunc etiam aſſeritur eſſe communis hominibus vtriuſque Territorij ſubiecti vni, & eidem Domino videlicet Duci Brachiani, non autèm prò indiuiſo quoad ſubſtantiam, ſeù proprietatem. Et Inſtrumentum anni 1431. in quo prò Cōfinio Triuiniani aſſignatur Baſſanum, necnon aliud anni 1595. in quo è conuerſo Baſſano tribuitur Confinium Triuiniani, quæ Confinia dicuntur verificari non poſſe admiſſa, ſeù præſuppoſita extenſione Tenutæ Vicarelli ad Riuum *Dinanzi* ſunt res intèr alios actæ, quæ tertio non nocent maximè quia ex hoc Inſtrumento præcitatæ Tranſactionis anni 1551. conſtat lites ſuper Confinijs adfuiſſe.

Poſtremò quoad Tenutam Pali quæſtio verſatur in eo, an Tenuta terminare debeat in via publica, quæ de Ciuitate Veteri ducit ad Vrbem, vel potiùs illam tranſgredi, & protrahi vſquè ad mare. Qua quidem in re ſcribentes prò Collegio ſtrictè inhærebant litteræ, Inſtrumenti inueſtituræ anni 1551. quę expreſsè præſefert Confinium Maris ibi — *quoad Quarticciolū di Palo iuxtà Tenimentum Caſtri Cerueteris, & Cera, & Mare, & alijs partibus Tenimenti Pali*. Quod cōfirmabant ex Inſtrumento illius poſſeſſionis per Procuratorem captæ anno 1543. à clar. me. Cardinale Cybo per acceſſum ad Caſtrum dirutum Pali, & ingreſſum in eius Territorium, quod Caſtrum, & Territorium ſitum eſt, & finit reſpectiuè in littore maris. Neque admittendum eſſe dicebant Confinium Viæ publicæ, quia de illa nec Inueſtituræ, nec Inſtrumenta loquuntur, prout veriſimiliter locuta fuiſſent, ſi fuiſſet eius Confinium, minuſque intellectum Confinio maris expreſſo in Inueſtitura præfata datum prò parte D. Ducis, quod ſcilicet accipi debeat de Tenuta, ſeù Campo maris, vel marij, ſuper qua fuerunt impoſiti Cenſus anno 1571. per Paulum Iordanū Vrſinum, quoniam hæc ſita eſt longè procul ab illa, de qua agitur in Territorio Cerueteris, prout faſſus fuit D. Dux in productione illius Planctæ anno 1660. facta in Officio Magiſtrorum Viarum, & patet ex Inſtrumentis eorumdem Cenſuum, in quibus non legitur ipſi prò Confinio aſſignata Tenuta Pali.

Per contrarium verò defenſores D. Ducis aſſerebant, quod in Inſtrumento originali Inueſtituræ confecto in Cubiculis Pa-

latij Apoſtolici, & inſerto in Breui illius
confirmatorio Confinium maris legatur in
genitiuo, non autèm in accuſatiuo, itaùt
procedendo cum hac lectura Tenuta ter-
minet cum Tenimentis maris, non autèm
cum ipſo mari: allegabant etiàm ad ex-
clusionem Confinij maris Inſtrumentum
emptionis Caſtri Cerueteris anno 1492.
necnon aliud illius donationis anno 1493.
peracta à Gentile Virginio Vrſino, in qui-
bus prò Confinio Cerueteris in loco, ex
quo vnicè de via publica tranſitus eſſe po-
teſt ad mare, citatur Palus cum enuncia-
tione, quod ad ipſum Gentilem Virginium
ſpectabat. Et ſimilitèr Inſtrumentum ven-
ditionis Caſtri Pali cum Fortalitio, ac to-
to illius Territorio factæ anno 1571. per
Paulum Iordanum Vrſinum cũ reſeruatio-
ne portionis nuncupat. *il Quarticciolo*; in
quo tribuitur Palo cõfinium maris, & por-
tio *il Quarticciolo* præfertur prò Confinio
diuerſo. Et deniquè coniecturas elicitas
ex eo, quod ſi Tenuta decurreret vſquè ad
mare, iàm non ampliùs dici poſſet conſiſte-
re in quarta parte Tenimenti Pali, prout
ſemper ſuppoſita fuit in Inueſtituris, & In-
ſtrumentis cũ diminutiuo nomine *il Quar-
ticciolo*, nec ampliùs rubrorum 65. vel 70.
circitèr prout æſtimata fuit in Inſtrumen-
tis affictuum, ſeù venditionum eius her-
barum ſtipulatis anno 1586. & 1587. & in
præcitata Plancta in Officio Magiſtrorum
Viarum tempore nõ ſuſpecto exhibita per
D. Ducem, ſed caperet tres quartas eiuſ-
dem Tenimenti partes, & forsàn vltrà,
ac rubra plus quam 300.

Sed Domini in tanta rerum diſſonantia
nimium anceps, ac periculoſum putantes
24 in vnam, vel alteram partem iudiciũ pro-
ferre perculſi ſcilicet, ex vna à clara littera
inueſtituræ vocantis Confinium maris, &
ex altera à grauibus coniecturis, & præ-
ſumptionibus illi aduerſantibus, cogitan-
teſquè, quod in omnibus Inueſtituris, &
Inſtrumentis Tenuta ſemper expreſſa, &
declarata fuit in quarta parte Tenimenti
Pali ad conſulendum vtriuſque partis in-
demnitati, quæ quidem alias ſalua eſſe
non poſſet vſi ſunt aliqua arbitrij parte,
quod ſignantèr in his Confiniorum Cauſis
religioſitati Iudicis iura tribuunt, vt per
*Hieronym. de Mont. de fin. regun. cap. 101. per
tot.* ſtatuendo, quod relicta Collegio quar-
ta parte totius Tenimenti Pali ſumenda
ex loco vtriquè Colligiganti commodiori
reliquum decernatur D. Duci.

Conſecutiue autem ad exceſſus ſupra
firmatos viſa eſt danda D. Duci manuten-
25 tio, ſeù reintegratio non quidem in tota
poſſeſſione per Collegium appræhenſa,
ſed in ea tantum parte, in qua depræhen-
ditur exceſſiſſe; agitur quippe de exceſſu
commiſſo in executione, non autem in
mandato iuxtà diſtinctionem in hac ma-
teria receptam, de qua per *Adden. ad Gre-
gor. decis. 198. Rota decis. 545. num. 6. par. 2.
decis. 8. nu. 7. & 8. part. 6. recent. decis. 208.
num. 15. coram Vbaldo.*

Et ità deciſum fuit vtraque &c.

R. P. D. MOLINES.

Anconitana, ſeù Vrbinaten. Pecuniaria.

Merc. 28. Iunij 1690.

EXpoſita DD. hodiè Inſubſiſtentia facti
in antecedenti deciſione edita 23. Ia-
nuarij 1688. ſuppoſiti nimirum, quod
Bertolla Emptor Sulphuris ob non conſi-
gnatam tertiam ratam tempore conuento,
nempè die prima Martij 1684. egerit vi-
gore pacti in Apoca venditionis adiecti
contra Corradinos Venditores, vt ſibi re-
ficerentur damna, & intereſſe, & pro his
A. C. mandatũ relaxauerit in Scut. 1977.
non hæſitarunt à tunc deciſis recedere.

Actio enim intentata ab Emptore con-
trà Venditores non fuit ex ſtipulatu ad
damna, & intereſſe ob non traditam ra-
26 tam Sulphuris tempore promiſſo, quo
Caſu antequam mandatum relaxetur prò
illorum refectione, opus eſt præcedere li-
quidationem ob eorũ incertitudinem, *ex
decis. Ianuen. 164. num. 6. Rota decis. 1168.
num. 5. coram Seraph. decis. 224. coràm Gre-
gor. num. 1. & 4. Burat. decis. 417. num. 3.
decis. 266. num. 10. & seq. coram Bich. de-
cis. 68. num. 5. part. 16.*

Sed ex empto eò quia res vendita non
fuit tradita die conuento, & cum Bertol-
27 la ſoluiſſet antecedentèr pretium ſub ſpe
futuræ traditionis, hac nõ ſequuta poteſt
agere ad reſtitutionem pretij ſoluti, ac ſi
res eſſet euicta, & abſque vlla liquidatio-
ne, cum illud ſit certum *l. exempto 11. §.
& exempto l. Emptorem 12. §. qui autèm ff.
de act. Empt. l. Sicut. 12. in fine C. eodem tit.*

Bald.

Bald. in l. ſi traditio 4. *num.* 7. *C. de act. empt. Ruin. conſ.* 141. *num.* 9. *verſ. nec obſtant allegata Gratian. diſceptation.* 301. *num.* 1. *Rota deciſ.* 88. *num.* 3 *& ibi Add. num.* 10. *coràm Greg. Buratt. deciſ.* 819. *num.* 1. *Peuting. deciſ.* 61. *num.* 1. *& ſeq.*

Nec obſtat, quod tempore, quo tertia rata ſulphuris conſignanda erat, eius pretium notabilitèr decreuerit, dùm Bertolla de anno 1684. illud vendidit ad rationem Scut. 5.30. prò quolibet milliario, & ſic minori pretio, quàm per ipſum, & Corradinos fuit appretiatum de anno 1680. in Scut. nempè 7. 50. prò quolibet milliario; Vndè cum pretium temporis interuallo fuerit diminutum, reſtitutio facien-
28 da non ſit ad rationem eius, quod fuit conuentum tempore contractus, ſed quanti æſtimabatur tempore faciendæ conſignationis *l. Venditor* 8. *l. euicta* 16. *ff. de euict.* Nam non probatur iſta diminutio pretij, & ea, quæ deducitur ex ſupraſcripta venditione anni 1684. fundatur in quibuſdam fidibus extraiudicialibus, quæ nihil probant ex vulgatis, & non valent deſtruere præſumptionem Iuris militan-
29 tem pro continuatione eiuſdem pretij conſtituti à principio Contractus, quouſque contrarium concludentèr non probetur *Bald. in l. unica, col. penult. verſ. quæro an, per Inſtrumenta C. de ſent. quæ pro eo &c. Rot. deciſ.* 50. *per tot. coràm Peuting.* Nec adduci meretur pretij variatio ex lapſu temporis quatuor annorum quia ſempèr probanda eſt ab Allegante, cùm Bertolla habeat ſatìs fundatam intentionem in præſumptione continuationis pretij, addito quod quævis probatio diminutionis eliminatur ex Epiſtola à venditoribus ſcripta anno 1684. in qua ſe excuſarunt, quod non poterant tranſmittere ſulphur ob temporum calamitates, prohibentes excauationem illius ex fodinis, quod arguit illius Charitatem, & augumentum pretij, non decrementum *Poſsidon. de emption. & vendit. lib.* 3. *dub.* 7. *num.* 9. Et adhùc præſuppoſita iſta diminutione de
30 ea ratio habenda non eſt in præſenti, quia intentata fuit actio ex empto pro pretij ſolum reſtitutione, vt dictum eſt, quo caſu inſpicitur tempus contractus nulla habita ratione deteriorationis, vel augumenti *Menoch. conſ.* 418. *nu.* 21. *Gratian. diſcept.* 205. *num.* 38. *Caphal. conſ.* 554. *num.* 5. *&* 6. licet ſecùs eſſet ſi vltrà pretium ageretur, etiàm ad id, quod intereſt, quia tunc augumentum, vel diminutio rei inſpicitur de tempore non ſequuti adimplementi, vel euictionis, vt diſtinguendo tradit *Arias de Meſa var. reſol. lib.* 2. *cap.* 32. *num.* 25. *&* 26.

Proùt non vrget, quod deficientibus venditoribus conſignare ſulphur, conuentum fuerit, quod emptor illud emeret ad damnum venditorum, & poſtea repeteret intereſſe; Nàm pactum emendi ſulphur fuit repoſitum in facultate emptoris, & collatum in eius arbitrium, & fauorem ibi — *che poſſa pretendere doppo la maturatione del tempo, e termine preſcritto la rata, e rate de' Solfi non conſegnati, ad ogni Conti intereſſe de' Corradini, & à qualſiuoglia prezzo*; Ideoque huic pacto poterat renunciare Bertolla emptor, & eo non vti, ſed agere ex empto ad reſtitutionem pretij, quæ actio venit de natura contractus venditionis *l. non dubitatur* 6. *Cod. de euiction. l. vltima Cod. commun rer. alienat. l. ex empto* 11. *ff. de action. Emptor l. pacta* 72. *ff. de Contrahen. emption. l. ſi fratres Cod vtriuſque Iudicij Guſman de euiction. quæſt.* 55. *à num.* 2. *ad num.* 9. *Garz. de expenſ. cap.* 18. *à num.* 4. *Arias de Meſa d. cap.* 32. *num.* 2.

Tandem adduci non meretur, quod priùs defecerit Bertolla in adimplendo contractum, eo quià totum, & integrum pretium non exburſauerit, dùm recuſauerit ſoluere litteras Cambij Scut. 100. ei directas à Corradinis venditoribus; Ideo-
31 què vti primò deficiens non poſſit agere pro adimplemento, & ſi venditores ſecundo non adimpleuerint *l. ſi per Emptorem* 51. §. *Quod ſi fundum ff. de action Emptor*, ex *deductis coràm Buratt. deciſ.* 896. *num.* 1. *verſ. ex quibus, & coràm bon. mem. Cardin. Cerro deciſ.* 801. *num.* 9. Quoniam in contrarium apparet connentio contrahentium quià, cum Bertolla in Apoca venditionis ſibi cauit — *di non voler corriſpondere alle meſate ſin tanto, che li Corradini non adempiſchino le loro parti con le conſegne de Solfi, &c.* & Corradini interpellati ad tradendum vltimam ratam ſulphuris, ſe excuſarunt, aſſerendo, quod ob temporum iniurias ſulphur effodi non valuit, vtique Bertolla recuſare potuit ſolutionem reliquatus, ne id plus cogeretur ex poſt repetere à venditoribus, à quibus certò ſcie-

bat ſulphur non eſſe traditurum, exube-
32 ratque in his terminis oblatio ſolutionis
eiuſdem reliquatus in actu traditionis eiuſ-
dem tertiæ ratæ *Cyriac. contron.* 227. *num.*
19. *&* 25. *Rota deciſ.* 1804. *num.* 17. *&* 18.
coràm Coccino; proutde facto dictus Ber-
tolla illam obtulit nedùm antè motum Iu-
dicium pro repetitione pretij ſoluti *Summ.*
eiuſdem num. 6. ſed etiàm de tempore, quo
ſulphur erat traditurum eodem *Summ. nu.*
3. *&* 5.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. CAPRARA

Romana Domus.

Luna 26. *Iunij* 1690.

IN hodierna reuiſione deciſionis æditæ co-
ràm me ſub die 16. Iunij 1688. fuit re-
uocatum ad trutinam vnicum eiuſdem fun-
damentum conſiſtens in reſeruatione Do-
minij, & ſpecialis hypothecæ, ad Fauſtinæ
fauorem in prima venditione die 6. No-
uembris 1614. reſeruata, quæ fuit in Mo-
niales Sancti Bernardini transfuſa median-
te translatiua Iurium ceſſione ex cauſa
pretij Cenſus Monaſterio venditi à Ioan-
ne Franciſco, & Franciſca Coniugibus,
& reſpectiuè relicti in depoſitum in
Monte Pietatis prò emptione domus à
Fauſtina retrahenda; Itaut ſub die 19.
Septembris 1630. per acta Modij nulla-
tenùs potuerit præiudicare Monialibus in
eius locum ſubingreſſis in actu, quo præ-
dicta Fauſtina de Menſe Septembris 1615.
Domum præfatis Coniugibus vendidit,
& recipiendo pretium d. Cenſus Iura do-
minij Monialibus ceſſit.

Defenſores Putei putabant hoc funda-
mentum facile euerti, & cum eo deciſio-
nem corruere allegando, quod reſeruatio
Fauſtinæ non fuerit ſimpliciter abſoluta,
& perpetua, ſed reſolubilis quandocum-
que pretium primæ venditionis fuiſſet à
Puteo ſatisfactum, & conſequentèr quod
non potuit in Moniales tranſire, niſi cum
iſta reſolubilitate, inculcando vlterius Mo-
nialibus earumque Deputatis culpoſam
negligentiam in omiſſa Intimatione ceſ-
ſionis à Fauſtina reportata, ex qua infere-
bant potuiſſe Puteum etiam longè poſt
ſoluere bona fide pretium Fauſtinæ origi-
nali Creditrici, ſiuè eius hæredi, & conſe-
quenter quomodocumque extincto per
33 ſubſequutam ſolutionem primo Creditori
cedentis, & ita reſoluto ob temporalita-
tem reſeruationis; reſolutum quoq; fuerit
ius Monaſterij Ceſſionarij. Verum ocularis
lectura Inſtrumenri ſolutionis factæ à Pu-
teo de dicto anno 1630. dati in vtroque
partium Summario difficultatem abroga-
uit, & proindè Domini ſteterunt in de-
ciſis.

Patuit enim quod Puteus ex prædicto
Inſtrumenio habuit non ſolum plenam no-
titiam Inſtrumenti venditionis per Fauſti-
34 nam factę Gottardo; & Fœlici Glorieriæ
Coniugibus mediante expræſſione d. con-
tractus, & Notarij rogati ſub die 10. Se-
ptembris 1615. per acta Bonincontrij
Notarij Capitulini, ex quo infertur ad ſpe-
cificam ſcientiam omnium contentorum in
eo cum priuilegijs, & prærogatiuis quas
trahebat ſecum ceſſio Fauſtinæ ibidem ex-
preſſa *Rota deciſ.* 393. *num.* 8. *&* 9. *part.* 14.
& deciſ 233. *num.* 10. *part.* 17. *& deciſ.*
398. *nu.* 10. *part.* 18. *recent.* ſed fuit etiam
35 comprobata ſcientia ex relatione ad In-
ſtrumentum cum repetita relatione ibi —
prout in Inſtrumento ad quod &c. Rota deciſ.
210. *num.* 17. *part.* 16. *& deciſ.* 398. *num.*
8. *&* 9. *part.* 18. *recent.* & per conſequens
ſciuit, quod pretium domus de quo in dicto
Inſtrumento emptionis fuit identifice ſo-
lutum ex Capitali Cenſus, per Coniuges
venditi Monialibus Sancti Bernardini
vſque de Menſe Nouembris 1614. quo-
que fuit diſpoſitum penes Montem pieta-
tis ſub conditione, quod inde amoueri non
poſſet niſi ad effectum ſoluendi Fauſtinæ
prò reſiduo pretij prædictæ eius domus, &
ab illa reportandi quientantiam vna cum
opportuna ceſſione omnium, & quorum-
cumque Iurium, & actionum ipſi Fauſti-
næ in, & ſuper dicta domo per eam ven-
denda quomodolibet competen. & com-
petiturorum, & quod dicta domus ſtet, &
ſtare debeat expræſſe, & ſpecialiter affe-
cta obligata, & hypothecata in fauorem
Monialium, & Monaſterij pro concurren-
ti quantitate, & Moniales præferantur, &
proferri debeant dicto Cenſu durante, vt
in præterito *Summ. Monialium num.* 1.

Nec Puteus potuit hanc ſcientiam ex-
plicitam negare, qui poſtquam in dicto
vltimo Inſtrumento anni 1630. retulit di-
ctam

ctam ſecundam venditionem fauore dd. Coniugum emanatam expræſsè dixit, quod Fauſtina ab ijſdem Coniugibus prætium Domus in Scut. mille receperat, quod loco Inueſtimenti præfatis emptoribus ad annuum Cenſum Scut. 70. tradiderat ex Inſtrumento per eadem acta Bonincontrij ſtipulato, & conſiderans, quod Fauſtina iam ſatisfacta, non erat eius hæredi facienda duplicata ſolutio, vt in dicto Inſtrumento §. Inſuper. Curauit, vt hæres Fauſtinæ retrouenderet Cenſum eiſdem Coniugibus debitoribus, ex quo duo reſultant. Primum in facto quod Puteus ſoluerit Scuta 1000. hæredi Fauſtinæ non prò integrali pretio domus, ſed prò extinctione d. Cenſus impoſiti loco Conuenti Inueſtimenti. Alterum in Iure nempe, quod ex ſupradictis reſultat ſufficiens notitia in Puteo de ſpecifice contentis in ſupradictis Inſtrumentis, & quæ pernecesſè inuoluit ſcientiam ceſſionis Iurium Fauſtinæ in fauorem Monialium cum ſuis prælationibus, & prærogatiuis, vt ex confrontatione Inſtrumentorum in *d. Summ. præterito Monialium num.* 1. 2. *&* 4. Itaut nullatenus Moniales tenerentur ad interpellationem Putei, dum ſupradi-
36 cta ſcientia ſuppleuit defectum interpellationis, & certiorationis *cap. cum qui certius de regul. Iur. in 6. l.* 1. *§. Aiunt, & l. ſi tamen § & qui ſeruum ff. de edil. edict. Coſt. de facti ſcient. inſpect.* 70 *num.* 8. *Gratian. diſcept.* 580. *num.* 17. *modern. Lucen. conſult.* 330. *num.* 31. præſertim ad euitandum graue præiudicium, ac certum periculum Monaſterij Ceſſionarij in quo caſu ſola ſcientia ceſſionis ſuffragatur abſque alia præciſa denunciatione, vt diſtinguit *Bart. in l. facto §. ſi hæres ff. ad Trebellian. Neguſant. de pign.* 3. *membr.* 2. *part. num.* 27. *Pacific. de Salu. interdic. inſpect.* 3. *cap.* 2. *num.* 916. *Cacheran. deciſ.* 45. *num.* 5. *Rota in Romana Cenſus* 14. *Maij* 1654. *§. Hinc coram Leone Veroſpio.*

Imputet itaque ſibi Puteus ſi fuit magis ſollicitus de liberatione Gottardi, & Felicis coniugum ab annuo Cenſu Scut. 70. mediante eius retrouenditione ab hærede Fauſtinæ in eodẽ Inſtrumento anni 1630. obtenta; cum tutius ſibi fuiſſet eodem pretio ſatisfacere Monialibus Sancti Bernar-
37 dini potioribus, ex cauſa præcedentis acquiſitionis Iurium ſuper domo Fauſtinæ, cui ſicuti non potuit abſque effectiua ſolutione præiudicare In Iuribus, & hypotheca ſpeciali ſibi in domo reſeruata, ita nec Monialibus Ceſſionarijs in præiudicium Iuris quæſiti *Gait. de credit. cap.* 2. *tit.* 3. *nu.* 439. *Cenc. de cenſ. quæſt.* 67. *num.* 6. *verſ. aut ſumus & quæſt.* 109. *num.* 35. *Pacific. de Saluian. interdict. inſpect.* 3. *cap* 2. *nu.* 915. *Olea de Ceſſ. Iur. tit.* 8. *quæſt.* 2. *num.* 35. *Rota deciſ.* 455. *num.* 8. *part.* 18. *recent.*

Quibus vti ſubſiſtentibus ad corroborationem deciſionis, & crediti Monaſterij DD. adhærẽtes noluerunt reuocare in dubiũ Iuſtitiam Sententiæ tranſactæ in Iudicatum, & vſq; de anno 1661. per R. P. D. Vice Gerentem prolatæ ſupèr immiſſione ad domum, aliàs per Fauſtinam poſſeſſam,
38 & vt diximus dominium, & hypothecam ſibi ſuper domo prædicta competere tranſlatiuè Monialibus Ceſſionarijs in dicto venditionis Inſtrumento de Menſe Septembris 1615. celebrato *d. præterito Summario Monaſterij num.* 1. *&* 2. nec Puteus poſtquam, explicitè confeſſus fuit Gottardum, & Fœlicem Coniuges habuiſſe actualem poſſeſſionem domus, vt fecit in dicto Inſtrumento anni 1630. potuit hanc eamdem poſſeſſionem impugnare ad *Text. in cap per tuas de probat. & in l. cum Te C. de tranſact. Add. ad Gregor. deciſ.* 452. *num.* 22. *Rota deciſ.* 30. *num.* 3. *part.* 19. *recent.* licet
39 ad requiſitum immiſſionis potuiſſet ſuffragari poſſeſſio rei inducta ex Conſtitutione ſuper retractu la 22. Sa. Mem. Gregorij XIII. *verſ. Siquidem*, non ſecus ac ſi à principio domus ad eius commodum fuiſſet acquiſita ex *Gratian. diſcept.* 876. *num.* 30. & fuit dictum in vtraque Deciſione dictæ Cauſæ videlicèt *deciſ.* 292. *nu.* 3. *part.* 17. *& deciſ.* 172. *part.* 18. *recent.*

Reiectis alijs tanquam extrà Cauſæ punctum in quibus ſuperuacaneum fuit immorari.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. VRSINO

Ferrarien. Pecuniaria.

Lunæ 2. *Martij* 1693.

DIſcuſſa realitate Conuentionis, & Partiti inter Freſcobaldum, & Tornaquincium initi de exſoluendo vnica ſolutio-

tione Ducatos currentes Venetos 76664. ⅓. prò Scutis 144. m. monetæ Ferrarienſis, quæ in duodecim ratis Scutorum 12. m. ſimilium quolibet anno à Sereniſſimo Duce principali debitore, & à Freſcobaldo huiuſce obligationis accollarario compleri debebant, noſtrum Tribunal in gradu reſtitutionis in integrum à Sententia bo. me. Beuilaquæ memoratum partitum canonizan. fuit in ſenſum, conuentionem verè fuiſſe initam, illamque realiter conuentam, ac executioni demandatam, prout liquet ex deciſione ſub die 12. Maij 1690. coràm me edita; Cumque in cauſæ repropoſitione habita die 28. Aprilis 1692. DD. minùs hæſitantes de firmata conuentione, & exequutione dicti Partiti difficultatem à Curatore promotam, ſeù potiùs reaſſumptam ſupèr impugnata Iuſtitia laudatæ Conuentionis operatiori ſtudio examinare decreuerint, conuenerunt ſupèr illa ſtrictè Partes audire; & ad faciliorem cauſæ reſolutionē Periti calculatoris electionem demandarunt; qui ſupèr Partito referret, accurateq; materiam diſpungeret. In executionem Rotalis reſcripti electo Perito, rebuſque coràm eo inſtructis duo peculiaria irrepſere dubia, quæ Partium excitarunt altercationem, illaque prò expetenda emergenti reſolutione ad noſtrū Tribunal tranſinerunt. Alterum fuit, à quo tempore eſſet computanda dilatio à Tornaquincio impartita Sereniſſimo Duci Mutinenſi prò ſolutione ratæ Scutorum 144. m. & in quo anno, ſeù in qua anni parte obligatio ſolutionis primæ ratæ perficeretur. Alterum verò ſupèr valutatione monetæ, & Scuti Ferrarienſi, ſupèr quibus Inſtantia à Colligantibus porrecta per memorialia in audientia habita die 15. Decembris 1692. PP. demandarunt, vt negocium proponeret diſcutiendum ſub dubio, an & à quo tempore ſit computanda dilatio, & quomodo ſit valutanda moneta, quo examinato finè reſolutione ſub die 19. Iannarij præteriti hodiè expetitis ſupèr illo omnium DD. ſuffragijs iuxtà ordinem tunc datum reſcriptum prodijt, monetam valutandam eſſe iuxtà Partitum conuentionem in reliquis reſponſione dilata.

Reſolutionis baſim DD. conſtituebant in conuenti Partiti qualitate, & natura, in contrahentium qualitate, & in præuio Tractatu, qui partitum præceſſit. Cum namque de inſigni, & conſpicua ſumma ageretur, ac Tornaquincius exoptaret vnica ſibi ſatisfieri ſolutione integri Crediti, quod ad normam primæ ſuæ obligationis minutatim, ac per ratas percipere tenebatur varias ad aſſequendum intentum Debitori propoſuit conuentiones, multaque per mediatores diſpuncta fuere partita, & tandèm placuit contrahentibus anticipata ſolutio Ducatorum currentium 76664. ⅓. quia ſeriò factis calculis adinuentum fuit illos in Banco Zecchæ Venetiarum depoſitos ſub conſueta vſura 14. prò centenario ſpatio annorum 14. coæquare ſummam debitam ſcutorum 144. m. monetæ Ferrarienſis, tota huius contractus hiſtoria diligenter, & accuratè relata per Teſtes in *Summ. Freſcobaldi num.* 3. ſecum fert validam præſumptionem monetas in partiti concluſione valutatas fuiſſe ſub earum verò, & Genuino valore, nàm cum valor monetarum conſiſteret in nudo facto contrahentibus, vti inſignibus Bancherijs, & Mercatoribus optimè noto, veriſimile non eſt Tornaquincium in proprium præiudicium in negocio tàm graui erroneè calculaſſe, maximè poſt toties diſpunctos calculos, totieſque examinatas rationes, ſed veritati conſentaneum eſt credere, vnumquemque ex contrahentibus proprijs Iuribus cautè conſuluiſſe,
40 remque ſeriò examinaſſe ad validum inducendum argumentum Iuſtitiæ, & veritatis contractus initi à talibus perſonis, quæ in intelligentia rei ità notoriè in errorem tàm inſignem incidiſſe non præſumuntur, vt in puncto *Purpurat. conſ.* 179. *num* 6. *&* 7. vbi quod in hac materia talis præſumptio dicitur liquidiſſima *Surd. conſ.* 220. *num.* 14. *& conſ.* 406. *num.* 2. *Gratian. diſcept.* 884. *num.* 22. *&* 23.

Creſcitque argumenti vis, ex quo Contractus, & Partitum non ſolum pertractata, & diſcuſſa fuere, ſed vlteriori etiam executioni demandata cū poſitiua Tornaquincij acceptatione, ac inconcuſſa conuentionis obſeruantia per plurium annorum ſpatium, quam Tornaquincius dum vixit controuertere vel noluit, vel non valuit. Vndè illius factum Curator deputatus eius iacenti hæreditati, vèl impugnare non poteſt, vel ſi valutationem ab
41 eius Auctore approbatam, & exequutam con-

contendit, defectuoſam erroneitatem præ-
tenſam concludentibus, & inconcuſſis do-
cumentis demonſtrare debet, dùm pugnat
contrà præſumptionem veritatis Contra-
ctui aſſiſtentem, ad quam elidendam cla-
riſſimę requiruntur demonſtrationes, quæ
errorem neceſſariò concludant ad *Text.*
expreſſ. in l. Actor, qui aſſeuerat. C. de probat.
Rota coràm Burat deciſ. 794. num. 2. & coram
Pen. deciſ. 1049. n. 3. & in recen. deciſ. 758.
ſub num. 4. part. 3.

At non ſolum talia documentorum ge-
nera non afferuntur ad euincendum erro-
rem valutationis, quinimò validæ propo-
ſitæ fuerunt demonſtrationes ad corrobo-
42 randam præſumptionem, cui illius veritas
innititur, dùm oſtenſum fuit de tempore
43 ſtipulati contractus Scutum Ferrarienſe
valuiſſe libras quatuor correſpondentes
bononenis Romanis 72. $\frac{8}{11}$. & Ducatum
currentem Venetũ æquaſſe bononenos 70.
ad cuius valutationis normam Contrahen-
tes calcularunt, vt eſt inconfeſſo, & po-
teſt facilè aritmetica demonſtratione di-
gnoſci.

Valorem verò Scuti Ferrarienſis verè
conſtitui ex libris quatuor, ſeù bononenis
72. $\frac{8}{11}$. demonſtrauit primo Edictum pro-
mulgatum à bo. me. Cardinali Lauren-
tio Imperiali Ferrarienſi Legato de anno
1639. ſupèr abolitione veteris Scuti Fer-
rarienſis, quod ità iubente Summo Ponti-
fice voluit æquare Scuto Romano; ac il-
lius valorem iampridèm conflatum ex li-
bris quatuor augeri ad libras quinque
cum dimidio reſpondentes centum papali-
bus bononenis, prout litteraliter ſonant
verba Banimenti, data in Summ. additio-
nali Sereniſſimi Mutinenſis num. 2. ſi verò
libræ quinque cum dimidio æquant cen-
tum Romanos Bononenos, aritmetica pro-
portio ſtatim demonſtrat libras quatuor
non excedere bononenos 72. $\frac{8}{11}$. vt calcu-
lus datus in folio ad partes ſub littera A,
patefecit.

Secundò Aſſumptum extitit compro-
batũ ex facto ipſo Tornaquincij mutuan-
tis Sereniſſimo Duci Mutinæ, ſæpè dicta
Scuta 144. m. dùm in calculo inter ipſos
exarato bonificat D. Dux Tornaquincio
prò 70. m. argenteis perſolutis de eius
mandato Marchioni Bellono Scut. 96250.
Ferrarienſia, prout ex illius Summario ad-
ditionali num. 3. Hic verò ad intentum in-
trat proportio numerica, quod ſi Scuta
96250. Ferrarienſia coæquant Scut. 70. m.
argentea, quot bononeni conflabunt Scu-
tum Ferrarienſe, & aritmeticus calculus
ſtatim reſpondet bononenis 72. $\frac{8}{11}$. prout
ex demonſtratione extenſa in memorato
folio ad partes ſub litera B. patuit.

Ducatus verò currens Venetijs conſti-
tuitur ex papalibus bononenis 70. æquan-
tibus Venetas libras ſex cum quatuor ſoli-
dis, quibus addito augumento viginti prò
centenario efficitur Ducatus Banchi, &
conflatur ex Bononenis 84. prout teſtan-
tur duodecim Veneti Mercatores in eorum
fide data in Summario Freſcobaldo nu. 5.
qui vlteriùs eorum dicti rationem afferunt,
dùm docent Ducatum currentem tertio mi-
nùs valere Scuto argenteo, ſeù Plaſtra
florentina valoris bonenorum 105. à qui-
bus tertia parte dempta aſſurgunt bono-
neni 70. verè ducatum currentem conflan-
44 tes. Mercatoribus autem in re ad propriũ
mercimonium ſpectante, cuius plenam ha-
bere præſumuntur notitiam, integra fi-
des adhibetur *ad tradit per Bald. conſ. 400.*
num. 10. lib. 5. Corn. conſ. 319. num. 12. lib. 3.
Rot. coràm Ludouiſ. dec. 226. n. 3. & coràm Bu-
rat. deciſ. 419. num. 6. & in recent. deciſ. 369.
num 86. par. 19.

His ità firmatis, ac tot demonſtrationi-
bus corroborata præſumptione veritatis
45 valutationis controuerſo Contractui aſſi-
ſtente ad illã euertendã minùs obſiſtere vi-
ſa eſt quædã fides quatuor Mercatorũ aliàs
in Rota coràm bo. me. Royas producta à Ca-
nonico Freſcobaldo, in qua augendo va-
lorem Scuti Ferrarienſis aſſeritur -- *che nel*
Meſe di Luglio 1648. *Scuti* 144 *m. di lire* 4.
l' vno moneta di Ferrara faceuano Ducati 170.
mila de correnti in circa moneta di Venetia va-
lutati à Scuti 122. --ex qua etiàm in abſtra-
cto augumentum Scuti Ferrarienſis erui
contendebatur, & præciſiùs contrà Freſ-
cobaldum producentem, nàm ſeriò illa
perpenſa, nec quid præciſum firmare cir-
cà valorem viſa eſt, nec in præſenti Iu-
dicio poteſt contra Freſcobaldum vr-
gere.

Siquidèm illius verba præcisè non de-
terminant valorem monetarum, ſed circa
Scutum Ferrarienſe præſupponendo illud
valutatum, etiam habita ratione ad præ-
ſuppoſitam valutationem; illius valorem
calculant, vndè concludenter illum non
pro-

probant ex nota regula, quod verba
præſuppoſitiua nil diſponunt, vel deter-
minant in præſuppoſito, vt tradunt *Gra-
tian. diſcept 675. num. 17. Surd. deciſ. 195.
num. 8. & ſeqq. & Rot. deciſ. 208. num. 2.
ibiq. Adden. n. 7. coràm ſa. me. Gregorio XV.*

Circa verò Ducatum Venetum loqui-
tur per verba in circa, quæ de ſui natura
46 certum, & determinatum valorem exclu-
dunt ad *Text. in cap. fin. & cap. continеba-
tur de diſpenſat. impub Corn. conſ. 193. n. 14.
circa med. lib. 2. Barboſ. de diction. vſufreq.
dict. 154. num. 6. & 7. Rot. deciſ. 1. num. 9.
part. 17. recent.* Vndè atteſtatio ipſa tàm
æquiuoca totq; patiens exceptiones, vel
conciliari debetur cum alijs probationibus
certum valorem præſeferentibus *ad tradit.
per Rot. dec 344. à n. 9. vſq; ad 13. corã Ludo-
uiſ.* vel reijci debet vti irreleuãs nèc poteſt
infringere alia documenta, quæ ad cõpro-
bandam veritatem valutationis perpenſa
fuere, cum ad excludendum errorem ſuffi-
ciat aliqualiter reddere dubias probationes
adductas, illiſq; rationabilem interpreta-
tionem aptare ad ſenſum *Rot. coràm Card.
Celſo dec. 161. n. 3. & coràm Bich. dec. 243.
num. 12. & coràm Otthobon. deciſ. 64. num. 2.
& in rec. deciſ. 194. num. 11. par 18.*

Exhibitio verò dictę atteſtationis facta
à Freſcobaldo nil ipſi in præſenti inſpe-
47 ctione præiudicat, nàm producta non fuit
ad probandum valorem monetarum, ſed
prò iuſtificandis attentatis à Bellono com-
miſſis, dùm in ſpretum pendentiæ litis in
Rota quærelam Venetijs porrexerat ſupèr
recuperatione Scut. 144. m. prout liquet ex
deciſ. 493. corã Royas, vbi tota huius hi-
ſtoriæ ſeries narratur; Vndè vti ſcriptura
ad alium finem, & effectum exhibita pro-
ducenti nihil præiudicat, quoties prout in
præſenti illa euertitur ex alijs probationi-
bus euidentèr in contrariũ cõcludentibus,
prout tradit in propoſito *Gratus conſ. 14.
num 17. lib. 1. Rota deciſ. 2139. num. 21.
coràm Coccino, & deciſ. 168. nu. 17. part. 18.
tom. 1. recent.*

Simili reſponſione euertuntur illationes
depromptæ à quibuſdam partitis frumen-
48 ti datis in *Summario Curatoris nu 6.* in qui-
bus videtur concludi valorem Scuti Fer-
rarien. æquare illum Ducati Banci Vene-
tiarum, ac vniuocũ cum illo augumentum
recipere viginti prò centenario, ſiquidem
dd. partitæ id præcisè non præſeferunt,
& loquuntur cum dictione *aut*, quæ nihil
ponit ineſſe, & vlteriùs animaduertebant
DD. quod ex prædictis demonſtrationi-
bus manifeſtè conuincebatur diuerſitas va-
loris inter Scutum Ferrarien. & Ducatum
Banci, maximè quia quæſtio non eſt quan-
ti potuerit valutari Scutum Ferrarienſe
ratione negotiationis, ſed quanti præ-
cisè, & communitèr valuerit de tempore
ſtipulati Partiti; quod cum ex ſuperiùs
ponderatis efficacitèr probatum remaneat
vniuocis argumentis ad illa euertenda
probationes æquiuocæ, ac aptæ in alium
ſenſum trahi, diuerſamque interpretatio-
nem recipere, minimè attenduntur, vt in
propoſito conſuluit *Bonden. collect. legal.
36. num. 62. Card. de Luc. de credit. diſc. 45.
num. 5. Rota coràm Sa me. Alex. VIII dec. 64.
num. 2. in rec. dec. 194. num. 11. par. 18.*

Et ita Partibus hinc indè accerrimè cer-
tantibus concluſum fuit &c.

ARGVMENTVM.

EPiſcopus quando poſſit viſitare Ec-
cleſias exiſtentes intrà limites ſuę
Diœceſis non obſtantibus priuilegijs
etiàm in fundatione, et conſuetudine
immemorabili in contrarium. Colla-
tio beneficiorum quando ſpectet ad
Epiſcopum ſiuè ad Capitulum. Ius de-
putandi Oeconomos in Eccleſijs Pa-
rochialibus exemptis, et vacantibus
ſpectat ad Epiſcopum.

SVMMARIVM.

*Ius viſitandi non præſcribitur contrà Ordinarium
num. 1.*

*Epiſcopus poteſt viſitare Cathedralem non obſtan-
te priuilegio contrario in fundatione, ſeù im-
memorabili num. 2.*

*Ius conferendi beneficia ſpectat ad Capitulum,
ſtante priuilegio, vel conſuetudine num. 3.*

*Epiſcopus poteſt deputare Oeconomos in Eccle-
ſijs Parochialibus vacantibus licèt exemptis
num. 4.*

*Deputatio Oeconomorum in Eccleſijs parochialibus
ſpectat ad Epiſcopum num. 5. & 23.*

*Amplia etiã in Parochialibus affectis, vel exem-
ptis num 6.*

Sumptum de ſumpto non probat num. 7.

Etiamſi

Etiamſi primum ſumptum fuiſſet legitimè extractum num. 8.

Littera Pontificis quando dicantur originales, & antiqua num. 9. 10. & 11.

Scriptura informi ſtante obſeruantia tribuitur fides num 12.

Vnioni repugnant collationes, & inſtitutiones factæ per Ordinarium num 13.

Ad probandam immemorabilem, ſeù centenariam requiruntur Teſtes annorum 54. num. 14.

Et ad computandum hoc tempus non debet numerari ſpatium motæ litis num. 15.

Et debent deponere de viſu per quadraginta annos num. 16.

Sacrum Concilium Tridentinum in quolibet ſuo Capitulo continet decretum irritans in vim Bullæ illud confirmantis num. 17.

Tollit quamcumque contrariam quaſi poſſeſsionem, & obſeruantiam num. 18.

Tranſactio, ſeù concordia ſuper iuribus Eccleſiæ abſque beneplacito Apoſtolico non ſubſtinetur num. 19.

Qui continuat non attentat num. 20. & 46.

Præſertim quando continuatur per viam priuatæ facultatis num 21.

Appellatio ſuſpenſiua non admittitur in concernentibus curam Animarum num. 22 & 49.

Inhibitio ligat manus tàm inhibiti, quàm impetrantis num. 23.

Qui attentauit non poteſt petere purgationem attentatorum, & quando num. 24.

Poſſeſsio anterior eſt manutenenda nu. 25. & 47.

Poſſeſsio contrà decretum irritans non eſt manutenibilis num. 26. 46. & 49.

Longobardorum Imperium quando ceſſauit in Italia num. 28.

Diſpoſitio Sac. Conc. Tridentini ſeſſ. 18. cap. 24. de reform. an habeat locum quoad Parochiales vnitas num. 29.

Vnio quando dicatur ſubiectiua, & extinctiua num. 30.

Vnioni extinctiua repugnat collatio num. 32.

Ad excludendam immemorabilem ſufficit vnicus actus contrarius, ſeù etiàm rumor num. 33. & 34.

Religioſi dicuntur impropriè illi ex Ordine Militari qui ſunt vxorati num. 35.

Extractio ſcripturæ ab Archiuio publico etiàm ſinè compulſoria, & citatione partis, eſt valida num. 36.

Archiuum Epiſcopi eſt publicum num. 37.

Prouiſio facta in Eccleſijs non vacantibus non dat quaſi poſſeſsionem in Eccleſijs vacantibus num 38.

Scientia, & acquieſcentia requiruntur in re præiudiciali num. 39.

Scriptura informis quamuis repoſita in Archiuio non probat num. 40.

Manutentio datur ex ſola iuris aſsiſtentia abſque poſſeſsione num. 41.

Poſſeſſorium quando abſorbeatur à petitorio numer. 42.

Manutentio datur poſsidenti etiàm aduersùs clauſulam ſublata, & decretum irritans, & quando num. 44.

Manutentio datur poſſeſſori, præcipuè cum aſsiſtentia boni iuris num 45.

Epiſcopus habet iuriſdictionem in omnibus Eccleſijs ſuæ Diœceſis num 50.

Sumptum de ſumpto non probat num. 51.

Vicarius facit vnum Tribunal cum Epiſcopo numer. 52.

Scriptura extracta ab Archiuio Epiſcopi quando probent fauore Epiſcopi num. 52.

Scriptura extracta ex non publico Archiuio quoad non ſubditos non probant num. 53.

Ciuitas Aquauiuæ vbi erat num 54.

Scriptura aliàs informis adminiculata probat numer. 55. & 56.

Ordinarius non poteſt denominari ille, qui habet aliquam iuriſdictionem, dum non habet territorium ſeparatum num. 57.

Iuriſdictio reſtricta ad aliquas perſonas non eſt extendenda num. 58.

Amplia præſertim, quando verba poſſunt reſtringi num. 59.

Iuriſdictio etiàm proueniens ex conſuetudine, vel præſcriptione intelligi debet cumulatiuè, & non priuatiuè num. 60.

Per vnionem factam cum omnib s iuribus transfertur etiam ius conferendi beneficia num 61.

Amplia etiàm in Eccleſijs Regularibus ſæculariꝫatis num 62 & 63.

Limita quando ſæculariꝫatio contineret omnimodam ſuppreſsionem num 64.

Amplia etiamſi vnio eſſet facta ad conſulendum indigentijs Eccleſiæ, ſeù Capituli, cui fuit facta vnio num. 65.

Epiſcopus habet fundatam intentionem conferendi omnia beneficia ſuæ Diœceſis num 66.

Ius conferendi ex quibus dicatur conceſſum nu 67.

Exemptus à iuriſdictione Ordinarij habet ius conferendi beneficia num 68.

Enunciatiuæ antiquæ probant num 69.

Præſertim quando non emanarunt incidentèr numer 70.

Probationes factæ in poſſeſſorio ſuffragant in petitorio num. 71.

Aſſiſtentia iuris quam habet Epiſcopus in conferendis beneficia ſuæ Diæceſis non ſuffragatur, quando inferior demonſtrat titulum num. 72.

Obſeruantia antiqua in materia collationis beneficij plurimum attendenda num. 73. 74. 75. & 76.

Ordinarij atteſtationi eſt credendum num. 77.

Iuriſdictio, & ius conferendi reſultat ex ſolutione cenſuum facta à beneficiatis num. 78.

Ius conferendi beneficia Cathedralis ſpectat ad Capitulum ſtante conſuetudine etiàm abſque titulo num. 79.

Amplia præſertim quando fuerunt beneficia erecta à Capitulo num. 80.

VOTVM LXXXVIII.

REuerendiſſimo Archiepiſcopo impediri non poteſt viſitatio Eccleſiæ exiſtentis in ſua Diæceſi, cum ius viſitandi nullo temporis decurſu poteſt in
1 deſuetudinem abire *text. in cap. vbi cum ex officio de præſcript. ibi Panor. num. 4. Felin. nu. 9. Innocen. in cap. venerabili nu. 6. ibique Fagnan. num. 23. in fin. de cenſibus, Barboſ. de poteſt. Epiſcop. part. 3. alleg. 73. num. 4. Rot. deciſ. 101. num. 3 & 4. coràm Merlin.* quæ omnia indubitantèr procedunt in Ec-
2 cleſia Cathedrali, quæ ab Epiſcopo poteſt viſitari, non obſtantibus, vel priuilegio in fundatione, ſententijs, concordijs, vel conſuetudine immemorabili in contrarium iuxtà diſpoſitionem *Sac. Concilij Tridentini in ſeſſ. 6. cap. 4. & ſeſſ. 25. cap. 6. de reformat. Fagnan. in cap. venien. num. 10. & 11. & ſub num. 16. de tranſact. Rot. deciſ. 207. num. 2. vſque ad 7. coràm Dunoz. Iun. & deciſ. 204. num. 17. & ſeq. par. 7. & deciſ. 254. num. 20. & ſeq. par. 19. recent. & latè in Cæſarauguſtana iuriſdictionis 10. Decembris 1691. coràm bo. me. Emerix §. in ſecundo.*

Quo verò ad collationem beneficiorum
3 credidi bonū ius aſſiſtere Capitulo, quod habet ius conferendi tàm ex priuilegijs apoſtolicis, quàm ex conſuetudine centenaria, ex quibus reſultat titulus ſufficiens ad concedendum Capitulo manutentionem in iure conferendi, vti reliſtis generalibus in puncto reſpondit *Rot. in vna firmana iuriſdictionis 14. Iunij 1688. coràm bo. me. Rondinino.*

Tandèm quoad tertium caput differen-
4 tiæ, cenſui Reuerendiſſimum Archiepiſcopum poſſe deputare Oeconomos in Eccleſijs Parochialibus, vacantibus intrà limites ſuæ Diæceſis *cap. cum vos de offic. Ordinar. vbi Oſtien. ſub num. 2. Fagnan. num. 1. & 9.* non obſtantibus, quod Parochiales eſſent affectæ, vel reſeruatæ, vel quod eſſent exemptæ *Barboſ. de Parochis cap. 22. num. 33. & ſequen. cum alijs citatis in Oneten. Parochialis 26. Iunij 1693. §. ea potiſſimum coràm Reuerendiſs. Manuel. nunc Epiſcopo Zamoren. & in alijs ſequentibus deciſionibus.*

REVERENDISS. D. EMERIX. DECANO.

Piſana Oeconomatus, ſuper Iure deputandi Oeconomos.

Vener. prima Iulij 1695.

OCcaſione vacationis Parochialis Eccleſiæ S. Euphraſiæ orta inter Reuerendiſſimum Archiepiſcopum, & Sac. Religionem Diui Stephani Papæ, & Martyris controuerſia ſuper Iure deputandi Oeconomum, eaque per SS. D. N. commiſſa Sac. Congregationi Concilij definienda cum Voto noſtri Auditorij, propoſui Dubium die 23. Iunij 1692. ad quem ſpectet deputatio Oeconomi? Et cum tunc ex parte Religionis petita fuiſſet remiſſoria ad probandam immemorabilem, ſeù centenariam quaſi poſſeſſionem deputandi Oeconomos, viſum fuit Dominis, ſuſpenſa in meritis reſolutione, reſpondere pro conceſſione Remiſſoriæ, cuius vigore confecto deinceps voluminoſo Proceſſu, & in actis exhibito, abindèque citrà Defenſoribus Sac. Religionis pluries ad nouā Cauſæ diſputationem monitis, eidemq; ſubijci differentibus vſque in præſens, repropoſui tandem hodie ad inſtantiā Reuerendiſſimi Archiepiſcopi præmiſſum dubium, & Domini reſponderunt, deputationem Oeconomi ſpectare ad Archiepiſcopum.

Habet enim ipſe intentionem deputan-
5 di Oeconomos Parochialibus vacantibus intrà limites ſuæ Diæceſis fundatam in diſpoſitione Iuris communis *cap. cum vos de offic. ordin.* vbi *Oſtien. ſub num. 2. verſ. idem tamen Iuris eſt, & num. 5. Butr. num. 7. Fagnan. num. 1. & 9.* & magis ſpecialiter in diſpoſitione *Sac. Concil. Trident. ſeſſ. 24. de* Re-

Reſorm. cap. 18. id Iuri Epiſcopali tribuentis in Parochialibus etiam quomodolibet
6 affectis, vel reſeruatis, non obſtantibus exemptionibus, Indultis, Priuilegijs, & alijs impedimentis quibuſcumque, vt illi inhærendo notat *Garz. de Beneſ. par.* 9. *cap.* 2. §. *primo num.* 127. *Pariſ. de reſignat. lib.* 8. *quæſt.* 9. *num.* 77. *Campanil. diuerſ. Iur. Canon. rubr.* 7. *cap.* 6. *ſub num.* 116. *Barboſ. de Paroch. cap.* 22. *num* 33. *& ſeq.* & nuper dictum fuit *in Oueten. Parochialis* 26. *Iunij* 1693. §. *Ea potiſſimum cor. Reuerendiſſimo D. Manuel nunc Epiſcopo Zamoren.*

Non obſtat, quod Parochialis, de qua agitur vnita ſit Religioni, quia ſcilicet in quodam Diplomate ſa. mem. Alexandri III. ſumpto alterius ſumpti litterarum ſa. me. Io. XXII. referatur inter membra, ſeù pertinentias Monaſterij S. Sauini per ſan.
7 me. Pium IV. eidem Religioni vniti, quia, quidquid ſit, An Concilium loco ſupra citato locum ſibi vindicet in Parochialibus vnitis, vnio non probatur ex præfato Diplomate ſa. me. Alexandri III. tanquam ſumpto de ſumpto, quod fidem non facit *Grat. diſcept.* 859. *num.* 35. *Rota deciſ.* 781. *num.* 10. *coram Buratt. & deciſ.* 185. *num.* 5. *part.* 10. *recent.* tametſi aliàs pri-
8 mum ſumptum foret legitimè extractum, vt in *deciſ.* 469 *& deciſ.* 550. *vtrobique nu.* 2. *coram ſa. me Gregorio XV.*

Non ſubſiſtente replicatione, quod litteræ ſan. mem. Io. XXII. ſint Originales,
9 quia contrarium conuincitur, cùm ex eo, quod ſcriptæ non ſunt antiquo caracthere, ſed moderno, nec rursùs in pergameno, ſed in charta papyracea contra ſtylum Romanæ Curiæ, de quo *Gen. de ſcript. priuat. lib.* 3. *de litt. Apoſt. nu.* 23. Tùm etiam
10 ex eo, quod carent conſuetis ſubſcriptionibus, ac ſignis tàm in Calce, quàm à tergo, nec non ſigillis SS. Petri, & Pauli in plumbo appenſis cum Cordulis Rubei, & Crocei coloris, vt per *Rebuff. in prax. beneſ. tit. firma ſignand ſimplic. prouiſ. par.* 3. *tit. Bull. nou. num.* 10. *& ſeq. Foller. de Cenſ. in Verb. non vitiatas num.* 1. *Rot. deciſ.* 677. *in princ. & num.* 1. *coram Buratt.* Tùm de-
11 mum, quia oculis ſubiectæ ſpeciem non præſeferunt eius antiquitatis, quam præſeferre deberent à tempore Pontificatus eiuſdem ſan. mem. Ioannis XXII. citrà, qui in Beati Petri Cathedra ſedit anno 1318.

Eoque certiùs, quia pro iiſdem litteris non modo non adeſt fauorabilis obſeruan-
12 tia, quæ requiritur ad effectum tribuendi fidem ſcripturis informibus, vt tradit *Felin. in cap. ſicut ſub num* 23. *verſ. med. de ſent. & re Iudic. Gratian diſcept.* 268. *num.* 55. *Parex de edition. Inſtrum. tit.* 1. *reſol.* 3. §. 3. *num.* 56. *&* 130. *Rot. deciſ.* 224. *num* 22. *part.* 6. *recent.* Verùm imò obſeruantia prorsùs contraria, quia nimirum
13 annis 1441. 1485. & 1494. Parochialis in lite verſans ab Ordinario liberè collata fuit, & ab anno 1502. vſque in præſens ad præſentationem trium familiarum Malcondinæ, Griffæ, & Sancaſcianæ, cuiuſmodi collationes, & inſtitutiones vnioni repugnant iuxta conſilium *Federic. de ſen.* 200. *Rot. deciſ.* 406. *num* 4. *part.* 16. *deciſ.* 31. *num.* 10. *part.* 18. *deciſ.* 135. *nu.* 1. *coram Peuting. & in Pampilonen. Beneficij* 15. *Ianuarij* 1687. §. *Collationes coram me.*

Minùs probata fuit immemorabilis, ſeù centenaria deputationum Oeconomorum pro parte Religionis articulata ex viginti ſex Teſtibus nuper in vim Remiſſoriæ Rotalis examinatis, nam ex ijs tredecim videlicet 2. 3. 4 7. 9. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. Nihil omninò deponunt de immemorabili, ſeù centenaria, octo autem vi-
14 delicet primus 5. 6. 7. 10. 13. 15. 17. & 18. vel abſolutè carent ætate 54. annorum ad hunc effectum requiſita iuxtà *vulgat gloſſ. in cap.* 1. *verb. memoria de præſcription in* 6. *Rot. deciſ.* 196. *num.* 1. *ibique Adden litt. A. coram ſa. mem. Gregor. XV. & deciſ.* 370. *num.* 1. *coram Cardinali Celſo*,
15 vel ſaltèm carent, dempto (prout debet) tempore motæ litis, *Rota deciſ.* 205. *num.* 4. *&* 6. *& deciſ* 434. *num.* 12. *coram ſa. me. Gregor. XV. & deciſ.* 248 *ſub num.* 4. *part.* 2. *recent.* Et alij, & ſi aliquid deſuper aſſerant, deficiunt tamen in deponendo de viſu per 40. annos antè motam litem, quod
16 eſt vnum de principalibus requiſitis ad probandam immemorabilem, ſeù centenariam, *Mareſcott. var. reſolut. lib.* 2. *cap.* 100. *ſub num.* 9. *&* 10. *Rot. deciſ.* 431. *nu.* 1. *part.* 3. *& deciſ.* 153. *num.* 14. *& ſeqq. part.* 11. *recent.* Et quod plus eſt ex deductis pro parte Archiepiſcopi Immemorabilis, ſeù Centenaria ſit improbabilis, quia nempè conſtat de tribus Oeconomorum deputationibus Eccleſiæ, de qua agitur infrà centum annos peractis per Ar-

chiepiſcopos, de annis nimirùm 1599. 1633. & 1635.

Et hanc ipſam reſolutionem amplexi ſunt Domini, etiam quoad aliam Parochialem Eccleſiam SS. Hyppoliti, & Caſſiani, cuius vacatio contigit pendente lite, nàm recurrit eadem aſſiſtentia Iuris communis, necnon ſpecialis Sac. Concilij Tridentini fauore Archiepiſcopi; Nèc pariformitèr exaduerſo regere valet immemorabilis, ſeù centenaria, quoniam Teſtibus fuit ſuperiùs abundè reſponſum, & ſcripturæ peculiaritèr in hac parte Religioni fauentes non ſunt attendendæ, quià incipiunt ab anno 1625. & ſic longè infrà
17 centum annos exiſtunt. Maximè ſtante Decreto irritante in litteris confirmatorijs Sac. Concilij Tridentini contento, quod ineſſe cenſetur cuilibet eius Capitu-
18 lo *Gonzal ad re Cancell. gloſſ.* 15. *num.* 37. *Rot. deciſ.* 206. *num.* 3. *coram Peutinger.* Tollitque quamcumque contrariam quaſi poſſeſſionem, & obſeruantiam ad *Text. in cap. ſi eo tempore de elect. in* 6. *Rot. deciſ.* 139. *num.* 14. *&* 15. *coram ſa. me. Alexandro VIII. & in Colonien. Iuriſdictionis* 17. *Aprilis* 1679. §. *Nec ſuffragari, &* 29. *Martij* 1680. §. *Cum enim Sac. Conc. coram bo. me. Albergato.*

Poſtremò non ſuffragatur ſcriptura quædam aſſ. Concordiæ per Religionem initæ cum clar. mem. Cardinali de Ilcio Archiepiſcopo Anteceſſore, ſiuè quia non eſt concordia, ſed ſimplex tractatus, ſiuè
19 quia caret Beneplacito Apoſtolico, quod cum iuſta Cauſa requiritur ad effectum tranſigendi ſupèr Iuribus Eccleſiæ *Clem* 1. *de reb. Eccleſ. non alienan. Extrauag. ambitioſa eodem tit. Can. ſine exceptione* 12. *quæſt.* 2. *Couarru. var. reſolut. lib.* 2. *cap* 17. *num.* 2 *Rot. deciſ.* 250. *num.* 1. *& per tot. coram Duran.* & in terminis Concordiæ ſuper Iuriſdictione celebratæ inter Epiſcopum Herbipolen. & Abbatem Fuldæ, nouiſſimè dictum fuit in *Herbipolen. Reſciſsionis Concordiæ* 4. *Februarij* 1692. §. *Moti, &* 22. *Iunij proximè tranſacti* §. *Certum coram me.*

Et ita deciſum fuit altera tantùm &c.

EADEM CORAM EODEM.

Super Attentatis, & Manutentione.

Ven. prima Iulij 1695.

Laborante in extremis Dominico Nepetino Rectore Parochialis Eccleſiæ S. Euphraſiæ, Reuerendiſs. Archiepiſcopus die 6. Martij 1691. deputauit illi quouſque viueret, ac poſt eius obitum, ipſius Eccleſiæ, & Populo in Oeconomum, ſeù Vicarium Alexandrum Tamburinum, qui eadem die poſſeſſionem Oeconomatus apprehendit, quòad ipſum Rectorem, præbendo illi Sacramentum extremæ Vnctionis, explendoque Commendationem ipſius Animæ, ac poſt eius obitum eademmet die circà horam ſecundam noctis ſecutum die 10. eiuſdem, quòad ipſam Eccleſiam, & Populum exhibendo nonnullis infirmis in Parochia commorantibus Sacramentum Pœnitentiæ. Contendens autem Sac. Religio Equitum Diui Stephani Papæ, & Martyris, deputationem Oeconomi præfatæ Parochialis Eccleſiæ pro tempore vacanti faciendam ad ſemetipſam ſpectare, ad id muneris nominauit Io. de Baleſtris, qui cum ad eius exercicitium admiſſus non fuerit per Archiepiſcopum, ab huiuſmodi non admiſſione appellauit ad Reuerendiſſimum Nuntium Apoſtolicum Florentiæ reſidentem, & ab eo obtinuit conſuetas litteras Inhibitoriales vigore appellationis, tàm Oeconomo per Archiepiſcopum deputato, quàm Promotori Fiſcali Sedis Archiepiſcopalis perſonalitèr præſentatas, ac ſucceſſiuè Decretum reuocationis quorumcumq; actuũ poſt præſentationem huiuſmodi geſtorum per Oeconomum Archiepiſcopi ex capite Attentatorum, vnà cum condemnatione in pœnis in eiſdem Inhibitionibus contentis, & in expenſis; A quo delata Cauſa ad Curiam, eaque per SS. D. N. commiſſa Sac. Congregationi Concilij definienda cum Voto Rotæ, dedi inter cætera dubium die 23. Iunij 1692. An conſtet de Attentatis? Super quo nulla tùnc per Dominos capta fuit reſolutio ob conceſſam Religioni Remiſſoriam per ipſam ſupèr meritis petitam. Hinc cùm ab humanis exceſſerit Io. per Religionem Oeconomus deputatus, & illius hæredes ob intereſſe

Digitized by Google

reſſe pecuniarum verſans in effectibus, ſeù ſequelis reuocationis Attentatorum admitti petierint ad proſequendam inſtantiam deſupèr cæptam per eorum Auctorem, ac interim ſuperuenerit vacatio alterius Parochialis Eccleſiæ SS. Hyppoliti, & Caſſiani, viſum fuit DD. dandum alterum Dubium, An, & cui ſit, vel fuerit danda manutentio tàm reſpectu Eccleſiæ S. Euphraſiæ, quam Eccleſiæ SS. Hyppoliti, & Caſſiani: Quo vnà cum alio, de quo ſupra, vnitim hodiè per me propoſito, reſponſum fuit non conſtare de Attentatis, & eſſe, vel fuiſſe tàm reſpectu Eccleſiæ Sanctæ Euphraſiæ, quàm etiam reſpectu Eccleſiæ SS. Hyppoliti, & Caſſiani manutentionem dandam Oeconomo deputato per Archiepiſcopum.

Non conſtat ſiquidem de Attentatis, tùm quia Oeconomus Archiepiſcopi in
20 poſſeſſione Oeconomatus reperiebatur, antequàm ipſi præſentarentur Inhibitoriæ Nuntij, & ſic potuit in ea continuare citrà vitium Attentatorum, nam qui continuat non attentat. *Gloſſ. in cap. non ſolum §. Illa verò verb. reducendum de appell.*
21 *in 6. Surd. conſ. 160. num. 40. Rot. dec. 365. num. 1. coram Coccin. & deciſ. 10. num. 1. coram Merlin.* Maximè quia continuauit per viam priuatæ facultatis, non autem mediante aliquo facto Iudicis *Rot. deciſ. 615. ſub num. 3. verſ. vltrà quod coram Caualer. deciſ. 22. num. 5. coram Priol. & dec. 343. num. 5. part 4. recent.* Tùm etiam
22 quia ab huiuſmodi deputatione Oeconomi Eccleſiæ Parochiali vacanti ob periculum ſalutis Animarum, non datur appellatio ſuſpenſiua *Ricc. in prax. for. Eccleſ. part. 1. tit. Praxis Epiſcoporum reſol. 495. num. 3. Barboſ. de Offic. & poteſt Epiſc. alleg. 60. nu. 1. in fin. part. 3. Caſtropal. oper. mor. tom. 2. tract. 13. diſput. 3. punct 2. § primo num 4.* Tum demùm quia in omnem caſum attentauerunt etiam Oeconomi Religionis immiſcendo ſeſe actibus Oeconomatus Ec-
23 cleſiæ poſt expeditas Inhibitorias Nuntij: Inhibitio enim manus ligat, nedùm inhibiti, verum etiam impetrantis *Rot deciſ. 39. num. 3. coram Arguell. & deciſ. 12. ſub num. 1. coram Bich.* Vndè petere nequit
24 attentata reuocari, in quæ, & ipſe incidit, *Rot. deciſ. 91. num. 5. coram Merlin.*

Danda quoque eſt, vel fuit manutentio Oeconomo Archiepiſcopi tàm reſpectu Eccleſiæ S. Euphraſiæ, quàm etiàm reſpectu Eccleſiæ SS. Hyppoliti, & Caſſiani, nam quoad Eccleſiam S. Euphraſiæ poſſeſſio Oeconomi Archiepiſcopi eſt anterior, ac titulata, vt ex Deciſione ſuper bono Iure emanata, & ſic ex vtroque
25 capite manutenenda, vt de poſſeſſione anteriori. *Poſth. de manut. obſer. 71. num. 1. & ſeqq Rot. deciſ. 223. num. 19. & deciſ. 401. num. 1. part. 19. recent. & de poſſeſſione titulata idem Poſth. de manut. obſer. 71. num. 105. & plur. ſeqq.* Et quoad aliam SS. Hyppoliti, & Caſſiani ſufficit, quod conſtet de poſſeſſione, nam per Decretum irritans contentum in Bulla confirmatoria Sac. Conc. Trident. tribuentis Epiſcopis ius deputandi Vicarios, ſeù Oeconomos Parochialibus vacantibus infecta, & irrita remanſiſſet quæcumque forsàn contraria poſſeſſio deduci poſſet per Oeconomum Religionis iuxtà notam virtutem, &
26 efficaciam Decreti irritantis, vt per *Text. in cap ſi eo tempore de elect. in 6. Gabr. de clauſ. concl 3. num. 56. Rot. deciſ. 149. nu. 2. part. 2 & diu & deciſ. 312. num. 39. part. 4. recent.* & per conſequens nullo pacto manutenibilis *Lotter. de re benefic. lib. 2. quaſt 46. num. 63. 64. & 70. Viuian. de Iurepatron. part. 2. lib. 13. cap. 8. num. 172. Rota poſt ipſum deciſ. 86. num. 41.*

Et ita &c. altera tantùm &c.

EADEM CORAM EODEM.

Super Iure, & Poſſeſſione deputandi Oeconomos.

Lun. 12. Decembris 1695.

POſtulante Sac. Religione Ordinis Militaris Diui Stephani Papæ, & Martyris, iterùm audiri aduersùs Deciſionem editam in petitorio coram me prima Julij proximè præteriti, informante ſolùm Reuerendiſſimo Archiepiſcopo, vnàque cum dubio boni Iuris diſputati etiàm alterum in Summariſſimo Poſſeſſorio manutentionis ſuper quaſi poſſeſſione deputandi Oeconomos in Eccleſiæ S. Euphraſiæ, ac SS Hyppoliti, & Caſſiani, placuit Dominis eius Votis benignè annuere, ſubſcriptoque à me nouo dubio, vtrumque complectente, reſponſum fuit hodiè: ſtandum in Deciſis, & concedendam eſſe manutentionem Archiepiſcopo.

Con-

Conſtitit enim de illius bono Iure, nedùm ex clara diſpoſitione *Text. in cap. cum vos de Offic. Ordin. vbi Oſtien. ſub num. 2. verſ. idem tamen Iuris, & num. 5. Butr. nu. 7. Fagnan num. 1. & 9.* Verùm etiam ex
27 diſpoſitione Sac. Conc. Trident. *ſeſſ. 24. de Reformat. cap. 18.* litteralitèr loquente de Parochialibus etiam quomodolibet affectis, ſeù reſeruatis, non obſtante quocumque priuilegio, exemptione, vel indulto etiam ad fauorem S. R. E. Cardinalium, ſiuè Eccleſiæ vacent in menſe Apoſtolico, ſiuè ſint de Iurepatronatus Laicorum, proùt vltrà relatos in præterita Deciſione latè expendunt *Ventrigl. in prax. for. Eccl. part. 1. annot. 20. §. 2. ſub nu. 15. Germon. de indult Car. §. Quibuſuis ſub nu. 15. cum ſeqq. Pignatell. conſul. canon. lib. 7. conſult 8. num. 16.*

Nec iterùm obſtare viſa fuit vnio Eccleſiarum, dè quibus agitur facta Religioni vti iuſtificari contenditur ex Bulla ſan. me. Alexandri III. contenta in altera ſa. me. Ioannis XXII. cuius ſumptum nuper extractum fuit ex regiſtro originali exiſtente in Archiuio Vaticano, quia quid-
28 quid ſit de identitate Eccleſiarum enunciatarum in dd. Bullis, cum alijs modo controuerſis, ac ſignantèr Eccleſiæ S. Euphraſiæ, quæ dicitur extitiſſe de tempore fundationis Abbatiæ S. Sauini erectæ ſub Carolo Rege Longobardorum *Summ. Religionis num. primo in princ.* quorum imperium deſijt in Italia circà tempora Adriani primi Summi Pontificis, & Caroli Magni Imperatoris anno ſalutis 770. vt refert *Anonymus in Faſciculo temporum fol. 47. & habetur in Epitome Regum Galliæ impreſſ. Lugdun. 1546. in Vita Caroli Magni fol. 68.* Cum altera ſub titulo pariter S. Euphraſiæ fundata anno 1124. per Card. Chryſogonum de Malcondinis, vt inquit *Troncius in Hyſtor. Piſ. fol. 58. verb. Chryſogono Malcondini*, & adnotatum legitur in libris
29 Eccleſiæ compulſatis per Religionem, & an diſpoſitio Sac. Conc. locum ſibi vindicet etiam quoad Parochiales vnitas, proùt de mente Sac. Congregationis Eminentiſſimorum Dominorum ipſius Interpretum tuetur *Aldan. in Compend. Can. reſolut. lib 2. tit. 5. num. 5.* vbide Eccleſijs vnitis Religioni Hieroſolymitanæ.

Domini animaduerterunt non vrgere obiectum, ex eo quod, ſi quæ forſan ex dd. Bullis probata dici poſſet Vnio Religioni, ea non probatur ſubiectiua, & extinctiua tituli, cuius natura eſt omninò
30 tollere tàm eſſentiam, quàm nomen, & titulum Eccleſiæ vnitæ, eamque reddere membrum, & prædium alterius, cui facta fuit Vnio ad notata per *Conzal. ad regul. 8. gloſſ. 5. §. 7. num. 2. Garz. de Benefic par. 12. cap. 2. & ſeqq. Adden. ad Gregor. deciſ 112. num. 5. & dixit Rota in Tarraconen. Prioratus 16. Februarij 1674. §. Nec in contrarium coram me*, ſed ſolùm annexiua fructuum, retento themate antiqui Iuriſpatronatus, vt plenè conſtat ex prouiſionibus in titulum de Rectoribus perpetuis, atque ex collationibus annorum 1441. 1485. & 1494. per Ordinarium expletis Iure deuoluto, totidemque præſentationibus factis per illos de Malcondinis hæredes fundatoris, & ſucceſſiuè per Griffos, & Sancaſcianos eorum Donatarios, nihil enim ma-
31 gis repugnat Vnioni extinctiuæ, quam collatio ad firmata per *Rot. deciſ. 77. num. 4. & deciſ. 112. num. primo coram Gregor. deciſ. 179. num. 4. coram Alexand VIII. & in dicta Tarraconen. Prioratus 16. Februarij 1674. §. Nec in contrarium coram me.*

Nec ſubſiſtit replicatio, quod inſtitutiones peractæ fuerint ab Ordinario ex falſo ſuppoſito pertinentiæ Iuriſpatronatus ad Griffos, & Sancaſcianos, cui poſtmodum Griffi ſolemnitèr renunciarunt in tranſactione innita anno 1568. addita ratione, quod Eccleſia S. Euphraſiæ ſpecta-
32 bat ad Monaſterium S. Sauini vnitum Religioni *Summ. eiuſdem num. 5.* quoniam ex narratiua ipſius tranſactionis deſtruitur prætenſa vnio extinctiua Tituli, aliaque adſtruitur annexiua ſolorum fructuum ex eo, quod exprimitur Monaſterium fuiſſe Patronum dictarum Eccleſiarum, iiſque vacantibus conſueuiſſe præſentare Rectores, quod de directo pugnat cum vnione extinctiua Tituli, in qua nec Eccleſiæ prouidentur de Rectore, nec datur vacatio ad *notat. per Rot. d. deciſ. 77. num. 4. coram ſa. me. Gregor. XV.*

Minùs enim vrget immemorabilis, ſeù centenaria quaſi poſſeſſio Iuris deputandi Oeconomos adducta per Informantes pro Religione, quia ex viginti ſex Teſtibus ad eam probandam examinatis, eorum aliqui, nihil omninò de illa deponunt, alij verò carent ætate 54. annorum requiſita

per

Digitized by Google

per *Gloſſ. in cap. primo verb. memor. de præ-
ſcript. in 6.* ſubducto præſertim tempore
motæ litis, vt fieri debet ad *tradit. per Rot.
deciſ.205. num.4. & 6. & deciſ.434. nu. 12.
coràm ſa. me. Gregor. XV.* nec referunt quoad
Eccleſiam S. Euphraſiæ vllos actus parti-
cularium deputationum factarum à Reli-
gione per integrum ſpatium 40. annorum;
Et quod plus eſt conuincuntur mendaces
ex tribus deputationibus annorum 1599.
33 1633. & 1635. allegatis pro Archiepiſ-
copo, ex quibus ea redditur improbabilis
pro Religione, ad cuius excluſionem, vni-
cus etiam actus ſufficeret ad *not. per Rot.
deciſ. 24. num. 34. & ſeqq. part. 10. recent.*
34 Imò etiam rumor in cõtrarium ex *adduct.
per Mareſcott. var. reſolut. lib. 2. cap. 190.
num. 10. Gratian. diſcept. 918. num. 39. Rot.
deciſ. 159. num. 6. cum ſeqq. coràm Alex. VIII.
deciſ. 153. num. 17. par. 11. recen. & in Tar-
raconen. Iuriſdictionis 19. Iunij 1673. §. Eo-
que faciliùs coràm me.*

Non obſtat, quod ex Inſtrumentis de-
putationum non conſtet, Oeconomos de-
putatos fuiſſe per Archiepiſcopum, quia
quod illi deputati fuerint ab eo, ſatis pa-
tet ex hoc ipſo, quod deputationes regi-
ſtratæ fuerint in actis Curiæ Archiepiſco-
palis, neque vlla in contrarium datur pro-
batio, quod fuerint deputati per Religio-
nem, ex cuius libris nulla per eam oſten-
35 ditur facta deputatio, & ſignantèr vbi
(prout hic) Iuris aſſiſtentia fauens Ordi-
nario, reſiſtit Ordini Militari compoſito
ex Vxoratis, & Bigamis, qui ſolùm im-
propriè dicuntur Religioſi ad *tradit. per
Rot. coràm Seraph. deciſ. 587. num. 1.*

Proùt nec etiam ſuffragatur, quod In-
ſtrumenta deputationum non probent tan-
quàm extracta ſinè citatione Partis, & cõ-
pulſoria Rotali, quoniam obiectum ceſſat
in facto, ex quo conſtat, quod deputatio
ann. 1599. compulſata fuit ab ipſa Reli-
gione, vt legitur in Proceſſu compulſoria-
li fol. 1250. aliæ verò annorum 1633. &
1635. extractæ fuerunt ex libris Eccleſiæ
36 ab eadem Religione tranſportatis ad Vr-
bem, neque ſubſiſtit in Iure, vbi (prout
hic) extractio facta fuit ab Archiuio pu-
blico, *Adden. ad Pamphil. deciſ. 102. ſub
num. 10. Bich. deciſ. 194. num. 4. & in re-*
37 *cent. deciſ. 172. num. 21. par. 17.* quale pro-
culdubio eſt Archiuium Epiſcopi *ex ad-
duct. per Adden. ad Buratt. deciſ. 667. nu. 15.
ad Pamphil. d. deciſ. 102. ſub num. 11. Rot.
deciſ. 246. num. 17. coram Bich.*

Atque ex his non releuant actus in con-
trarium cumulati prò Religione, non qui-
dem deputationes Oeconomorum quoad
Eccleſiam SS. Hyppoliti, & Caſſiani, quo-
niam illæ incipiunt ſolùm ab anno 1625.
ideoque ex ijs adſtrui nõ valet aſſerta cen-
tenaria, ſiuè immemorabilis per eam præ-
tenſa, minùs etiam alij quoad Eccleſiam
S. Euphraſiæ, quia plures relati in *Summar.*
38 *num. 10. ad 21.* reſpiciunt ſolùm exerci-
tium Iuriſdictionis per modum emendatio-
nis, & mulctæ aduersùs Subditos delin-
quentes; Geminæ verò deputationes Oe-
conomorum, quæ referuntur expletæ ann.
1583. & 1659. peractæ fuerunt de tem-
pore, quo Eccleſia reperiebatur prouiſa
de Rectore, vti iuſtificatum fuit in facto,
& conſequentèr etiam ex illis nulla reſul-
tat quaſi poſſeſſio Iuris deputandi, quoad
Eccleſias vacantes ad *tradit. per Rot. de-
ciſ. 290. à num. 1. & per tot. part. 7. recent.*
& quod plus eſt, ſecunda peracta fuit ab-
ſente cla. me. Card. de Ilcio Archiepiſco-
po, tunc munus Apoſtolici Nuntij obeun-
te apud Sac. Cæſaream Maieſtatem, quæ
39 proptereà non præiudicat, præſertim non
probata illius ſcientia, & acquieſcentia ex-
plicita, & indubitata *ad Text. in l. de his ff.
de tranſact. Rota deciſ. 889. n. 1. & ſeqq. co-
ràm Buratt. & in Meleuitana Fideicommiſſo-
rum 5. Iunij 1671. §. Non ſubſiſtit coràm me.*

Neque in contrarium quidquam pro-
deſt tractatus, ſiuè ſcriptura concordiæ in-
tèr Archiepiſcopum, & Religionem ineun-
dæ anno 1641. vbi aſſeritur, hanc exiſte-
re in quaſi poſſeſſione Iuris deputandi Oe-
conomos ad Eccleſias vacantes, quia ſcri-
ptura, ſiuè tractatus non fuit ſubſcriptus
per Archiepiſcopum, neque per eum ac-
cepatus, ſed fuit ſimplex propoſitio tran-
ſactionis facta per Cõſilium Religionis ad
dirimendas controuerſias tunc etiam vi-
gentes, nec probat enunciata, tametſi re-
40 poſita fuerit in Archiuio, quod non dat
robur ſcripturis informibus ad *tradit. per
Rotam deciſ. 41. per tot. par. 1. coràm Caputa-
quen. deciſ. 1867. num. 7. & ſeqq. coràm Coc-
cin. & deciſ. 453. num. 3. par. 18. recent.*

Conſtito autem ex premiſſis de bono
Iure Archiepiſcopi, ipſi quoque conce-
41 denda viſa fuit manutentio, ad quem ef-
fectum ſufficeret ſola Iuris aſſiſtentia abſ-
que

que vlteriori probatione poſſeſſionis ad *Text. in cap. cum perſona de priuileg. in 6. Rota decif.* 306. *part.* 1. *& decif.* 201. *part* 2. *coràm Caputaquen. decif.* 145. *num.* 6. *part.* 2. *diuerſ. & decif.* 655. *ſub num.* 2. *& per tot.*
42 *part.* 3 *recent.* Non obſtante contraria poſſeſſione Religionis, & natura ſummarijſſimi Iudicij manutentionis, quoniam poſſeſſio redditur turbida ex ſuperiùs deductis, & poſſeſſorium abſorbetur à petitorio ad *firm. per Rotam decif.* 167. *ſub num.* 9. *&* 10. *part* 2. *diuerſ. & decif.* 198. *num.* 6.
43 *coràm Dunozet. Iun.* accedente præſertim clauſula *ſublata, & decreto irritanti.* contentis in Bulla confirmatoria Sac. Concilij, quæ inficiunt quemcumque titulum, & contrariam obſeruantiam ad *Text. in cap. ſi eo tempore de elect. in* 6. *& not. per Lotter. de re benefic. lib* 2 *quaſt.* 46. *num.* 63. 64. *&* 70. *Vinian. de Iurepatron. part* 2. *lib.* 13. *cap.* 8. *num.* 172. *Rot decif.* 306. *num.* 2. *& ſeqq. coràm Peuting. & decif.* 139. *num.* 14. *&* 15. *coràm ſa. me. Alexandro VIII.*

Denique, nec officit, quod manuten-
44 tio detur poſſidenti etiam aduersùs clauſulam *ſublata, & decretum irritans* quouſque doceatur intrare clauſulam, & decretum, quia excluſis vnione extinctiua, atque immemorabili, hic iuſtificatum remanet illa intrare ex adductis per *Rot. decif.* 124 *num.* 3 *coràm bo. me. Coccino.*

Et ita &c. vtraque &c.

EADEM CORAM EODEM.

Super Attentatis, & Manutentione.

Luna 12. *Decembris* 1695.

IN ſequelam Deciſionis hodie paritèr editæ coram me ſuper bono Iure, & manutentione Reuerendiſsimi Archiepiſcopi in quaſi poſſeſſione deputandi Oeconomos Eccleſijs Parochialibus S. Euphraſiæ, ac SS. Hyppoliti, & Caſſiani aduersùs Sac. Religionem D. Stephani Papæ, & Martyris ſibimetipſi illud aſſerere contendentis, viſum quoque fuit Dominis ſtandum in deciſis die prima Iulij proximè præteriti ſuper attentatis, & manutentione Oeconomorum ab eodem deputatorum aduersùs alios deputatos à Religione.

Non enim ſubſiſtere viſa fuerunt attentata, per eam prætenſa ob exercitium Oeconomatus peractum ab Alexandro de Tamburinis Oeconomo Archiepiſcopi quoad Eccleſiam S. Euphraſiæ, poſtquam illi die 12. Martij 1691. perſonalitèr præſentata fuerat inhibitio Reuerendiſs. Nuncij Apoſt. Florentiæ reſidentis ad inſtantiam Io. de Baleſtris Oeconomi Religionis; Quia de tempore præſentatæ inhibitionis Alexander reperiebatur in pacifica poſſeſſione Oeconomatus, quam præcedentèr adeptus fuerat ſub die 6. eiuſdem menſis, præbendo Sacramentum extremæ Vnctionis Dominico Nepetino Parocho ipſiuſmet Eccleſiæ in extremis laboranti, & ſucceſſiuè poſt eius obitum ſequutum circà primam horam noctis tumulando illius Cadauer, aliiſque infirmis in
45 Parochia degentibus adminiſtrando Sacramentum Pœnitentiæ, ideòque continuando eius poſſeſſionem non dicitur attentaſſe iuxtà vulgatam regulam, qui continuat non attentat, de qua *gloſſ. in cap. nō ſolum* §. *Illa verò verbo reducendum de appellationib. in* 6. *Surd. conſ.* 160. *num.* 40. *Rot. decif.* 14. *num.* 13. *coram Celſ. decif.* 3. *nu.* 6. *&* 17. *& decif.* 384. *num.* 83. *coram Bich.*

Nèc obſtat, quod regula iſta nō procedat quando poſſeſſio redditur turbida, & nulla, qualis in hoc caſu reddi prætendebatur poſſeſſio Alexandri, ex anteriori poſſeſſione Antonij de Carlinis Oeconomi Religionis, qui ſequuto obitu Dominici ſtatim illam dicebatur appræhendiſſe, conficiendo Inuentarium Bonorum Eccleſiæ, eiuſque claues immutando, quodque nec minùs locum habere poterat, vbi, vt hic, inhibitio reſpiciebat ipſummet exercitiū Oeconomatus. Quia poſſeſſio Antonij nō probatur anterior poſſeſſione Alexandri, qui (vti præmiſſum eſt) illam adeptus fuerat viuente adhùc Dominico, eidem adminiſtrando Sacramentū extremæ Vnctionis, explendoque commendationem ipſius animæ. Nec probata releuaret, tanquam capta à perſona inhabili ad exercitium curæ animarum, vt recognouit ipſamet Religio, quæ ſub die 12. eiuſdem menſis in eius locum ſubrogauit Ioan. de Baleſtris; inhibitio verò per ipſum obtenta expedita fuit vigore appellationis ab eo interpoſitæ aduersùs denegatam ſibimetipſi admiſſionem ad poſſeſſionem Oeconomatus, & non inficit præcedentem alterius poſſeſſionem, aduersùs quam non ad-

admittitur appellatio ſuſpenſiua. Nō ſub-
46 ſiſtente, quod ſaltem admittatur à gra-
uaminibus ei illatis per Archiepiſcopum,
quia nèc ab iſtis admittitur huiuſmodi ap-
pellatio propter imminens periculum ſa-
lutis animarum ad *tradit. per Ricc in prax.
for. Eccleſ. par.* 1. *tit praxis Epiſc. reſol.*495.
num. 3. *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. alle-
gat.* 60. *num.* 1. *in fin part.*3 *Caſtropal. oper.
moral. tom.*2. *tract.*13. *diſput.*3. *punct.*2. §.1.
*num.*4. Eoque minus (vbi prout hic) per
Sac. Congregationem Concilij circum-
ſcripta fuerunt omnia acta coràm Nun-
cio Apoſtolico, ex hoc enim magis firma
remanſit poſſeſſio Alexandri, ac ſi nun-
quàm aduerſùs ipſum expedita fuiſſet in-
hibitio.

Atque ex his etiam Domini cenſuerunt
concedendam eſſe manutentionem Oeco-
nomis deputatis ab Archiepiſcopo quoad
47 vtramque Parochiam. Quò enim ad illam
S. Euphraſiæ Oeconomus Archiepiſcopi
docet, vt ſupra de anteriori ipſius poſſeſ-
ſione, propterquàm illi concedenda venit
manutentio ad *Text. in cap. licet cauſam* 9.
de probat. Poſth. de manut. obſeru 71. *num.*1.
& ſeqq. Rot. deciſ 223. *nu* 19. *& deciſ.*401.
num. 1. *part.* 19. *recen.* Accedente præſer-
48 tim titulo boni Iuris ex adductis in altera
deciſ. hodiè paritèr à me deſupèr extenſa
Poſth. de manut. d. obſeru. 71. *num.* 42. 105.
& 117. *Rot deciſ.* 150. *num* 21. *par.* 16. *&
deciſ.*240. *num.* 6. *part* 19. *recen.* Quò verò
ad aliam SS. Hyppoliti, & Caſſiani, con-
ſtat quoque de illius poſſeſſione non ob-
ſtante contraria poſſeſſione adepta per Oe-
49 conomum Religionis, quoniam iſta re-
manſit irrita, & inanis ob reſiſtentiam
Sac. Conc. quod eam vitiat, redditque
non manutenibilem iuxtà notam virtutem
decreti irritantis appoſiti in Bulla eius cō-
firmatoria, *& not. per Lotther. de re benef.
lib.*2. *quæſt.*46. *num.* 63. 64. *&* 70. *Ven. de
inrepatr. par.*2. *lib.*13. *cap.* 8. *num* 172. *Rot.
deciſ.* 206. *num.*2. *& ſeq. coram Pentinger.
& deciſ.* 139. *num.* 14. *&* 15. *coram ſa. me.
Alexandro VIII.*

Et ità &c. Vtraque &c.

R. P. D. RONDININO.

Baren. Iuriſdictionis.

Lunæ 12. *Maij* 1688.

PLuribus in hac antiqua Cauſa habitis
diſputationibus tàm ſupèr manutentio-
ne coràm Coccino, qui poſt plures deci-
ſiones intèr eius impreſſas 448. 471. 506.
513. 716. & 919 conceſſit mandatum de
manutenendo Reuerendiſſimo Archiepiſ-
copo Baren., quam ſuper attentatis coram
bo. me. Priolo, & Pauluccio, aſſumpta
tandèm de mandato Rotæ cognitione boni
Iuris reſponſum fuit ſub die 19. Ianuarij
1682. cōſtare de bono Iure vtriuſque Par-
tis ad formam deciſionum Coccini, nimi-
rum de bono Iure Archiepiſcopi Baren.,
quoad exercitium omnimodæ Iuriſdictio-
nis ordinariæ in Terra Aquæuiuæ vti exi-
ſtentis in illius Diæceſi, & de bono Iure
Archipresbyteri *quoad actus particulares Iu-
riſdictionis expreſſos in duabus antiquis ſen-
tentijs* Andreæ nempè Epiſcopi Baren. de
anno 1221. & Iacobi Epiſcopi Vigilien.
de anno 1452. acquieſcente huic reſolu-
tioni Archipræsbytero, obtinuit Archie-
piſcopus nouam Audientiam, & repropo-
ſita Cauſa coràm me in locum bo. mem.
Paulucij ſuffecto DD. cenſuerunt ſtandū
eſſe in deciſis iuxtà modum inferius expri-
mendum.

Quo enim ad exercitium omnimodæ Iu-
riſdictionis Epiſcopalis in Terra, Eccle-
ſijs, & toto Territorio Aquæuiuæ priua-
tiuè quoad Archipræsbyterum, nulla vi-
debatur adeſſe difficultas, quia Archipræſ-
byter non controuertit amplius ſituatio-
nem intra limites Diæceſ. Baren., quin-
imò quoad hoc poſitiuè acquieſcit; Ideo-
50 que de plano procedit fauore. Archie-
piſcopi tàm diſpoſitio Iuris communis
in Can. omnes Baſilicæ 16. *quæſt.* 7. *in cap.
cum Perſonæ de priuil. in* 6. quam Sac. Con-
cil. Trident. *ſeſſ.*7. *cap.*8. *& ſeſſ.*21. *cap. pa-
ritèr* 8. *de reformat.*

Iuriſdictio vero Archipræsbyteri in
Eccleſia Sancti Euſtachij, quoad Benefi-
ciorum Collationem, cognitionem Cau-
ſarum inter Clericos, ſeu laicos prædictæ
Eccleſiæ inſeruientes, & quoad alios par-
ticulares recenſitos in ſententia Vigilien.,
& per extenſum relata penès *Coccin. in-*

tertia huius cauſa deciſione intèr eius impreſſas
la 513. concludenter iuſtificari viſa eſt per
ſententiam prædictam, quæ lata fuit in
rem iudicatam ad regulam *Tex. in l. inge-*
nuum ff. de ſtatu hominum l. res indicata 208.
ff. de regulis Iuris.

Non obſtat, quod in facto non veriſfi-
cetur ſuppoſitum deciſionis, quod ſcilicet
Oppidum Aquæuiuæ fuerit olim Ciuitas,
& habuerit proprium Epiſcopum, qui in-
terfuerit Concilijs Romanis ſub Simma-
co Papa celebratis, & quod ſententia Epiſ-
copi Vigilien. non probet cùm non exbi-
beatur illius originale, vel ſaltem illius
copia in forma probanti, ſed ſimplex
51 ſumptum de ſecundo, vel tertio ſumpto
formitèr exactorum, quod nullam facit
probationem ad *Text. in cap. primo de fid.*
Inſtr. Auth ſi quis in aliquo C. de edend Rota
coram Coccin. deciſ. 466. *& deciſ.* 758 *coram*
Vbaldo deciſ. 884. *num.* 3. *coram Merlin de-*
ciſ. 3. *num.* 4. *&* 10. *& deciſ.* 595. *num.* 16.
& ſeq deciſ. 88 *num.* 1. *apud Tamburin. de*
Iur. Abb. tom 3. *latè in recen. deciſ.* 379 *la* 2.
num. 1 *& ſeq. par.* 13. *& deciſ.* 619. *num.* 10.
par. 18. attenta præſertim illius extractio-
52 ne facta per Vicarium eiuſdem Archi-
præsbyteri facientem, vnam Perſonam,
& vnum Tribunal nulla præuia citatione
exequuta contra Archiepiſcopum Baren.
vel eius Procuratorem *Ridolphin. in prax.*
par. 1. *cap* 12. *nu.* 22. *Rota deciſ* 32. *nu.* 11.
coràm Dunoz deciſ. 71. *num.* 3. *& deciſ.* 2 2.
coràm Greg. dicta deciſ. 88. *nu.* 4 *apud Tam-*
burin de Iure Abb. tom. 3. *& in Tarraconen.*
Prioratus 16. *Iunij* 1674. §. *licet enim coram*
Reuerendiſſimo D. meo Decano, & quidem in
53 Archiuio ipſiuſmet Eccleſiæ Aquæuiuæ,
quæ cum ſit inferior ipſius Archiuium nul-
lam fidem facit aduerſus Archiepiſcopũ,
aliosque non ſubditos *Rot deciſ.* 34. *coram*
Millin. d. deciſ. 88. *num.* 2. *apud Tambur.*
de Iur. Abb. tom 3. *deciſ.* 182. *num.* 2. *par.* 2.
diuerſ. coràm Seraphin. deciſ 642. *num.* 1 *co-*
ràm Bichio deciſ. 246. *num.* 18. *& ſeq. & in*
recent. d. deciſ 379. *la ſeconda num.* 7. *cum*
ſeqq part. 13. *deciſ.* 473 *n.* 1. *& ſeq. par* 18.
tom. 2. *& in Leodien. Iuriſdictionis ſuper bono*
Iure 9. *Decembris* 1682. §. *nec fidem cum ſe-*
quenti coràm bo me Albergato.

Etenim omiſſa quæſtione, an præfatum
Oppidum Aquæuiuæ fuerit Ciuitas, & Se-
des Epiſcopalis, vt videtur adduci ex ad-
54 ductis in deciſione, & ſe ſuſpicari ait *Vghel-*
lius in Italia Sac. Tom. 7. *par* 835. vel potiùs
Aquauiua Vrbs Epiſcopalis fuerit propè
Etruriam ſub Monte Soracte in Via Fla-
minia inter Arianum, & Ciuitatem Ca-
ſtellanam, prout diſtinguendo Ciuitatem
Aquæuiuæ ab Aquauiua Vico in Campa-
nea prope Venatorem, & noſtra Aquà-
uiua Caſtro Apuliæ in Dioc. Baren. tra-
dunt *Carol. à Sancto Paulo in ſua Gerographi-*
ca pag. 561. §. 5. *Oſtell. in Theſaur. Geogra-*
phia edito anno 1682. *tom.* 1. *pag.* 78. in qua
diſputatione parum videbatur DD. im-
morandum tùm ob diuerſitatem Hiſtori-
corum vtriuſque allegatorũ, tùm quia Ar-
chipræsbyter non impugnet ſituationem
in Diæceſi Baren., admittatque ſe non
habere Territorium ſeparatum; exinde ſo-
lum reſultaret ſimplex præſumptio inter-
prætatiua fauorabilis Archipræsbytero
parum vrgens ad definitionem Cauſæ.

Non tamen videbatur in dubium reuo-
canda veritas ſententię Epiſcopi Vigilien.
55 quia non ſolum fuit inſerta in antiquo
proceſſu compulſoriali formiter compila-
to vigore litterarum Rotalium, & illius
tenor in ſubſtantialibus relatus *in deciſ.*
503. *coràm Coccin.* ac illius veritas, & le-
galitas agnita, & approbata in omnibus
deciſionibus hucuſque emanatis tam *coràm*
Coccin. quàm *bo. me. Priolo, & Paulucio*,
in quibus omnibus ſempèr reſolutum fuit
pro Archiepiſcopo, exceptis tamen con-
tentis in ſententia Vigilien.

Verùm etiam ad formam dd. Deciſio-
num Coccini fuit demandata expeditio
Cauſæ, & vſquè ſub die 10. Maij 1610.
ad inſtantiam Archiepiſcopi exequuta
citatio contra Archipræsbyterum ad vi-
dendum decerni, & relaxari manda-
tum de manutenendo in poſſeſſione, Iu-
riſdictionis Terræ, & Territorij Aquæ-
niuæ exceptis contentis in ſententia Vigi-
lien. *Summario Archipræsbyteri dato die* 27.
Iunij proximè præteriti num. 7. & ad illius
tenorem expeditum etiam mandatum,
quod per extenſum regiſtratum in alia
ſubſequuta deciſione ſuper attentatis ædi-
ta *coràm Priolo deciſ.* 240. *ſub principio*; ibi:
exceptis comprahenſis in ſententia Vigilien.
& vlterius concurrunt productio eiuſdem
ſententiæ de anno 1555. in Curia Archie-
piſcopali Baren. & ſententia Vicarij Gene-
ralis Archiepiſcopalis, in qua de ſequenti
anno 1556. fit mentio ſententiæ Vigilien-
ac

Digitized by Google

ac plures Teſtes, qui prædicto anno 1555. deponunt ſe originaliter vidiſſe eamdem ſententiam Vigilien. ita vt non poſſit hodie impugnari legalitas huiuſmodi ſententiæ ſuper qua fuit diù litigatum, & quæ fuit pluries à Collitigante acceptata, & à pluribus Iudicibus ſuppoſita approbata, & demandata exequutioni *Rot. coràm Coccino deciſ.* 958. *num.* 11. *& deciſ.* 2341. *num.* 24. *& recent. deciſ.* 172. *num.* 28. *part.* 17. præcipuè cum illius tenor fuerit per extenſus relatus in antiqua deciſione Coccini, quod Rota præcipitantèr facere non ſolet, ſed Iurium legitimitate maturè diſcuſſa; *vt tradit Eminentiſſimus Ottbobonus deciſ.* 108. *num.* 10. *&* 11.

Admiſſa ex his legalitate ſententiæ, quæ licet ſit ſumptum de ſumpto eſt tamèn adminiculata, & toties approbata in

56 Iudicio vt ei controuerti non poſſit plena fides. DD. exiſtimabant cõpetere quidem Archipresbytero Iuriſdictionem circa ea, quæ in ſententia comprehenduntur, & in hac parte confirmandam *deciſ. bo. me. Paulucci* non tamèn credebant poſſe Archipresbyterum ſe denominare Ordinarium prout videtur ſuppoſuiſſe *deciſ. in* §. *Augent autem ex Fagnan. in cap. poſt ceſſionem num.* 3. *de probat.*

Etenim quamuis Archipresbyter iure ſuo in Eccleſia Sancti Euſtachij quoad certos actus in ſententijs recenſitos iuriſdictionem exerceat: nihilominùs illi non competit denominatio, & intitulatio

57 Ordinarij, cum abſolutè Ordinarius intitulari non poſſit niſi Epiſcopus aùt Is, qui habet Territorium ſeparatum, & iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, non autèm alius inferior tametſi de conſuetudine, vel præſcriptione illi competant aliqui actus particulares ordinariæ iuriſdictionis ad *Text. in cap. ſi Papa per tot. & præſertim verſ. his enim de priuil. in* 6. *Gloſſ. in cap.* 3. *verbo loco cum de offic. Ordinarij in* 6. *Felin. in cap. poſt ceſſionem n.* 1. *de præſcript. Fagnan. in cap. cum contingat numer.* 23. *&* 26. *de for. compet. latè Lotter. de re benefic. lib.* 1. *quæſt.* 24. *numer.* 102. *& ſeqq.* & in hac eadem cauſa pluribus allegat *Rota coram Priola d. deciſ.* 340. *nu.* 5. *& rec. dec.* 69. *nu.* 12. *&* 15. *part.* 19. & nuper plenè diſcuſſo articulo iudicatum fuit *in Iunecacen. Iuriſdictionis coram R. P. D. Emerix.*

Eadem ratione videbatur reſtringendo iuriſdictionem ad limites ſupradictæ ſententiæ Vigilien. neque audien. Archipresbyterum petentem ſuperaddi iam deciſis, quod iuriſdictio illi in ſententia conceſſa extendatur ad omnes perſonas etiam laicas Eccleſiæ Sancti Euſtachij

58 ſubiectas; Quoniam ſententia loquitur de ſolis inſeruientibus Eccleſiæ, & proinde ſuffragari non poteſt niſi quoad illa, quæ ex neceſſariò Inſeruntur *Alex. conſ.* 84. *num.* 3 *Ancar. conſ.* 437. *in fine, & Rota in hac cauſa deciſ.* 448. *num.* 5. *&* 6. *coràm Coccin.* Et id etiam fuit illi expreſsè denegatum in omnibus deciſionibus reſtringentibus eius iuriſdictionem ad Clericos, & Beneficiatos eiuſdem Eccleſiæ inſeruientes.

Neq; facultas excommunicandi etiam laicos, de qua ſit mentio in ſententia ſuadet talem extenſionem, ſeù declarationem, etenim illa commodè referri poſſet ad laicos etiam eidem Eccleſiæ inſeruien-

59 tes, vel in ea delinquentes, aùt Archipresbyterum in ſua iuriſdictione impedientes abſque eo quod ſit facienda tam ampla interpretatio, quæ fære deſtrueret omnem iuriſdictionem Archiepiſcopi cum ratione curæ animarum omnes Incolæ ſint ſubiecti vnicæ Parochiæ Sancti Euſtachij, quod eſſet contra ſenſum Rotæ, quæ in omnibus deciſionibus ſempèr reſtrinxerit iuriſdictionem in Eccleſia, & in his, quæ Eccleſiam concernunt, & eſſet etiam contrà mentem ſententiæ Vigilienſis, in qua fundatur totum ius Archipresbyteri, vt benè per plures rationes ponderauit *Rota in dicta deciſ.* 448. *num.* 2. *& pluribus ſequentibus coram Coccino.*

Demùm voluerunt DD. declarari concluſionem, quæ videtur firmari in deciſio-

60 ne bon. mem. Paulucci §. *Et ideo* quod nempè titulus in iuriſdictionalibus deductus ex conſuetudine, vel præſcriptione ſit ſemper priuatiuus numquam autem cumulatiuus, quia ibidem allegata probant quidem titulum in iuriſdictionalibus acquiri poſſe etiam priuatiuè per conſuetudinem, & præſcriptionem, ſed non excludunt titulum cumulatiuum, qui in hac materia nunquàm acquiritur etiam mediante conſuetudine, vel præſcriptione iuxta notata per *Fagnan. in cap. auditis de præſcript.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. RONDININO

Firmana Iuriſdictionis.

Merc. 14. *Iunij* 1688.

AD formam trium mandatorum de manutenendo, quæ Rota cotàm bon. me. Lancelotto, & ſa. me. Innocentio X. conceſſit Capitulo, & Canonicis Metropolitanæ Eccleſiæ Firmi, in quaſi poſſeſſione conferendi, tàm Beneficia, olim ſpectantia ad Abbatiam S. Sabini, & Prioratus S. Mariæ ad Mare, & S. Petri Veteris, quàm etiàm Præbendas Clericatus Manſionarias, ſitas in Eccleſia Cathedrali; Hodie DD. reaſſumpta ad inſtantiam Eminentiſſimi Archiepiſcopi diſputatione in petitorio: Cenſuerunt conſtare de Bono Iure Capituli, quoad omnia Beneficia deſcripta in ijſdem mandatis.

Siquidèm reſpectu Beneficiorum, quæ ſpectant ad Eccleſiam Abbatialem S. Sabini, conſtat de illorum pertinentia ad præfatam Abbatiam ex antiqua conceſſione, facta vſq; de Anno 1154. ab Epiſcopo Balligano, per quàm in triginta duabus Eccleſijs ibidē expreſſis tribuitur Abbatibus pro tempore facultas collocandi, ſeu eligendi Sacerdotes, ipſoſque etiàm remouendi *Summ. Capituli num.* 7. necnon etiàm ex indultis, & priuilegijs Apoſtolicis, altero nempe ſa. me. Alexandri III. anno 1179. in quo Monaſterium S. Sabini ſub protectione Beati Petri ſuſpicitur cum facultate eligendi Clericos, & Sacerdotes in omnibus Eccleſijs à Monaſterio dependentibus, quæ ſingillatim enumerantur *d. Summ. num.* 8. Et altero ſa. me. Innocentij IV. Anno 1251. vbi Eccleſiæ, & cætera membra Abbatiæ ab omni poteſtate Iuriſdictione, ac dominio Epiſcopi Firmani, & quorumlibet aliorum eximuntur, & perpetuò liberantur, & immediatè ſoli dumtaxàt Romano Pontifici ſubijciuntur addita prohibitione Epiſcopis in dd. Eccleſijs Cappellanos, ſeu Vicarios eligendi, aut inſtituendi *Summ. num.* 9.

Reſpectu verò Eccleſiarum, & Beneficiorum dependentium à Prioratibus S. Petri Veteris, & S. Mariæ ad Mare iuſtificatur pariter illorum pertinentia per Bullas Pontificias tàm Alexandri III. anno 1188. quàm Clementis III. & Vrbani IV. anno 1188. & 1264. in quibus ijdem Prioratus ſub protectione Beati Petri ſuſcipiuntur, & ſingularum Eccleſiarum, & Beneficiorum ad eos ſpectantium fit ſpecialis enumeratio *d. Summ. num.* 11. 13. *&* 14. Quare cùm ſucceſſiuis temporibus huiuſmodi Abbatia, & Prioratus fuerint auctoritate Apoſtolica, cum omnibus ſuis Iuribus, & pertinentijs vnita menſæ Capitulari Cathedralis Eccleſiæ Firmanæ, vt patet ex Bullis vnionum factarum ab Innocentio VIII. Alexandro VI & Leone X. de quibus in *d. Summ num.* 10. 12. *&* 15. Quemadmodum ius conferendi Eccleſias, & Beneficia in priuilegijs expreſſa probatur olim fuiſſe pœnes Abbates, & Priores, ita etiam dicendum eſt illud
61 translatum fuiſſe in Capitulum, in quod per ſupradictas Vniones tranſierunt omnia illorum Iura tàm temporalia, quàm ſpiritualia, & ipſum etiam Ius conferendi *Abb. in cap.* 2. *ſub num* 9. *de Cappell. Monach. Butr. in cap quia Monaſterium num.* 8. *de Religioſ. Domibus, & ibid. Cardinalis nu.* 7. *Ancar. num.* 2. *Ioan. Andr, num.* 3. *Felin. in cap. translato ſub num.* 6. *verſ. ſed adde de conſtit. Vitalin. in Clem.* 1. *num.* 84. *de exceſs. Prælat. Angel. conſ.* 247. *Ferret. conſ.* 242. *num.* 5. *& ſeq. Modern. de Vnione cap.* 2. *num.* 20. *verſ ſecus eſſet Rota coram Durano deciſ.* 14. *num.* 13. *& deciſ.* 92. *num.* 11. *&* 13. *coram Merlin. deciſ.* 625. *num.* 1. *coram Gregorio deciſ.* 304. *num.* 1. *& in rec. deciſ.* 31. *num.* 17. *part.* 10. *deciſ.* 809. *nu.* 7. *& ſeqq. confirmata ſub titulo Bononien. Parochialis* 12. *Ian.* 1682. §. *minus obſtat, &* 4. *Decembris eiuſdem anni* §. *nec apud DD. & per tot coram bo. me. Albergato*, & in hac eadem Cauſa, quod ſupradictæ Vniones tranſtulerint etiàm ius conferendi has
62 Eccleſias, firmauit in alio Iudicio manutentionis *Rota in recent. deciſ.* 257. *num.* 2. *in fine part* 3. Etiamſi agatur de Eccleſijs regularibus Sæcularizatis, in quibus per mutationem prioris ſtatus prætenduntur amiſſa Priuilegia, & extinctum ius conferendi; Quoniam etiam poſt Sæculariꝫationem Eccleſia regularis retinet omnia Iura, & priuilegia antea ſibi competentia, niſi in ipſa Sæculariꝫatione fuerint expreſsè ſublata *Innoc. in cap.* 2. *num.* 2. *de non. oper. nunciat. & in cap. dilectus num.* 4. *verſ. Monialium de Cappell. Monach. Prob. ad Monach. in cap. Cum de Beneficio de præben.*

bendis in 6. art 47. cum ſeqq Abb. in cap. 2.
ſub num. 9. verſ. ex hoc eti.m infertur de
Cappell. Monach. & in cap. Abb. num. 16. &
ibi Butr. num. 22. de verb ſignif. Ancharan.
conſ. 404 num. 9. verſ. primo quia mutatio
Bellon. conſ. 8. num. 4. Tamburrin. de Iur.
Abbat. tom. 1. diſp. 15. quaeſt. 11. per tot. Rota
coràm Coccino deciſ. 1750. num. 10. & in
Aquilana Iuriſdictionis coram Pamphil. apud
63 *Marcheſan. de Commiſ. part 1. fol. 980. nu.*
3. & apud Roderic. de Ann. reddit. deciſ. 16.
num. 1. 2. & 3. & in recent. deciſ. 373. num.
12. part. 3. & deciſ. 197. num. 8. part. 14.
adeout ea omnia etiàm quoad collatio-
nem Beneficiorum ſecum transferat in Ec-
cleſiam Sæcularem, cui eſt facta vnio *Spad.*
conſ. 4. num. 2. lib. 3. Rota coram Roxas dec.
94. num. 27. & in recent. deciſ. 358 num.
7. part. 5. tom. 1. & articulo plenè diſcuſſo
firmatum fuit in dicta deciſ. 809. num. 5.
& pl. ſeqq. part. 18. tom. 2. & in dictis illius
confirmatorijs ſub die 12. Ianuarij §. minus
obſtat & 4. Decembris 1682. per totam coram
bo. me. Albergato, quidquid dicendum eſſet
quando Sæculariʒatio contineret omni-
modam ſuppreſſionem, & extinctionem
64 Eccleſiæ Sæculariʒatæ, etiàm quoad Iu-
ra, & Priuilegia, ſecus autèm eſt in præ-
ſenti, dùm verſamur in ſimplici Sæculari-
ʒatione, & translatione omnium Iurium,
vt diſtinguit *Add ad Pamphil. deciſ. 65. nu.*
9 & 10. Rota coràm Bichio deciſ. 431. num.
21. & ſeqq.

Hinc non releuat, quod vniones dican-
tur factæ ad conſulendum indigentiæ Ca-
65 pituli, cum redditibus Eccleſiarum vnita-
rum, ideoque trahi non debeant ad ius no-
minandi, ſeù conferendi. Quoniàm ex
earumdem vnionum lectura apparet illas
non reſtringi ad bona temporalia, ſed
fuiſſe conceptas cum ampliſſima formula,
nempè *cum omnibus Iuribus, & pertinentijs*
ſuis, & annexis, quæ complectitur non ſo-
lum ipſam Abbatiam, & Prioratus, ſed
etiàm Eccleſias illis annexas, & ius eas
Conferendi, quod ante vnionem ſpectabat
ad Abbatem, ac Priores, nàm ſub gene-
rali appellatione omnium Iurium, & per-
tinentiarum veniunt, non tàm tempora-
lia, quàm ſpiritualia, vt in terminis no-
ſtris conferendi *Calderin. conſ. impreſſo poſt*
Allegat. Iapi 139. num. 18. & 21. Rebuff.
in prax. Benef. tit. de vnion. gloſſ. 11. num.
13. verſ. & etiàm notandum Borgnin. Ca-
valcan in Indice deciſ. verbo vnio ſub num.
26. verſ. & ita intelligit rectè intuenti mo-
dernus *Turricella de vnione cap. 2. nu. 20.*
verſ. ſecus eſſet, & bene explicat, & diſtin-
guit *Rota coram Duran deciſ. 92. num. 11.*
& 12. & pro indubitato admittunt *d. de-*
ciſiones 809. num. 7. & ſeqq. & alia 12. Ia-
nuarij §. Minus obſtat, cum ſequenti, & alte-
ra 4. Decembris §. nec apud DD. & per tot.

Non obſtat quod non ſatis iuſtificetur
antiqua pertinentia horum Beneficiorum
ad Eccleſias Abbatiales, & Priorales, nec
conſtet de identitate eorumdem Benefi-
ciorum, prout vtrumque probandum eſt
à Capitulo, quod vti ſubrogatum in locum
Abbatis, & Priorum contendit ſibi com-
petere ius conferendi aduerſus Eminen-
66 tiſſimum Archiepiſcopum; cui Ius aſſi-
ſtit, & qui habet intentionem fundatam
conferendi omnia Beneficia ſuæ Diæce-
ſis priuatiuè, quoad alios, vt habetur *in*
Can. omnes Baſilicæ, & Can. nullus 16. quaeſt.
7. & in cap. conquerente de offic. Ordinarij,
& in cap. ex frequentibus de inſtit. & tra-
dunt Gonzal. ad regul. 8. § 1. proam num.
21. & 22. gloſ. 11. num. 38. & 39. Garz.
de benef. part. 5. cap. 1. num. 52. Leo The-
ſaur. for. Eccleſ. part. 2. cap 3 num 1. Coc-
chier. de exempt. part 4 quaeſt. 25. Barboſ.
de Poteſt. Epiſc alleg 57. num. 1. Rota deciſ.
135. num. 3. coràm Seraphin. deciſ 268 nu.
4 coram Bich. deciſ. 6. num. 1. coram Peutin-
ger. deciſ. 747. num. 1. coram Dunozet. de-
ciſ. 70. num. 5. part. 13. deciſ. 191. num.
7. & deciſ 234. num. 1. & 2. part. 19. rec.
Quæ ſola Iuris aſſiſtentia ſuffragatur Emi-
nentiſſimo Archiepiſcopo in hoc Iudicio
petitorio *Mareſcott. var. reſol. lib. 1 cap.*
11. num. 14. Rota in recent. deciſ. 135. per
tot. part. 2. & deciſ. 321. num. 3. part. 15.
& transfert in Capitulum onus probandi
titulum in quo fundat iuris conferendi
prætenſionem *Mareſcott. d. cap. 11. num.*
14. Rota deciſ 175. num. 15. & deciſ. 530.
num. 2. part. 18. recent.

Etenim ex præfatis conceſſionibus, &
priuilegijs Apoſtolicis, ſatis ſupèrque re-
ſultare videtur vtriuſque requiſiti iuſtifi-
catio; Nàm quoad Beneficia ſpectantia
ad Abbatiam S. Sabini titulus efficaciſſi-
mus deſumitur tùm à conceſſione Epiſco-
pi Firmani per ea verba poſt enumeratio-
nem Eccleſiarum adiecta, ibi — *Nos eidem*
67 *Monaſterio concedimus, & cum omni Iure hu-*
ius

ius Decreti auctoritate confirmamus, *& concedimus &c. dicto Summ. num.* 7. ex qua
conceſſione Eccleſiarum reſultare con-
ceſſionem iuris conferendi probat *Rota
in Marſicana, ſeu nullius Beneficij 7. Iunij
1686. §. nec contra coràm R. P. D. meo Her-
nauult*. Tùm etiàm ab indultis Alexan-
dri III. & Innocentij IV. Summorum Pon-
tificum, in quibus per ampliſſimam exem-
ptionem, & ſuſceptionem Monaſterij eiuſ-
que omnium Eccleſiarum ſub immediata
protectione Beati Petri, & Sedis Apoſto-
licæ, ius illas conferendi tribuitur Abba-
ti exempto, vt eſt *Text. in Clem. vnica de
ſupplenda neglig. Prælat. Gemin. in Can. 1.*
68 *diſt. 21. verſ. Secundo caſu Io. de Selua de Be-
nef. part. 2. quæſt. 22. à num. 45. & 51.
Gonzal adregul. 8. Cancell. gloſ. 23. num.
20. & 21. Lotter. de re benef. lib. 2. quæſt.
21. num. 139 Rota coràm Eminentiſsimo D.
meo Otthobono deciſ. 125. num. 1. & in Ca-
puana, ſeù Montis Caſsin. Parochialium 10.
Martij 1679. §. Verùm quià coràm Reueren-
diſs. Bourlemont confirmata 17. Iunij 1686.
coràm bo. me. Cardinali Matthæio*. Et vlte-
rius in iiſdem Priuilegijs claris, & expreſ-
ſis verbis continetur iuris conferendi, &
prouidendi prohibitio reſpectu Epiſcopi,
& illius conceſſio facta Abbati; nàm in
Bulla Alexandri III. habetur ibi -- *in Pa-
rochialibus autèm Eccleſijs, quas tenetis liceat
vobis Clericos, & Sacerdotes eligere &c.* & in
altera Innocentij IV. *Ita qui nec idem Epi-
ſcopus Firmanus, nec quis alius &c. & in ve-
ſtris Eccleſijs Cappellanos, ſeù Vicarios elige-
re, ſeù inſtituere &c. Summ. num. 8. & 9.*

Quo verò ad Prioratus S. Petri Vete-
ris, & S. Mariæ ad Mare ſufficientem ti-
tulum præſtant priuilegia Alexandri III.
Clementis III. ac Vrbani IV. in quibus
iidem Prioratus ſub protectione Sanctæ
69 Sedis, paritèr ſuſcipiuntur, & enume-
rantur controuerſa Beneficia, tamquam
pertinentia ad illos, adeoùt huiuſmodi aſ-
ſertiuæ Summorum Pontificum cum ſint
antiquiſſimę plenè probent *Rota coram Pu-
teo deciſ. 204. num. 1. & ſeq. lib. 2. coram
Seraphino deciſ. 1272. num. 1. coram Bich.
deciſ. 91. num. 2. & in recent. deciſ. 683.
num. 3. part. 1. deciſ. 223. num. 5. part. 2.
deciſ. 120. nu. 6. part. 4. tom. 1. deciſ. 509.
num. 4. & 5. part. 14. deciſ. 244. num. 6.
& ſeqq. part. 16. deciſ. 172. num. 7. par. 17.
& deciſ. 679. nu. 4. & 5.* potiſſimum quia
70 non emanarunt incidentèr proptèr aliud,
ſed principalitèr proptèr ſe occaſione exi-
mendi Beneficia enumerata ab Ordinario
Firmano, eademque recipiendi ſub pro-
tectione Sedis Apoſtolicæ, quo caſu Sum-
mi Pontifices præſumuntur certificati de
pertinentijs, & Iuribus in indulto expoſi-
tis, & ſuper illis diſponere dicuntur, itaut
ex hoc oriatur non ſimplex præſumptio,
ſed plena probatio *Clem. vnica de probat &
ibi gloſ verbo feciſſe narramus Barboſ. ad d.
Clem. num. 10. & ad cap. ſi motu proprio de
Prob. in 6. Spad. conſ. 282. num. 31. part. 3.
Rota coram Seraphin. deciſ. 449. num. 1. &
per tot. deciſ. 1046. num. 8. & deciſ. 1272.
num. 1. coram Manſaned deciſ. 41. num. 1.
coram Coccin. deciſ. 2194. num. 64. & 66.
part 2. rec. deciſ. 223. num. 2. & dec. 533.
num. 9. part. 18. tom. 2.* & in ſimilibus ter-
minis litterarum Apoſtolicarum conti-
nentium enumerationem Eccleſiarum ali-
cui Matrici ſubiectarum conſiderat *Rota in
Romana Præheminentiarum 16. Iunij 1679.
§. & primo & 13. Iunij 1681. §. & tamen co-
ràm me*, & in indiuiduo ad probandum Ius
conferendi competens Abbatiæ ſuper be-
neficijs ab ea dependentibus, *Rota in d. de-
ciſ. 125. num. 2. & 3. coram Eminentiſs. D.
meo Otthobono, & in d. Marſicana, ſeù nullius
Beneficij 7. Iunij 1686. §. nec contra coram
R. P. D. meo Hernauult*.

Ex his dubitari non poteſt de identita-
te Beneficiorum, quæ manifeſtè demon-
ſtratur per expreſſionem, & illorum indi-
uiduationem factam in litteris Apoſtoli-
cis ſingillatim approbatis in Iudicio ma-
nutentionis, nec non ex conſimili ſpecifi-
catione in mandatis de manutenendo ex-
peditis, præuijs Rotalibus Deciſionibus,
& ob acquieſcentiam Menſę Archiepiſco-
palis ſpatio 80. annorum in iudicatum
71 tranſactis, quæ probationes in hac parte
impugnari non poſſunt, quia licèt factæ
in Iudicio poſſeſſorio, ſuffragantur etiam
in petitorio. *Conar. pract. quæſt. cap. 17. ſub
num. verſ. quartum ex præmiſsis Menoch. de
retinen. poſſeſſ. rem. vlt. num. 38. Maſcard.
de probat. in verb. poſſeſsio concl. 1204. nu.
1. Guidopap. deciſ. 136. num. 1. Poſth. de ma-
nut. obſer. 39. num. 1. & ſeq. Rota poſt eum-
dem dec. 73. n. 2. & in rec. dec. 182. n. 3. par.
3. & coram Gregor. deciſ. 535. n. 14. & ſeqq.*

Conſtito igitur ex ſupradictis de legi-
timo titulo Capituli Firmani, & de identi-

ta-

tate beneficiorum, de quibus agitur, ceſſat aſſiſtentia Iuris, cui vnicè innititur Eminentiſſimus Archiepiſcopus *cap. cum perſona de priuil in 6. Rot. coràm Coccino deciſ. 832. n. 5. coram Eminentiſs. D. meo Otthobono deciſ. 125. n. 10. coràm Bich. deciſ. 194. nu 8. & ſeqq & in par. 17. recent. deciſ. 274. num. 8. & apud Poſth. de manut deciſ 513. nu. 8. & in dicta Capuana, ſeù Montis Caſsinen. Parochialium 10. Martij 1679. §. penult coràm Reuerendiſsimo Bourlemont, & in dicta Marſicana, ſeù nullius Beneficij 7. Iunij 1686. §. prima coràm R. P. D. meo Heruanult*, & in hac Cauſa aliàs reſponſum fuit *in deciſ. 257. in fine part. 3. recent.*

Minùs obſtat, quod prædictæ Conceſſiones, & Priuilegia non fuerint in actis
73 producta originalitèr, vel aliàs extracta in forma probanti: Quia viſum fuit ſatis eſſe, quod fuerint aliàs producta, & originalitèr exhibita in *Rota coràm bo. me. Lancellotto*, adeòut illa recognouerit, & occaſione diſputationis tunc habitæ ſupèr manutentione declarauerit eſſe in forma probanti, vt liquet ex *dicta deciſ. 257. n. 6. p. 3. rec. ibi, quod Priuilegia non ſint in forma probanti, tollitur etiàm quia fuerunt exhibita originalia*. Eoq; magis, cum illa iterum oculis Dominorum ſubiecta viſa fuerint carere quacumq; ſuſpicione, & habita pro authenticis Documentis.

Comprobantur etiàm eorumdem Priuilegiorum efficacia, & legalitas ex diuturna obſeruantia iuxtà quam Collationes Beneficiorum, de quibus eſt quæſtio, ſemper fuerunt factæ à Capitulo, ſcientibus, & patientibus Archiepiſcopis: imò quandoq; ad illorum Commendationem, vt ex Collationibus, & inſtitutionibus exhibitis in *Summario Capituli numer.* 18. quas Rota corā bo. me. Lancellotto declarauit eſſe in forma probanti, in Firmana Iuris cōferendi 28. *Iunij* 1610. *data in dicto Summario num* 19. E contrà verò non docetur de aliquo actu contrario, nec de vlla prouiſione facta per Archiepiſcopos, ſicuti enim valdè inueriſimile eſt, quod ſi verè
74 Collatio tot Eccleſiarū ad Ordinarios ſpectaſſet iſti non prouidiſſent, & quod per longiſſimum tempus, ac in adeo ingenti numero Beneficiorum tolleraſſent Prouiſiones fieri à Capitulo, cum Epiſcopi non fuiſſe ſegnes in tuendo Iura ſuarum Eccleſiarum *Rota in rec. deciſ. 518. num. 3. par. 1. deciſ 329. num. 8. par. 9. tom. 2 & in his terminis animaduertitur in dicta deciſ. 809. num. 17. & 18. part. 18. tom. 2 & in dicta Marſicana, ſeu nullius Beneficij ſeptima Iulij 1686. §. duplici alia in fine coram R. P. D. meo Heruanult.*

Ita etiàm ex hoc efficaciſſimum reſultat
75 argumentum fauore Capituli, tàm ſcilicèt pro Confirmatione vnionum, quarum qualitas, & amplitudo ex obſeruantia, & ſubſequutis collationibus benè deſumitur, *Rota coràm Merlino deciſ. 115. num. 8. coràm Coccino deciſ. 2316. num. 3. & in Barchinonen. de Auleſia 10. Iunij 1686. §. final. coràm R. P. D. meo Benincaſa*. Quam quoad probationem Iuris Conferendi, quod ex his antiquis, & pacificè vſq; in hodiernum diem continuatis Collationibus ſufficientèr iuſtificatur *Rota deciſ. 3 de probat. in nou. deciſ. 598. num. 5 par. 1. diuerſ. Manzaned. d deciſ. 41. num. 23. Eminentiſs. Otthobon d. deciſ. 125 num. 3. & 5 & in dicta Marſicana, ſeù nullius Beneficij §. iunctis præſertim.*

Cōcurrente pręſertim indubitata ſcien-
76 tia, & acquieſcentia Archiepiſcoporum, reſultanti non ſolùm ex multiplicitate actuum, & diuturnitate temporis, ſed etiàm ex pluribus commendationibus Capitulo factis ab Archiepiſcopis pro Collatione Beneficiorū perſonis ſibi gratis, quæ pernecesſè ſupponunt approbationē competentię Iuris Conferendi apud Capitulum, vt in ſimili de litteris Hortatorijs, quæ probant Iuriſdictionē illius, cui diriguntur *Marcheſan. de Commiſ par. 1. fol. 1257. ſub num. 27. Card. de Luc. de Iuriſdict. diſc. 1. num.* 30. ac demùm ex viſitationibus Diæceſis quot annis fieri ſolitis, intèr quas præcipuam animaduerſionem mereri viſa eſt, illa celebrata per clar. me. Cardin. Montaltum, qui deindè ad Apoſtolatus apicem aſſumptus appellatus eſt Sixtus V. & qui in eadem viſitatione exactè recognouit hanc Iuriſdictionem Capituli per inſpectionem Priuilegiorum, & Regiſtrorum Eccleſiæ, ac publicè approbauit his verbis — *Ho viſto doue dipende la giuriſditione del Capitolo, che è ex Authoritate Apoſtolica. Io me ne laudo, e glorio, che il mio Capitolo habbi giuriſdittione, come me Veſcouo*, vt deponit Teſtis formitèr examinatus *coràm bo. me. Lancellotto; de quo in Summario num.* 16. quod ad propoſitum conſiderat *Rot. deciſ. 1272. num. 3. coràm Seraphin. deciſ.*

eiſ.187. num.2.par.4.tom.1.recen. & in di-
cta Romana praeminentiarum 16.Iunij 1679.
§. *Secundo accedunt in fine*, vbi de alijs vi-
ſitationibus eiuſdem Card. Montalti *co-*
77 *ràm me*. Cum regularitèr aſſertionibus
Ordinariorum circà ſtatum, & qualitatem
ſuæ Eccleſiæ plurimum ſit deferendum,
vt ſæpiùs dixit *Rota, & ſignantèr coràm Du-*
ran. deciſ. 23. num. 4. & 5. coràm Merlin.
deciſ.501. num. 10. & in recen. par. 1. deciſ.
371. num.2. deciſ.465. num.3 par.4. tom.2.
deciſ.99. n. 13. par. 10. & deciſ. 219. n. 18.
par. 16.

Prætereà ad probandam Priuilegio-
78 rum obſeruantiam, & ſubiectionem Ec-
cleſiarum, maximè conferunt ſolutiones
Cenſuum factæ Capitulo à Beneficiatis,
& Rectoribus earumdem Eccleſiarum,
quas ad hunc effectum probandi ſuperio-
ritatem, & Ius conferendi, in recipiente,
ac etiàm Collationum effectuationem ex-
pendit *Rota in dicta Bononien. Parochialis*
4 Decembris 1682. §. *tale autem coràm bo.*
me. Albergato, & in dicta Marſicana, ſeù
nullius Beneficij §. *quas quidem in fine.*

Hęc quoad Eccleſias, & Beneficia ex-
tra Cathedralem exiſtentia. Quo verò
79 ad Manſionarias Clericatus, & ſex præ-
bendas Cathedralis Eccleſiæ ſuper quo-
rum Collatione alias Capitulum pariter
obtinuit mandatum de manutenendo, co-
ràm bo.me. Pamphilio; cõſtat quoq; de il-
lius bonò Iure. Cum enim nullo ſtatuto,
nec lege fundamentali Eccleſiæ Firmanæ
cautum ſit, quod prædictorum beneficio-
rum Collatio ſpectet ad Archiepiſcopũ,
è conuerſo verò adſit diuturna Conſue-
tudo, aſſiſtens Capitulo priuatiuè quoad
eumdem Archiepiſcopum, & probata tùm
ex Teſtibus examinatis ſupèr articulo ma-
nutentionis, tùm etiàm ex continuatis
Collationibus ab anno 1630. exhibitis pa-
ritèr in eodem Iudicio, & quas eſſe in for-
ma probanti, dixit tunc *Rota coràm Lancel-*
lotto, vt in dicta deciſ. data in Summ. nu. 19.
illa ſola de per ſe ſufficit ad effectum Ca-
nonizandi Ius Capituli, etiàm ſinè pro-
batione tituli ad tradita per *Canoniſtas in*
cap. cum Eccleſia Vultorana 31. vbi Fagnan.
num 25. & ſeqq. de elect. & ibidem Barboſ.
num 162. idem Barboſ. de Canon. cap. 14. ſub
num.20. in fine Spad conſ. 26. num.4. lib. 3.
Gonzal ad regul.8. Cancel. gloſſ.45. num.71.
Rota coràm Caſſador. deciſ. 22. num. 1. & 2.
de prabend. apud Caualer. deciſ. 238. num. 8
& ſeq. & in recen. deciſ.124. num. 2. part.3.
deciſ.531. n.3. & deciſ.588. n.1. par.4. to.3.
confirmata apud Buratt. deciſ. 866. per tot. &
deciſ.267. num 1. & ſeqq par.16. & firma-
tũ fuit in hac Cauſa coràm Lancellotto die 30.
Maij 1611. §. *nec poteſt, vt in Summ. num.5.*
& in deciſ. 229. num. 4. coràm Pamphil.

Idq; faciliùs procedit reſpectu Man-
80 ſionariarum, & Clericatuum, quia appa-
ret de illorum fundatione, & erectione, de
bonis, & redditibus extractis à menſa Ca-
pitulari, vt probant Teſtes examinati in
prædicto Iudicio manutentionis, & admi-
ſit *Rota coràm Lancellotto in dicta deciſ. adita*
die 30. Maij 1611. de qua in Summar. num.5.
quo poſito conſequens eſt; quod huiuſmo-
di beneficia ſpectare debeant ad Collatio-
nem Capituli *cap. cum dilectus, & ibi gloſ.*
de Conſuetud. Fagnan. in dicto cap. cum Ec-
cleſia Vulterana nu. 30. de Elect. Rota coràm
Vbald. deciſ. 618. num. 7. coràm Arguell. de-
ciſ. 34. num 13. & ſeqq. deciſ. 43. num. 3.
par. 6. & deciſ. 71. paritèr num. 3. par. 7 re-
cent. & explicat Card. de Luc. de benef. diſc.
17. num. 5. & 6.

Et ità vtraquè &c.

ARGVMENTVM.

QVi præſentari debebat, ſi non fuerit à Patronis præſentatus, & ſe oppoſuit legittimo tempore habetur prò præſentato. Verba ex parentela ſua, & Matris, quid importent. Quando ſub nomine familiæ veniat tàm effectiua, quàm contentiua. Beneficium quando ſit incompatibile cum alio.

SVMMARIVM.

Habens qualitates requiſitas à fundatore eſt inſti-tuendus in iure patronatus num.1.

Qui erat præſentandus ſi fuerit neglectus, & comparuit ſe opponendo habetur prò præſentato num. 2.

Si fundator voluit, vt præſentaretur vnus de ſua parentela, & Matris eſt præferendus, qui habet coniunctionem ex vtraque parte etiàm alteri, qui eſſet proximior fundatori num. 3. & 4.

Ob-

Obſeruantia inſeruit prò interpretatione iuris patronatus num. 5.

Duo beneficia ſub eodem tecto ſunt incompatibilia num. 6.

Amplia etiamſi adeſſet conſuetudo immemorabilis in contrarium num. 7.

Amplia etiàm in beneficÿs iurisſpatronatus numer. 8.

Declara vt non procedat in beneficÿs parui redditus dicto num. 8.

Sub verba generis ex parte Patris veniunt Cognati defectis agnatis num. 9.

Amplia ex veriſimili mente teſtatoris num. 10.

Contrà num. 11.

Concorda num 12.

Sacerdos non præſumitur ſollicitus de conſeruanda agnatione num. 13.

Ideò in illius diſpoſitione fortiùs defectis agnatis veniunt Cognati num. 14.

In materia indeferenti prout eſt ius patronatus ſub nomine deſcendentium veniunt æqualitèr Agnati, & Cognati num. 15.

Declara num. 16.

Dictio tamèn ſtat exceptiuè ad præcedentia numer. 17.

Argumentum à diſcretiuo modo loquendi, quando non admittatur num. 18.

Obſeruantia etiàm elicita ex vnico actu ſufficit ad interpretationem num. 19.

Quando agitur de interpretanda voluntate dubia non requiritur rigoroſa probatio num. 20.

Indicio Ordinarÿ eſt ſtandum in interpretatione iuris patronatus, & quando num. 21.

Sub nomine domus quando veniant tàm deſcendentes, quàm tranſuerſales num. 22.

Et quando familia tàm effectiua, quàm contentiua num. 23. 25. & 26.

Argumentum maioris vel minoris affectionis non eſt admittendum in diſpoſitione clara num. 24.

Verbum eligere reſpicit paſsiuam nominationem, & quando num. 27.

Relatio eſt facienda ad proxima num. 28.

Declara num 31. 32. & 34.

In materia iurisſpatronatus dubÿ ſtatur obſeruantiæ, & declarationi Ordinarÿ num. 29. & 30.

In teſtamento rogato per Notarium imperitum non eſt inſiſtendum litteræ num. 32.

Verba ſunt etiàm impropriandæ ad euitandam inſtantaneam correctionem num. 33.

Sub nomine dependentium qui veniant num. 35. & 36.

VOTVM LXXXIX.

REuerendo Antonio de Amutis cen-
ſui adiudicandũ eſſe beneficiũ ſub
inuocatione D. Catherinæ Virg.
1 & Mart. quia habet qualitates à funda-
tore requiſitas *C. Monaſterium* 16. *quæſt.* 7.
cap. cum Bertoldus de re iudic. Rot. in Valentina beneficÿ 9. *Ian.* §. *moti* 1693. *coràm R. P.*
2 *D. Molines*, quantumuis non fuerit à pa-
tronis præſentatus, cum per oppoſitio-
nem ab eo factam tempore habili acquiſi-
uerit ius ad dictum beneficium, & quia ha-
bet qualitates à fundatore requiſitas, eſt
reputandus, ac ſi fuiſſet præſentatus *Garz.*
de benef. par. 4. *cap.* 3. *num.* 62 *cum ſeq. Roſa*
de exequut. par. 1. *cap.* 4. *nu.* 115. *& in recent.*
deciſ. 122. *nu.* 1. *& ſeq. par.* 11. *& deciſ.* 335.
nu. 1. 2. *&* 3. *par.* 19. *coràm Bich. deciſ.* 661.
num. 1. *cum alÿs in dicta Valentina beneficÿ*
9. *Ian.* §. *moti*, & 3. *Aprilis* §. *in nihilo re-*
leuante coràm R. P. D. Molines.

Et cum fundator voluerit vt ad dictum
beneficium præſentaretur coniunctus ex
3 parentela ſua, & Matris, ſequitur, vt
Antonius habens coniunctionem ex parte
vtriuſque ſit præferendus alteri, qui ſo-
lum eſt coniunctus ex vno latere, quia duo
vincula magis ligant ad tradita *per Laram*
de Capellanÿs lib. 2. *cap.* 3. *num.* 33. & 34.
Caſtil. contr. lib. 5. *cap.* 67. *num.* 29. *Roſa*
conſult. 60. *à num.* 1 *ad* 17. *Roxas de incom-*
patibil. part. 4. *cap.* 2. *n.* 100. & 102. *& in*
puncto Rot in dicta Valentina beneficÿ 9. *Ian.*
& 3. *Aprilis* 1693. *coràm Molines per tot.*

Nèc aduerſatur quod Benedictus ſit
fundatori proximior ex parte Patris, &
4 Antonius ſit remotior, quamuis coniun-
ctus ex vtroq; latere, quia proximitas
vnius tantùm gradus nihil operatur in cõ-
curſu coniuncti ex vtroq; latere, dùm iſte
vti habens qualitates requiſitas à funda-
tore eſt præferendus *Roxas dicto cap.* 2. *nu-*
mer. 102. *Caſtil. d. nu.* 29. *Lara dicto nu.* 34.
& latè, & in puncto in dicta Valentina bene-
ficÿ 9. *Ian. &* 3. *Aprilis* 1693. *coràm R. P. D.*
Molines, accedente præſertim obſeruan-
tia etiàm elicita ex vnico actu, quæ præ-
5 cipuè attendi debet in declaratione iuris
patronatus ad tradita per *Rot. in Gerunden.*
beneficÿ 1692 *coràm bo. me. Benincaſa* § *præ-*
tereà, & in Lauretana Canonicatus 13. *Fe-*
bruarÿ 1693. *coràm Reuerendiſsimo Vrſino*
§. *corroboratur.*

Et demùm non officit quod Antonius
6 in eadem Eccleſia, vbi fundatum eſt ſupradictum iuſpatronatus retineat aliud beneficium, & ideo intret incompatibilitas de qua tradunt *Can. in cap. de multa de præben. Concil. Tridentin. ſeſſ.7. cap.4. de reformat.* quæ opinio procedit, etiamſi adeſ-
7 ſet conſuetudo immemorabilis in contrarium *Hoieda de incompatibil. part. 1. cap. 8. num. 7. & 8. cap. 10. num. 3. 4. & 5. & cap. 20. num. 3. Garz. de benefic. part. 11 cap. 5. num. 164. cum alijs apud Rotam in Colonien. Canonicatus 19. Iunij 1693. coràm R. P. D.*
8 *Molines* §. *abſque*, & dicta incompatibilitas obſtat etiàm in beneficijs de iure patronatus *Rot. in Burgi Sancti Donini beneficij 28. Iunij 1679. §. at ceſſat coràm clar. me. Card. Taia.*

Quoniàm obiectum eſſet releuans quando verſaremur in beneficio cum reſidentia, vel etiàm ſimplici, quando ſufficeret prò ſubſtentatione congrua beneficiatis, ſecus verò in præſenti, in quo agitur de tenui beneficio, quo caſu eſſe exluſam incompatibilitatem tradit *Rot. in Burgi Sancti Donini beneficij 28. Iunij 1679. coràm cla. me. Card. Taia* §. *etenim*, & §. *at ceſſat.* præſertim quando beneficium non requirit idem miniſterium, quam alterum, ſed vtrumque eſt inſtitutum ad diuerſa munera, quo caſu non reſultare incompatibilitatem firmarunt *Gratian. diſcept. 133. numer. 20. & ſeq. Tondut quæſt. benefic. par. 2. cap. 5. §. 6. num. 11. Caſtal. conſult. forenſ. 32. num. 14.*

R. P. D. BENINCASA.

Gerunden. Beneficij.

Lunæ 5. Maij 1692.

Beneficium ſimplex, quod Bernardus de Buadas in vltimo, cum quo deceſſit Teſtamento fundauit pro Sacerdotibus de *Genere tamèn ſuo ex parte Patris*, Iacobus tametſi nullo ſanguinis vinculo fundatori coniunctus, adiudicari ſibi prætendebar, non obſtante concurſu Ioannis, quem de genere deſignato eſſe conſtabat mediantibus fœminis, etiàm ex propria confeſſio-
9 ne collitigantis; ſed DD. prætermiſſa rigoroſa vlteriori verborum indagine, An ſcilicèt ſub nomine *Generis ex parte Patris* veniant ſolùm Agnati, & non Cognati per medium fœminarum, dixerunt iterum benigniorem ſequentes intellectum, quod Agnatis ampliùs non exiſtentibus, Beneficium Ioanni adiudicandum eſſet, approbando in omnibus fundamenta deciſionis æditæ coràm me ſub die 24. Ianuarij ſuperioris anni.

Inſpecta ſiquidem lege fundationis, in qua ſinguli Clerici de genere vocantur, nulla profectò ſuadet æquitas, quod Agnatis omnibus iam extinctis, Cognatus hodie admitti non debeat ad excluſionem penitus extranei, neglecta de cætero ea
10 naturali, & conuincenti ratione, quod ſi viuus Teſtator interrogatus eſſet ob amoris, & ſanguinis neceſſitudinem, ita veriſimilitèr reſpondiſſet vt innuit *gloſſ Ferrett. in conſ. 131. num. 4. & 10. Garz. de Benef. in addit. part. 7. cap. 15. ſub num. 8. optimè Rot. deciſ. 120. repet. 122. num. 10. & 11. part. 11. & deciſ. 325. ferè per tot. part. 17. recent.*

In nihilo refragante, quod nullum nomen tam generale ſit, vt ratione ſui adiuncti non poſſit reſtringi, & limitari, ex legis, vel hominis diſpoſitione ad tradita per *Gratian. diſcept. 228. num. 25. Amat. reſol. 15. num. 27.* Cumque in hoc caſu terminus vniuerſalis *Generalis* reperiatur reſtrictus, ſeù qualificatus per adiunctum *Ex Parte Patris*, exindè probare non ſufficiat
11 ſimpliciter, & in abſtracto, aliquem eſſe de Genere, niſi in eo probetur ſimultaneus concurſus eiuſdem termini qualificantis, alioquin inadaptabilis Cognato Sacerdoti, cum de per ſe Agnationis conſiderationem, eiuſque conſeruationem importet, *Ferr. ad conſtit. Cathaloniæ verb. los impuberes gloſ 3. nu. 73. Ioannes de Saccorat ad conſuet. eiuſdem Principatus §. 12. num. 12. & 23. Cancer var. lib. 1. reſol. 1. num 48. Fuſar. conſ. 161. ſub num. 28. & in tract. de Subſt. quæſt. 346. num. 49. Latter. de rè benef. lib. 3 quæſt 11. num. 65.*

Quoniam pro omnimoda remotione huius obiecti, in quo vertitur cardo totius difficultatis, aduertebant DD. quod præ-
12 dicta qualitas adiecta Generi poteſt quidem illud reſtringere, & limitare ad Conſanguineos, ex parte Patris, excludendo alios ex parte Matris, quales ſunt Fratres vterini, & reliqui mediante latere Materno Teſtatori coniuncti, ſed non exinde

reſtri-

Digitized by Google

reſtrictionẽ aliquam operari valet quoad
Agnatos in perpetuam Cognatorum ex-
cluſionem, cum ipſi quoque de iure dari
poſſint ad illorum ſimilitudinem ex parte
Patris, vt fusè materiam examinando va-
rijs modis exèmplificat *Ruin. conſ. 15. nu.
13. & ſeqq. lib. 3. Iaſ. in eadem Cauſa ſcri-
bens conſ. 205. per tot.* & ſignantèr *ex num.
22. lib. 2.* & comprobat *Bald conſ.* 334.
*num. 9. & 10. lib. 3. Modern. Melphiten. ad
Franch. deciſ. 652. num. 7.* prætèr alios re-
latos in priori *deciſione §. Profectò*.

Quæ validiſſimè corroborantur ex ge-
minis circumſtantijs, vna ſcilicet, quod
rimatis iterum ſingulis Teſtamenti parti-
bus, nullum prorſus veſtigium apparet
contemplatæ Agnationis, ſiuè attenda-
13 tur qualitas diſponentis, qui de tempore
fundationis actu erat Sacerdos, ideoque
non præſumitur ſollicitum fuiſſe de illius
conſeruatione, vt inquit *Rota coràm Durano
deciſ. 115. num. 1.* ſiuè etiàm conſideretur
diſponendi modus complexiuus vndique
extraneorum, quando ſcilicèt, nemo de
14 Genere potuiſſet ſuccedere, tàm in acti-
uo, quàm in paſſiuo Iurepatronatu, ac
propterea nulla eſt aſſignabilis ratio, cur
admiſſa generalitate verborum, Agnati
ſolùm Cognatis, & non Cognati Extra-
neis præferre voluiſſet, *Molin. de Primog.
lib. 3. cap. 5. num. 51. Rot. deciſ. 514. num.
3. part. 5. coràm Ludouiſ. deciſ. 464. num.
19. & coràm Pamphil. deciſ. 313. num. 4. &
ſeqq. & coràm Pentinger. deciſ. 258. num. 8.*

Alia verò, quod præſens verſatur quæ-
ſtio in materia indifferenti, prout eſt Iuſ-
patronatus, quod relictum ſimplicitèr con-
ſanguineis fundatoris, indiſtinctè comple-
ctitur ſingulos Deſcendentes, tàm ex
maſculis, quàm ex fœminis; ſalua ſolùm
15 Gradus prærogatiua *Fagnan. in cap. Perla-
tum num. 13. & 14 de iur. patron. Carz. de
Beneſic. part. 7. cap. 11. num. 21. Viuian. de
iurepatr. lib. 4. cap. 2. ex num. 44. Rot. co-
ràm Buratt. deciſ. 755. num. 11. & ſeqq.* ibi-
dem *Addent. litt. B.* Proindeque ad hoc vt
reſtrictio immutare valeat regularem illius
naturam, opus eſt, quod ſit certa, & con-
cludens, cum ad effectum recedendi à re-
gula doceri oporteat de caſu ſpeciali in
contrarium, de quo nullibi conſtat in pro-
poſito themate *Aretin. in cap. Quia lib. 4.
num. 4. de iudic. Cagnol. in l. 2. num. 252. C.
de Pact. Rota coràm Coccin. deciſ. 1859. num.
46. & 47. & coràm Merlin. deciſ. 126. ex
num. 48.*

Nec contrarium probant auctoritates
in obiecto cumulatæ, nàm propoſitio ab
eis firmata, vel locum habet in caſu im-
16 plicitæ, vel explicitæ contemplationis
Agnationis, in quo cautè procedendum
monet *Caſtill. controuer. 139. ſub num 3.
verſ Cautè tamen lib. 5. tom. 6.* & præcete-
ris diſtinguendo notat *Lotter. d q. 11. ex
num. 67.* & præſertim *num. 77. & 78. lib.
2.* Vel procedit ſolummodo in ſenſu nega-
tiuo, videlicèt non ſunt Coniuncti ex par-
te Patris, ergò non ſunt Agnati, ſecùs ve-
rò in ſenſu affirmatiuo, quod tales ſcilicet
Agnati ſolùm appellati mereantur, *Nam,
& Cognati ab eo dici putantur quaſi vnà, com-
muniterue nati, vel ab eodem orti, progenitiue
ſint, tam ſi per fœminas, quàm ſi per mares at-
tingant,* vt ſunt verba *Textus in l non facilè
§. & in l. Iuriſconſultus § 1. & ſequent. ff.
de Grad. Affin. Fulgoſ. conſ. 45. num. 2.* &
proſequitur *Ruin. dict. conſ. 15. num. 13.
num 14. lib. 3. Tiraquel. de retract. lign. §.
1. gloſ. 9. ſub num 12. & 13.*

Minus proficit ad confouendam allatam
reſtrictionem, quod ſepè dicta qualitas ex
parte Patris referri debeat ad Presbyte-
rum præſentandum, qui propterea ad in-
ſtar Agnati probare teneatur ſuam de-
ſcendentiam, ex Patre immediato de fa-
milia Fundatoris. Relatio namque fa-
cienda eſt ad proximum, ideòque ad ver-
17 ba immediatè præcedentia de *Genere ta-
men meo*, quæ ſicut indubitantèr reſpiciunt
Perſonam Teſtatoris, ſic eam quoque reſ-
picere dicendum eſt ſubſequentia, quæ
adiectiuè, & continuatiuè ad prima vnà
ſimul totam orationem perficiunt ex fir-
matis in præterita deciſione §. *Tandèm*,
ſuccedente potiſſimùm intermedia dictio-
ne *tamèn*, quæ ſtat exceptiuè ad præceden-
tia, eodemque retento themate ſempèr
includit, quod terminat, & omne aliud
excludit *Cyn. in Auth. Sacramenta Puberum
in princ. C. ſi aduerſus Vend.* benè *Alex. conſ.
9. num 4. lib. 7.* quem ſequitur *Rota deciſ.
75. num. 4. part. 2. & deciſ. 140. num. 4.
part. 3. recent.*

Non ſuffragante reſponſione, quod ſi
Teſtator vocare voluiſſet Sacerdotem de
genere Patris ſui, ſciuiſſet vtique conce-
ptum mentis exprimere, quemadmodùm
pluriès in Teſtamento explicauit bona

Digitized by Google

Patris ſui, dotem Matris ſuæ, & cætera huiuſmodi. Nam quando, prout hic multiplex eſſe poteſt diſpoſitionis intellectus,
18 argumentum à diſcretiuo loquendi modo non admittitur, *Rot. deciſ.* 410. *num.* 7. *& ſeqq. part* 14. *recent. & in Ciuitatis Caſtellana Iuriſpatronatus* 28. *Aprilis* 1686. §. *Siquidèm coràm me*: Et in omnem euentum vbi etiam verba in eo ſenſu, in quo recepta ſunt dubietatem aliquam inuoluerent, adhùc in dubio referenda non eſſent ad vocatum, ſed veriùs ad Teſtatorem, vt multorum iurium allegatione probat *Ruin. d. conſ.* 15. *ſub num.* 18. *cum duob. ſeqq.*

Præterea hæc omnia non leue robur aſſumunt ex ſubſequuta obſeruantia, dum in defectum agnatorum fuerunt ſæpiùs inſtituti ad controuerſum Beneficium conſanguinei fundatoris ex parte Patris, quantumuis deſcendentes ex fœminis, proùt alias iuſtificatum fuit. Parum releuante, quod ea non ſit proxima diſpoſitioni, multoque minus continua, & ſucceſſiua, nec tandèm per Teſtes ſufficientèr probata. Etenim cum non agatur de obſeruantia noui iuris inductiua, ſed merè interpretatiua, ſatis eſt pro ea concludenda vnicus actus etiam remotus à fun-
19 datione, vbi alius præcedens contrarius non exhibeatur ad tradita *per Caſtr. in conſ.* 347. *ſub num* 4. *lib. primo Rota coràm Buratt. deciſ.* 647. *num.* 12. *&* 13. *& deciſ.* 316. *num.* 15. *part.* 9. *& deciſ.* 213. *num.* 39. *par.* 17. *recent.* Teſtes verò ad illam probandam adducti cum ſinguli formitèr appareant examinati, eſtò quod aliqui de auditu ſolùm teſtificentur, quia tamèn vnus ex eis ſine exceptione deponit, omnes ſimul coniungi poſſunt ad hoc vt conſtituant
20 legitimam probationem, quæ rigoroſa in his terminis non requiritur *Io. Fab. in* §. *ex non ſcripto num.* 23. *inſtitut. de iur. naturali Gent. & ciuil. Decian. reſp.* 51. *ſub num.* 50. 95. *&* 101. *tom.* 2. *optimè Rot. coram Pen. deciſ.* 1221. *ſub num.* 3. *&* 4. *coràm Card. Cerr. deciſ.* 67. *ex num.* 12.

Fortiùs quia depoſitiones illorum nituntur non ſolum iuris, & æquitatis fundamento, vt ſuperiùs demonſtratum eſt, & in propoſito aduertit *Rota deciſ.* 44. *num.* 18. *part.* 15. *recent.* ſed confirmantur vlte-
21 riùs ex iudicio Epiſcopi Gerunden. cui ob ſimiles Inſtitutiones ab eo conceſſas plurimum deferendum venit iuxtà monitum Iuriſconſulti *in l. de interpretatione ff. de legib. Felin. in cap. cum ad aures de reſcript. Rot. coràm Dunoz. Iun. deciſ.* 265. *num.* 7. 10. *&* 11. *& coràm Vbago deciſ.* 33. *num.* 4.

Et ità vtraque Parte audita, & omnibus DD. ſuffragantibus concluſum fuit &c.

R. P. D. V R S I N O

Lauretana Canonicatus.

Veneris 13. *Februarij* 1693.

Certantibus ſupèr pertinentia actiui Patronatus vnius ex quatuor Canonicatibus in Eccleſia Almæ Domus Lauretanæ, erectis in executionem pij legati à q. Margharita Celſa relicti Ioſepho, aliiſque de Carradoris prætendentibus ſe comprehenſos in genere, & linea vocatorum, & eadem Alma Domo contendente purificatam fuiſſe ſubſtitutionem eius fauore conceptam in defectum lineæ primo loco inuitatæ, controuerſiam ad noſtrum Tribunal detulere, in quo Partium Iuribus examinatis coràm R. P. D. meo Muto ſub die 20. Iunij 1692. deciſum, & ſubindè ad illius normam pronunciatum fuit *conſtare de Iurepatronatus fauore illorum de Carradoris*, proùt liquet ex deciſione ſub memorata die edita, & ſententia in illius ſequelam ſubinde prolata. Ab hoc Iudicato appellauit Alma Domus, ac prouocationis cauſa mihi commiſſa, ad illius præſcriptum in hodierna Audientia Dominis memoratæ ſententiæ vires propoſui diſcutiendas ſub dubio *An ſententia Rotalis ſit confirmanda, vel infirmanda*, quam cum vndique validam, iuſtamque agnouerint, confirmanda reſponderunt.

Iuſtitia namque (circà quam vnicè contentio verſabatur, cùm de validitate dubitatum non fuerit) luculentèr extitit comprobata ex ipſo tenore fundationis controuerſi Canonicatus contento in vltimis tabulis Margharitæ fundatricis, quæ relicto pingui legato ſcut. 12. mil. Almæ Domui Lauretanæ, voluit ex eis quatuor dotari Canonicatus, quorum alterum pertinere iuſſit pro effectu actiuæ nominationis *ad omnes de domo Celſa pro vna voce, pro ſecunda ad Domum de Bottanis, pro tertia ad* De-

Domum de Carradoris, & pro quarta ad Magnificam Communitatem Montis Luponum, proùt litteralitèr ſonant verba Teſtamenti relata in principio deciſionis R. P. D. mei Muti. Ex quibus eruitur, Teſtatricem voluiſſe referuari hunc Patronatum Domui de Carradoris indefinitè, & generaliter ſumptæ, abſque vlla certarum perſonarum reſtrictiua, ſub cuius proinde
22 denominatione tali lato vocabulo ſumpta comprehenduntur non ſolùm deſcendentes, ſed etiàm tranſuerſales, nec ſola familia effectiua deſignata dicitur, ſed etiam contentiua inuitata ad Patronatum fauore Domus ſecundùm ſe, & generalitèr ſumptæ referuatum, vt in præciſis terminis Iuriſpatronatus vti materiæ fauorabilis firmant *Spada* in hac Cauſa pro veritate conſultus *conſ. 7. à num. 6. verſ. non miror vſque ad finem, Ciarlin contr. 107. num. 48. Lotter. de re benef. lib 2. quaſt. 11. num. 41. & 72. & 78. Card. de Luc. de prahemin. diſ. 13. num. 12. & 17. Torr. de primog. & maior. Ital. par. 1. conſ. 38. nu. 273.* & cumularis concordan. dixit *deciſio R. P. D. Muti § Siquidèm cum ſeqq.*

Creſcitque argumenti vis, ex quo Teſtatrix voluit non tantùm Domum Carradoram vocare, ſed etiam indefinitè omnes de tali familia inuitare eodem modo quo omnibus de Domo Celſa Patronatum referuauit; cum namque ſuam diſpoſitionem circà memoratos Canonicatus regi permiſerit ab vno, eodemque verbo ibi— *ſpectet, & pertineat*, in omnibus Teſtamenti partibus, ſicùt parificauit Canonicatus, ita voluit æquare, & pariformitèr diſponere de Domibus ad illos vocatis, & inuitatis: Vnde cum in ſuæ diſpoſitionis exordio omnes de Domo Celſa nominauerit ad Patronatum, ita talis dictio generalis, & indefinita ex ſubintellectio Iuris ſenſu adiecta virtualiter, & repetita cenſetur alijs Canonicatibus, ac Domibus ſub eadem oratione, & periodo comprehen-
23 ſis, iuxtà naturam determinabilium, qui æqualitèr petunt terminari à determinatione eos pariformitèr reſpiciente, iuxtà opinionem, de qua *Rota deciſ. 256. num. 8. & deciſ. 334. num. 5. part. 15. cum concordan.* Quapropter cum vocatio Domus de Carradoris ex diſponentis volito ad omnes de tali Domo referri debeat, ceſſat quælibet hæſitatio, an in illa comprehendatur familia contentina, quæ ex proprietate talis indefiniti vocabuli indubitantèr vocata, & comprehenſa dicitur, vt in puncto docuit *Manſ. conſult. 46. num 2. & ſeqq. Fuſar. conſ. 16. num. 9. Rota diuerſ. deciſ. 490. num. 10. in fine, & num. 11. & in rec. deciſ. 226. num. 23. part. 19.*

Nec iſte intellectus turbari valuit ex ponderatione maioris affectionis, quam Teſtatricem habuiſſe præſumitur ergà Domum Celſam vti ſuam propriam, & originariam, quàm erga familiam de Carradoris alienam, & tali qualificato ſanguinis vinculo ſibi non iunctam, qua ſtante, rationabilis æquitas ſuadet voluiſſe quidem omnibus de propria Domo Patronatum referuare, ſed non omnibus de familia tranſuerſali, ob affectionis, & rationis diſparitatem, quæ regulariter raci-
24 tam repetitionem aliàs de iure admittendam excludit, ad firmata per *Rot. deciſ. 144. num. 4. & 5. part. 7. recent.* Siquidem maior, vel minor Teſtatoris affectio elicita ex latiori, vel ſtrictiori ſanguinis vinculo, operatur quidem, vt in vno magis patere dicatur diſpoſitio, quàm in altero, quando illa eſt dubia, vel anceps, nec ſufficientèr dignoſci valet quid Teſtator voluerit, quia tunc à Iuriſconſulto perpenditur maior Teſtantis affectio, ex qua eius præſumpta voluntas elicitur excluſiua æqualitatis intèr proximiores, & remotiores, ſecus verò quando, prout in hypotheſi, fundatrix ſub eadem oratione, & periodo omnes Canonicatus, & Domus voluit comprehendere, ac de eis per modum vnius diſponere, & in ſingulis Teſtamenti partibus eos parificare: Tunc enim clara dicitur illius voluntas æqualitèr de vno, ac de altero diſponendi nec maior, vel minor affectio conſideratur, quia illa vti mera præſumptio cedit litterali voluntati, quæ illi ſempèr de iure præualet, iuxtà Theoricam *Bartoli* relatam, & ſequutam *à Peregr. de fideic. art. 44. num. 56. Rot. coram Merlin deciſ. 294. num. 1. Adden. ad Buratt. deciſ. 120. in fine, & in recent. deciſ. 509. num. 15. & deciſ. 705. num 12. part. 18. recent.*

His præhabitis, minus ſubſiſtere viſum eſt aſſumptum, vocationem Domus in priori diſpoſitionis parte indefinitè adiectam, in poſteriori deindè reſtrictam, & limitatam fuiſſe ad certum perſonarum ge-

genus, ibi -- *De domo Carradori de d. Baptiſta eius viro, & d. Falice eius Cognato, & fratre*
25 *ipſius D. Baptiſta*, quibus tantùm, & eius deſcendentibus Patronalis facultas videtur reſeruata, ne vltra illos progredi valeat, ex nota limitatione, quod vocata ad Patronatum Domo, ſeù familia, cum pronomine, ſeù nomine indicante perſonam alicuius, veniunt tantùm, qui ſunt deſcendentes ex familia illius effectiua, & non alij de familia contentiua cùm Patronatus tali caſu cenſeatur priuatiuè reſeruatus illis, qui deſcendunt à Domo perſonarum ſpecialitèr deſignatarum, vt in puncto tradit *Palma nepos alleg.* 101. *num.* 6. *Card. de Luca de Iurepatr. diſc.* 24. *num.* 2. *Rota deciſ.* 450. *nu.* 7 *coràm Merlin.* & pleniùs *coràm Royas dec.* 361. *per tot.*

Etenim ſeriò perpenſo, ac conſiderato Teſtamentariæ diſpoſitionis contextu, DD. viſum eſt mox memorata verba Patronatum limitantia ad certas ſignatas perſonas minimè qualificare Patronatum actiuum iam indifferentèr conceptum in tota Domo Carradora, ſed illa tantùm percutere paſſiuam nominationem, quam
26 Teſtatrix voluit expleri limitatè in tali perſonarum ſpecie inibi nominata, prout litteralitèr verba ipſa diſpoſitionis præſeferunt. Teſtatrix enim poſt iam conſumatam vocationem indiſcriminatam, & genericam quatuor Domorum, progrediendo vlteriùs voluntatem ſuam per hæc verba patefecit -- *Et quod vnaquaque ex dd. Domibus poſſit eligere eius Canonicum ad eorum contentamentum, videlicèt de Domo Celſa de illis dependentibus de eius Patre, & Patruo, & de Domo de Bottanis de dicta Vincentia eius Matre, & de Domo de Carradoris de dicto Baptiſta eius Viro, & Fœlice Cognato* -- ex quibus ad euidentiam patet, reſtrictionem appoſitam Domui ſtare declaratiuè ad perſonas eligendas, de quibus immediatè diſpoſuerat, & aptari non poſſe actiuæ nominationi iam ſuperiùs perfectæ, & ordinatæ. Tum ex verborum, pe-
27 riodum regentium proprietate, & natura, ibi -- *poſſit eligere*, quæ ſolùm paſſiuæ nominationis effectum cauſat, & importat, vt ex *theor. Bartol. in l. repetendis verſ. tertio caſu de legat.* 1. firmat *Spad. cit. conſ.* 7. *num.* 8. *verſ. Secundo hoc comprobatur*. Tum
28 ex iuris regula, quando verba continuatiuè appoſita ad aliquam diſpoſitionem ad illam referuntur, cùm relatio ſempèr facienda ſit ad proxima vti magis congrua, & aptabilia diſpoſito, prout in terminis tradit ſæpè laudatus *Spad. conſ.* 7. *num.* 8. *Marc. Antonin. reſol.* 82. *fol.* 150. & dicit *deciſ. R. P. D. Muti* § *Attamèn circa fin.*

Corroboratur huiuſmodi intellectus ex ſubſequuta obſeruantia proxima controuerſo Teſtamento, quæ cuiuſcumque diſpoſitionis eſt optima interpres, imò & fortiùs ex ſententia prolata ab Ordinario, citata Alma Domo, in qua canonizatur
29 pertinentia Patronatus fauore Roberti, & aliorum de Carradoris vti de linea contentiua vocatorum, in cuius ſubindè ſequelam plures perfecerunt præſentationes, effectum ſubſequutas abſq; vlla contradictione. Ex quibus ſicut oritur obſeruantia plurimùm conferens ad dignoſcendam qualitatem Patronatus, & perſonarum in ea comprehenſarum, ad ſenſum *Rota coràm ſan. me. Alexandro VIII. dec.* 224. *num.* 6. *& coràm Royas deciſ.* 279. *num.* 11. *cum ſeqq. & coràm Merlin. deciſ.* 563.
30 *num.* 11. Ita eidem venit plurimùm deferendum, cùm Ordinarij in eorum præiudicium non ſoleant fauore tertij Patronatum reſeruare, niſi diligentèr fundationis lege perſpecta, prout ad propoſitum ſenſit *Rot. cor. Pamphil. deciſ.* 610. *num.* 10. *& in rec deciſ.* 168. *num.* 27. *part.* 10. *& deciſ.* 152. *num.* 12. *&* 13. *part.* 11. *& deciſ.* 148. *num.* 11. *part.* 15.

Neque, ad ſuadendum hucuſque enucleatam diſpoſitionem præſeferre reſtrictionem actiuæ nominationis Patronalis in Domo Carradora, obtinuit replicatio, quod immediatè poſt illam Teſtatrix ſubiungat -- *Et deficiente linea prædictarum Domorum, in tali caſu electio prò illis deficientibus ſpectare, & pertinere debeat Alma Domui Lauretanæ, & eius prò tempore Miniſtris, & Protectoribus* -- Ex quibus verbis inferri contendebatur, quod ſi relatio ex communi Iuris ſenſu facienda eſt ad pro-
31 xima verba illa -- *deficiente linea prædictarum Domorum* -- debent ſtare continuatiuè ad orationem præcedentem, in qua certæ perſonæ ex Domibus nominatis deſignantur; Vndè ſicuti linea Domorum in hac vltima periodo recenſita neceſſariò referatur ad Patronos actiuum ius nominandi habentes, cum præſeferat in deficientiam illorum ſubſtitutionem Almæ Domus Lau-

Lauretanæ : Ita perſonæ certis finibus ſignatæ in controuerſa diſpoſitione, actiuam non verò paſſiuam nominationem reſpiciunt, ne detur ſub eadem oratione varietas, & diuerſa interpretatio, diſcordetque relatum à referente, quod tamquàm abſurdum ſemper de iure vitari debet, vt in propoſito dixit *Rota coràm Gregor. deciſ. 133. num. 3.*

Siquidem quidquid ſit an rigoroſè, vel
32 litteraliter ſumpta particula illa — *Et deficiente linea prædictarum Domorum*, videatur ſtare continuatiuè ad proximam diſpoſitionem, & referri ad Domos in ea parte deſignatas; Tamen cum in hoc Teſtamento, ab imperitiſſimo Notario non minùs ineptè extenſo, non poſſit fieri vis ſuper rigore litteræ, prout obſeruat *Spad. in princ. citati conſ. 7.* & innuit *deciſ. D. mei Muti §. finali*, ſed debeat attendi quid ſubſtantialiter Teſtatrix voluerit, & ex ſuperiùs perpenſis iam ſatis clarè pateat fuiſſe reſeruatum Patronatum fauore totius familiæ de Carradoris, laxior, ſed æquior ſumenda eſt interpretatio, vt verba illa *deficiente linea prædictarum Domorum* referantur ad Domos in prima diſpoſitionis parte vocatas, non verò ad perſonas eligendas in poſtrema ſignatas, ſeù limitatas, hocque ad iuridicè conciliandam diſpoſitionem, & ad euitandam contrarietatem, & inſtantaneam correctionem, quæ certò certius daretur, ſi poſt ſtabilitam Patronalem facultatem in tota Domo Carradora, & limitatum genus perſonarum eligendum, admitteretur Teſtatricem voluiſſe reſtrictiuè ad perſonas eligendas de-
33 ſignare etiam electores, ac Patronos iure nominandi fruentes, quæ reſtrictio de diametro aduerſaretur cũ Patronatu iam indifferenter concepto, & ordinato, vndè ſi in tali caſu iura permittunt impropriari etiam verba ad adimendam exorientem contradictionem ad tradita per *Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 3. tit. 7. nu 3. Ciriac. contr. 174. num. 4. Actolin. reſol. 82. num. 20. Rota deciſ. 406. nu. 11. par. 19. recent.* quantò faciliùs poterit detorqueri relatio ad remota, nam licèt verum ſit illam faciendam eſſe ad proxima, hoc tamen procedit, quoties illa aptabilia ſunt, & congrua diſpoſito, ſecùs verò ſi illi incongruant,
34 & contradictionem inuoluant, quia tunc diſpoſitio referenda eſt ad ea, quibus magis congruit, & adaptatur, ne inducatur actuum contrarietas, & irreconciliabilis contradictio, omninò vitanda, vt aduertunt *Surd conſ. 440. num. 31. & deciſ. 27. num. 7. Turr. de ſucceſſ. in Primog. tom. 2. quæſt. 23. num. 45.* vbi alios cumulat, & *Rota deciſ. 193. corã Dunoz. Sen. & deciſ. 30. num. 8. coràm bo. mem. Card. Cerro*, & dixit *Rota in Peruſina Immiſſionis 27. Februarij 1692. §. Et verba relatiua coram me.*

Et demùm in omnem caſum, & ſi verba illa certas perſonas deſignantia percuterent Patronatum actiuum, cum tamen il-
35 lum non reſtringant ad deſcendentes ab illis, ſed dependentes deſignet, ibi — *de dependentibus*, quod verbum magis latè patet, & aptum eſt comprehendere omnes attinentes, & ſanguine coniunctos; non perindè excluderentur Ioſeph, & alij de Carradoris licèt tranſuerſales, cum iſti veniant, & comprehendantur ſub nomine Agnatorum, prout firmat *Spada in ſæpiùs citato conſ. 7. num. 6. §. Non miror*, & diſtinguendo tradit *deciſ. R. P. D. Muti §. ſecundo.*

Quod autem Teſtatrix appellatione dependentium intellexerit comprehendere non eos dumtaxàt, qui eſſent de familia effectiua, ſed etiam omnes agnatos, & attinentes de familia, clarè colligitur ponderando, quod reſpectu Domus de Bottanis vocauit dependentes de Vincentia eius matre, quæ cum eſſet nupta Marino Celſo, eius filij, & deſcendentes non fuiſſent
36 de Domo, & familia de Bottanis, ſed de Domo Celſa, vndè ſicuti reſpectu Domus de Bottanis pernecesſè dici debet, quod appellatione deſcendentium de Vincentia matre vocauerit eos, qui eſſent de ipſius familia contentiua; Ita etiam idem dicendum venit reſpectu Domus de Carradoris, quod appellatione dependentium de Felice, & Baptiſta vocauerit non ſolùm illorum filios, & deſcendentes, ſed etiam omnes eorum Agnatos, & attinentes de familia, vt proſequitur *Spad. d. conſ. 7. ſub num. 8. verſ. tertiò hoc etiam lib. 3.*

Et ita Partibus hinc indè auditis reſolutum fuit &c.

AR-

ARGVMENTVM.

AN, et quando exiens ab Eccleſia blandis, ſubdoliſque verbis, et à Birruarijs captus amittat immunitatem.

SVMMARIVM.

Exiens ab Eccleſia blandis, ſubdoliſque verbis non amittit immunitatem, & ſi fuerit captus debet reſtitui Eccleſiæ num. 1.

Declara, quod ſuaſiones, & verba blanda ſunt probanda de tempore exitus, vel quod reſpiciant licentiam exeundi num. 2.

Declara quòd licentia, ſeù verba blanda reſpicientia exitus antecedentes non ſuffragarent tempore factæ carcerationis dicto num. 2.

Præſumptio ſtat prò validitate capturæ num. 3.

VOTVM LXXXX.

IN hac cauſa Ponente Reuerendiſſimo Bottinio in Sacra Congregatione Immunitatis apparebat in proceſſu -- *Che il Barigello ſi faceſſe dare da vn Frate Pane, e Vino, e che poi diceſſe al Refugiato, che portaſſe in freſco alla fontana poco diſcoſta dal Cõuento il Vino per potere poi fare inſieme colatione, e mentre poneua in eſſa il Vino foſſe dalli Sbirri carcerato, e legato in preſenza del medeſimo Barigello.*

1 Scribentes prò Curia Gubernatoris aſſerebant nõ eſſe carceratum reſtituendum Eccleſiæ, cùm exiens ab iſta blandis, ſubdoliſque verbis amittat beneficium immunitatis, nàm volenti non infertur violentia, præſertim in præſenti, in quo non adſunt verba ſecuritatẽ importantia iuxtà multas auctoritates collectas *à Thoma del Bene de Immunit. cap. 16. dub. 25. ſect. 5. per tot. Pignatel. tom. 1. conſult. 100. num. 1.*

Sacræ tamèn Congregationi in hac cauſa Reatina die 27. Martij 1696. placuit contraria opinio, & reſpondit conſtare de doloſa extractione, & ideò reſtituendum, & ratio fuit, quod huiuſmodi ſuaſiones doloſæ, ac deceptiones fraudolentæ, ſiuè factæ à publica, ſiuè priuata perſona æquiparentur violentiæ, vti proſequitur *Pignatel. in dicta conſult. 100. n. 2. tom. 1. cum alijs apud Ventrigl. prax. Eccleſiaſtica tom. 2. annot. 23. §. 1. num. 41. Ciarlin. contron. forenſ. lib. 2. cap. 163. num. 3. & ſeq.*

In eadem Congregatione Immunitatis Ponente R. P. D. Petra in vna Verulana die 27. Martij 1696. fuit reſponſum non
2 conſtare de doloſa extractione, quamuis ex proceſſu appareret carceratum pluriès exiuiſſe ab Eccleſia cum verbis etiàm ſecuritatem denotantibus, & in ſpecie ſic exiuit vna vice per menſem antè carcerationem, & ratio reſolutionis fuit, quià quando fuit facta carceratio non apparebat exiuiſſe dictum Carceratum ab Eccle-
3 ſia ſub aliqua ſecuritate, nec de eo tempore blandis ſubdoliſq; verbis fuiſſe inductũ ad exeundum, nàm præſumptio ſtat prò validitate capturæ, & dolus eſſet probandus ab allegante de tempore ſuæ carcerationis, nèc eſt arguendùm ab actibus antecedentibus, in quibus promittebatur ſecuritas limitatè prò eis vicibus tantùm.

ARGVMENTVM.

COncilium Adiunctorum quando ſit neceſſarium in viſitatione Cathedralis facienda ab Epiſcopo. Libri quando ſint aſportandi ad Palatium Epiſcopi, vel ſint recognoſcendi, et reuidendi in loco viſitationis.

SVMMARIVM.

Quando ex aliqua concordia ſit neceſſarium conſilium Adiunctorum in viſitatione, non requiritur illud in actibus præparatorijs num. 1.

Interpretatio eſt ſemper ſumenda in ea parte, in qua minus læditur ius commune num. 2.

Epiſcopus poteſt conuocare Synodum abſquè conſilio Capituli ſub num. 2.

Epiſcopus poteſt conuocare concurſum abſquè conſenſu Examinatorum ſub num. 2.

Si conſilium requiratur vt ſupra, in rebus arduis Adiunctè poſſunt prætendere aliquod ſpatium congrui temporis ad conſulendum num. 3.

Epiſcopus quando poſſit prætendere, vt libri aſportandi ſint ad ſuum Palatium, vèl ſint reuidendi in loco viſitationis num. 4.

Epiſcopus poteſt præfigere terminum Capitulo ad terminandam viſitationem cumulatiuam, quã idem Capitulum habet num. 5.

AR-

Digitized by Google

VOTVM LXXXXI.

IN hac cauſa Hiſpalenſi fuerunt plura dubia propoſita, & primò an Archiepiſcopus in indicenda viſitatione, & determinanda die illius, & alijs actibus præ-
1 paratorijs eiuſdem, teneatur exquirere cōſilium Aſſiſtentium deputandorum à Capitulo ad formā concordiæ. Et Sac. Cōgregat. Concilij die 18. Auguſti 1696. reſpondit negatiuè, & ratio fuit quià conſilium ad formam cōcordiæ ſit requirendum tantumodò in actu viſitationis, non autèm in illius præparatione, dùm in materia iuris communis correctoria, ſempèr debeat
2 capi illa interpretatio, quæ minùs lædit diſpoſitionem iuris communis, & in puncto articuli ſupradicti adſunt indiuiduales reſolutiones *in Sacra Rota in vna Illerden. viſitationis 21. Aprilis 1606. & 2. Aprilis 1608. coràm R. P. D. Iuſto, & faciunt tradita per eamdem Rotam in dicta cauſa Illerden. in deciſ. 98. & deciſ. 135. coràm Vbaldo, & deciſ. 62. num. 2. & ſeq part. 1. recent.* Et licèt Epiſcopus non poſſit Synodum condere abſquè conſilio Capituli, nec concurſum facere abſquè Examinatoribus Synodalibus, tamèn tàm Synodum, quàm concurſum poteſt conuocare nemine ex ſupradictis requiſito *Barboſ. de iur. Eccleſ. vniuerſal. lib. 1. cap. 32. ſub num. 20. de Canonic. cap. 43. num. 23. in fin. & ad Concil. cap. 18. ſeſſ. 24. de reformat. num. 65. Romaguer. ad conſtit. Synodal Gerunden. lib. 1. tit. 1. cap. 1. num. 15. 20. & 26. Pac. Iordan. var. lucubr. tom. 2. lib. 10. tit. 8. num. 32.* Aduertendum autèm eſt, quod in hac cauſa Hiſpalenſi à Sacra Congregatione Concilij die 18. Auguſti 1696. fuerit determinatum conſilium Adiunctorum etiàm eſſe requirendum in ſcrutinio auriculari viſitationis perſonalis in actu, & figura viſitationis, non autèm extrà actum, & figuram viſitationis, & in forma extraiudiciali etiam durante tempore viſitationis.

Si conſiliū vt ſuprà ſit neceſſariū: Adiuncti poſſunt prætendere aliquod congruum
3 ſpatium temporis ad conſulendum in rebus arduis, ſed tempus in hoc caſu erit determinandum arbitrio, & conſcientia Epiſcopi non retardata in alijs proſequutione viſitationis iuxtà reſolutionem factam in dicta cauſa Hiſpalenſi à Sacra Congregatione Concilij, in qua fuit etiàm reſolutum libros eſſe aſportandos ad Palatium
4 Archiepiſcopi, quando concernunt materiam viſitationis iuxtà opinionem cōmunitèr receptam, de qua tradunt *Fagnan. in cap. ad hæc num. 36. & 37. de religioſ. dom. Pignatel. conſult. 17. num. 10. & ſeq. 18.* Et contrarium eſſet tenendū, quandò libri eſſent aſportandi extrà Ciuitatem, ſeù Caſtrum, aùt Oppidum, in quibus terminis procedunt reſolutiones *Sac. Congregationis Concilij in Calagoritana 17. Aprilis 1630. & alterius Epiſcoporum in vna Firmana 26. Septembris 1589. de qua Pignatel. conſult. 15. num. 43. tom. 7.*

Demùm Sacra Congregatio Concilij in dicta cauſa Hiſpalenſi cenſuit Archiepiſcopum poſſe præfigere terminum Ca-
5 pitulo, quod habet ius cumulatiuum viſitandi, ad terminandum viſitationem, dummodò terminus nō ſit minor duorum menſium, quæ reſolutio eſt iuri conſona *Barboſ. ad Concil. ſeſſ. 24. cap. 3. num. 3. de reformat. & de poteſt. Epiſc. allegat. 73. num. 10. ver. poteſt, & de iure Eccleſiaſtico vniuerſali lib. 1. cap 14. num. 13. in fin. & in Summa Apoſtolicarum in verb. Epiſcop. quoad viſitationem num. 6. Pignatel. tom 9 conſult. 146. num. 14. in fin. Nicol. in Floſc. in verb. viſitat. num. 3. in fin.*

ARGVMENTVM.

IN Sacra Congregatione Immunitatis plenè diſcuſſo articulo fuit reſolutum Equites Sancti Stephani teneri ad ſolutionem collectarum Communitatiuarum in bonis proprijs. Cū exemptio eiſdem ſuffragetur tantum in bonis Comendæ.

SVMMARIVM.

Referuntur plura decreta circà exemptionem Equitum Sancti Stephani, & aliorum Ordinum num. 1. & 2.

Equites Sancti Stephani ad formam Bullæ Pij IV. ſunt exempti à gabellis communitatiuis in bonis Comendæ tantùm num. 3.

Equites Sancti Stephani ſunt Religioſi, & Eccleſiaſtici num. 4.

Et per conſequens exempti à gabellis communitatiuis etiam in bonis proprijs num. 5.

Contrà num. 6. & 8.

Clerici coniugati licèt gaudent beneficio fori non ſunt exempti à gabellis communitatiuis n. 7.

VOTVM LXXXXII.

AD effectum rectè decidendi articulum an Equites Sancti Stephani teneantur ſoluere gabellas commu-
1 nitatiuas in bonis proprijs fuit iniunctum à Sacra Congregatione Immunitatis R. P. D. Vallemano eiuſdem Secretario, vt colligeret decreta in hac materia emana-
2 ta, quæ ſupponebantur intèr ſe contraria, de quibus etiam meminit *Pignatel. tom. 1 conſult. 441. ſecundum impreſsionem Venetam*. Vndè R. P. D. Valliemanus more ſuo diligenti collegit decreta, quæ etiã tranſmiſit omnibus Eminentiſſimis Cardinalibus eiuſdem Congregationis.

Quibus omnibus perpenſis Sacra Congregatio Immunitatis die 7. Auguſti 1696. Ponente Reuerendiſsimo Bottinio decla-
3 rauit Equites S. Stephani non gaudere in bonis patrimonialibus, nàm Bulla 60. ſa. mem. Pij IV. concedit exemptionem dictis Equitibus in bonis Comendæ ſolummodò, & ideò non poteſt extendi dicta exemptio ad bona propria.

4 Non obſtante, quod Equites Sancti Stephani reputentur Perſonæ Eccleſiaſti-
5 cæ, & quod per conſequens debeant eſſe exempti à gabellis communitatiuis, etiàm in bonis proprijs. *Bonaci. oper. moral tit. de excom. tom. 1. diſp. 2. quæſt. 4. punct. 3. n. 9. Sperel. deciſ. 2. ſub num. 120. cla. me. Card. de Luc. de regal. diſc. 84. ſub num. 9. Nouar. de elect. fori quæſt. 69. par. 2. nn. 31. Del Ben. de immunit. tom 1. par. 1. num. 1. & ſeq.*

Quoniàm dicti Equites ſunt tamquàm
6 Eccleſiaſtici in ea parte, in qua Pontifex illos priuilegiatos reddere voluit, vndè cũ Pontifex in materia collectarum ſolummodo dictos Equites exemerit à gabellis communitatiuis in bonis Comendæ, ſequitur, vt exemptio prædicta ſit reſtringenda ad caſum bonorum in Comendam aſſignatorum, veluti practicatur in Clericis coniugatis, qui licèt gaudent beneficio
7 fori, & canonis; tamèn non ſunt exempti à gabellis communitatiuis per *Text. in cap. vnico de Clericis coning. in 6. Pignatel. tom. 5. conſult. 46. num. 89.*

Et ita fuit reſolutum à Sacra Congregatione Boni Regiminis cuius litterarum copiæ ſunt ſequentes.

Copia delle Lettere ſpedite dalla Sagra Con-
8 *gregatione del Buon Gouerno. Perugia, Gouernatore 16. Giugno 1674. Diſcuſſaſi maturamente in Sagra Congregatione la controuerſia inſorta trà coteſta Communità, e li Caualieri di S. Stefano intorno all' eſentione da quelli preteſa dal pagamento delle Collette, è ſtato dalla medeſima riſoluto, che per i beni patrimoniali proprij ſiano i detti Caualieri tenuti al pagamento di tutte le collette ſi' hora impoſte dalla medeſima Communità in tal conformità ne commetta l' eſecutione &c.*

Al Sig. Cardinal Legato di Romagna 8. Luglio 1686. Altre volte la Sagra Congregatione hà ordinato, che li Caualieri di S. Stefano ſiano tenuti à pagar li peſi Camerali come Communitatiui, onde V. Eminenza ſi compiacerà in tal guiſa dar gli ordini opportuni contro quei Caualieri, che poſſedono nel Territorio di Rimini, ſenz' attendere alcuna inhibitione, pur che non ſia ſpedita in vigore di commiſsione ſegnata di propria mano di Noſtro Signore.

Et nouiſsimè ità fuit reſponſum à Sac. Cõgregatione Immunitatis in cauſa Mantuana, & Ariminen. die 6. Auguſti 1696. Ponente Reuerendiſs. Bottinio.

ARGVMENTVM.

QVando penſio reſeruatur in pleno beneficio ad euitandas colluſiones debet apparere ſolutio penſionis integræ ex publicis inſtrumentis, & quandò Congrua quæ debet remanere Rectori ſufficiat, vt ſit de Scutis centum iuxtà morem regionis: Penſio ſtatìm ceſſat ſi penſionarius fuerit adſcriptus Militiæ ſeculari.

SVMMARIVM.

Simplices quietantiæ penſionis ſoluta non ſufficiunt ad probandam ſolutionem penſionis reſeruatæ beneficio pleno num. 1.

Limita num. 2.

Solutiones factæ à tertio nomine titularis non conſtituunt penſionarium in quaſi poſſeſsione exigendi num. 3.

Declara num. 3.

Ad validitatem penſionis ſufficit, vt titulari remaneant libera Scuta centum monetæ ſecundum vſum Regionis, & quando n. 4. 17. 24. & 25.

Pen-

Penſionarius ſi fuerit adſcriptus militiæ ſæculari ceſſat penſio ad ſui fauorem num. 5.

Sententia tranſit in iudicatum, ſi non fuerit proſequuta appellatio intrà legitima tempora numer 6.

Penſio remanet nulla in totum, ſi non remaneant centum libera Rectori ab omni onere num. 7.

Et hac probatio eſt facienda à penſionario num 8.

Limita ſtante conſenſu titularis, ac etiàm obligatione in forma Cameræ num. 9.

Contrà num. 10.

Ducatus aureus quanto valutatur num. 11.

Teſtis vnicus contrà inducentem plenè probat num. 12.

Onera beneficij ſunt deducenda in calculanda congrua num. 13.

Onera quantum valutari ſoleant num 14.

Penſio eſt nulla in totum, nèc eſt reducenda ſtante clauſula dummodò remaneant centum, etiamſi expreſſus valor deficeret in obulo numer. 15. & 16.

Scuta centum aſſignata prò congrua à Concilio intelliguntur de ſcutis iuxtà morem regionis num 17. 24. & 25.

Illatio non eſt facienda ex diuerſis num 18.

Quando in reſeruatione beneficij nominantur ſcuta aurea, tùnc centum reſeruata prò congrua intelliguntur etiàm de ſcutis aureis num. 19.

Declara num. 20. & 22. & ſequentibus.

Conceſſio Principis debet interpretari, vt minùs quo fieri poteſt corrigat ius commune num. 21.

Congruam præſumitur habere Parochus, quando eius Anteceſſores ſoluerint penſionem num. 23.

Penſio retinet naturam beneficij, & ſubijcitur omnibus legibus loquentibus de beneficio num. 26.

Contrà num. 28. 29. 30. & 31.

Beneficium quod habuit Pater, non poteſt conferri Filio num 27.

An idem ſit in penſione dicto num. 27.

Penſio eſt quid merè temporale num. 28.

In aliquibus differt à beneficio num. 28.

In imperratione beneficij quandò ſit facienda mentio penſionis reſeruatæ num. 29.

Regreſſus conceditur ſi titularis non ſoluerit penſionem, & non in alio caſu, & quando nu. 32.

Penſionis eſt incapax habens merum, & mixtum imperium num. 33.

Idem eſt in exercendo iuriſdictionem ſanguinis, ſeù officium criminale num 33.

Miles ſæcularis eſt incapax penſionis num. 34.

Baro habens fœudum eſt incapax penſionis numer 35.

Contrà num. 36.

Declara num 37.

Miles in ſeruitio Sedis Apoſtolicæ non amittit penſionem num. 38.

Clericus vt dicatur priuatus ſtatu clericali, & penſione requiritur trina monitio, vt deſerat militiam, & reaſſumat habitum num. 39.

Papa cenſetur diſpenſare eo ipſo, quod dirigit gratiam alicui inhabili num. 40.

Equites Hieroſolymitani ſunt capaces penſionis num. 41.

Equites Lauretani ſunt capaces penſionis numer 41.

Amplia etiamſi non detulerint ſignum Crucis numer. 42.

Obſeruantia inſeruit in materia penſionum numer. 43.

VOTVM LXXXXIII.

Credidi Rectorem Sancti Matæi teneri ad ſolutionem penſionis faciendam Laurentio Tornabono, quià licèt agatur de penſione reſeruata beneficio pleno, in quo caſu requiruntur euidentes penſionis ſolutiones factæ in vita à Rectore, qui reſeruationi conſenſit, quæ
1 ſolutiones non iuſtificantur ex ſimplicibus quietantijs ab ipſomet penſionario exaratis, ſed debent apparere ex publicis Inſtrumentis *l. lutius 47. §. tutelæ ff. de adminiſt. & pericul. tutor Tondut. de penſion. cap. 3. num 34. Rot. coràm Seraphin. deciſ. 302. num. 2. coràm Buratt deciſ. 156. num. 2. coràm Merlin. deciſ. 123. num 9. & latè in Lauretana penſionis 16. Ianuar. 1693. coràm bon. me. Benincaſa §. Agitur, & §. nèc ad probandum.*

Nihilominùs in præſenti dubitari non poteſt de integra omnium terminorum
2 penſionis ſolutione, quià iſta apparet ex quietantijs tribus teſtibus munitis, ac etiàm quatuor ex dictis quietantijs correſpondent partitis librorum publici Mercatoris legaliter tentis, aliæ verò quietantiæ licèt trino teſte non ſint munitæ iuſtificantur ex pluribus ſolutionibus factis in Banco Sancti Spiritus, quibus in circumſtantijs ſuſpicari non debet de realitate ſolutionis, vti in his terminis ponderauit *Rota poſt Poſt. de manut. deciſ. 304. ſub num. 3. & coràm Dunoz. Iun. deciſ. 859. num. 9.*

Veluti ſolutiones penſionis factæ à tertio nomine titularis, quæ quamuis non
3 conſtituant penſionarium in poſſeſſione exigendi, tamèn hæc regula ſuam habet

limitationem quando ſolutiones prædictæ adeſſent adminiculatæ *Rot. coràm Sa. Me. Alex. VIII. deciſ. 56. num. 3. 4. & 5.*

4 Et fruſtrà inſiſtendum cenſui in exceptione data per Titularem, nempè quod non remaneant centum ſcuta aurea libera ab omni onere. Quoniàm diſputato dubio de ordine Sanctiſſimi in Sacra Rota an congrua, quæ remanere debet Rectori ad formam Concilij ſit calculanda in ſcutis argenteis, vèl aureis, fuit reſolutum dictam congruam conciliarem eſſe calculandam in ſcutis argenteis, & iuxtà morem Regionis, vti recognoſci poteſt *in Romana penſionis ſupèr congrua* 10. *Aprilis* 1693. *coràm R. P. D. Priolo per tot.*

5 Eiuſdem irrelevantiæ fuit altera exceptio nempè, quod Penſionarius dimiſſo habitu clericali adſcriptus fuerit militiæ ſæculari, & per conſequens ſtatim ceſſauerit penſio, de qua materia latè, & doctè diſcuſſum fuit *in Rota in Romana penſionis* 29. *Februarij* 1693. *coràm R. P. D. Caprara.* Quià contrarium apparet ex atteſtatione Ordinarij, ac ex pluribus teſtibus formitèr examinatis, quorum concludenti depoſitioni contraponi non debent alij duo Teſtes ſingulares, & habentes quamplures exceptiones perſonales ex vulgatis.

R. P. D. VRSINO

Lauden. Penſionis.

Ven. 4. Februarij 1695.

CVm hodie R. P. D. Thomas Vidonus proponeret Cauſas reſtitutionis in integrum, quas ſibi competere exiſtimabat aduerſus ſententiam A. C. Thomati latam ſuper nullitate penſionis aliàs, & vſq; de anno 1678. eius fauore Auctoritate Apoſtolica reſeruatæ in ſumma ducatorum 56. auri de Camera cum vno quarto alterius ducati ſimilis ſupèr fructibus certis, & incertis Eccleſiæ Parochialis S. Zenonis Lauden. Diœceſis: illam DD. cenſuræ ſub congruo dubio ſuppoſui; quo diſceptato cum adinuentæ fuerint minoris ponderis prodijt reſcriptum — *Conſtare de re iudicata.*

Illa namquè legitimè exoriebatur à memorata Sententia A. C. Thomati, à qua & ſi Penſionarius appellauerit, Cauſam tamèn appellationis intrà legitima
6 tempora minimè fuit proſequutus, cùm
nèc intrà annum conſuetam citationem tranſmiſerit ad dicen. contrà commiſſionem, minuſque in biennio acta tranſportauerit proùt Iuris erat. Vndè appellatio remanſit deſerta, ac in rem iudicatam Sententia lata tranſiuit, ex vtroque capite, vt de primo teſtatur *Rota in recent. part. 1. deciſ. 156. num 1. & ſeqq.* & de ſecundo tenuit *Bich. deciſ. 345. num. 1. & 2. & deciſ. 219. num. 1. & ſeqq par. 11. rec.*

Iuſtitia verò laudatæ ſententiæ obſiſtens expetitæ in integrum reſtitutioni ſatis patebat, ex quo penſio præfata in ſummam ducatorum 56. reſeruata fuit ſub narratiua valoris annui Parochialis in ducat. 180. auri de Camera, ac ſub expreſſa conditione ibi — *Dummodò ex fructibus Parochialis Eccleſia illam pro tempore obti-*
7 *nenti centum ducati auri de Camera liberè*
etiam deductis omnibus, & ſingulis illius oneribus annuatim remaneant integrè perſoluendi — Vndè ad validandam Penſionem, nedum verificari debet valor expreſſus, quo deficiente ruit fundamentum Gratiæ, & Penſio in totum annullatur ad ſenſum *Rot. coram Amat Dunoz. dec.* 880. *num. 1. coram Coccin. deciſ.* 1639. *num.* 14. *penès Priol. deciſ. 780. num. 1. & ſeqq. & in Tridentina Penſionis* 10. *Maij* 1683. §. *Iuſtitiam verò coràm bo. me. Albergato.* Sed vlteriùs probare neceſſe eſt ducatos centum auri de Camera Rectori detracta Penſione rema-
8 nere, & hoc onus Penſionario incumbit,
& ſi agat contrà eum, qui Penſioni conſenſit, quia cum qualitas huiuſmodi ſit expreſſa per modum conditionis, conſenſus non niſi conditionatè præſtitus cenſetur, ad magiſtralem diſtinctionem *Rota in Salamantina Penſionis* 26. *Maij* 1543. *coràm Gipcio, quam refert, & ſequitur Garz. de benef. lib. 1. cap. 5. num. 424. & 464. & comprobat Rota deciſ. 120. num. 9. & ſeqq. part. 16. recent.*

Licet namque ferè indubitatum ſit in iure, Penſionarium releuari ab onere ve-
9 rificandi valorem in litteris expreſſum per
aſcenſum quoties, vt in hoc caſu contenditur cum Titulari, qui penſioni conſenſit, ac in forma Cameræ ſe ſe ad ſolutionem obligauit, quique etiàm onus probandi valorem aſſumpſit in ſe, quidquid ſit ſi ageretur cum ſucceſſore, qui conſenſum
non

Digitized by Google

non præſtiriſſet, vt diſtinguendo firmauit *Rota deciſ.* 288. *num.* 9. *&* 10. *part.* 12. *rec. & in Romana Penſionis* 5. *Iulij* 1684. §. *Demum non obſtat coràm Reuerendiſs. Mediola-*
10 *nen.* nihilominùs in hac facti ſpecie, vel Penſionatius renetur iuſtificare ea, quæ per viam conditionis expreſſa leguntur in litteris reſeruationis, nàm conditiones appoſitæ in ſe rapiunt, ac in propriam naturam conuertunt Titularis conſenſum, qui ad nihilum deſeruit illis non verificatis, vt in ſimili de Clauſula *dummodò remaneant centum pro Rectore* reſpondendo prò nullitate Penſionis firmauit *Rota deciſ.* 187. *nu.* 9. *& ſeqq. part.* 11. *rec.* & præciſè fauore Rectoris, qui Penſioni conſenſit illamque ſoluere promiſit, aſſumpto quoque onere probandi valorem eadem *Rot. in recent. deciſ.* 120. *num.* 7. *cum pluribus ſequent. par.* 16.

Vèl ipſe Titularis rimatis probationibus à Penſionario factis liquidò oſtendit valorem Beneficij non aſcendere ad ducatos 180. auri de Camera, vt prædictum eſt per aſcenſum expreſſos, minuſque ſibi remanere ducatos centum ſimiles, nam attentis articulis coràm A. C. ad eiuſdem Penſionarij inſtantiam productis, quam
11 alijs datis coràm Iudice delegato in Partibus liquet valorem in primis fuiſſe articulatum in ſcutis 280. monetæ, & in ſecundis in libris imperialibus 1700. conſtan. ſcut. 226. 66. Ex quibus duabus ſummis neutra conſtituit Ducatos 180. auri de Camera conſtantes ſcut. 288. monetæ Romanæ calculando ducatum ad rationem Iuliorum ſexdecim vti notum eſt, & tradit *Pirrh. Corrad. in prax benef. lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 7. *& ſeqq Adden. ad Buratt. deciſ.* 626. *num.* 8. *Rota in dicta Tridentina Penſionis* 10. *Maij* 1683. § *non ſuffragante coràm bo. me. Albergato*.

Id ipſum euincitur ponderata depoſitione vnici Teſtis ex parte Penſionarij formitèr examinati, nam ille narrans
12 aſcenſum fructuum certorum Parochialis Eccleſiæ ad libras imperiales 1300. conſtantes, vt præfertur ſcut. 200. euincit differentiam valdè notabilem veri valoris ab illo in libris expreſſo, cui quidem Teſti vti à Penſionario inducto contrà ipſum plena fides adhibetur iuxtà regulam, de qua *Rot. in rec. deciſ.* 348. *num.* 24. *& dec.* 394. *num.* 15. *part.* 17. & alibi millies.

Confouetur vlterius aſſumptum à depoſitionibus quinque Teſtium per Titulatem examinatorum, qui recenſendo bona, ac reddirus per ſingulas ſpecies fir-
13 mant annuum fructum computatis incertis aſcendere ad ſcut. 260. quæ paritèr ſumma eſt valdè inferior ducatis 180. per aſcenſum expreſſis, & nihilominùs detrahenda etiàm ſunt onera Eccleſiæ, vel in
14 ſcuris triginta, vt aliàs cenſuit *Rota coràm Buratto deciſ.* 418. *num.* 7. *& deciſ.* 468. *nu.* 1. aut ſaltem in ſcut. 20. vti firmauit eadem *Rota in recent. part.* 17. *deciſ.* 120. *num.* 22. ea irrefragabili ratione quod in firmando Beneficij valore deducenda ſunt illius onera, cùm fructus dicantur deductis oneribus, *Amat. Dunoz. dec.* 880. *nu.* 6. *Rota in rec. dec.* 41. *n.* 3. *&* 245. *nu.* 10. *par.* 17. *&* 680. *nu.* 5. *part.* 18 & paſſim alibi.

Coniunctis igitur talibus probationibus cum liquidò conſtet valorem beneficij eſſe valdè inferiorem valori per aſcenſum narrato non poteſt eſſe dubium, quod Penſio nulla ſit in totum, cum ad hunc effectum ſufficiat dictum expreſſum valorem etiàm
15 in obolo deficere ad hoc vt Penſio corruat in totum, iuxtà ſententiam perpetuò à noſtro Sacro Tribunali amplexam, vt latè traditur *in deciſ.* 6. *num.* 6. *& ſeq. & deciſ.* 245. *num.* 3. *& ſeq.* vbi etiam quod non intrat æquitas pro ſexta parte, ſed rigor ſeruati debet *part.* 17. *recent deciſ.* 375. *num.* 10. *& infrà part.* 19. *cum alijs in Romana Penſionis* 25. *Iunij* 1683. §. *receptum eſt coràm bo. me. Rondinino*.

16 Proùt nec dubium eſſe poteſt ſuper eiuſdem Penſionis totali nullitate ob non verificatam dictam clauſulam -- *dummodò remaneant Ducati centum Auri annuatim Rectori &c.* nàm cum ex eiſdem probationibus pateat nec de tempore reſeruationis, nec in poſterum centum pro Rectore remanere ab omni onere exempta, vtique eadem Penſio in totum corruit, vt benè aduertit *Rota deciſ.* 41. *num.* 6. *& ſeq.* & meliùs *deciſ.* 120. *nu.* 25. *& ſeq.* vbi quod Penſio eſt nulla in totum, & ſolùm intrat reductio ſi de tempore reſeruationis remanebant centum pro Rectore, & poſteà fructus decreuerunt, *& deciſ.* 245. *nu.* 31. *& ſeq. part.* 17. *rec. & coràm Bich. dec.* 255. *num.* 28. *& ſeq.*

Et ità vtraque Parte audita concluſum fuit in Cauſa &c.

R. P. D.

R. P. D. P R I O L O

Romana Penſionis ſupèr Congrua.

Ven. 10. *Aprilis* 1693.

CORàm me ſubrogato in locum Reuerendiſsimi Cacciæ Hiſpaniarum Nuncij continuata fuit diſputatio huius cauſæ inter Parochum Sancti Nicolai ad Cæſarinos, & hæredes Siluani, ac Perneum Penſionarium ſub particulari dubio an, & quæ congrua deberetur cum aliàs ſub varijs Articulis pluriès propoſita fuiſſet, & DD. dixerunt congruam deberi in ſcutis centum monetæ.

17 Quantitas enim prouenit ex diſpoſitione *Sac. Concilij Tridentini ſeſſ. 24. de reform. cap.* 13 Valor verò communitèr à DD. determinatur iuxtà morem Regionis, in qua reperitur Beneficium, vt videre eſt apud *Barboſ. in collect. ad Concil. d. cap.* 13. *num.* 14. *Garz. de Benef. part.* 1. *cap.* 1. *num.* 373. *Panimoll. deciſ.* 136. *nu.* 49. *cum ſeqq. & Rot. recent. deciſ.* 120. *num.* 15. *part.* 16. & peculiariter hic in Vrbe S. Congregatio Concilij de anno 1640. declarauit intelligendum eſſe de moneta Romana Iul. 10. prò Scuto, quæ cum ſit eiuſdem S. Concilij Interpres, illius declaratio prò regula accipienda eſt in ijs omnibus Caſibus, in quibus non militat diuerſa ſpecialis ratio, vt firmat *Rot. coràm Cerro deciſ.* 18. *numer* 6.

Neque prò ſpeciali ratione, itaùt diuerſimodè eſſet intelligenda prædicta declaratio S. Congregationis, conſideratum fuit Breue Sa. me. Pauli V. qui de anno 1607. in viſitatione Parochialium Filialium Matricis SS. Laurentij, & Damaſi ex his duabus ſuppreſſis, illarum Cura vnita fuit Eccleſiæ Sancti Nicolai, voluerit deindè, quod congrua prò dicta Eccleſia non eſſet minor ſcutorum 100. auri in auro, ideoque cum talis congrua proueniret ex cauſa oneroſa, nempè ex augumento maioris laboris, non poſſet minui in præiudicium Parochorum, quibus fuerat ius quæſitum, niſi ſpecialiter derogaretur huic indulto.

Siquidem à ſcribentibus prò Perneo fuit ſemper acriter impugnata exiſtentia huius Breuis, cum non ſit in actis, neque de actis, ſed DD. illud etiam maturè examinando, crediderunt minimè obſtare poſſe, quia admiſſo etiam, quod talis congrua aſſignata reperiatur prædictæ Eccleſiæ ex cauſa oneroſa, non indè ſequitur quod id, quod aſſignatum fuit eidem Eccleſiæ in illius fundatione non poſſit poſteà minui, & grauari in præiudicium Parochi, cui ſatis eſt, quod ex diſpoſitione conciliari, libera remaneant Scuta centum, iuxta morem Regionis ex ſupra deductis.

Neque in his terminis dici poteſt derogatum fuiſſe huic Indulto, itaùt eſſet neceſſaria illius ſpecialis mentio, quià nihil detractum fuit Eccleſiæ per huiuſmodi penſionis reſeruationem: neceſſaria tamen fuiſſet illius expreſſio, ſi aliqua contentio orta fuiſſet inter Eccleſiã SS. Laurentij, & Damaſi, & illam S. Nicolai, ſed quià Parocho ſolummodò fuit impoſitum onus ſoluendi dictam annuam penſionem, quod cum temporale ſit, nullum præiudicium intulit Eccleſiæ, neque Parochus poteſt reclamare, cum illi ſuperſit libera tanta portio, quanta cæteris alijs Parochis aſſignata fuit ex lege Concilij, ideoqe ex eo, quod determinauit Paulus circà manu-
18 tentionem Eccleſiæ non eſt deſumenda regula quoad congruam Parochi, cum ex diuerſis non ſit facienda illatio, vulgata *l. Pampinianus* 2. *ff. de minor. Rota rec. dec.* 98. *num.* 35. *part.* 17.

Minùs dubitari poteſt de voluntate Sa. me. Vrbani VIII. in reſeruatione huius
19 penſionis, in qua exprimendo valorem Beneficij in Scutis aureis cum ſimili expreſſione etiam quoad penſionem, idem quoq; intelligendum ſit de congrua, tamquàm in eadem Oratione comprehenſa, iuxtà ea, quæ tradunt *Tondut. de penſ. cap.* 14. *num.* 29. *Garz. de Benef. part.* 1. *cap.* 5. *num.* 373. *verſ. licèt Clauſula*, *Panimoll. in addit. ad deciſ.* 15. *num.* 36. *& firmauit Rot. deciſ.* 120. *num.* 23 *& ſeqq. & deciſ.* 245. *num.* 27. *pariter cum ſeqq. part.* 17. *recent. & coràm Zarat. deciſ.* 34. *num.* 5. ideoque cenſendum ſit Papam potiùs voluiſſe ſe vniformare cum peculiari diſpoſitione Pauli, quam vniuerſali lege Concilij.

Prò reſponſione namquè DD. conſiderabant, quod quando in enunciatiuis
20 militat diuerſa ratio, ſempèr diſcretiuus modus loquendi maximam vim habuit, prò diuerſimodè interpretanda voluntate enunciantis, diuerſitas enim in caſu

præ-

Digitized by Google

præſenti clarè deſumitur ex eo, quod cum de ſtylo Datariæ ſempèr exprimi ſoleat tàm valor Beneficij quàm Penſionis in Scutis aureis, vt ità faciliùs calculari poſſint emolumẽta prò directione Componendæ: reſeruatio verò Congruæ pendeat à ſolo animo Pontificis, qui iuxtà illius arbitriũ poteſt illam reſeruare vel in Scutis aureis, vel currentibus ad formam Concilij; ideò ſpecialitèr requirendum eſt quomodo talis Congrua fuerit reſeruata, & quandò ſimplicitèr in huiuſmodi reſeruationibus adiecta legitur conſueta Clauſula dummodò remaneant centum prò Rectore, illa venit regularitèr interpretanda iuxtà diſpoſitionem Concilij, quàm veriſimiliùs eſt Pontificem potiùs ſequi voluiſſe, quàm particularem diſpoſitionem Pauli, quàm probabilitèr ignorabat, & de qua non erat facienda ſpecialis men-
21 tio, cum Principis conceſſio ita intelligi debeat, vt minùs quo fieri poteſt corrigat Ius commune, & ab illius regulis recedat *Alex. in l. Ædificia num. 10. verſ. Reſtringend. ff. de Verb. ſignific. Rot. deciſ. 243. num 44. deciſ. 339. num. 28. par. 5.*

Ex facto etiàm ſatis colligitur talem
22 fuiſſe intentionem Pontificis, quia cum illi expreſſum fuiſſet Beneficium aſcendere ad Scut. 200. auri, cum poſteà ſupèr illius fructibus reſeruauerit dictam penſionem in Scut. 60 auri excedentem vna cum oneribus Scuta 100. auri, iuxtà confeſſionem dicti Parochi, Congrua non poterat eſſe ſimiliter in auro, vt facilè patet ex calculo.

Sed talis quoq; fuit intentio Prædeceſſorum Parochi collitigantis, quia de anno 1624. Magnus Perneus hanc penſionem reſeruare conſenſit in Scut. 60. aureis ad fauorem Nepotis reſeruata Congrua in Scut. 100. nec dubitatur de continuata illius ſolutione vſq; ad illius obitum. Huic ſucceſſit Petrus Lippa, qui prætextu falſæ narratiuæ litem introduxit ſupèr nullitate huius penſionis, ſed compoſita per tranſactionem controuerſia, & diminuta penſione ad 50. Scut. aurea, idem Petrus faſsus fuit Eccleſiam fuiſſe capacem huius penſionis, & vltrà Congruam, habere etiam condecentem habitationem, ideoq; dùm vixit, ſempèr ſoluit penſionem. Siluanus deindè Succeſſor Petri nihil vltrà petijt coràm R. P. D. Viceſgerente, quam Congrua ei deberi in Scutis aureis, nihil
23 ad rem facit, cum à dicta Sententia modò pendeat reuiſio in Rota, & cum ex libello Iudici porrecto petentis voluntas deſumatur, ambigi non poteſt, quin intentio omnium ſupradictorum limitata fuerit ad conſequutionem Congruæ Conciliaris, ideoque ex illorum facto intrat præſumptio, quod ſuperſint redditus ſufficientes prò Congrua, vt benè declarat *Garz. de benef part 1. cap 5 num. 478. cum ſeqq. Rot. coràm Mellin. deciſ 40. num. 4. Greg. deciſ. 93 num. 10. ibiq; Add. litt. B. & coràm Celſo deciſ. 406. num. 4. cum ſeqq. iuncto etiàm num. 10.*

Non obſtant modò Deciſiones in contrarium allegatæ, quia in deciſione 34. coràm Zarate, quæſtio erat, An Procura-
24 tor exceſſerit fines mandati, conſentiendo, vt apponeretur Clauſula dummodò remaneant centum Ducati auri de Camera prò Rectore, *in alijs verò deciſ. 120. & 245 part. 17.* ipſimet ſcribentes prò Parocho admittebant, quod reſeruatio tàm Congruæ, quàm penſionis facta fuiſset in Scutis aureis de Camera, vt clariùs colligitur ex præcedenti *deciſ. 41. num. 12. part. 17. recent.* in eadem cauſa emanata, vndè nil mirum, ſi Rota, his ſtantibus, inclinauit in benigniorem partem prò Parocho, ideoq; cum in illis Caſibus non fuerit firmitèr examinata hæc quęſtio, dici non poteſt, quod ibi firmatum fuerit in genere, quod ſi valor Parochialis, & penſionis expreſſus legitur in Scutis aureis idem quoq; intelligendũ ſit de Congrua quamuis expreſsè non dicatur imò ex *dicta deciſ. 34. coràm Zarate* potiùs contrariũ deſumitur ibi enim dicitur, quod cum nihil conuentum fuiſſet inter Partes magis liberum fuit Summo Pontifici prò ſuo libito Congruam reſeruare vel in moneta Regionis, vel in moneta Cameræ, quapropter ſi talis reſeruatio pendet ex ſolo arbitrio Pontificis illa nõ eſt interpretanda iuxtà expreſſionem Valoris Beneficij, & penſionis, cum de ſtylo Datariæ talis expreſſio ſempèr fieri ſoleat in Scutis aureis de Camera.

Minùs attendendæ ſunt cæteræ authoritates cũ illis pręferenda ſit declaratio Sac. Congregationis imò *Garz. Tondut. & Panimoll.* firmant Congruam deberi iuxtà
25 morem Regionis, niſi penſio ſit expreſſa
in

in Scutis aureis, & Congrua deindè fuerit cum clauſula ſimiliter reſeruata; ideoq; cum in caſu noſtro dicta Clauſula ſimiliter non fuerit adiecta, prędictę Authoritates videntur potiùs ſe vniformare cū ſenſu Sac. Congregationis. Non releuant, quod talis declaratio non ſit applicabilis caſui noſtro, ex eo quod tunc agebatur ſolùm de penſione reſeruata ſupèr fructibus certis tantùm, & expreſſa in moneta, quia cum illa fuerit generalitèr concepta, & valor Beneficij tunc expoſitus fuiſſet in Scutis aureis de Camera dicendum eſt, quod Sac. Congregatio habito præ oculis vtroque valore per modū regulę declarare voluerit Congruam deberi hic in Vrbe in Scutis 100. monetæ Iul. 10. pro Scuto.

Et ita cauſa pluriès propoſita, & videntibus omnibus DD. de Ordine Sanctiſſimi Partibus informantibus, reſolutum fuit &c.

R. P. D. CAPRARA.

Romana penſionis.

Veneris 29. Februarij 1692.

R. P. D. Alexander Matthæius de anno 1621. renunciauit in manibus ſa. me. Gregorij XV ad fauorem Cardinalis Ludouiſij inſignem Abbatiam Sancti Silueſtri de Nonantula, ſibi commendatam, & nè ex hac ceſſione nimium diſpendium pateretur, idem Gregorius reſeruauit eidem annuam penſionem Scut. 3000. cum facultate transferendi eius medietatem, vni, vel pluribus perſonis Eccleſiaſticis etiam familiaribus quocumq; gradu Conſanguinitatis coniunctis, aut aliàs quomodolibet capacibus per ipſum Alexandrum nominandis, vt ex litteris Apoſtolicis *in Summario D. Ducis num. 1.*

In exequutione dictæ facultatis R.P.D. Matthæius 24. Iulij 1624. coràm Reuerendiſs. Archiepiſcopo Rhodien. tranſtulit ratam d. penſionis videlicet Scuta 500. in D. Hieronymum Matthæium nepotem Militem Lauretanum, qui poſteà titulo Ducis ſuper Caſtro Iouis decoratus impetrauit Indultum retinendi penſionem, etiàm ſi officia Militiæ Lauretanæ, quæ retinebat, alienare contigiſſet, & ſi Clericus non ſit, & Vxorem habeat vſquequo in habitu, & tonſura Clericali incederet cum ſpecificatione facultatis transferendi prædictam penſionem coràm Notario, & Teſtibus, & ad fauorem cuiuſuis perſonæ familiaris, & cònſanguineæ, Clericali caractere inſignitæ. Imò occaſione noui Indulti de tranſeundo ad ſecundas nuptias cum alia Muliere etiàm Vidua eidem Hieronymo per ſa. mem. Alexandrum VII. fuit iterum conceſſa facultas transferendi penſionem coràm ſolis Notario, & Teſtibus.

Dux Hieronymus inhærendo nouis facultatibus, ac Indultis coràm ſolis Notario, & Teſtibus die 15. Ianuarij 1676. tranſtulit penſionem Scutor. 500. Alexandro filio Militi Lauretano, qui licèt eſſet in infantili ætate ſex annorum cōſtitutus, tamèn ex Diſpenſatione Apoſtolica ſa. me. Clem. X. fuerat præcedentèr Clericali caractere munitus, qui ſucceſſiuè penſionem pacificè exegit per vndecim alios annos, donèc Abbatia fuit de anno 1687. Commendata Eminentiſsimo D. Cardinali de Angelis, qui prò ſingulari zelo, quo fertur in tuitione libertatis Eccleſiæ exiſtimans Abbatiā à ſolutione huius penſionis (quam vetè extinctam extimauit) impoſterum liberandam, fuit pulſatus corā A. C. in Iudicio manutentionis, in quo ſuccubuit, mihiq; per Signaturam Iuſtitiæ fuit commiſſa appellatio cū clauſula, ſinè præiudicio, & non retardata — *Vnde conſului DD. in petitorio ſuper eo* — An penſio eſſet extincta, & negatiuè fuit reſponſum;

Dux enim modernus Penſionarius habet intentionem fundatam, tàm in prædictis litteris reſeruationis, & Indultis de transferendo, vt *in Summario Ducis num. 1.* ac translatione ſubſequuta fauore Ducis Hieronymi, & ob Militiam Lauretanā capacis *dicto Summario num. 2.* & Indultis ſa. me. Innocentij X. & Alexandri VII. per Hieronymum impetratis, ac in ſubſequuta translatione de anno 1676. ad fauorem Alexandri filij ex Indulto Clementis X. capacis, quam etiàm in poſſeſſione exigendi penſionem ab anno 1624. per Ducem Hieronymum, & Alexandrum eius filium vſq; ad annum 1687. pacificè exactam à cla. me. Card. Ludouico Ludouiſio, Antonio Barberino, & Iacobo Roſpiglioſo, ac Miniſtris Reuerendæ Cameræ, prò tempore, quo Abbatia vacauit.

Aduerſùs huiuſmodi penſionem tot In-
dultorum interuentu ſolemnitèr reſerua-
tā, ac incontrouersè ſolutam tria per De-
fenſores Abbatiæ opponebantur. Pri-
mum, quod cum penſio tamquàm origi-
nalitèr reſeruata ſuper Abbatia ex eius li-
bera dimiſſione non exuerit naturam be-
neficij id deducendo ex clauſula -- Nè ex
huiuſmodi ceſſione diſpendiū pateretur, &
ex ipſa facultate transferendi in reſerua-
tione reſtricta ad miniſterium perſonæ in
Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ, ex quo
inferebatur, quod penſio retineret naturā
26 beneficialem, & beneficij ſubſtantiam, per
quam ſubijcitur omnibus legibus, quibus
beneficia regulantur *Garz. de benef. part. 1. cap. 5. num. 84. Rota in Romana penſionis 2. Iunij 1665. coràm bo. me. Albergato, & in alia Romana penſionis 12. Februarij 1685. coràm R.P.D. Florez*; & proindè non potue-
rit transferri per Ducem Hieronymum
Vxoratum, & bigamum propria auctori-
tate coràm ſimplici Notario, qui vt lai-
cus eſt incapax conferendi beneficium, &
autorizando translationem penſionis be-
neficialis ex *Canon. ſi quis deinceps, & Can. laicis 16. q. 7. Io. de Silua de benef. part. 2. quæſt. 15. Intèr tract. magn. tom. 15. part. 1. per tot. fol. mihi 42. Lotter. de re benef. lib. 1. quæſt. 24 num. 37.* Eo minùs ad fauorem
Ducis Alexandri filij, qui per translatio-
nem fuit admiſſus ad perceptionem reddi-
27 tus paterni naturæ beneficialis cōtra vni-
uerſalem prohibitionem ſucceſſionis here-
ditariæ in materia beneficiali *cap. ex tranſmiſſa, & cap. ad exſtirpandos de fil. Præsbit. Card. de Luca de benefic. diſcurſ. 66. num. 7. Nauar. conſ. 9. num. 7. de fil. Præsbiteror. Seraph. deciſ. 1442. num. 5.* inferebat indul-
tum de transferendo eſſe ſubreptitium ex
eo, quod Pontifici non fuerit expreſſa
qualitas beneficialis.

Quæ omnia licèt coacernatim cōſtipata
nullatenùs DD. viſa ſunt vrgere, quid-
quid enim ſit, An penſio ſub certis reſpe-
28 ctibus quodammodò videatur ſuperin-
ducere naturam beneficij, & illi aſſimila-
ri, ſeù cum eo ſimbolizzare *ſecundum Lotter. de benef. lib. 1. quæſt. 45. num. 16. verſ. Cauſam*; ad effectū, vt Penſionarius regu-
laritèr debeat eſſe Clericali caractere inſi-
gnitus habitum, ac tonſuram deferre, &
officium recitare: Verum tamèn èſt, quod
penſio in abſtracto ſumpta eſt quid merè
temporale ſuper fructibus diſtinctum, &
ſemper ſeparatum à beneficio *Card. de Luca de penſ. diſc. 10. num. 5. & diſc. 49. num. 5. & diſc. 78. num. 10. Tondut. de penſ. diſt. 45. num. 18.* nec præcisè venit ſub nomine be-
neficij ex deductis per *Surd. conſ. 133. n. 10. Burſat. conſ. 137. n. 32. Gigas de penſ. q. 54. n. 4. Io. Baptiſta Caccialup. de penſ. Eccleſ. q. 30. n. 10. fol. mihi 331. Inter tract. Magn. tom. 15. par. 1. & Fagnan in cap. ad Audientiam il 2. de reſcript. num 98. & in cap. cum in cunctis n. 100. & 101. de elect.*

Et ſi Beneficialiſtæ quærunt, An in im-
petrationibus beneficiorum debeat neceſ-
29 ſariò fieri mentio de penſione reſeruata
cum Clauſula -- Ne reſignans nimium diſ-
pendiū patiatur -- Et hoc eodem iure quo
fieri debet expreſſio beneficij, vt ex *Garz. de benefic. par. 1. cap. 5. nu. 80.* qui prætendit
penſiones hodiè ſuccedere loco beneficij
Tondut. quæſt. benefic. par. 2. cap. 1. §. 4. n. 22.
Hęc ad ſummum procederent in penſione
in titulum Eccleſiaſticum, vel perpetuum
reſeruata *Caccialup. de penſ. d. quæſt. 30. numer. 13 Buratt conſ. 1787. num. 31.* per
quam Redditus diſmembrantur, vt ex illis
fiat nouum beneficium, ſecùs eſt in penſio-
ne ſimplicitèr reſeruata Reſignanti ne ni-
mium diſpendiùm patiatur à directa ra-
tione emolumenti, & commodi burſalis
non ad hoc, vt mutata natura penſionis in
beneficiū tranſire debuerit, & de illa fieri
debeat mentio in impetratione beneficij,
vt reiecto *Garz. oſtendit Tondut. de penſion. quæſt. 64. num. 8. & 10. Lotter. de re benef. lib. 1. quæſt. 45. nu. 10. & nu 14.* vbi quod
penſio Eccleſiaſtica non venit ſub materia
beneficiali, *Ioannes à Cocchier. in addit. ad gloſſat. antiq. in regul. 61. num 28. & 29. fol. mihi 502. vbi quod hoc hodie ſeruat Rota Gonzal. ad regul. Cancell. gloſſ. 5. §. 5. num. 18. & 21.* cum hæ penſiones cum fa-
cultate transferendi, vt plurimum reſer-
uentur ad hoc, vt exuant naturam benefi-
cij, & Translatarius viuat in ſtatu laicali
cum Vxore *Card. de Luc. de penſ. diſc. 12. n. 14.* quod eo magis euenit in R.P.D. Ma-
thæio, qui loco transferendi penſionem
Scut. 1500. vt habebat in facultatibus
tranſtulit ratam hoc eſt Scut. 500. Ne-
poti ad familiam nobilem, & ſobolem
conſeruandam deſtinato, qui vt laicus,
& Vxoratus, ac vti bigamus etiam pen-
ſionem habuit, & tranſtulit in filium

vigore facultatis transferendi in quemcumque ſtricto Conſanguinitatis gradu coniunctum.

Hæc fortiùs verificantur in concreto
30 noſtræ penſionis vbi ſa. mem. Gregorius dedit facultatem R. P. D. Matthæio caſſandi penſionem, & illam extinguendi, & poſt extinctam, & caſſatam vnam, vel plures, & in pluribus vicibus ſuper fructibus dictæ Abbatiæ reſeruandi penſiones fauorè cuiuſcumq; perſonæ quamuis non Eccleſiaſticæ aliàs capaci, quod implicat cum natura beneficij, quia hoc vacat non caſſatur, aut extinguitur, & reſignatur non transfertur, & nullatenus recipit diuiſionem; E contrà Papa voluit penſionem diuidi, & ſic ceſſat aſſerta ſubreptio Indulti.

31 Nec à facultate transferendi, quæ eſt quid extrinſecū, & diuerſum à natura penſionis procedit illatio ad penſionem *Capuputaq; deciſ. 99. num. 23. Rota deciſ. 287. num. 12. par. 18. recent.*

Nec minus refragatur illatio deducta ex clauſula regreſſus appoſita in prima reſeruatione penſionis, quæ vti non valet in-
32 tentari, niſi à perſona Eccleſiaſtica, ita penſio non poterit transferri, niſi in perſonam ordinis Eccleſiaſtici, quia regreſſus cenſetur conceſſus quatenus Translatarius eſſet capax, & vt poſſet releuari, ſi Titularis non ſoluerit, & dicitur apponi acceſſoriè, & in pœnam non ſoluentis vt ad litteram dixit *Rota in Veronen. penſionis 14. Ianuarij 1613. coràm bo. me. Veroſpio per Marth. relat. in part. 2. §. nàm reſpondetur fol. mihi 555.*

Secundū obiectū conſiſtebat in eo, quod Dux Alexander per mortem Patris effectus fuerit Dux Iouis, & acquiſiuerit Subditos, & merum, & mixtum Imperium, & gladij poteſtatem, & ius Sanguinis, ex quo fuit amiſſa penſio, cum eius retentio ſit incompatibilis cum habente habitualem Iuriſdictionem, & potentiam exercendi actus Iuriſdictionales, vt de cauſis ſanguinis eſt *Text. in cap. Clerici, vbi Innoc. & Hoſtien. nè Clerici, vel Monac. Barboſ. de Iur. Eccleſ. Vniuerſ. lib. 1. cap. 39. §. 2. num. 79. Rota in Cæſarauguſtana Penſionis 14. Iunij 1660. §. Siquidem coràm Leon. Veroſp. & in Firmana Penſionis prima Iulij 1661. corā bo. me. Albergato, & in Romana Penſionis 15. Iunij 1668. coràm eodem, & in alia 8. Iunij 1685. coràm bo. me. Rondinino ex communi ratione,* quod electio Miniſterij ſæcularis incompatibilis cum Militia Eccleſiaſtica ſupponit renunciationem præcedentis Militiæ Dei per *Text in cap. Si quis Clericis, ſi de feud. defunct. contr. Felin. in cap. In præſentia nu. 11. ad finem de probat.* & ad effectum omittendi penſionem *Card. Celſ. deciſ. 69. & 216. & fuit dictum in eadem Cauſa in alia Inſtantia ſub princ. prima Iulij 1661. coràm bo. me. Al-*
35 *bergato, & in dicta Romana Penſionis 1668. §. fundamentum coram eodem,* iunctò, quod ex acquiſitione feudi nouus Baro quamdā Militiæ ſpeciem aſſumat ex obligatione ſequendi Dominum in bello; Vndè cingulum militare ſæculare Militiam Chriſti excludat *in dicto cap. Si quis Cleric. & ibi Felin. vbi ſupra num. 11. Craſſ. de effect. Cleric. effect. 4.*

Sed obiectum facilè excutitur; Oppo-
36 ſitiones enim vſque adhùc defecerunt in exhibitione qualitatis Iuriſdictionis Terræ Iouis, & eius naturæ ſit illa Iuriſdictio, quæ per Pontificem Dominum fuit conceſſa, hoc eſt, an verè Dux retineat ibi Ius ſanguinis, cuius exercitium prætenditur incompatibile cum Clericatu in Penſionarijs requiſito, quod debebant oppoſitores præcisè iuſtificare tamquàm intentionis ſuæ fundamentum contrà Penſionarium exiſtentem in poſſeſſione exigendi, cum aliàs certum ſit Ius ſanguinis reſidere penès ſupremum Principem, & ideò paſſim videmus fæudatarios S. Sedis Apoſtolicæ, & primi Ordinis retinere penſiones, & plures eſſe Clericos cum retentione fæudorum in ſtatu Eccleſiaſtico *Iaſon. conſ. 117. lib. 4. Fagnan. cap. quæ in Eccleſ. de Conſtit. Rota in Mediolanen. Penſionis 28. Iunij 1668. coràm Ottalora.*

Prætereà debetur etiàm ſecundo iuſtificare, quod Dux Iouis ſit de illis fæudatarijs, qui teneantur ſequi Dominium in bello, eumq; aſſociare inſeruiendo in expeditionibus militaribus more ſæculari modo, & forma implicante cum illo, qui percipit portionem reddituum, & fructuum Beneficij ſub nomine Penſionis.

Cæterùm hæc propoſitio procedit in terminis fæudatarij Principis Sæcularis,
37 qui veriſimiliter præſtat Iuramentum ſequendi Principem in bello, & non autem in Fęudatario Papæ, cui Clerici militando inſeruiunt, iuxtà famigeratum *conſ. 115.*

117. *Iaſonis vol.* 4. emanatum in Cauſa pendente inter Card. Alexandrum Farneſium ad Pontificatum aſſumptum ſub Nomine Pauli III. & Reu. Cam Apoſtolicam, vbi poſtquàm dixit eſſe veriſimile Principes laicos nolle in ſuis feudis Sæcularibus admittere Eccleſiaſticos, deindè firmat, non reperiri aliquo Iure expreſſo prohibitos à feudis Pontificijs, vbi etiam ad rem noſtram aſſignat peculiarem rationem differentiæ, quia Eccleſiaſticus propter feuda Eccleſiaſtica, non efficitur miles ſæculi, ſed durat eſſe miles Eccleſiæ, & ſecundùm eius qualitatem poteſt impendere ſeruitia D. Papæ. *Fagnan. in cap. Qua in Eccleſ. num.* 102. *&* 104. *de Conſtit. Angel. de legit. contradict. quæſt.* 20 *art.* 6. *num.* 120. *Bellett. diſquiſit.*
38 *Cleric. part.* 1. *de bon. Cleric.* §. 19. *num* 13. *Card. de Luca de Penſion. diſc.* 46. *num.* 10. *vbi excludit incompatibilitatem, & in tract. de feud. diſc.* 54. *num.* 10. quod per Militiam Papę, & Sedis Apoſtolicæ non amittitur Penſio *Rota in Mediolanen. Penſionis* 28. *Iunij* 1666. *coràm bo. me. Ottalora* §. *qui, à Iure*; Ideoque cum incapacitas feudaliſtæ Principis Sæcularis non proueniat ab irregularitate, quæ contrahitur in militia, ſed potiùs à ſubiectione Sæculari Duci Militum, vel Principi, cui præſtatur Iuramentum de fideliter ſeruiendo, ceſſante hac ratione incompatibilis ſubiectionis in ſeruitio Papæ, cui tamquàm legitimo, & vniuerſali Superiori, ac Domino Eccleſiaſtici præſtant ſubiectionem, & Iuramentum fidelitatis naturaliter debitæ, vt ratiocinatur *Card. de Luc. de Penſ. diſ.* 46. *num.* 12. reſoluitur proindè quiuis
39 fumus incompatibilitatis, & quæuis aſſerta repugnantia cum ſtatu Clericali, quæ ad inducendam priuationem Penſionis poſitiuè requirebatur, dùm animus dimiſſionis Status Clericalis præſumitur abeſſe, ad quem effectum debebat præcedere trina monitio, ſeù Superioris interdictum, quo Penſionarius inſtrueretur antequàm priuetur, *Rota deciſ.* 279. *n.* 4. *part.* 16. *& deciſ.* 172. *num.* 11. *par.* 19. *rec. & in Romana Penſionis* 14. *Aprilis* 1679. §. *quia Penſionarium coràm Card. Taia, & in Romana Penſionis* 8. *Iunij* 1685. *coràm bo. me. Rondinino.*

Animaduerſum pariter fuit, quod ſan. me. Innocentius X. in Indulto de transferendo direxit conceſſionem Hieronymo Mattheio Duci Iouis (quod oppidum idem Pontifex paulò ante in Ducatum erexerat) ex qua directione diſpoſitionis in Ducem Dominum Iuriſdictionis effectiuè
40 cenſendum eſt, Papam cogitaſſe de implicantia exercitij Iuriſdictionis Baronalis cum penſionis retentione, & voluiſſe implicitè diſpenſare ex deductis per *Sanchez de Matrim. lib* 8. *diſput.* 4. *num.* 2. *Barboſ. in Vot. deciſiu. lib.* 1. *Vot.* 5. *dub.* 2.

Cumque in prima translatione de anno 1624. facta Hieronymo Militi Lauretano, & in alia de anno 1676. Duci Alexandro qui à prima Infantia emerat offi-
41 cia huius militiæ Lauretanæ, & in *Summ. num.* 9. Vterque fuerit repertus inter hos Milites deſcriptus, & ad Statum Laicalem redactus, vt ex *Conſt. ſa. me. Sixti la* 93. pro retentione Penſionis, & euitanda extinctione. Vtrique ſuffragatur Indultum Sixtinum, vt in terminis Equitis Lauretani *Card. de Luc. de Penſ. quæſt.* 46. *num.* 10. *Greg. deciſ.* 12. *Bich. deciſ.* 335. *num.* 1. & de Equitibus Hieroſolymitanis *Rot. dec.* 172. *num.* 1. *part.* 19. *rec.*

Minoris releuantiæ fuit tertia oppoſitio ex eo, quod Priuilegium Sixtinum
42 indultum Militibus Lauretanis de non incedendo cum habitu, & Tonſura, non potuit ſuffragari Penſionario, quem non conſtitit, geſſiſſe viſibiliter Crucem Militiæ Lauretanæ ad formam in *Conſtit.* 93. *eiuſdem Sixti* præſcriptam, quia negatiua delationis Inſignium Militiæ Lauretanæ non fuit ſatis probata ex ſimplici fide, lite pendente extorta, *Rot. deciſ.* 331. *num.* 8. *part.* 16. *recent.* nec releuaret, cum ibi delatio fuerit per modum facultatis conceſſa, non ſub pœna priuationis præſcripta, vt in *Mediolanen. Penſionis* 28. *Iunij* 1666. §. *Melius coràm Ottalora*, cui interpretationi adſtipulatur notorius vſus in Curia horum Militum Lauretanorum, non deferendi viſibiliter Inſignia prædictæ Militiæ, de quo vſu teſtatur *d. deciſ. Ottalora de anno* 1666. *edita*, quæ obſeruantia indiſtinctè communis Nobilibus Viris ſub oculis Pontificis diſpenſat à pœnis *Rot. deciſ.* 104. *num.* 15. *part.* 4. *tom.* 2. *& in deciſ.* 729. *num.* 20. *part.* 18. *rec.*

Cæterùm ſi quid ſupereſſet ex triplici oppoſitione, quod prætenderetur non
43 ſufficientèr euacuatum, ità vt Zelus Emi-

nentiſs. Abbatis Cõmendatarij, quo fertur in tuitione rerum Eccleſię nequeat acquieſcere, omnis vmbra eliderctur ex vniformi exactione, ac reſpectiuè ſolutione Penſionis per 64. annos conſtantèr continuata, nec interrupta, vel in dubium vnquã reuocata per tot, ac tã egregios Card. Commendatarios in defenſione Eccleſiaſticæ exemptionis vigilantiſſimos, quorum res æconomica, & Abbatiæ, ac Iuriſdictiones adminiſtrabantur, vt notorium eſt per Congregationes deputatas, in quibus interueniebant egregij Prælati, ac primarij Curiæ Aduocati, & Patroni, ità vt nihil oſcitanter actum, vel omiſſum præſumatur; Vndè reſultat interpretatiua obſeruantia Indultorum de retinendo, ac transferendo, & translationum actiuè, & paſſiuè, quæ operatur, vt omnia ritè, & rectè præſumantur geſta, dùm aliàs tot Intereſſati tanto tempore non acquieuiſſent, ſi aliqua ſuſpicio nullitatis irrepſiſſet, vt in ſimilibus aduertit *Rot. deciſ. 385. num. 35. part. 19. rec. & in Toletana Iuriſdictionis ſuper decimis 21. Aprilis 1690. §. Huiuſmodi coràm R. P. D. meo Molines, & in Nicien. decimarum 27. Aprilis 1683. § Minùs aduerſatur coràm bo: me. Rondinino, & 23. Iunij 1690.*

Et ità Penſionem non fuiſſe extinctam fuit reſolutum, Partibus hinc indè informantibus.

ARGVMENTVM.

HAbens indultum conferendi beneficia reſeruata non poteſt conferre beneficia affecta duplici reſeruatione æquali. Prothonotariatus Conclauiſtatus, & ſubcollectoria ſpoliorum, & decimarum faciunt beneficia reſeruata, & quando.

SVMMARIVM.

Conclauiſta beneficia ſunt reſeruata num. 1.

Beneficia Prothonotarij Apoſtolici ſunt reſeruata num. 2 & 7.

Beneficia ſubcollectoris ſpoliorum ſunt reſeruata num. 3.

Amplia dicto num. 3.

Habens indultum conferendi beneficia reſeruata non poteſt conferre beneficia affecta duplici reſeruatione num. 4.

Arbitrium regulatur à iure num. 5.

Litteræ Apoſtolicæ iuſtificatæ ſunt exequendæ numer. 6.

Prothonotariatus probatur ex litteris, licèt non regiſtratis in libro conſueto num. 8.

Amplia num. 10. & 12.

Litteræ originales, & authenticæ probant, licèt non regiſtratæ num. 9.

Obſeruantia facit præſumere priuilegium verum num. 11.

Litteræ originales probent, etiamſi in libro, vbi regiſtrantur adeſſet aliqua varietas num. 12.

Recognitio manus non eſt neceſſaria vbi adeſt ſigillum num. 13.

Epiſcopus non poteſt vnire Seminario beneficia reſeruata num. 14.

Prothonotarij beneficium eſt reſeruatum, etiàm antè præſtitum iuramentum, & vſum inſignium num. 15.

Subcollectoris ſpoliorum beneficium non eſt reſeruatum, ſi dictus Subcollector non fuerit vnicus in Diœceſi num. 16.

Subcollectoratus ſpoliorum, ſiuè decimarum probatur etiam abſquè litteris, & quando numer. 17. 19 & 20.

Subcollectoris decimarum beneficia ſunt reſeruata num. 18.

Amplia etiamſi adſit alius ſubcollector ſpoliorum num. 21.

Decimæ impoſitæ à Pontifice ſunt de iuribus Cameræ num. 22.

Licet Pontifex illas eroget prò bello contrà Turcas num. 23.

Litteræ Apoſtolicæ iuſtificatæ ſunt exequendæ numer. 24.

Clericatus, ſeù Presbyteratus qualitas non eſt iuſtificanda, quando litteræ ſunt expeditæ in forma gratioſa num. 25.

Alternatiua ſi ſit conceſſa in medio menſis Apoſtolici illius vſus incipit currere à die data, non autèm ab initio menſis ſubſequentis n. 26.

Contrà à num. 27. vſque ad 32.

VOTVM LXXXXIV.

ADmittebant ſcribentes in hac cauſa, quod beneficium vacatum per mortem Abbatis Criſtallini fuiſſet duplici affectione affectum; ſcilicèt reſultabat prima affectio ex qualitate Conclauiſtatus, qui tàm in beneficijs acquiſitis antè quàm poſt Conclaue, tàm in vita,

quàm

quàm poſt mortem Pontificis ſempèr de
1 ſui natura infert affectionem vti latè diſ-
putato articulo fuit firmatum per *Rotam in*
Romana Canonicatuum 27. *Iunij* 1672. *coràm*
bo. me. Albergato.

Altera autèm affectio reſultabat etiàm
ex qual.tate Prothonotariatus Apoſtoli-
2 ci, de qua diffusè traditur per *Rotam in Eu-*
gubina Beneficij 23. *Iunij* 1692. *coràm R. P. D.*
3 *Caprar.*, cui accedebat etiàm tertia ſub-
collectoriæ ſpoliorum, quamuis num-
quàm fuiſſet exercitum officium. *Simo-*
net. de reſeruat. quæſt. 33. *num.* 8. *Mandoſ.*
supèr regul. 4. *quæſt.* 4. *num.* 7. *Pariſ. de re-*
ſeruat. benefic. lib. 2. *quæſt.* 16. *num.* 26. *Rot.*
deciſ. 335. *num.* 18 *part.* 5. *recent. coràm*
Dunoz. Iun. deciſ. 632. *num.* 5. *& ſeq.*

Et propterea intrabat altera concluſio
quod Eminentiſs. Archiepiſcopus vigore
ſuarum facultatum conferendi beneficia
4 reſeruata non potuerit conferre dictum
beneficium duplici affectione affectum
iuxtà celebre Votum clar. memor. Card.
Veroſpij, & Vbaldi impreſſum penès *Gra-*
tian. diſcept. 982. *num* 13. quæ opinio fuit
deinde ſempèr canonizata tàm à Rota,
quàm à Dataria, vti recognoſci poteſt in
deciſ. 632. *coràm Dunoz. Iun. per tot.*

Quæ omnia ſinè vlla hæſitatione pro-
cedunt in præſenti, cum non agatur de re-
ſeruationibus diſparibus, ſed benè de per-
ſonalibus, & coæqualibus proùt reſpon-
dendo contrarijs auctoritatibus proſequi-
tur *Rot. in dicta deciſ.* 632. *coràm Dunoz et.*
Iun. num. 7. *&* 8. *& ſeq.*

R. P. D. CAPRARA.

Eugubina Beneficij.

Lun. 23. *Iunij* 1692.

IMpetrato beneficio de quo agitur per D.
Franciſcum vti vacante per obitum Phi-
lippi Prothonotarij Apoſtolici, & S. Sedi
reſeruato, & obtenta ab A C. ſententia ſu-
per exequutione breuis; Seminarium Ciui-
tatis Eugubij prætendens huiuſmodi be-
neficium eſſe ipſi vnitum, Signaturam adi-
uit, quæ reſcribendo cum clauſula — *Pa-*
rito breui arbitrio, mihi cauſam commiſit,
5 vnde propoſito dubio, an intret arbitrium
DD. negatiuè reſponderunt: quia cum
arbitrium reguletur à Iure *Bart. in extra-*
uag. ad reprimendum verbo videbitur ſub nu.
3. *verſ. Tertio caſu Rot. coràm Coccin. deciſ.*
642. *num.* 1. *& in rec. deciſ.* 73. *nu.* 1. *part.*
13. & de iure litteræ Apoſtolicæ quoties
6 vt hic ſunt iuſtificatæ veniunt exequen-
dæ *cap. ſi capitulo vbi gloſſ de conceſſ præ-*
bend. in 6. *& cap. ſi quando de reſcript.* inde
fit, vt non ſit locus arbitrio pro retardan-
da illarum exequutione, vt in ſpecie *Rot. co-*
ràm Duran. deciſ. 377. *num.* 2. *coràm Mer-*
lin. deciſ 629. *coràm Celſo deciſ.* 231. *coràm*
ſa. me. Alex. VIII. deciſ. 261. *& in rec. deciſ.*
296. *part.* 16. *& deciſ.* 141. *vbique num.* 2.
part. 19.

Iuſtificatio dicti breuis, cuius exequutio
fuit commiſſa cum clauſula *Conſtito vobis*
etiam Summarie, quod prædictus Philippus in
dicta Eccleſiæ poſſeſſione exiſtens Sedi Apo-
ſtolicæ Notarius, ſeù Prothonotarius, ſeù Deci-
marum in Ciuitate, & Diœceſi Eugubij vnus
Collector extiterit &c. eſt vndique clara,
quia poſſeſſio Philippi quamuis non con-
trouerſa remanet tamen probata ex poſ-
ſeſſione poſt illius obitum capta per Semi-
narium *Summ. num.* 6.

7 Prothonotariatus verò cuius ratione
reſultat reſeruatio ex *Textu in extrauag. ad*
regimen de præbendis, innouata *in regul.*
prima Cancell. iuſtificatur ex priuilegio, &
litteris patentibus originaliter exhibitis,
& datis in *Summ. num.* 1. *Tondut. quæſt. &*
reſol. benef part. 2. *cap.* 3 *num.* 23. *Rot co-*
ràm Bich. deciſ. 299. *num.* 1. *& deciſ.* 14.
num. 3. *part.* 16. *& in Romana beneficiatus*
S Ioannis 11. *Februarij* 1609. §. *ſed remone-*
batur coràm bo me. Beuilacqua.

Nec momenti eſt exceptio contra lega-
litatem earumdem litterarum obiecta ex
8 eo, quod de eis non habeatur mentio in li-
bro, quem ſolet Secretarius retinere, &
in quo conſueuit huiuſmodi priuilegia
adnotare. Nam præter quod liber qui
exhibetur, eſt liber nuncupatus Matricula
Prothonotariorum, non liber regeſtri, ad
quem ſe referunt dictæ litteræ patentes,
qui proinde non probat negatiuam adno-
tationis *Pania deciſ.* 1058. *ſub num.* 9. *verſ.*
fuit reſponſum Bich. deciſ. 400. *num.* 15. *&*
deciſ. 29. *num.* 67. *part.* 7. *& deciſ.* 239.
num. 8. *part.* 17. *rec.* omiſſa adnotatio non
9 præiudicat veritati priuilegij, & littera-
rum, dum alias ſunt originales, & in for-
ma authentica ex *ded. per Corn. conſ.* 210.
num. 4. *in fin. vol.* 4. *Crauett. conſ.* 112. *n.* 7.

bene

bene Rot. deciſ. 250. num. 1. & per tot. & ſignanter nu. 4. part. 4. diuerſ. Rot. coràm Duran. deciſ. 265. num. 36. & deciſ. 205. nu. 7. vbi quod probant ſine alia regiſtratione part. 4. tom. 2. recent. & plenius in Ciuitatis Ducalis Iuriſpatronatus 28. *Iunij* 1688. §. *nec exiſtentia*, & 13. *Iunij* 1689. §. *nec præfati laudi veritas coràm me.*

Idque potiori Iure procedere debet in noſtra hypotheſi ex quo eædem litteræ patentes apparent exhibitæ coràm illa-
10 rum Exequutore, & earum vigore emiſſa profeſſio fidei, & præſtitum Iuramentum cum integra earumdem inſertione *Summ. num.* 1. & 2. & vſu inſignium, & communi reputatione quod prædictus Philippus eſſet Prothonotarius Apoſtolicus *Summ. num.* 8. & 9. ex his enim ſatis dicitur probata legalitas priuilegij, eiuſque acceptatio per ea, quæ tradit *Spad. conſ.* 52 *num.* 7. 8. & 9. & *per tot. lib.* 2. *Rot. deciſ.* 407. *num.* 4. & *num. final. in fin. part.* 1. *recent.* & *deciſ.* 14. *num.* 6. & 7. *part.* 16. & *deciſ.* 162. *num* 7. & *ſeq. part.* 16. *rec. coràm Bich. d. deciſ* 296. *num.* 2. & *in d. Romana beneficiatus S. Ioannis* 11. *Februarij* 1669. §. *Sed remouebatur coràm bo. me. Beuilacqua*,
11 cum obſeruantia tot actibus inducta remoueat quamcumque ſuſpicionem, & facit, vt priuilegium habeatur pro vero, & legitimo *Rot. deciſ.* 185. *num.* 7. *part.* 10. & *deciſ* 104. *num.* 12. *part.* 16. *recent.* & *in dicta Ciuitatis Ducalis Iuriſpatronatus* 28. *Iunij* 1688. §. *nec deſunt*, & 13. *Iunij* 1689. §. *Tertio coràm me.*

Minus vrget quod in eodem libro Matriculæ adnotata reperiatur alia creatio
12 Prothonotarij per Collegium facta de anno 1667. pro anno 1663. relata in *Sum. Seminarij num.* 2. Sicque non eſſe attendendum priuilegium Philippi in eodem anno 1663. obtentum, & in dicto libro non adnotatum, cum vnicum tantum priuilegium ſingulo anno à Collegio valeat conferri. Nam cũ in authentica forma oſtendatur hodie priuilegium prius conceſſum Philippo ſub die 20. Iunij, & ita pro hoc anno iam eſſet conſumpta facultas Collegij non eſt habenda ratio de altero priuilegio expedito de anno 1667. poſteriori licet in Margine libri dicatur iſtud eſſe pro anno 1663.

Eiuſdem ponderis eſt exceptio non recognitæ manus bo. me. R. P. D. Manfroni in dicto priuilegio ſubſcripti, nam cum
13 vltra ſubſcriptionem concurrat etiam Sigillum, hoc operatur, vt non ſit opus alia recognitione manus *Rot. deciſ.* 170. *num.* 1. & *ſeq.* & *deciſ.* 205. *in principio*, & *per tot. part.* 4. *tom.* 2. *rec.* & *coràm Bich. deciſ.* 400. *num.* 1.

Demum non releuat vnio controuerſi
14 beneficij facta per Epiſcopum Seminario de Menſe Iulij 1663. nam cum priuilegium Prothonotariatus ſit anterius nempe de Menſe Iunij, iam erat radicata reſeruatio fauore Sedis Apoſtolicæ cui proinde per vnionem ab Epiſcopo factam nequiuit præiudicari *Argel. de legitt contrad. quæſt.* 15. *num.* 156. *Fagnan. in cap. ſicut vnire num.* 37. *de exceſſ. Prælat. Barboſ de poteſt Epiſcopi alleg.* 77. *num.* 30. & *in annot. Concil. cap.* 18. *num.* 33. *add. ad Greg. deciſ.* 419. *litt. B. verſ. ex diſpoſitione Rot. coràm Manzaned. deciſ.* 619. *num.* 8. *coràm Zarat. deciſ.* 92. *num.* 19. *coràm Bich deciſ.* 28. *num.* 2. & *deciſ.* 108. *num.* 20. *par.* 11. *recent.*

Non attento quod Iuramentum fuerit à Philippo præſtitum poſt vnionem hoc eſt
15 de anno 1665. quia ad hoc vt beneficia remaneant reſeruata non attenditur præſtatio Iuramenti, & vſus inſignium, ſed ipſa gratia creationis in Prothonotarium, quæ nullum recipit eſſe ab vſu inſignium, & præſtatione Iuramenti *Rot coràm Coccin. deciſ.* 349. *num.* 3. & 4. *coràm Dunoz. Iun. deciſ.* 632. *num.* 4. & *deciſ.* 37. *num.* 3. *part* 3. *diuerſ.* & *deciſ.* 407. *num.* 6. *part.* 1. & *deciſ.* 14. *num.* 9. *part.* 16. *rec.* & ad tempus gratiæ retrotrahitur ſubſequens acceptatio, & præſtatio Iuramenti etiam in præiudicium Iuris alteri medio tempore quæſiti ex firmatis per *Rot. deciſ.* 231. *nu.* 11. *part.* 5. *tom.* 2. *rec.*

Et ita vtraque &c.

REVERENDISS. D. EMERIX

DECANO.

Salernitana Canonicatus.

Mercurij 5. *Decembris* 1691.

DOmini ſteterunt in deciſis ſub die 12. Ianuarij proximè elapſi prò exequutione litterarum Apoſtolicarum Ioſephi Ba-

Baronij prouiſi de controuerſo Canoni-
catu tamquàm vacante per obitum Didaci
Alphani Subcollectoris Spoliorum, & De-
cimarum Reuerendæ Cameræ Apoſtoli-
cæ, ac Sedi Apoſtolicæ reſeruato per re-
gulam quartam, hodiè quintam Cancel-
lariæ ex eodem fundamento Subcollecto-
ratus Decimarum eiuſdem Didaci poſtha-
16 bito altero Subcollectoratus Spoliorum,
cùm in hoc munere non probetur, imò po-
tiùs excludatur eius vnitas, quæ ex cen-
ſura præfatæ regulæ requiritur ad effectũ
reſeruationis, vt dixit *Rota in Groſſeta-
na Canonicatus* 10. *Decembris* 1687. §. *nàm
vt ea inducatur coràm R. P. D. meo Herua-
uult*.

Subcollectoratus ſiquidem decimarum
in Didaco defuncto probatur ex atteſta-
17 tionibus plurium Canonicorum Ciuitatis
Salerni Honuphrij Actuarij, per Didacum
deputati prò explẽdis negotijs ad Subcol-
lectorem ſpectantibus, & Secretarij clar.
me. Card. Corſini, tunc Generalis Teſau-
rarij R. C. Apoſtolicæ, ac Collectoris De-
cimarũ ex Cathalogo Subcollectorum per
eumdem Secretarium ex cauſa Officij re-
tento, & nunc exhibito, ac ex Mandato
procuræ per Didacũ facto ad exhibendas,
iurandas rationes exactionũ decimarũ, &
vna cùm ſucceſſiua exhibitione, & iura-
mento Procuratoris in dorſo earumdem
rationum adnotato per Notarium Came-
ræ, & ex actualibus exactionibus, ac ſo-
lutionibus, ac reſponſionibus Decimarum
reſpectiuè factis per Didacum, quæ omnia
proculdubio probant titulum Subcolle-
ctoratus, vt de ſimilibus atteſtationibus
tradidit *Rota deciſ.* 332. *num.* 1. *part.* 18. *re-
cent.* & de alijs prærecenſitis actibus, qui
citrà ius, & titulum Subcollectoris fieri
nequeunt in deciſionibus Zamoren. Cano-
nicatus, & Scolaſtriæ *coràm Bourlemont im-
preſsis penès Nouar. in Summa Bullarum de-*
18 *ciſ.* 46. 47. 48. & 49. Reſeruatio autèm ex
capite Subcollectoratus decimarum patet
ex præmiſſa regula quarta, hodie quinta
Cancellariæ, proùt in ſpecie tenuit *Bel-
lencin. de ſubſid. Charit. quæſt. vltima Simo-
nettus de reſeruat. benefic. quæſt.* 33. *num.* 3.
Mandoſ. ad eamdem regulam quæſt. 6. *per tot.
& Granutt. in addit. ibiq; littera D. Cocchier.
ad eamdem reg. num.* 17. *Card. de Luca de be-
nefic. diſc.* 10. *per tot. Rota deciſ.* 233. *nu.* 19.
coràm Dunoz. Iuniore.

Neq; ſubſiſtit, quod Subcollectoratus
19 probetur ſolùm per litteras patentes, aùt
Teſtes, qui illas viderint, vt firmaſſe vi-
dentur *Lotther. de re benefic. lib.* 2 *quæſt.* 32.
num. 158. & 160. *Garz. de benefic. part.* 5.
cap. 5. *num.* 376. & *tribus ſeqq.* quoniam
hoc genus probationis non requiritur prò
forma; ita ùt ſupleri nequeat per proba-
20 tiones, æquè concludentes, atq; perfe-
ctas, vt tradit *Spada conſ.* 51. *num.* 1. & 8.
lib. 2. *Rota deciſ.* 252. *num.* 3. *part.* 2. *deciſ.*
249. *num.* 4. & *deciſ.* 532. *num.* 2. *part.* 18.
recen. Maximè quia quidquid forsàn olim
eſſet dicendum proptèr varias formulas,
quibus expediebantur Subcollectoratus,
ſecùs eſt in præſenti, quo Subcollectora-
tus vniformitèr expediuntur cùm tradi-
tione omnimodæ Iuriſdictionis.

Minùs vrget, quod ſaltem Didacus non
21 fuerit vnicus Subcollector, quia licèt non
fuerit vnicus reſpectu ſpoliorum; fuit ta-
mèn vnicus reſpectu decimarum, quod
ſufficit ad hoc, vt locum ſibi vindicet pręe-
allegata regula, nàm agitur de diuerſis
Subcollecturatibus, à diuerſis etiàm fon-
tibus emanantibus, quia ſcilicet Subcol-
lectores ſpoliorum conſtituuntur à Nun-
cijs, & alij Decimarum à Theſaurarijs ge-
neralibus. Vndè quilibet rectè dicitur vni-
cus in ſuo officio, & locum facit regulæ
loquenti de vnicis Subcollectoribus, vt in
terminis firmat *Rota deciſ.* 347. *num.* 13.
coràm Royas deciſ 233. *num.* 18. *coràm Du-
rano deciſ.* 221. *nu.* 6. *coràm Bichio, & deciſ.*
100. *num.* 6. *verſic. conſiderabant deciſ.* 111.
num. 11. & *deciſ.* 876. *num.* 8. & 9. *coràm
Dunoz. Iuniore*.

Nec demùm releuat, quod regula non
procedat in Subcollectoribus Decimarũ,
quia nempè loquatur ſolùm de Subcolle-
23 ctoribus Iurium, & prouentuum R. C. A.
quoniàm appellatione Iurium, & prouen-
tuum Cameræ veniunt etiàm decimæ, quæ
per Miniſtros à Camera deputatos exi-
guntur, & in rei veritate perſoluuntur, &
incorporantur eidem Cameræ licèt ſucceſ-
ſiuè per Papam conuertantur in ſubuen-
tionem Principum Chriſtianorum, pro-
ptèr Bella, quæ per ipſos neceſſariò ſu-
ſcipienda ſunt pro defenſione Chriſtianæ
Reipublicæ contrà Turcas, & Infideles,
quod reſpicit exequutionem, nèc deſtruit
ſubſtantiã prioris appropriationis, ac do-
minij decimarum in ipſa Camera per be-

nè

nè in terminis aduertunt Doctores, & Rota in locis ſuperiùs allegatis.

Et ità vtraq; &c.

R. P. D. MANVEL.

Gallipolitana Canonicatus.

Lunæ 9. Februarij 1693.

VAcante per obitum Dominici in Menſe Octobris Sedis Apſtolicæ reſeruato Canonicatu Cathedralis Eccleſiæ Gallipolirane, Donatus Antonius de Lillo ſibi illũ conferre obtinuit à Sanctiſs. D. N. ſolitis litteris deſupèr expeditis, quarũ exequutioni cum ſe opponeret, Petrus Paulus de Sanctis ab Ordinario de eodem prouiſus, orta eſt lis intèr eos, qua ad Rotam deuoluta propoſui dubium commiſſioni mihi directæ conforme, an literæ Apoſtolicæ ſint exequendæ, & affirmatiua prodijt reſolutio.

Ratio fuit deſumpta ex illarum iuſtifi-
24 catione iuxtà *Textum in cap ſi quandò de reſcript. & cap. ſi Capitulum, & ibi gloſſ in verb. exequatur de conceſſ. præben.* Vacatio enim in menſe Octobris, qui eſt reſeruatus per regulam 8. hodiè primæ Cancellariæ non controuertebatur intèr partes, proùt nec valor expreſſus per non exceſſum in Ducatis 24. Clericatus verò, ſeù Preſbyteratus iuſtificatio dumtaxàt oppoſita viſa non fuit neceſſaria, dum agitur de litteris in forma gratioſa expeditis, quæ
25 concedi non ſolent niſi præuia verificatione illius, aliarumq; qualitatum Prouiſi *Rot. corã Pania dec. 1144. n. 5. iuxtà impreſſ. Lugdunen. & in rec. deciſ. 22. num. 5. par. 15. & deciſ. 90. num. 6. part. 17. & in Segobien. Beneficij 16. Februarij 1688. §. Iuſtificatio coràm Reuerendiſs. D. meo Caccia Nuncio Hiſpaniarum.*

Non obſtat, quod præfata reſrruatio
26 ceſſat in hoc caſu attenta alternatiua acceptata per Ordinarium ſub die 6. Octobris, qua ſtante dictus menſis euaſerit Ordinarij, & per conſequens collatio ad ipſum ſpectet; dùm vacatio contigit ſub die 27. eiuſdem iuxtà tradita per *Gonzalez ad regul. 8. Cancellariæ gloſſ. 65. num. 10. vſq; ad 16. Garz. de benef. par. 5. cap. 1. nu. 698.*

Quoniàm animaduertebant DD. quid-
27 quid olìm ſuper hoc articulo fuerit diſputatum certè hodiè apud Doctores, & in noſtro Tribunali recepta eſt abſq; controuerſia opinio, quod ſequuta alternatiuæ acceptatione in menſe Apoſtolico, proùt hic iàm incepto iſte non deſinit eſſe tàlis, ſed alternatiua non obſtante perſeuerat in ſtatu impreſſo ab initio, ſeù ingreſſu vſq; ad finẽ proùt firmant *Maſſobr. in prax. haben. concurſ. prælud. 23. dub. 2. à nu. 1. cum ſeq. Card de Luc. de benef. diſc. 18. num. 3. & diſc. 93. à num. 9. cum ſeq. Barboſ. de offit. & poteſt. Epiſc. part. 3. alleg. 53. à n. 37 Lotter. de re benef. lib. 2. q. 40. à n 53. cum ſequen.* idemq; ſæpè & inconcuſsè *Rot. reſpondit, & ſignantèr coràm Martin. Andr. deciſ. 110. à num. 1. cùm ſeq. & ſub num. 9. & 20.* vbì aliæ antiquiores referuntur, & articulo latè, & maturè diſcuſſo deciſum fuit in *Salamantina Beneficij de Alemanca 20. Iunij 1605. coràm Manzaned. impreſſ. in rec. deciſ. 144. part. 2. & poſteà in alijs, & in deciſ. 49 num. 22. cum. ſeq. & dicta deciſ. 117. ſub num. 13. & 14. & deciſ. 299. à num. 8. cùm ſeq. par. 10.*

Et iure quidèm quia prò hac opinione
28 plures, ac validæ aſſiſtunt rationes, cùm quia Papa in Gratia alternatiuæ loquatur de menſe integrali, non verò de ſingulis diebus *Loter. de re benef. lib. 2. dicto cap. 40. num. 56. cum ſeq. Rot. coràm Martin. Andr. deciſ. 110. num. 19 & in rec. dec. 144. n. 1. part. 2. & deciſ. 49. n. 33. part. 10* Tùm quia in dicta regula 9. menſium reſeruatoria illi nomine proprio, non verò appellatiuo deſignantur, quo caſu quilibet eorum computari debet à media nocte vltimi menſis præcedentis vſq; ad mediam noctem vltimam menſis, de quo agitur ad terminos *Text. in l. more Romano ff. de ferijs, vt notat Lott. vbi ſuprà num. 54. cùm ſeq. Rot. dicta deciſ. 144. à num. 2. part. 2. & dicta deciſ. 49. num. 34. part. 10. num. 2. & 3.* quia diſcordiæ, ac differentiæ, quæ aliàs oriri poſſent ex computatione momentorum, ac dierum hoc modo tolluntur, ac ceſſant, & ius Sedi Apoſtolicæ non remanet in incertò, proùt animaduerſum fuit, apud *Martin Andr. dicta deciſ. 110. num. 19. & in dicta deciſ. 144. num. 7. ad fin. part. 2. & deciſ. 49. ſub num. 34 & 35. part. 10.*

Accedit, quod cũ in proprio menſe A-
29 poſtolico Papæ Ius ſit quæſitũ ille ſemper remanet reſeruatus ſicuti habemus, quod beneficium ſemèl affectum ſemper durat affe-

Digitized by Google

affectum *Martin. Andr. dicta deciſ.* 110. *num.* 3. *& in recen. dicta deciſ.* 144. *num.* 6. *part.* 2.

Nèc prædictis aduerſantur verba ſu-
30 pradictæ regulæ 8, ibi *quibus receptis, ac recognitis tunc demùm, & non anteà vti incipiant gratia ſupradicta*, ex quibus inferebatur Ordinarium ab ipſamet die recognitionis factæ in Dataria incepiſſe gaudere alternatiua ob vim illius dictionis tunc temporis extremitatem denotantis, vt notat *Gonzal. ad reg.* 8. *gloſ.* 65. *à num.* 1. *vſq; ad* 8.

Placuit enim reſponſio præfatam di-
31 ctionem tunc non referri ad tempus, ſed ad caſum, in quo facta fuerit recognitio in Dataria, maximè dùm immediatè poſt eã ſequuntur aliæ *tunc demum, & non anteà*, quæ ſimùl iunctæ operantur, ac ſi dictum eſſet hoc facto, & ſic ſenſus illatum eſt, quod facta prædicta recognitione incipiat Ordinarius gaudere alternatiua non verò anteà, & licèt illa ſequuta debeat dari aliqua temporis extremitas, à qua vſus alternatiuæ initium ſumat, hęc tamèn incipit in principio primi menſis Ordinario, ex dicta littera competentis, cùm regula loquatur de menſibus integralibus, non de diebus, ideoq; extremitas temporis debet regulari ſecundùm ſubiectam materiam, & data habilitate terminorum, vt latè obſeruat *Lott. de re benef. lib.* 2. *part.* 40 *num.* 65. *Rot. dicta deciſ.* 144 *à num.* 7. *cùm ſeq. par* 2. *& dicta deciſ.* 49. *num.* 35. *part.* 10. *recen.*

Quibus ità firmatis non reſiſtit compu-
32 tatio menſium facta per ſcribentem Prouiſi ab Ordinario, in qua per alternatiuam ſex aſſignantur Papæ, & ſex Epiſcopo, & intèr iſtos includitur October deducendo indè inapplicabile remanere quidquid ſupra firmatum fuit, cùm ſuppoſito, quod ille eſſet menſis Apoſtolicus. Siquidèm manifeſto æquiuoco laborare viſa eſt huiuſmodi computatio. Aliud enim eſt numerare prò Epiſcopo menſes alternatos poſt alternatiuam legitime completam in quibus terminis figuratus calculus ſex menſium poſſet procedere, aliud verò antè alternatiuam prout præſens eſt controuerſia, nàm hoc caſu menſes Apoſtolici reſeruati non ſunt ſex, ſed octo, & intèr iſtos intrat October, vt litteralitèr diſponitur in dicta regula 9. Vndè obiectum ſuo marte ruit, vt patet ad ſenſum.

Ex quibus concluſum fuit exequendas eſſe litteras Apoſtolicas, & prò illarum effectu dandam eſſe Immiſſionem Donato Vtraq; &c.

ARGVMENTVM.

INdulta conceſſa Confeſſarijs abſoluendi à caſibus reſeruatis ſunt reuocata in Italia. Confitens à Sacerdote non habente facultatem abſoluendi, ſi confeſſio fuerit facta bona fide, remanet abſolutus, & refertur in hac materia reſolutio Sacræ Congregationis Concilij.

SVMMARIVM.

Iulius III. conceſsit Pænitentiarijs Baſilicæ Sancti Michaelis Archangeli de Monte Gargano facultatem abſoluendi à reſeruatis num. 1.

Indulta abſoluendi à caſibus reſeruatis in Italia ſunt reuocata num 2.

Confitens à Sacerdote communitèr reputato prò cõfeſſario non habente facultatem abſoluendi, ſi confeſsio fuerit facta bona fide remanet abſolutus num 3.

Diſpoſitio tex. in leg. Barbarius habet etiàm locum in re ſpirituali num. 4.

Concurſus in Parochialibus eſt nullus non ſeruata forma Concilij Tridentini num. 5.

Examinatores Synodales debent deputari ſub proprio nomine perſonæ non autèm officij, vel dignitatis num. 6.

Limita num. 7.

Communis error, & reputatio facit ius num 8.

Clauſula ſinè præmiſſa, ſiuè alio quouis quid operetur in litteris Apoſtolicis ſub num 7. *in fin.*

Operatur vt ſufficiat, quod narratiua verificetur de facto num 9.

Olim in Rota vigebat opinio, quod poſt euictionem fundi cenſiti adhùc deberentur fructus cenſus loco damnorum, & intereſſe num 10.

Sed hodiè præuales contraria opinio num 11.

Sed creditor non tenetur reſtituere fructus conſumptos, & perceptos bona fide tempore, quo vigebat opinio, quod poſt euictionem fundi cenſiti, adhùc deberentur fructus num. 12. *&* 15.

Ignorantia facti excuſat ab indebiti reſtitutione num 13.

Ignorantia iuris dubij, & inuoluti æquiparatur ignorantiæ facti num. 14.

Vſuræ bona fide conſumptæ ſi delegantur illicitæ non ſunt reſtituenda num. 16. & 17.

VOTVM LXXXXV.

IVlius Papa III. qui in minoribus Eccleſiæ Sipontinæ per annos 25. præfuerat ad ſupplicationem Capituli, & Canonicorũ Eccleſiæ Sancti Michaelis Archangeli de Monte Gargano, & ad fouendam fidaliũ peregrinationem illùc ex omnibus Mundi partibus confluentium per eius ſpeciale breue ſub data 5. Kal. Aprilis 1554. mandauit ibidem inſtitui Confraternitatem laicalem prò perſonis vtriuſq; ſexus, cum ampliſſimis priuilegijs etiàm de eli-
1 gendo ſibi confeſſarium, qui eoſdem confratres abſolueret ab omnibus caſibus Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, nonnullis dumtaxat exceptis.

Et inſupèr vt Peregrinorum ſolatio pleniùs prouideretur, indulſerat Capitulo, & Canonicis, vt quatuor ex eis in Pœnitentiarios electi, etiàm cum virgis, vt moris eſt toto tempore quadrageſimæ vſque pèr totam octauam Paſchatis, ac in vtraque feſtiuitate Sancti Michaelis Archangeli poſſent ab omnibus exceſſibus, & criminibus, alijſq; caſibus ſpecialitèr vel generalitèr non tamèn in Bulla Cænæ reſeruatis abſoluere, iuramenta relaxare, ac vota quæcumque viſitationis Sacrorum Liminum S. Iacobi ad Compoſtellã, Caſtitatis, & Religionis dumtaxat exceptis commutare.

Hoc breue fuit ab initio exequutioni demandatũ tàm quoad Confratres, quàm reſpectu Capituli; Cum autèm extincta iamdiù Confraternitate reperiretur, ſolùm in viridi obſeruantia quoad Canonicos Pœnitentiarios, Archiepiſcopus Sipontinus de anno 1664. dubitauit fuiſſe etiam in hac parte reuocatum per decreta Sacri Concilij Tridentini, ac per Conſtitutiones Pij V. Clementis VIII. Pauli V. Vrbani VIII. Quarè ad illius inſtantiam deputata per ſa. mem. Alexandrum VII. particulari Congregatione quinque Prælatorum prò examinanda dicti Breuis ſubſiſtentia, quid ab ea fuerit reſolutum non apparet, cũ ſolum in quodam voto, quod à Canonicis exhibetur, ſed cuius ſit ignoratur, conſultinè dicatur ſupplicandum forè Sanctiſſimo prò dicti priuilegij reualiditate, nè alioquin pœnitus deſtrueretur, adeo celebris perigrinatio ad illud Sanctuarium.

Vtcumque autèm res ſe habuerit hoc vnum in facto certũ eſt, Canonicos etiàm ab indè citrà non obſtante contradictione Archiepiſcopi, ſemper vſque in præſentem diem continuaſſe in vſu ſupradicti indulti, tribuendo abſolutionem à caſibus reſeruatis iuxtà illius formam.

Verùm cum modernus Archiepiſcopus excitato iterùm eodem dubio ſupèr ceſſatione, & reuocatione præfati indulti, publicari fecerit Ædictum ſequentis tenoris, *Non ſenza gran dolore dell animo noſtro fin dal principio del noſtro Pontificato, habbiamo inteſo, che nella Santa Baſilica Garganica ſotto figurati preteſti d' autorità s' aſſoluano alcuni peccati reſeruati ad autorità ſuperiore, e benche habbiamo procurato più d' vna volta d' abolire queſto abuſo, con tutto ciò li continui clamori tuttauia ci turbano l' orecchie, e l' animo. Onde per ouuiarui in auuenire, e per diſingannare ancora l' anime de Fedeli troppo ſemplici, e credule, facciamo noto à tutti con la preſente, che li Confeſſori di quella Baſilica non tengono altra autorità nell' aſſoluere, ſe non quella ſolamente, che li viene da Noi loro Ordinario conceduta.*

Hinc prò parte Canonicorũ habito opportuno recurſu ad Sanctiſſimum prò abolitione præfati Ædicti, vel ſaltèm prò reualidatione ſi opus erit præfati Indulti Iulij III. & præcibus ad Sacram Congregationem Concilij remiſſis prò voto, propoſitum fuit.

Primò. An præfatum Indultum Iulij III. fuerit reuocatum etiam quoad Canonicos Pœnitentiarios, & quatenus affirmatiuè.

Secundò. An ſuppoſita reuocatione quid agendum ſit de Confeſſarijs, & Confeſſionibus iam peractis.

Et tertiò. An ſaltèm ſit annuendum nouæ reualidationi à Canonicis petitæ.

Sacra Congregatio Concilij 28. Iulij 1696. reſpondit ad ſecundum non eſſe inquietandas conſcientias, & ad tertium; Cum Sanctiſſimo prò conceſſione Indulti cum clauſulis reſtrictiuis præſcribendis ab Eminentiſſimo Coloredo.

Dicebam ego in hac cauſa, quod indulta abſoluendi à caſibus reſeruatis conceſſa quibuſcumque exiſtentibus in Italia extrà Vr-

Vrbem eſſent reuocata, imò Regulares, ſiuè alij Sacerdotes non obſtante dicta reuocatione abſoluentes à caſibus reſeruatis incurrunt in excommunicationem, priuationem officiorum, dignitatuum, & beneficiorum, ac inhabilitatem ad quæcunque ſupradicta, quorum abſolutio diſpenſatio, & reintegratio ſpectat ad ſolum Romanum Pontificem *Nicol. in Floſc. in verb. confeſſ. num. 21. Quaranta in Summa Bullar. in verb. caſ. reſeru. fol. mihi 200. cum ſeq. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. alleg 50. Lauret. de Franc. controu. intèr Epiſcop. & Regul. quaſt. 12. num. 1456. Pignatel. tom. 1. conſult. 292.*

Addebam vlterius in hac controuerſia, quod illi, qui bona fide, & ignoranter confeſſi ſunt à Sacerdote communitèr reputato prò confeſſario peccatorum abſolutionem conſequantur, licèt ille Sacerdos legitimam facultatem abſoluendi non habuerit *Nauar. in manual. confeſſ. cap. 9. nu. 7. Corrad. in reſponſ. caſ. conſcient. quaſt. 11. in addit. & quaſt. 17 & quaſt. 18. & ibi in addit. Barboſ. de offic. & poteſt. Paroch. part. 2. cap. 17. num. 25. 27. & 28 & ſeq. & cap. 19. num. 35. & 36. Dian. tract. coordinat. 4. reſol. 9. per tot. Leſius de iuſtit. & iur. lib. 2. cap. 29. dub 8. num. 67. Sanchez de Sacrament. diſput. 44. num. 3. verſ. imò Sum. Pontifici, & per tot. Alterius de cenſur. tom. 1. diſput. 5 lib. 4. cap. 4. litt. A. fol. mihi 425. Franciſcus de Angelis de confeſſion. quaſt. 42. à num. 15. vſque ad 20. Spercl. deciſ. 30. nu. 25. & ſequen.* & in iſtam opinionem mihi
4 videtur inclinaſſe Sacram Congregationem in hac cauſa. Nàm diſpoſitio celebris in *leg Barbarius ff. de offic. prator.* habet locum etiàm in materia ſpirituali, itaùt communis error aliquo modo faciat ius, vti ponderatum fuit per *Rot licèt ad alium effectum in Hortana concurſus 4. Maij 1693. coràm R. P. D. Molines §. qua omnia*, & in materia Eccleſiaſtica tradiderunt *Garz. de benefic part. 5. cap. 4. num. 277. Lotter. de re benefic. lib. 2. quaſt. 211. num. 247. Maſcard. de probat concluſ. 648. num. 23. 24. & 25. Sbroz. de offic. vicar. quaſt. 62. nu. 2. Capon. diſcept. 69. num. 27.* tantò magis quia bona fides adeò operatur in his terminis, vt ſit ſufficiens ad excuſandum aliquem à reſtitutione vſurarum conſumptarum, quamuis poſteà eſſent declaratæ illicitæ iuxtà ſingularem deciſionem *in Æſtiua cenſus 10. Iunij 1697. coràm R. P. D. Priolo.*

R. P. D. MOLINES.

Hortana Parochialis.

Luna 4. Maij 1693.

INdicto per Epiſcopum Hortanum concurſu ſuper Parochiali Eccleſia Sanctiſſimi Saluatoris Oppidi Baſſanelli vacata per obitum Petri Corazzæ in eo, vti magis dignus, & idoneus ad d. Curam regendam renunciatus fuit Petrus Paulus Cæleſtinus, qui attento, quod vacatio contigerat in Menſe Februarij Apoſtolicæ Sedi reſeruato, obtinuit munitus atteſtatione d. Ordinarij litteras Apoſtolicas collationis in forma gratioſa, quarum vigore Parochialis poſſeſſionem adeptus fuit. Cum autem Fælix Marianus approbatus etiam ipſe in eodem concurſu impetraſſet ſucceſſiuè d. Parochialem narrando, quod prouiſio in perſonam d. Petri Pauli nulla, & inualida exiſtat, eo quia forma *Concilij*
5 *Trid ſeſſ. 24. de reform. cap. 18.* ſeruata non fuerit, hinc delata controuerſia inter dd. Prouiſos Apoſtolicos coràm A. C. Thomato, iſte tulit Sententiam, qua declarauit Litteras Apoſtolicas Fælicis Mariani non eſſe exequendas, à qua appellationis Cauſa mihi commiſſa dedi dubium, an Litteræ Apoſtolicæ d. Mariani ſint exequendæ, cui DD. negatiuè reſponderunt.

1 Dedit reſolutioni motiuum validitas præcedentis gratiæ obtentæ à d. Petro Paulo Cæleſtino, cuius vigore fuit conſumpta vacatio, itaut non eſſet locus vlteriori prouiſioni, & conſequenter poſtrema impetratio à Mariano obtenta locum ſibi vindicare nequit.

Nec aduersùs gratiam Cæleſtini mæretur adduci nullitas concurſus, ob non ſeruatam formam *Concilij Trid. in d. cap. 18.* circa electionem Examinatorum, in quo diſponitur, quod ſingulis annis ab Epiſcopo ſiuè eius Vicario in Synodo Diœceſana eligantur Examinatores ad minus ſex, ex quibus tres eligat Epiſcopus prò concurſu perficiendo in caſu vacationis Parochialis, quæ ſeruata non fuiſſe in præſenti caſu expoſuit Marianus in ſua impe-

tratione, & probare ſatagebat, ex quo vltima Synodus Hortana celebrata fuit de anno 1667. ideoque Examinatores, qui interuenerunt in d. concurſu non poſſent dici Synodales, cum non fuerint deputati in Synodo celebrata quolibet anno; & licet ex d. Synodo anni 1667. ſupereſſent duo, qui interuenerunt in controuerſo concurſu, nempe Dominicus Scafolla, & P. Antonius Caſtra, hos non ſufficere pro illius validitate, vel quia adminùs tres requirantur; vel quia, quando elapſo anno ex ſex Deputatis aliqui prædecedunt, omnium expirat Deputatio, & alios duos, qui interfuerunt ſcilicet P. M. Franciſcus Varano, & Franciſcus Palea Vicarius Generalis, non poſſe dici Examinatores Synodales, cum fuerint deputati in Synodo ſub nomine dignitatis, vel Officij.

Etenim; quidquid ſit, an forma *Conc. Trid. in d. cap.* 18. adimpleta dicatur, quo-
6 ties in Synodo deputantur Examinatores ſub nomine Officij, vel Dignitatis, quod fieri non poſſe pluries declaraſſe S. Congregationem Concilij adducebant ſcribentes pro Mariano, *& Garz. de Benef. part. 9. cap. 2. à num 334. cum pluribus ſeq. Maſſobr. in prax. haben. concurſ. requiſ.* 11. *dub.* 3. *num.* 2. *in fine, & num.* 5. *Barboſ. ad Concil. Trid. d. cap.* 18 *num.* 86. *idem de offic. & poteſtat. Paroch. p.* 1. *cap.* 2. *num.* 56. *in fine, & in collect. deciſ. Apoſt. collect.* 341. *num.* 6. *Caſtro Palao in oper. moral. tom.* 2. *tract.* 13. *de Beneſic diſp.* 3. *punct.* 2. §. 3. *num.* 8. *Thomas Tamburin. de cenſur. lib.* 10. *cap.* 3. §. 2. *num.* 1. *& ſeq & dixit Rota in Toletana Parochialis coràm Arigonio* 10. *Maij* 1596. *relat. per Garz. d. cap* 2. *num.* 34. & nuper declarauit Sac. Congregatio Concilij in Syponrina concurſus 14. Februarij curr. anni 1693.

Prout ommiſſo etiam, an idem procedat, quando, vt in caſu deputatio in Syno-
7 do non fuit ſimpliciter in perſonam Vicarij, ſed cum adiuncto illo *pro tempore*, & cum alia circumſtantia reſpectu Superiorum Regularium, quod nempè ſint Magiſtri, ſeù Lectores Sacræ Theologiæ, & aliquando eam legerint, quo caſu perſonas prædictas reputandas eſſe pro Examinatoribus Synodalibus legitimè deputatis, ex quo tunc iſta Electio facta per Synodum non reſpiciat perſonas incertas de incertis, & cum omnimoda incertitudine qualitatum à Concilio requiſitarum, ſed perſonas incertas de certis cum certitudine includente qualitates ſcientiæ, & idoneitatis requiſitas ab eodem Concilio, vt in Vicario Generali pro tempore, & in Superioribus Conuentuum Magiſtris tantum, ſeù Doctoribus Sacræ Theologiæ, qui aliquando eā legerint validè eſſe deputatos, defendunt *Ledeſm in Summ. part.* 2. *tract.* 7. *concluſ.* 7. *Gauant. in prax. Synod. Diœc part.* 1. *cap.* 31. *de Examinatoribus* §. 5. *verſ fortaſſe valeret, & part.* 4. *cap.* 9. *nu.* 16. *in fine Tancred de Relig. tract.* 2. *lib.* 4. *diſp.* 7. *quæſt.* 12. *Dian. oper. moral. tom.* 3. *tract.* 3. *reſolut.* 96. *per tot.* & in ſumma verbo examinare, *Villaloboſ. in Summa Theologiæ, & mor. tract.* 8. *poſt diſſicult.* 5. *de Examinatoribus Synodalibus num.* 3. *poſt med. Vrtad. reſol moral. tract.* 12. *reſol.* 5. *num.* 65. *de examinat. Synod.*

Quæ omnia DD. non neceſſariò examinanda in præſenti caſu cenſuerunt, cum pro ſubſtinenda gratia Cæleſtini, qui expoſuit ſe eſſe examinatum ab Examinatoribus Synodalibus ſufficiat, quod ad talem expræſſionem deuenerit abſque dolo, & fraude, & cum probabili credulitate, ac communi opinione reputante eos, qui illum examinarunt eſſe Examinatores Synodales, comprobata nedum ex generali obſeruantia plurium Diœceſium, verum etiam particulari huius Diœceſis, quibus concurrentibus, & iuncta clauſula; *ſiuè præmiſſo, ſiuè alio quouis* ſubſtinetur gratia Cæleſtini, quamuis dubitaretur de validitate concurſus, cum per hanc Clauſulam cenſetur Papam prouidere voluiſſe, etiam in caſu nullitatis concurſus, cum illa comprehendat quemlibet alium vacandi
8 modum vltra expreſſum, excluſo tamen dolo, & data iuſta credulitate, & communi reputatione vt dictum eſt, quæ facit Ius *l. Barbarius ff. de officio Prætoris*, vt in ſimilibus tenet, *Pariſius de reſignat. lib.* 8. *quæſt.* 7. *num.* 137. *Gennen. in prax. cap.* 109. §. *Declaratur quinto, Lotter. de re Beneſic lib.* 3. *quæſt.* 8. *num.* 68. *cum ſeqq. Faber in Cod. lib.* 5. *tit.* 2. *diffinit.* 4. *Rot. deciſ.* 5. *in fine de Præben. coràm Caſſadoro, & in Pampilon. Parochialis* 29. *Aprilis* 1591. *relat. per Garz. de Beneſic. part* 9. *cap.* 2. *num.* 89. *in fine, & in Sbypporigien. Canonicatus, & Præben.* 22. *Octobris* 1584. *coràm Orano, & conferunt de-*

du-

Digitized by Google

ducta in Eugubina Canonicatus 10. *Martij* 1690. *coràm Reuerendiſsimo Hiſpaniarum Nuncio.*

Abſque eo, quod opponi valeat, quod
9 vt operetur Clauſula ſiuè præmiſſo, ſiuè
alio quouis modo neceſsè ſit narratiuam,
in qua cadit controuerſia verificari ſal-
tem de facto ex deductis in *deciſ.* 732. *à
num.* 4. *ad* 6. *coràm Vbald. & deciſ.* 561. *nu.*
34. *coràm Bichio*, quia pro parte Cæleſtini
iuſtificatur eos, qui ipſum examinarunt in
concurſu, fuiſſe de facto deputatos Exa-
minatores in Synodo, & vti Examinato-
res Synodales publice haberi, quod ſuffi-
cit pro verificanda narratiua de facto,
d. deciſ. 732. *num.* 6. *coràm Vbald. & d. deciſ.*
561. *nu.* 30. *coràm Bichio*; an autem depu-
tatio iſtorum ſit ritè, & legitimè facta de-
pendet à iure, quod nihil habet agere cum
iuſtificatione narratiuæ de facto; & caſus
deciſ. 732. *coràm Vbald.* eſt longè diuerſus
à præſenti, dum ibi -- *Non omnes Examina-
tores, qui interuenerunt Examini fuerant de-
putati in Synodo, ſed aliqui electi per Ordina-
rium extrà Synodum, in quibus etiam terminis
loquitur Deciſio* 561. *coràm Bichio, & deciſ.*
476. *coràm Buratt.* ſicque in caſu iſtarum
Deciſionum, nequè de facto poterat veri-
ficari narratiua, quod Examen eſſet cele-
bratum per Examinatores deputatos in
Synodo.

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. P R I O L O.

Æſina Cenſus.

Luna 10. *Iunij* 1697.

Poſtquam præuia Sententia A. C. Cabal-
letti declaratum fuerat Cenſum, de
quo agitur, reſolutum fuiſſe ex eo, quod
fundus ab anterioribus hypothecis abſor-
ptus ineptus euaſerat ad vlteriorem fru-
ctuum productionem, & ob non interpo-
ſitam appellationem deciſum fuerat, eam-
dem Sententiam in iudicatum tranſiſſe,
vt videre eſt in geminis deciſionibus ema-
natis ſub die 28. Nouembris 1691. coram
Eminentiſs. Caccia Archiepiſcopo Me-
diolanenſi, & 2. Martij 1693. coràm R. P.
D. meo Molines, quia ſucceſſiuè in vlte-
riori inſtantia ſuper dubio inter Partes
concordato emanauit reſolutio, quod non
eſſet locus reſtitutioni ſortis, ſed repeti-
tioni fructuum in quantitate in deciſione
exprimenda: In hodierna tamen Cauſæ
propoſitione Defenſores Reorum, non
impugnantes ampliùs imputationem fru-
ctuum in extinctionem ſortis, ſcribentes
dumtaxàt iuxtà ordinem datum ſuper fru-
ctibus vltrà ſortem ſolutis, in eo inſiſte-
bant, quod non eſſet locus illorum repe-
titioni, & ex ijs, quæ modò pleniùs deducta
ſunt, obtinuerunt receſſum à deciſis.

Tota ratio reſolutionis ex eo deſumpta
fuit; quod cum antiquitùs in Curia, & ſi-
gnantèr in noſtro Auditorio inualuiſſet
opinio, quod licèt per irreuocabilem eui-
ctionem fundi cenſiti ſequutam cum ſcien-
tia Creditoris remaneret extincta illius
hypotheca, ex eo quia, reſoluto Iure de-
bitoris hypothecantis, reſolutum quoque
10 remaneat ius creditoris, ad cuius fauorem
hypotheca impoſita fuit, adhuc tamen,
quia ex illa neceſſaria alienatione nequa-
quam extinguebatur obligatio perſona-
lis, quæ ſequebatur ipſummet debitorem,
ex iſta oriebatur actio, nedum ad reſtitu-
tionem ſortis, ſed etiam ad fructus, vt illi
licitè percipi poſſent, ſi non vti fructus,
ſaltèm loco damnorum, & intereſſe, iuxtà
firmata *coràm Dunoz. deciſ.* 414. *per tot. &
ſignantèr num.* 8. *cum ſeqq. & deciſ.* 461.
num. 1. *& deciſ.* 972. *num.* 5. *cum ſeqq. &
coràm Royas deciſ.* 458. *nu.* 5. Vndè, quam-
uis poſteà in vlteriori examine huius arti-
culi ex ijs, quæ accuratiùs inſinuata fue-
11 runt in reuiſione præfatæ deciſionis ema-
natæ coràm Royas à noſtro Tribunali am-
plexa fuerit contraria ſententia, cum qua
hodiè viuitur, vt videre eſt *in Romana Vi-
nea* 2. *Aprilis* 1666. §. 1. *coràm Eminentiſs.
Carpineo in rec. deciſ.* 336. *part.* 19. *& in
Turritana Cenſus* 27. *Nouembris* 1690. §.
Nec etiam coràm bo. me. Emerix, cum alijs,
quæ præcedenter allegata ſunt in deciſio-
nibus huius Cauſæ, indubitanter tamen,
antequam emanarent iſtæ vltimæ poſte-
riores reſolutiones contrarium ſentien-
tes, fuit ſemper admiſſa pro licita fru-
ctuum perceptio, ex ea viua ratione, quia
ſi creditor conſuluiſſet Sapientes, & Peri-
tos Regionis, iſti procul dubio dixiſſent,
illam fuiſſe licitam, tamquàm receptam,
& quod magis eſt comprobatam ab ipſa-
met Rota, quæ facit opinionem commu-
nem; Vnde ſi creditor procedendo cum
ſen-

ſenſu huius antiquæ opinionis, & viuen-
do cum bona fide, fructus cenſus volun-
tariè ſolutos à debitore percepit, eſſet val-
dè durum, ſi modò illos, quos minutatìm,
& inſenſibilitèr conſumpſit in ſtatu bonæ
12 fidei, reſtituere teneretur, cum maximo
eius præiudicio & incommodo ad not. per
Card. de Luc de vſur. diſc. 12. num. 33. &
diſc. 17. num. 21. & in ſupplem. diſc. 39.
num. 10. & diſc. 41. num. 7.

Fundamentum quippè huius concluſio-
13 nis deſumptum fuit ex illa vera, & rece-
pta propoſitione, quod ignorantia facti
indubitantèr excuſat ab indebiti repeti-
tione, ad *Text. expreſſ. in l. cum quis C. de*
iur. & fact. ignoran ibi — *Cum quis ius igno-*
rans indebitam pecuniam ſoluit, ceſſat repeti-
tio, per ignorantiam enim facti tantùm repeti-
tionem indebitè ſoluti competere tibi notum
eſt: Cumque ignorantia Iuris dubij, &
14 inuoluti æquiparetur ignorantiæ facti,
iuxtà theoricam *Felini* communitèr rece-
ptam *in cap de quarta 27. cum ſeqq. de præ-*
ſcript. cum qua tranſeunt *Capyc. deciſ.* 10.
num. 19. & ſeqq. Caualer. deciſ. 81. num. 2.
& in recent. deciſ. 444. num. 6. & ſeqq. par.
4. tom. 2. & deciſ. 559. num. 6. part. 5. &
deciſ. 360. num. 10. part. 6. procedendo
itaque cum hoc indubitato Iuris principio,
ſicuti contra illum, qui errat in facto, ceſſa-
ret actio conditionis indebiti, vel vt ve-
riùs dicitur conditionis pro mutuo, cum
qui indebitum ſoluit, quaſi mutuare videa-
tur, ita quoque ceſſare debet contra illum,
qui ſeductus ab ignorantia Iuris ſatis du-
bij licitam credidit fructuum perceptionem
ex præſuppoſita faltèm in ſtatu naturalis
obligationis præexiſtentia ſui crediti,
15 ideoque ne ſit in damno ad illorum reſti-
tutionem, quos minutatìm, & inuolunta-
riè conſumpſit, omnis æquitas ſuadent, vt
illi opitulante bona fide ſuccurratur ex
prudentiali Iudicis temperamento, iuxtà
ea, quæ tradunt *Altograd. conſ. 99. lib. 1. Re-*
denaſch. conſ. 18. nu. 25. cum ſeqq. & fusè
reaſſumpſit *Rocca cap. 126. n. 30. cum ſeqq.*
& Card de Luca de vſur. dicto diſc. 12. num.
33. & Rota in recent. dicta deciſ. 444. num.
6. part. 4. tom. 2.

Nec dicatur, quod talis exactio fru-
ctuum inchoata de anno 1610. & comple-
ta de anno 1628. reddi non potuit licita
ex poſteriori opinione Rotæ, quæ habuit
initium de anno 1635. vt *in dicta dec. 414.*
coràm Dunozetto, prætermiſſo; an factum
ſubſiſtat in hac parte, cum Defenſores
Reorum dicant fructus ſolutos fuiſſe vſq;
de anno 1640. adhuc tamen pro remotio-
ne obiecti aduertebatur quod deciſio Du-
nozetti reperitur fundata in alia deciſione
Sacrati emanata vſque de anno 1602. &
de anno 1587. adſunt etiam deciſiones
coràm Seraphino *la 785. & 787.* in qua-
rum prima edita per modum diſcurſus, &
in alia ſubſequenti poſthabita diſtinctio-
ne ſcientiæ, vel ignorantiæ, tota ratio re-
ſolutionis deſumpta fuit ex ſola obliga-
tione præſtandi damna, & intereſſe, quæ
concurrit etiam in caſu præſenti, & de-
mùm ſatis eſt, quod in examine huius ar-
ticuli ipſamet Rota modò iuerit in vnam,
modò in aliam ſententiam, vt ex hoc re-
cognoſcatur quantùm perantea ille fuerit
dubius, & inuolutus, cumque in hac Iuris
dubietate creditor non minùs probabili-
16 tèr, quam iuſtè opinatus fuerit potuiſſe
facere fructus ſuos; excuſatus remanet
ab illorum refectione: Ideoque, quoad
vſuras perantea decurſas, & iam con-
ſumptas, non alterata credulitate, & bo-
næ fide cum qua viuebatur, opinio quæ
poſtmodùm inualuit in Curia, erit ſolùm
operatiua quoad fructus non conſumptos,
& impoſterùm decurrendos, vt aduertit
Card. de Luca de vſur. dicto diſc. 39. ſub nu.
10. verſ. ac propterea.

Minùs quoque releuare viſum eſt aliud
obiectum ex eo deductum, quod in hac
materia vſuraria, vel de vſuris ſuſpecta
17 cauſari non potuerit bona fides per opi-
nionem erroneam, & minùs probabilem,
cum illud, quod turpè, & illicitum eſt de
Iure Diuino, licitum, & honeſtum fieri
non potuerit, ex aliquorum Iuriſperito-
rum credulitate malè fundata, iuxtà la-
tiùs expreſſa per *Leotardum de vſuris quaſt.*
99. num. 2. cum pluribus ſeqq. cum alijs ad-
ductis in deciſione quæ reuidetur; Quo-
niam auctoritates ibidem allegatæ lo-
quuntur in terminis, in quibus contractus
vſq; ab initio ſit verè fæneratitius, & vſu-
ra nullo velamine palliari poſſit, in iſto
ſanè caſu ne blandiamur, ſeù potiùs pa-
trocinemur fæneratorum cupiditatibus,
congruum eſt, vt eis opinio minùs tuta
ſuffragari non debeat, ſed quando contra-
ctus in ſui origine nullam in ſe continet
iniuſtitiam vſurariæ prauitatis, ſi poſteà
effi-

Digitized by Google

efficitur fæneratitius ex inopinato euentu ſuperuenientis euictionis fundi cenſiti, nimis aſperum videretur, ſi à creditore opinante tunc, iuxtà DD. auctoritates poſteà à Rota còmprobatas, licitam fructuum perceptionem per viam actionis indebiti condici poſſet id, quod ſuper exactum, & bona fide conſumptum fuit, vt optimè explicando doctrinam *Lotardi* declarat *Card. de Luca de vſuris dicto diſc.* 12. *num.* 33. *in fine.*

Et ita vtraque &c.

ARGVMENTVM.

FÆminæ agnatæ quando ſint excluſæ à primogenitura, facta prò conſeruatione familiæ, etiàm defectis omnibus maſculis agnatis. Theatini an ſint capaces acquirendi hæreditates.

SVMMARIVM.

Vltimus Agnatus habet facultatem diſponendi de bonis fideicommiſsi agnatitij, etiamſi remanſerit fæmina agnata num. 1. *&* 18.

Fæminæ agnatæ in deficientiam maſculorum ſuccedunt in bonis fideicommiſsi agnatitij nu. 2. *&* 22.

Limita num. 3. 19. 20. 23. 24. 25. *&* 26.

Theatini ſunt capaces acquirendi hæreditates, & quomodo num. 4. *&* 7.

Identitas ſchedulæ teſtamentariæ non probatur ex rogitu facto in folio inuoluente num. 5.

Declara dicto num. 5.

Teſtamentum fauore piæ cauſæ ſubſtinetur ſtante probatione naturali num. 5. *verſ. & hac.*

Legatum factum Monaſterio quando cenſeatur relictum contemplatione filij Monaci num. 6. 11. 12. *& ſequen.*

Lex ſeù conſtitutio quando procedit per modum declarationis comprahendit etiàm præterita num 9.

Profeſsio poteſt probari etiàm abſquè ſcriptura, num. 10.

Diſcretiuus modus loquendi diuerſam voluntatem oſtendit num. 12. *&* 15.

Legatum non dicitur relictum Monaſterio contemplatione filij Monaci, quando legatum erat præſtandum poſt mortem Monaci num. 13.

Amplia etiamſi legatum eſſet factum prò toto eo, quod filius prætendere potuiſſet prò ſua legitima num. 14.

Fructus legati fructiferi debentur à die mortis legantis, non autèm à die motæ litis numer. 16.

Amplia num. 17.

Dictio penitus nullam limitationem, ſeù diſtinctionem admittit num. 20.

Fæminæ agnatæ nuptæ dicuntur potiùs de familia Viri num. 21.

Obſeruantia inſeruit prò declaratione fideicommiſsi, & prò cognoſcendo, an fæminæ ſint vocatæ num 27. *&* 28.

Confeſsio facta à vocato quando illi præiudicet circa interpretationem fideicommiſsi num. 28.

VOTVM LXXXXVI.

COnſtat ex lectura Teſtamenti à bonis primogenituræ ſempèr ſuiſſe excluſas fæminas, ideoquè deficientibus maſculis bona eiuſdem primogenituræ libera remanſerunt apud eorum hære-
1 des *ad tex. in leg. cùm pater* 79. §. *libertis in fin. de leg* 2. *Gratian. diſcept.* 568. *num.* 1. *& ſequen cum alijs adductis in Romana primogenitura de Aldobrandinis* 20. *Iun.* 1687. *coràm Reuerendiſs. Vrſino* §. *ex his.*

Nec releuat, quod etiàm in fideicom-
2 miſſo agnatitio fæminæ agnatæ ſuccedant in deficientiam maſculorum, cum illæ in ſubſidium vti de agnatione familiam
3 conſeruare dicantur, quoniam obiectum procedere poſſet quando non reſiſteret contraria voluntas Teſtatoris, ſecus verò in præſenti, in quo ex diſpoſitione teſtamentaria apertè deſumitur teſtatorem vocaſſe ſolos maſculos excluſis fæminis in quocumque caſu, fortiùs quia teſtator non ſolũ excluſit fæminas, ſed vlteriùs inuitauit ſolos maſculos ad ſucceſſionem ad effectũ propagandi agnationem, quę propagatio agnationis nõ conuenit fæminis, quę licèt ſint, agnatæ non ampliant, nèc propagant propriam agnationem, cuius ſunt finis latè, & magiſtralitèr firmatur à Rota in dicta Romana primogenituræ de Aldobrandinis 20. Iunij 1687. coràm Reuerendiſſimo Vrſino.

Quæ omnia ineuitabilitèr procedunt in præſenti, quia in nulla parte primogenituræ ſiuè diſpoſitiua, ſiuè conditionali, ſiuè ratiocinatiua adſunt aliqua verba communia ad fæminas quoquomodò referebilia vti proſequitur *Rota in dicta Romana primogenituræ in* §. *ex implicita.*

Et

Et tandē non aduerſatur, quod vltimus
4 Agnatus controuerſæ primogenituræ poſſeſſor inſtituerit hæredes Patres Theatinos, qui cum ſint incapaces acquiſitionis bonorum fecerint locnm ſucceſſioni ab inteſtato fauore Illuſtriſſimæ Marchioniſſæ Thereſæ, vti proximiori conſanguineæ, quoniàm vltrà alias reſponſiones ſufficit animaduertere, quod Theatini non ſunt incapaces acquirendi hæreditatem iuxtà opinionem canonizatam *à Sacra Rota in Romana Legati*, *& ſignantèr coràm Priolo 12. Iunij 1690*.

Et minus releuat, quod non conſtet de
5 identitate ſchedulæ teſtamentariæ, cum rogitus Notarij appareat factus in folio inuoluente *Gratian. diſcept. 973. num. 46. & ſeq. Ciriac. contr. 444. nu. 56. Andreol. contr. 346. nu. 24. Altegrad contr. 50 nu. 3. & ſeq. Rot corā Priolo deciſ. 315. n. 1. coràm cla. me. Card. Cerro deciſ. 888. nu. 7.* quæ concluſio procedit etiamſi adeſſet ſubſcriptio teſtatoris quamuis recognita *Gratian. diſcept. 973. ſub n. 54. Rot. deciſ. 360. n 10. par. 13.*

Quia verſamur in teſtamento de cuius conſignatione rogatus fuit Notarius notæ probitatis, & fidei, & in eo adeſt ſubſcriptio teſtatoris in qualibet pagina, ex quibus colligitur ſaltèm moralitèr indubitata identitas ſchedulæ, *Decian. conſ. 24. nu. 20. lib. 5. Alex. conſ. 105. num. 2. verſ. reſpondeo lib. 2. Rot. coràm Duran. deciſ. 180. nu. 3. coràm Bich. deciſ. 513. num. 12. & ſeq. & coram ſa. me. Alex. VIII. deciſ. 181. num. 12. & latè in Romana, ſeu Ianuen. teſtamenti 9. Iunij 1681. coràm cla. me. Card. Matthæio § tandem cum plur. ſequen.*

Et hæc faciliùs procedunt cum teſtamentum fauore piæ cauſæ ſubſtineatur ſinè vllo teſte, dummodò fuerit ſcriptum manu teſtatoris, vel quando appareret de voluntate, etiam per depoſitionem duarum fœminarum, quia in iſtis terminis nō requiruntur ſolemnitates iuris poſitiui, ſed tantum ſufficit probatio naturalis, de qua materia latè *Fagnan. in cap. relatum il primo de teſtamen. num. 9. cum alijs in Baren. teſtamenti 23. Iunij 1690. coràm bo. me. Benincaſa §. omiſſis, & in Romana immiſſionis 12. Ianuarij 1691. §. etenim coràm Eminentiſs. Caccia.*

Nec ſupradicta extenuantur ex depoſitione duorum teſtium circa ſuppoſitionem præfatæ ſchedulæ teſtamentariæ, quia dicti teſtes vti viles, & ſingulares ac in pluribus diſcordes nullatenus ſunt attendendi.

R. P. D. PRIOLO.

Romana Legati.

Lunæ 12. Iunij 1690.

IVlia Matthæia nobilis Matrona Romana non ſolum de Mundo benemerita ob plurium liberorum procreationem, ſed erga Cælum quoque grata ob profeſſionem poſt obitum Mariti emiſſam in Monaſterio Sancti Egidij, adeo diligenti cura, & exemplo filios educauit, vt vnus ex his, nempè Franciſcus Maria voluntariè Deo ſe offerens, habitum regularem in Religione Theatina ſuſceperit.

Ad magis firmandum tale propoſitum in filio, & nè erga eumdem Patrum beneuolentia frigeſceret, prædicta Iulia in Teſtamento, quod de anno 1625. condidit ante ſuæ profeſſionis emiſſionem legauit Patribus Sancti Silueſtri Scut. 1500. à ſuo hærede poſt obitum eiuſdem Franciſci Mariæ præſtanda, & hoc medio tempore, quo ille viueret, legauit eiſdem Patribus annua Scut. 100. ſoluenda illi domui, in qua prædictus Franciſcus Maria permaneret, vt eius neceſſitatibus circa alimenta, veſtes, & libros occurrentibus ità commodiùs conſuleretur. Prò adimplemento vtriuſque legati eadē Teſtatrix ſpecialitèr ſuppoſuit, Cenſum in maiori quantitate impoſitum ad ſui fauorem à DD. de Aquauiua, cum hac lege, & conditione, vt ſi ille vnquam redimeretur, pretium reinueſtiri deberet ad creditum hæreditatis, cum aſſenſu tamen Patrum, vt ita magis eſſent cauti de legatis ſibi à Teſtatrice relictis.

Iulia tamen ſuo principali obiecto fruſtrata fuit: nàm Franciſcus Maria habitum dimiſit, & diù profugus apud hæreticos debaccatus eſt, donec clementia ſa. me. Vrbani VIII. benignè receptus in ſinū Eccleſiæ diſpenſatus quoque fuit, vt Religionem S. Spiritus ingrederetur, prout ingreſſus fuit, ibiq; non expectato anno probationis profeſſionem emitteret.

Hæc rerum viciſſitudo cauſam liti præbuit; nàm ſequuto de anno 1662. obitu Fran-

Franciſci Mariæ, Patres legatarij egerunt corām R.P.D. de Aſte Iudice commiſſario ad conſequutionem huius legati,& mandatum obtinuerunt tàm prò ſorte, quàm prò fructibus; Vndè cōmiſſa mihi cauſa in gradu appellationis cum clauſula ſuſpenſiua, propoſui de more dubium: An illud eſſet exequendum, & à Dominis affirmatiuum habui reſponſum.

Diſpoſitio namque Iuliæ viſa fuit clara, itaut de illa, eiuſque viribus minimè diſceptatum fuerit in hodierna diſputatione. Duo tamen objiciebant Scribentes prò Sororibus de Ceulis. Primum ſiquidem obiectum deſumebant ex incapacitate Patrum, qui cum in proprio Inſtituto non ſolùm paupertatem voueant, ſed vlteriùs illam voluntariè profiteantur, vt paupertatem Chriſti Domini, & Apoſtolorum (ſunt verba Conſtitutionum) eo efficacius imitentur à ſæcularibus negotijs liberiores; Hinc ex voluntaria profeſſio-
6 ne huius altiſſimæ paupertatis arguebatur ipſorum Patrum incapacitas tàm ad effectum retinendi, quàm vendendi, itaut proindè legatum tamquàm incapacibus relictum fuiſſet caducatum, & habeteur pro non ſcripto, ad *Textus expreſſos in Clement. Exiui de Paradiſo, & Extrauagant. exijt, qui ſeminat, vtrobique de verbor. ſignificat.*

Alterum verò obiectum eliciebatur ex eo, quòd hoc legatum tamquam perſonale, & relictum contemplatione filij ſequutum quoque fuiſſet illius perſonam de Religione exeuntem,tamquam ei indiuiſibiliter cohærens, itaut in præſenti non eſſet agendum. An illud debeatur Religioni Sancti Spiritus, in quam Franciſcus Maria præuia diſpenſatione Apoſtolica ingreſſus fuit,cùm ſufficiat modò Sororibus de Ceulis vincere per non Ius actoris.

Et fanè quoad perſonalitatem' legati Scribentes pro eiſdem Sororibus illā oſtendere conabantur ex modo, & cauſa legandi; illud quippè relictum fuit in cauſam inſtitutionis, & omni meliori modo, ita vt ſi filius à Religione legitimè egreſſus fuiſſet, & ad Sæculū reuerſus, potuiſſet petere legitimam, & legatum ceſſaſſet, nulla actione hoc caſu remanente pœnes Patres, quā ſolummodò exercere poterant ex perſona ipſius Frācîſci Mariæ,hinc neceſſariò ſequatur, vt Iulia principaliter reſpexerit perſonam filij, & in gratiam ipſius legauerit Patribus Theatinis; Quod magis vrgere videbatur aliud legatum annuorū Scut. 100. præſtari voluit illi Domui, in qua ipſe habitaturus eſſet, & quatenùs Superiores Religionis renuiſſent, mandauit, vt illud cederet in beneficium hæredis, quo fit, vt ſemper in vtroque legato contemplata fuerit perſona filij, & merito, quia cauſa ſanguinis tamquam naturalis erga filium præualere omninò debet cauſe Pietatis accidentali verſus Monaſterium ad *Gloſ in cap. fin. de teſtam. in 6. l. penult. ff. de reb. dub. Alciat. præſumpt. 28. num. 1. Surd. de alim. tit. 5. quæſt. 6. num. 8. cùm ſequentibus.*

His tamen minimè obſtantibus Domini pro exequutione mādati, vt ſupra, reſponderunt; nam primum obiectū remoueri vi-
7 ſum fuit ex eo, quod quandò Patres Theatini propoſuerunt in eorum Conſtitutionibus ſe voluntariè abſtinere à quacumq; bonorum ſtabilium poſſeſſione, nullam ſpecialem obligationem contraxerunt,ſed ſibi plenariam acquirendi libertatem conſeruarunt, vt ità in qualibet bonorum dimiſſione poſſent coràm Deo continuò pro mereri; Vndè ſi poſtea vrgente neceſſitate legatum acceptarunt, eis minimè nocet obiecta incapacitas, cum omnes Regulares, exceptis Capuccinis, & Minoritis ſint bonorum capaces, ità ſanciente *Synodo Tridentin. ſeſſ. 25. de regular. cap. 3. cum ibi cumulatis per Barboſ. per tot. & in puncto Cardin. de Luca de teſtam. diſcurſ. 56. num. 2.*

8 Quę profectò incapacitas eò magis ſubmouetur, ponderando decretum emanatum de anno 1636. in Capitulo generali eiuſdem Religionis ſucceſſiuè confirmatum à ſa. me. Clemente X. in eo quippè declaratum fuit, Patres Theatinos potuiſſe, ac poſſe acceptare quaſcumque hæreditates, legata, & annuos redditus, vt in eorum *Summario num. 5.*

Nec dicatur, quòd hæc poſtrema Conſtitutio à Clemente confirmata tamquam poſterior legato, de quo agitur, non potuerit antiquare illam præcedentem voluntariam abſtentionem priùs à Patribus profeſſam in præiudicium Sororū de Ceulis, quibus hoc medio tempore fuit acquiſitum Ius irreuocabile, vt ſcilicèt legatum incapacibus relictum haberetur pro non

ſcripto ; quoniam reſponſum fuit, quòd
cum hæc conſtitutio procedat per viam
9 declarationis, patefaciendo primæuam
Statuentium voluntatem, quam habue-
runt vſque ab initio conditæ Religionis
circà modum profitendi Paupertatem,
illa proindè retrotrahitur ad præcedentes
diſpoſitiones, & comprehendit legata, &
deinceps eidem Religioni relicta, *Rota de-
ciſ. 179. num. 82. part. 9. & deciſ. 404. nu-
mer. 17. cum ſeqq part. 16. recent. & in
Viterbien Donationis 13. Martij proximè præ-
teriti §. Ex Iure autem confirmata 26. Iunij pa-
riter proximè præteriti §. 2. ſuppoſito corâm
R. P. D. meo Heruanult.*

Ex his itaque ceſſante primo obiecto,
eo faciliùs ceſſare viſum fuit ſecundum
fundamentum deſumptum ex perſonali-
tate legati, nam quidquid ſit ; an illud
vnà cum perſona Franciſci Mariæ tran-
ſire potuerit in Religionem Sancti Spiri-
tus, de qua quæſtione iuxtà varias DD.
opiniones inopportunum fuit agere in
præſenti, cum non conſtet de legitima
10 illius profeſſione in dicta Religione, quæ
licèt probari poſſit etiam abſquè ſcriptu-
ra ex allegatis per *Rotam deciſ. 445. nu-
mer. 2. cum ſeqq. part. 13. recent.* Fides ta-
mèn ad hunc effectum exhibitæ nullam
merentur fidem, ſed vlteriùs animaduer-
ſum quoque fuit, quòd cum hoc legatum
11 directè, & expreſsè legatur relictum
Patribus Sancti Silueſtri, cenſetur proin-
dè relictum contemplatione ipſius lega-
tarij iuxtà regulam deſumptam ex *Text.
in l. ſed & ſi ſuſcepit §. Sed ſi proponas ver-
ſiculo Teſtatorem ff. de Iudic. & l. quidam
ità ff. ad Trebell.*

Quod eo magis comprobari exiſtima-
batur in præſenti themate, quia ſicuti in
teſtamento Iulia quando voluit legare Pa-
tribus contemplatione filij principalitèr
reſpexit illius perſonam in ipſum, & Pa-
tres immediatè dirigendo legatum, ità
etiam eodem modo legaſſet in Codicillis,
ſi perſonam filij reſpicere voluiſſet ; vndè
cum in poſteriori diſpoſitione diuerſimo-
dè legauerit, eam principaliter dirigendo
in ipſoſmet Patres, illorum itaque per-
12 ſonæ dumtaxat contemplatæ fuerunt, cum
diſcretiuus modus loquendi ità adhibitus
arguat in Teſtatrice voluntatis diuerſita-
tem de vno caſu ad alium ex allegatis *in
Romana, ſeù Florentina fideicommiſsi prima
Iunij 1682. §. Sed non minùs corâm R. P. D.
meo Heruanult confirmata 6. Martij 1684.
§. Alterum corâm bo. me. Rondinino.* Præci-
puè quia Teſtatrix voluit, *che detti Scuti
1500. ſieno onninamente di detti Padri Tea-
tini*, quæ verba importare videntur, vt
acquiſitio controuerſi legati ſit omninò
independens, & abſoluta ad ipſius lega-
tarij beneficium *Barboſ. dict. 240. num. 2.
& 4. Rota corâm Sanctiſsimo deciſ. 10. nu-
mer. 42.*

Quibus omnibus accedit, quod Iulia
mandauit, dicta Scut. 1500. ſolui debere
*doppo la morte naturale di Franceſco Maria
ſuo figliuolo*, quod ſanè demonſtrat, non
fuiſſe contemplatam perſonam filij, dum
poſt illius mortem collata fuit exquutio
eiuſdem legati, vt ex *Text. in l. ſi poſt
mortem 71. ff. de legat. 1. firmauit Mantic.
de coniectur. lib. 8. tit. 16. num. 10. in fine
verſiculo ſi poſt mortem, Rot. in recen. deciſ.
159. num. 30. part. 13.*

Hinc non obſtat, quòd illud relictum
14 fuerit in cauſam inſtitutionis, & omni
meliori modò, quaſi quod ità conſidera-
tus fuerit ipſemet filius vti ſucceſſurus ad
bona materna ex Iure legitimæ, quia
hæc vnica coniectura in oppoſitum addu-
cta præſefert quidem exiſtentiam Franci-
ſci Mariæ in Religione Theatina fuiſſe
cauſam impulſiuam, propter quam Iulia
ità legauit, non autem finalem, & moti-
uam ; vndè cum ex ſuperiùs animaduer-
ſis concludentèr alioquin conſtet iuxtà eni-
xam voluntatem Teſtatricis, Patres San-
cti Silueſtri fuiſſe principaliter, & de per ſe
contemplatos etiam in caſu, quo Franci-
ſcus Maria non fuiſſet ampliùs in rerum
natura, hæc certè ſola præſumptio frige-
ſcit in conflictu contrariarum præſumptio-
num, quæ ſunt numero plures, & magis
vrgentiores, *Rota deciſ. 50. & deciſ. 199.
vtrobique num. 12. par. 19. recen.*

Minùs releuat, quod in legato annuo
15 conſiderata fuit perſona filij, ità quo-
que contemplata fuerit in hoc alio lega-
to Scut. 1500. quia hoc potiùs retorque-
ri exiſtimatum fuit ; nam cum fauor filij
fuerit expreſſus in primo legato, hinc cen-
ſetur conſultò omiſſus in ſecundo, ex re-
gula ſuperiùs inſinuata, quod diſcreti-
uus modus loquendi patefaciat in diſpo-
nente voluntatis diuerſitatem ex ſupra de-
ductis.

16 De-

Digitized by Google

16 Demùm quoad fructus Domini cenſuerunt, Mandatum eſſe quoque exequendum, quia legata fuerunt Scut. 1500. ſoluenda tamen ex Cenſu in maiori ſumma debito à DD. de Aquauiua, quo fit, vt perindè habeatur, ac ſi fuiſſet legata ipſa res fructifera, *Text. in l. apud Iulianum 40. §. fructus ff. de legat. 1. Gratian. cap. 932. nu. 34. Rot. deciſ. 192. num. 4. part 17. & latiùs deciſ. 774. num. 7. cum ſeqq. part. 18.*

In nihilo releuante, quòd iſti debeantur ſolummodò à die agniti legati, cum Sorores reæ conuentæ non fuerint interim in mora, ſed rationabiliter, & bona fide
17 opinari potuerint, quòd Patres vellent ſe conformare cum diſpoſitione, licèt non obligatoria proprij Statuti, quia cum huiuſmodi fructus ſint debiti non quidem ex mora, aut ex cauſa malæ fidei, ſed potiùs ex Iure dominij, quod etiam antè aditam hæreditatem, & ipſo momento, quo Legans deceſſit, rectà via translatum fuit in ipſos Patres legatarios, iuxtà *Text. in l. à Titio 66. in fine ff. de furt. relat. per Ciriac. contr. 47. num.* 8. veniunt proindè reſtituendi vſque ab initio, nè Sorores cum aliena iactura locupletentur, vt diſtinguendo pluribus adductis firmat *Rot. deciſ. 3. num. 6. cum ſeqq. part. 7. recent. & coràm Bich deciſ. 263. num. 4. & coràm Dunozet. Iun. deciſ. 818. num 7. cum ſeqq.*

Et ità vtraque &c.

R. P. D. V R S I N O.

Romana Primogenituræ de Aldobrandinis.

Veneris 20. Iunij 1687.

DEfuncto in obſidione Caniſij clar. mem. Ioanne Franciſco Aldobrandino, dum copijs auxiliaribus Rodulphi Cęſaris Dux Generalis in Pannonia præeſſet; quatuor eius filij maiores, & ab inteſtato hæredes nimirùm Cardinalis Siluester, Ioannes Georgius, Hyppolitus, & Aldobrandinus præoculis, quàm maximè habentes conſeruationem, & ampliationem eorum Nobiliſſimę Aldobrandinę Familiæ, & Agnationis, & proindè ſimul ponderantes, quod Familiæ nobilitas, vt virtute, & rebus præclarè geſtis cuſtoditur, ità diuitijs, & opibus tanquam opportunis adminiculis conſeruatur, & ampliatur, quodque id faciliùs conſequi contingat, cum facultates non diuiduntur, ſed vnitim in vna, eademque perſona integrè coacervantur, & propagantur vnanimi voto de anno 1611. deuenerunt ad ſtipulationem perpetuæ, & irreuocabilis donationis de omnibus Caſtris, & bonis pro indiuiſo poſſeſſis, & in Inuentario in fine Inſtrumenti inſerto diſtinctim enumeratis ad fauorem Maioratus, ſeù Primogenituræ, quam ibidem perpetuam erexerunt, & inſtituerunt, primo quidem loco in perſonam Principis Ioannis Georgij illiuſque Primogeniti, filij nepotis, pronepotis, aliorumque deſcendentium de Primogenito in Primogenitum ſeruato ſemper gradu, & ordine Primogenituræ in perpetuum, & infinitum. Dicto autem Ioanne Georgio, eiuſque Primogeniti linea maſculina, & deſcendentibus ex ea maſculis non extantibus, vel extantibus, & poſteà quomodocumque deficientibus, & extinctis voluerunt, quod ſucceſſio in eiſdem bonis deuolueretur ad Secundogenitum eiuſdem Principis, & ſucceſſiuè in omnes, & ſingulos eius deſcendentes maſculos, ſeruato eodem ordine, & gradu Primogenituræ. Idemque diſpoſuerunt deficiente huius linea maſculina ad fauorem Tertij, & vlteriùs geniti vſque ad totalem, & omnimodam deficientiam, & extinctionem omnium deſcendentium maſculorum præfati Principis Ioannis Georgij, pœnitùs excluſis legitimatis, ac fœminis, aut ex fœminis deſcendentibus; in defectum autem dictæ lineæ. Secundo loco vocarunt Cardinalem Hyppolitum, & deindè Priorem Aldobrandinum vtrumque tunc temporis in ſtatu laicali exiſtentem, & demùm Petrum quintum fratrem natu minorem, quatenus iſte maior effectus donationem præfatam ratificauerit, eiuſque portionem Primogenituræ ſubmiſerit, & ſingulorum omnium deſcendentes maſculos de Primogenito in Primogenitum, ſeruato eodem Primogenituræ ordine, gradu, & modo, quo ſupra de linea Ioannis Georgij diſpoſitum fuerat.

Vtque bona prædicta ſemper integra conſeruatentur in eorum domo, & agnatione poſt ordinatas omnes præmiſſas ſubſtitutiones ab eadem donatione, & Primogenitura, excluſerunt perpetuò, & abſolutè quemlibet ex ipſis Donatoribus, vel

Digitized by Google

ſucceſſoribus, qui fuerit in Sacris Ordinibus conſtitutus, ſiuè profeſſus in aliqua Religione, etiam Militari cum voto Caſtitatis, necnon pariter omnes, & quaſcumque fęminas, & deſcendentes ex eis ſufficienti illis alimentorum ſubminiſtratione, congrua his dote relicta, & demum omnibus, & ſingulis in ea vocatis, atque comprehenſis prohibuerunt detractionem, & diminutionem bonorum ratione legitimæ, Trebellianicæ inofficioſæ donationis, & melioramentorum vtilium, & neceſſariorum, necnon quamcumque alienationem, diſtractionem, & hypothecationem ex qualibet cauſa neceſſaria, & vrgentiſſima dotium etiam reſtituendarum, & præſtationis alimentorum faciendæ ſecundo, & vlteriùs genitis, pro quibus omnibus particulare multiplicum ſcut. 10. m. ad hunc præciſum effectum prouido demandarunt Conſilio; quemadmodum cuncta hæc latiùs habentur in Primogenitura, ſiuè donatione impreſſa ad Partes diſtributa.

Erecto huiuſmodi Maioratu, Princeps Ioannes Georgius illius vigore poſſeſſionem omnium bonorum adeptus fuit, & Petrus maior effectus donationem ratificauit, illiuſque legibus ſuam portionem reddidit obnoxiam.

Ex his quinque fratribus nulli nati ſunt filij maſculi, cumque priori loco lucis vſuram amiſerint Cardinalis Siluester, Petrus, & Aldobrandinus, & deindè Ioannes Georgius, & Cardinalis Hyppolitus, bona omnia Familiæ Aldobrandinæ, vt ſupra donata liberè, & integrè pertranſierunt in clar. mem. Olimpiam Principiſſam Roſſani filiam, & hæredem Teſtamentariam Principis Ioannis Georgij, ſicque Primogenitura tanto ſtudio pro maſculis erecta ad perpetuum agnationis ſplendorem in ipſis Inſtitutoribus ſtatim defecit: Vſque adeò hominum ſpes, & iudicia ſæpè falluntur, vt dùm æternitatem votorum ſuorum ſibi pollicentur, temporis leues etiam menſuræ eis deficiant. Nuper autem eadem Principiſſa defuncta præfata bona migrauerunt in Excellentiſſimos DD. Principes Burgheſium, & Pamphilium eius filios ex primis, & reſpectiuè ſecundis nuptijs procreatos; Aduerſus quos inſurgens modò Excellentiſſima Domina Duciſſa Maria de Aldobrandinis filia Petri vnius ex antedictis fratribus Inſtitutoribus Primogenituræ, & tanquam vnica ſuperſtes de Familia Aldobrandina ſe vocatam prætendens ad Maioratus ſucceſſionem à me vti Indice ab A. C. deputato dubium generale ſubſcribi obtinuit — *An, & quæ bona debeantur ex domo Aldobrandina Duciſſæ Mariæ vigore Iurium, de quibus in actis* — eoque in hodierna audientia plenè diſcuſſo, Domini, quorum iudicia in Conſilium de more aſſumpſi, cenſuerunt nulla bona eidem deberi vigore Primogenituræ moti ex illius tenore, & contextu. Cum enim ibidem fœminæ agnatæ cuiuſmodi eſt Domina Actrix non tantùm non fuerint diſpoſitiuè, vel ſaltem conditionaliter in aliqua parte vocatæ, ſiuè comprehenſæ, ſed abſolutè, & perpetuò excluſæ, explorati vtique eſt Iuris,
18 quod bona omnia Familiæ Aldobrandinæ deficientibus maſculis libera remanſerunt apud eorum hæredes, & ſucceſſores abſque vlla obligatione reſtituendi fœminis non vocatis ad *Textum in l. cum pater 79. §. libertis in fine, ff. de legat. 2. Gratian diſcept. foren. 568. num. 1. & ſeq. Mantic. de tacit. lib. 13. tit. 21. num. 20. & Rota deciſ. 203. ſub princip. & in fine part. 2. deciſ. 98. num. 13. & ſeq part. 12. dec. 344. nu. 22. coràm Priolo, & nouiſsimè in Ferraríen, Bonorum 28. Iunij 1686. §. Probata itaque coràm me.*

Fœminas autem agnatas eſſe à dicta Primogenitura perpetuò, & abſolutè excluſas etiam poſt deficientiam omnium maſculorum ſatis apertè conſtitit tùm ex verbis expreſſis Inſtrumenti, ſiuè donationis, tùm ex implicita mente, & voluntate fratrum donantium elicita ex pluribus circumſtantijs, & coniecturis; tùm demùm ex ſubſequuta vniformi obſeruantia, quæ eſt optima, cuiuſque diſpoſitionis interpres, necnon ex confeſſione deſuper explicita ipſius Dom. Duciſſæ.

Et quidem ex verbis expreſſis; ſiquidem non ſolum in priori parte Primogenituræ, fol. 7. litt. R. abſque vlla limitatione temporis, & reſtrictione ad vllum gradum, vel ad aliquas ſubſtitutiones, ſed per verba, & dictiones comprehendentes omnem, & quemcumque caſum fœminæ omnes excluſæ leguntur, ſed clariùs etiam in fol. 10. litt. CC. poſt ordinatos omnes gradus ſubſtitutionum, in ſeparata periodo, & oratione generaliter, & abſolutè ex-

Digitized by Google

excluduntur præuia expreſſione rationis nimirum, *Quia præciſa, & deliberata intentio, & voluntas ipſorum Excellentiſſimorum Donatorum eſt, quod Caſtra, & bona integrè, & perpetuò permaneant in dicta eorum Familia Aldobrandina fœminis, & ex fœminis deſcendentibus ſemper excluſis*; Hæc autem generalis, & geminata fœminarum excluſio ſic, vt ſupra concepta cum dictionibus habentibus tractum perpetuum, & infinitum eſt indubitantèr ſimplex, & abſoluta, ſtare dicitur per viam regulæ, & operatur, vt ipſæ nullo vnquam tempore,
19 nulloque caſu, nec in concurſu cum maſculis, neque in illorum omnium defectu valeant ad ſucceſſionem huiuſce Primogenituræ aſpirare, ad tradita in ſpecie per *Gabriel. conſ. 132. num. 5. & 6. lib. 1. Altograd. conſ. 96. num. 54. lib. 1. & conſ. 13. num. 35. lib. 2. & Rota deciſ. 274. num. 15. coràm Buratto deciſ. 253. num. 12. coràm Priolo deciſ. 996. num. 1. & ſeqq. coràm Dunozett. Iun. deciſ. 313. num. 17. & 18. par. 10. deciſ. 309. num. 3. part. 13. deciſ. 14. num. 11. & ſeq. deciſ. 208. num. 9. & deciſ. 462. num. 16. & ſeq. part. 14. & deciſ. 132. num. 5. part. 19. recent. & in Romana fideicomm. de Tito 16. Februarij 1680. §. nec replicari coràm Eminentiſſimo Cardinali Vicecomite, & 21. Iunij 1683. §. non obſtat coràm R. P. D. meo Benincaſa.*

Nec ſubſiſtit, quod dicta feminarum excluſio in priori parte diſpoſitionis non ſit abſoluta, & perpetua, nec per viam regulæ generalis; ſed temporalis, & ſuſpenſiua ad tempus, donec ſcilicet linea maſculina, & ex ea maſculi extiterint, vtpotè demandata à Donantibus in medio diſpoſitionis, & dependentèr à caſu ibidem expreſſo, quo ſcilicet linea maſculina Ioannis Georgij duraret, & ex ea extarent maſculi legitimi, & naturales, ibi — *Durante linea maſculina legitima, & naturali eiuſdem Ioannis Georgij, & ex ea extantibus maſculis.*

Etenim perpenſo integro contextu huius periodi euidentèr apparuit verba illa prolata per ablatiuum abſolutum fuiſſe vnicè adiecta ad regulandam ſucceſſionem, & vocationem lineæ maſculinæ Ioannis Georgij, quouſque ex ea extarent maſculi, ibi — *Et illis non extantibus, vel poſteà extinctis*; Nimirum Primo, ſecundo, tertio genitis Ioannis Georgij, de quibus actum fuerat ſuperiùs, *ſuccedant alij ex linea dicti Ioannis Georgij, qui Primogeniti erunt gradatim, & ordine ſucceſſiuo vnus poſt alium in perpetuum, & infinitum durante linea maſculina legitima, & naturali eiuſdem Ioannis Georgij, & ex ea extantibus maſculis legitimis, & naturalibus conſtante legitimo matrimonio, & de proprio corpore conceptis, & natis in proſapia maſculina, non autem poſteà legitimatis, vel legitimis factis, quos legitimatos, ac etiam legitimos effectos, vnà cum filiabus fœminis, aut ex fœminis deſcendentibus à donatione huiuſmodi, ac bonis donatis penitùs excluſerunt.* Ex cuius Orationis contextu cum verba illa *Durante linea* ſtare noſcantur correſpectiuè ad vocationes tùm præcedentes, quod nempè omnes maſculi de eadem linea vocati cenſeantur ad ſuccedendum in eiſdem bonis, tùm ſubſequentes, quod ſcilicet alij poſteà ſubſtituti non admittantur, niſi poſt deficientiam omnium maſculorum ex linea Ioannis Georgij conuertere vtique nequeunt in temporalem, & comparatiuam perpetuam fœminarum excluſionem, quæ ſucceſſiuè ibidem in periodo ſeparato, & à ſuo verbo recto demandata fuit purè, ſimplicitèr, & abſolutè, abſque vlla conditione, aùt limitatione reſpectu temporis, gradus, vèl perſonarum, ſed realitèr habito tantum reſpectu ad donationem, & bona donata, & cum dictione *penitùs*, de cuius natura eſt nullam limitationem, ſeù diſtinctionem admittere; ſed comprehendere omne tempus, & caſum, *Roland. conſ. 27 num. 2. lib. 4. Menoch. de recuper. remed. 14. num. 5. Gratian. dec. March. 51. num. 23. Boer. deciſ. 23. num. 23. & Seraphin deciſ. 325. num. 17.*

Et quatenùs etiam dicta fœminarum excluſio in hac parte dubia, adhùc eſſet, interpretationem, & declarationem recipit ab alia, vt ſupra per viam regulæ appoſita in prohibitione alienationis, & cum dictione perpetui, & infiniti temporis, Ibi *fœminis, & ex fœminis deſcendentibus ſemper excluſis*, quæ nullam admittit voluntatis quæſtionem *vulg. leg. Ille, aut Ille, ff. de legat. 2.*

Ex implicita autem mente Donantium perpetua, & abſoluta earumdem feminarum excluſio reſultat. Primo, quia in nulla parte Primogenituræ, ſiuè diſpoſitiua, ſiuè conditionali, ſiuè ratiocinatiua le-

Digitized by Google

leguntur aliqua verba communia ad fœminas quoquomodo referibilia, neque vlla vnquam habita ratio earumdem, quoad Ius ſuccedendi; ſed facta ad illarum fauorem prouiſione de congrua dote, in omnibus ſuis partibus ſemper vocantur maſculi ex maſculis ordine Primogenituræ, & quando gradatim fit tranſitus de vna linea
20 ad aliam ſemper additur qualitas maſculinitatis: Ibi *Durante, vel extincta linea maſculina*, quibus ſic ſtantibus cum fideicommiſſum dicatur non ſolum agnatitium, ſed ſimul etiam maſculinum ab illius ſucceſſione excluſæ ſemper dicuntur fœminæ, tàm exiſtentibus, quàm etiam deficientibus maſculis, vt relatis antiquioribus firmant, *Molin. de Primogen. Hiſpan. lib 3. cap. 5. num. 38. & duobus ſequentibus, Altograd. conſ. 80. num. 91. & ſeq. lib. 2. Barbat. de fideicomm. part. 1. cap. 9. num. 28. & ſeq. & num. 34. Gabriel. conſ. 132. num. 56. & ſeq. lib. 1. Peregr. de fideicomm. art. 14. nu. 38. verſ. ſed contra*, cum alijs, quos refert *Rota*, quæ hanc ſententiam inconcuſsè recepit *in deciſ. 203. num. 7. & 8. deciſ. 217. num. 1. & deciſ. 432. num. 4. & ſequenti part. 2. deciſ. 126. num 2. & ſeq part. 7. deciſ. 387. num. 9. & ſeq. part. 9. & deciſ. 272. à num. 15. vſque ad finem, & deciſ. 454. num. 1. & ſeqq. coràm Buratto*, & in alijs nouiſſimè congeſtis *in Romana, ſeù Florentina fideicommiſſi 1. Iunij 1682. §. ſcilicet, & 5. Aprilis 1683. §. enim verò coràm R. P. D. meo Hernaullt., & 6. Martij 1684. §. Redacta igitur, & §. ſequenti coràm R. P. D. meo Roudinino, & in Ferrarien. Bonorum 28 Iunij 1686. §. & quamuis, & 12. Maij proximè præteriti, §. atque ex his ceſſat coràm me.*

Et ſecundo quià à dicta Primogenitura, & donatione fuerunt excluſi, tàm maſculi, qui eſſent in ordinibus Sacris Conſtituti, quam etiam profeſſi in aliqua Religione etiam militari, addita ratione, quia ſcilicet ad conſeruationem, propagationem, & multiplicationem familiæ à Conditoribus Primogenituræ valdè exoptatæ mediante Sacramento Matrimonij habiles non ſunt, Adeoque ſicuti Presbyteri, & Milites ordinis regularis fuerunt perpetuò excluſi, vtpotè inhabiles ad ampliandam, & propagandam familiam mediante Sacramento Matrimonij, tametſi aliàs habiles eſſent ad conſeruandam Agnationem, vſque dum viuerent, & magis honorificè, & propriè, quàm fœminæ Agnatæ; Ita à fortiori iſtæ excluſæ perpetuò cenſentur, quippè quæ non ſolum inhabiles ſunt ad propagandam propriam familiam, & Agnationem, ſed nec etiam om-
21 ninò aptæ ad eam conſeruandam, dum nuptæ conſiderantur potiùs ad familiam viri, quàm ſuam ipſarum, vel in omnem caſum promiſcuè ad vtramque, vt ad propoſitum aduertunt *Redenas conſ. 58. nu. 5. Caren. reſolut. 172. num. 6. Andr Capar. de fideicomm. maſcul. inſpect. ſecunda, artic. 2. num. 6. & ſeq. & art. 3. num. 20. Caren. reſolut. 172. num. 6. & Rota deciſ. 293. nu. 15. coràm ſan. mem. Gregor. XV. deciſ. 848. num. 2. coràm Seraph. & deciſ. 192. num. 22. coràm Manzanedo.*

Nec implicita hæc Donantium voluntas in contrarium fauorabilis demonſtratur ſubſidiariæ fœminarum vocationi, ex eo, quod in parte procœmiali Donationis, ex qua cauſa finalis totius diſpoſitionis deprehenditur, ijdem declarauerint ſeſe deueniſſe ad erectionem dictæ Primogenituræ pro conſeruatione Agnationis, & familiæ ſimpliciter, & abſolutè, & alibi dixerint ſeſe velle, quod quantum fieri poſſet familia, & Agnatio de Aldobrandinis, eiuſque memoria conſeruetur, & perpetuetur, ſicq; tàm ex vi dictæ declarationis, quàm ex generalitate illorum nominum familiæ, & Agnationis; fœmi-
22 næ, dicantur ſaltem per poſterius, & in ſubſidium comprehenſæ, cum ipſæ quouſque viuunt iura Sanguinis, & Agnationis conſeruent, & diutiùs perpetuent, ad tradita per *Molin. de Primogen. lib 1. cap. 4. num. 33. & lib. 3. cap. 4. num. 10. & 12. Gregor. Lopez in gloſſ. Magn ad leg. 3. quæſt. 4. tit. 13. part. 6. Caſtill. var. tom. 6. cap. 143. §. vnico num. 9. Vela diſſert. 49. num. 70. Rota de Incompatibil. Regn. & Maiorat. part. 3. cap. 4. per totum, & ſignanter num. 7.* & omnes hi firmant concluſionem procedere etiam ſi fœminæ ſint expreſsè excluſæ, ſiuè ſimpliciter, ſiuè perpetuò, *Peregrin. de fideicomm. art. 25. num. 51. verſ. His addo, & conſ. 42. num. 10. verſ. At vbi, Maſculus lib. 5. Fuſar. de ſubſtitut. quæſt. 352. num. 12. Andreol. controu. 409. num. 21. Altograd. Iun. controuerſ. 38. num. . & ſeq. lib. 1. Cardinalis de Luca de fideicomm. diſc. 40. num. 2. & ſeqq. diſcurſ. 42. num. 10. &*

diſcurſ.

Digitized by Google

diſcurſ. 106. *num* 5. *Capyc. Latr. deciſ.* 103. *num.* 28. ibique *Adden. num.* 1 *& ſeqq. & Rota deciſ.* 864. *num.* 22 *cum. ſeqq. & deciſ.* 890. *nu.* 2. *coràm Merlin. & deciſ.* 80. *nu.* 5. *& ſeqq. coràm Eminentiſsimo Cerro, & deciſ.* 527. *num.* 3. *&* 4. *par.* 14. *& deciſ.* 205. *num.* 25. *part.* 16. *recent. & in alijs*.

Tùm quia dicta ratio proæmialis non permanet in perpetua cõſeruatione dumtaxat, ſed vlterius progreditur ad ampliationem, ſeù propagationem familiæ, & Agnationis, quæ in cæteris Primogenituræ partibus fuit pluriès repetita, & deſiderata expreſſo etiam modo, mediante ſcilicèt Sacramento Matrimonij; Ampliatio autem, ſeù propagatio non conuenit fœminis, quæ tametſi agnatæ non 23 ampliant, neque propagant, ſed terminant propriam Agnationem, cuius ſunt finis, vt aduertunt *de Marinis reſolut.* 126. *num.* 12. *Buccaferr. conſ.* 33. *num.* 13. *& ſequen. Altagrad. conſ.* 92 *num.* 56. *& conſ.* 96. *num.* 47. *lib.* 1. *Capon. diſcept.* 57. *num.* 50. *tom.* 1. *Molin. de Primogen. lib.* 1. *cap.* 6. *n.* 41. *Barbat. de fideicom. par.* 1. *cap.* 9. *num.* 29. *Cardinalis de Luca de fideicommiſſ. in Summar. num.* 251. *verſ. Ex tunc, & Rota deciſ.* 203. *num.* 8. *ante finem part.* 2. *deciſ.* 585. *num.* 5. *& deciſ.* 616. *num.* 16. *par.* 18. *recent.*

Tum quia cum tota ſubſequens diſpoſitio principalis reſtringatur ad ſolos Maſculos de Agnatione, & familia, nec fœminas in aliqua parte comprehendat, quinimò abſolutè, & perpetuò excludat, conſeruatio, ampliatio, & perpetuatio familiæ dicitur à diſponentibus volita per ſolos Maſculos, & per conſequens dicta ra-
24 tio cõſeruationis, & perpetuitatis familiæ in proæmio, & alibi expreſſa, tametſi generalis, & fœminis Agnatis aliquo modo adaptabilis non ampliat, neque extendit fideicommiſſum, ſeù Primogenituram Agnatitiam, & Maſculinam ad fœminas ipſas non vocatas, & expreſsè excluſas, nec etiam poſt Maſculorum defectum, ſed reſtringitur, & declaratur ſecundum qualitates, & terminos ipſius diſpoſitionis, cui adnectitur iuxtà *vulg. Decij conſ.* 636. *num.* 3. *à Rota ſæpè receptum*, & comprobant Doctores relati per *Menoch. præſump.* 84. *num.* 9. *lib.* 4. & Magiſtraliter *Rota in deciſ.* 203 *num.* 2. *&* 10. *& deciſ.* 217. *nu.* 2. 3. *&* 4. *& deciſ.* 432. *num.* 5. *par.* 2. *& dicta deciſ.* 454. *ex num.* 1. *& ſeqq. coràm Buratto, & deciſ.* 297. *num.* 22. *& ſeqq. & ſignantèr num.* 25. *& deciſ.* 807. *num.* 12. *& ſeq. part.* 18. *tom.* 2. *recent.*

Tum denique, quia ad materiæ explicationem DD. aduerterunt huiuſmodi ſubſidiariam fœminarum admiſſionem ex voto conſeruationis, & perpetuationis familiæ tacitè, vt ſupra deſumptum rectè quidem procedere in fideicommiſſis, & Primogenituris Irregularibus, in quibus vel fœminæ expreſsè, aut ſub aliquo termino generali, ſiuè communi, qui cum tota diſpoſitione non repugnet poſſunt dici à fideicommittentibus aliquo caſu comprehenſæ, ſeù ad ſucceſſionem vocatæ, vel in quibus Agnatio non propria, & rigoroſa in Maſculis deſideratur, ſed ſimplex, & generalis, in quibus terminis loquuntur DD. à Rotæ deciſionibus ſuperiùs in obiecto relati exceptis Hiſpanis, qui cum ſententiam hanc ex peculiaribus forſan legibus, ſiuè cõſuetudinibus Regionis indiſtinctè ſectentur; iuxtà noſtros Italiæ mores in foro nequaquam recipiuntur; At non ità Primogenituris regularibus nimirum verè agnatitijs, & maſculinis, in quibus diſpoſitio ad ſolos maſculos de familia reſtringitur, & fœminæ nunquam fuerunt vocatæ, nec aliqua adſunt verba communia, quæ ſinè repugnantià cæterarum partium poſſint ad fœminas congruè referri, proùt eſt præſens, de qua agitur, in hac enim, & alijs ſimilibus, etiamſi fœminæ non fuiſſent expreſſim excluſæ, communis Doctorum Italorum inualuit opinio à Sac. Rota approbata, vt fœminæ, nec per poſteriùs, & in ſubſidium cenſeantur vocatæ ex defectu
25 voluntatis fideicommittentium, tametſi deficientibus maſculis bona ad extraneos Iure hæreditario deuoluantur, vt ſuperiùs firmatum fuit in §. *Ex mente autem*, & optimè præceteris hanc ſententiam tuetur, & comprobat *Rota in deciſ.* 213. *num.* 15. *& ſeqq. & deciſ.* 454. *num* 2. *coràm Buratto*, vbi reſpondetur contrarijs rationibus, & Doctoribus, *& in deciſione paritèr* 203 *n.* 7. *&* 8. *& deciſ* 217. *nu.* 1. *& deciſ.* 432. *nu.* 4. *& ſeq. part.* 2. *recent. vbi num.* 7. reſpondendo abſurdo in hac cauſa etiàm adducto, quod ſcilicet bona tranſeant in extraneum ad excluſionem fœminæ agnatæ, inquit illud non eſſe tale, quia extraneus non venit ex Iudicio fideicommittentis, eiuſ-

què

Digitized by Google

què diſpoſitione ità interpretata, quo caſu abſurdum verè eſſet, ſed finito fideicõmiſſo venit tamquam cauſam habens ab vltimo maſculo, in quem bona libera remanſerunt, & pluribus etiam cumulatis cum diſtinctione caſuum nuper firmatum fuit *in dicta Ferrarien. Bonorum 28. Iunij 1686. §. & quamuis, & 12. Maij proximè præteriti §. Atque ex his coram me.*

Concurrit paritèr vltra præmiſſa ſubſequuta obſeruantia vniformis; ſiquidem Princeps Ioannes Georgius, & Cardinalis Hyppolitus duo ex fratribus inſtitutoribus huiuſcè Primogenituræ conſtantèr præſupponentes perpetuam, & abſolutam fœminarum Agnatarum excluſionem, &
26 conſequentèr Primogenituram ipſam extingui, & terminari in eorum perſonis liberè diſpoſuerunt de omnibus bonis alias eidem ſubiectis noua ſuper illis ſtatuendo fideicommiſſa, & Primogenituras, licèt certò ſcirent, tunc temporis plures fœminas Agnatas eſſe ſuperſtites, idemque comprobauit Principiſſa Olimpia Aldobrandina Iunior filia, & reſpectiue Neptis dictorum fratrum, quæ poſſeſſionem bonorum nacta fuit non quidem ex propria eius perſona, & tamquam ad Primogenituram vocata, ſed vti filia, & hæres Teſtamentaria Ioannis Georgij eius Patris, cuius hæreditatem adiuit mediante perſona Procuratoris deputati à Cardinali Hyppolito ipſius Curatore, & poſt aditionem vnicum confecit Inuentarium omnium bonorum hæreditariorum eiuſdem Patris, licet pro maiori charitate quoad folia, & genera bonorum diſtinctum, vt patet ex datis in ipſo *Summario Actricis num. 4. & 5.* & clariùs ex originali mihi exhibito, & firmatum fuit in duabus deciſionibus aliàs in hac cauſa æditis ſuper articulo ſummariſſimo poſſeſſorio ſub diebus 10. Decembris 1683. & 6. Aprilis 1685. coràm bon. mem. Paulutio, in cuius demortui collegha locum ego ſubinde ſuffectus fui ex obſeruantia enim fideicõmiſſa, & Primogenituræ quatenus dubiæ optimam recipiunt declarationem, ſeù in-
27 terpretationem, vt in ſpecie monent *Mieres de Maiorat. part. 4. quæſt. 20. num. 334. & Rota deciſ. 30. num. 11. apud Cenſal. ad Peregrin. de fideicommiſſ. & deciſ. 185. nu. 4. part. 5. recent.* Potiſſimum quoties ea prouenit, vt in præſenti ab ipſiſmet Conditoribus Primogenituræ, & à primo vocatis *Caren. reſolut. 43. num. 28 Bellon. Iun. conſ. 18. num. 29. Card. de Luca de Donat. diſcur. 16. num. 13. & diſcur. 36. num. 18. & in terminis huius Primogenituræ in tract. de fideicommiſſ. diſcurſ. 205. num. 12. in fine, & num. 21. & Rota deciſ. 337. num. 44. part. 11. recent.*

His denique adſtipulatur, & fauet explicita confeſſio ipſius D. Duciſſæ Actricis, quippe, quæ in interpellatione eius nomine exequuta de anno 1647. cõtra bo. mem. Principiſſam Roſſanam conſtanter aſſeruit, quod ſtante prædeceſſu omnium maſculorum Primogenitura remanſit extincta, & terminata, quodque ideo ad eius fauorem factus fuerat locus reuerſioni portionis paternæ in dicta vniuerſali donatione comprehenſæ, vt habetur in Sũmario reſponſionis datæ pro DD. Principibus Burgheſio, & Pamphilio *num. 2.* cui conſonat etiam ſententia à tribus Cardinalibus per Summum Pontificem ſpecialiter deputatis ſuper tali prætenſione ſucceſſiue prolata definiens prædictam donationem irreuocabiliter, & inter viuos factam nulli reuerſioni eſſe obnoxiam *dicto Summario num. 3.* & adſtipulantur etiam aliæ ſimiles aſſertiuæ eiuſdẽ nomine emiſſæ in informationibus, & ſcripturis tunc diſtributis præfatis tribus Cardinalibus, & in commiſſione deſuper tranſmiſſa pro Signatura Gratiæ ad effectum obtinendi reſtitutionem in integrum, de quibus do-
20 cetur in eodem *Summario num. 6. & 7.* confeſſio autèm hæc in Iudicio non ſemel ſi D. Actrice emiſſa valde ſibi præiudicat, itaut Primogenituram quatenus etiam dubiam declaret, & iuxtà illius confeſſionem interpretetur, vt inquiunt *Fuſar. conſ. 114. num. 39. in fine, & Rota deciſ. 254. num. 13. & ſeq. coràm Eminentiſs Otthobono, & in Maceraten. Fideicommiſsi 24. Maij 1674. §. Idque etiam coràm bo. me. Calatain, & in Bononien. Fideicommiſsi de Foſcherarijs 3. Iunij 1678. & 23. eiuſdem 1681. §. Praxim coram bo. mem. Paulutio,* vbi etiam firmat talem confeſſionem; nec impugnari ſubinde valere à confitente, nec etiam ab alijs cauſam ab ipſa habentibus.

Et ita Partibus auditis reſolutũ fuit &c.

AR-

ARGVMENTVM.

CEnſuarius in emptione fundi cenſiti ſubhaſta præfertur omnibus alijs oblatoribus, & declarantur conſtitutio ſa. mem. Gregorij XIII. & Statutum ſupèr retractu.

SVMMARIVM.

Inquilinus præfertur cenſuario in emptione fundi cenſiti num. 1.
Contrà num. 2.
Concorda num. 3.
Prælatio quæ competit cenſuario in emptione fundi cenſiti tranſit in ceſsionarium cenſus numer. 4. 28. & 29.
Eſtincto cenſu cum cedente an competat prælatio in emptione fundi cenſiti ceſsionario num. 5. & 6. & à num. 30. vſquè ad 35.
Cenſus non extinguitur nèc depoſito, nèc diſdicta num. 7.
Ius perſonale quando fuit agnitum in iudicio tranſmittitur ad hæredes num. 8.
Et requiritur iudicialis petitio num. 45.
Effectus quando remota cauſa non remoueatur numer. 9.
Procurator dicitur approbatus ſi vti talis fuerit citatus num. 10 & 48.
Mandatum ſpeciale requiritur in petenda prælatione num. 11.
Declara num. 12.
Colluſio excluditur ex qualitate perſonæ num. 13.
Domum gentilitiam vnuſquiſq; iuſtè deſiderat conſeruare num 14. & 51.
Ius retractus ſpatio 30. annorum præſcribitur num. 15. & 39.
Declara num. 16. 17. 18. & 46.
Ius prælationis poteſt cedi, & quando num. 19. & 46.
Apocha priuata eſt ſuſpecta de antidata num. 20.
Prælatio vt obtineatur non ſufficit ſolum inſtrumentum, ſed etiam requiritur illius effectuatio num. 21.
Prælatio vigore Gregorij XIII. conſtitutionis, vt habeat locum requiritur, quod domus egeat ornatu num. 22.
Intentans prælationem debet refundere pretium. num 23.
Statutum Vrbis diſponit, quod duæ ſententiæ habeant vim trium num. 24.
Natus extrà patriam patris non amittit priuilegia, & iura Ciuitatis patris num. 25.
Nupta extrà patriam non amittit iura patriæ num. 26.
Sententiæ quando dicantur conformes num. 27.
Extincto cenſu quando extinguitur etiàm prælatio à num. 30. vſque ad 38.
Cenſus poteſt quandocumq; redimi num. 39.
Extinctio cenſus, & prælatio diſtinguuntur numer. 40. 41. 42. 43. & 44.
Prælatio remanet ſalua quando cenſus fuit extinctus ſinè præiudicio iurium partium num. 47.
Mandatum ex quibus arguatur num. 48. & 50.
Ratificatio mandati quando ſuffragat in præiudicium tertij num. 49.
Vicinus quando dicatur ad effectum gaudendi retractu ad formam Bullæ Gregorij num. 52.
Pendente lite poteſt fieri ceſsio iurium num. 53.
Ornatus inutilis, & factus ad emulationem non eſt cauſa obtinendi retractum num. 54.

VOTVM LXXXXVII.

VIdebatur primà facie dicendū quod
Dominus Comes Antonius eſſet
vti Inquilinus præferendus in em-
ptione domus etiam in concurſu cenſuarij.
Nàm licèt ſa. me. Pius V. conceſſerit Do-
mino cenſus prælationem omnibus alijs
in emptione fundi cenſiti, nihilominùs cō-
ſtitutio Piana debet intelligi in concurſu
1 extraneorum oblatorum, non autē eorum,
quibus competit prælatio ex Statuto, con-
ſuetudine, ſeù alio iure proùt verificatur
in vicino Inquilino, & Conſorte *Gratian.
diſcept. 876. num. 3. Scac. de comer. & camb.
§. 1. quæſt. 1. num. 245. cum alijs cumulatis
per Rot. coràm Merlin. deciſ. 386. num. 15.*

His tamèn non releuantibus cōtrariam
ſententiam amplexus ſum in hac præſenti
controuerſia, in qua agitur de venditione
facta ſubhaſta, & per conſequens omni-
2 bus alijs in concurſu æqualitatis pretij eſt
præferendus cenſuarius *Mangil. de ſubhaſt.
quæſt 108. num. 3. & ſeq quæſt. 121. num. 1.
11. & 12. Cenc. de cenſ. quæſt. 66. num. 25.
cum multis alijs apud Poſt. de ſubhaſt. quæſt.
36. num. 5. cum plurib. ſequen.*

Non obſtantibus contrarijs auctoritatibus,
quæ procedunt in alienatione vo-
luntaria, ſecùs verò in neceſſaria, cum
conſtitutio ſuper retractu ſa. me. Grego-
3 rij XIII. & Statutum loquantur expreſsè
de venditione voluntaria tantum, & hæc
eſt opinio, quæ hodie cōmunitèr ſeruatur
in praxi, de qua diffusè tradunt *Gratian.*

diſcept.544. num.21. & ſeq. Mangil. de ſubhaſt. quaſt.121. n.2. & ſequen. & quaſt.200. num.25. Poſt. de ſubhaſt. inſpect.36. num.26. cum plurib. ſequen. Rot. deciſ. 184. num. 7. & ſequen. part. 1. recent.

Et tandem non aduerſatur, quod verſemur in ceſſionario cenſus, cui non poterat cædi prælatio tamquàm ius perſonale, quoniàm contrarium fuit firmatum à *Sac. Rot. in celebri Romana prælationis* 19. *Ian.* 1691. *coràm Reuerendiſs. Vrſino confirmata* 28. *Ian* 1692. *coràm Eminenſiſs. Caualleriono.*

R. P. D. VRSINO.

Romana Prælationis.

Veneris 19. Ianuarij 1691.

CVm Adminiſtratores Vener. Hoſpitalium Sanctæ Mariæ de Vita, & Morte Ciuitatis Bononiæ hæredum clar. mem. Card. Hyeronymi Boncompagni *ſub die* 2. *Decembris* 1687. vendidiſſent D. Marchioni Vidoni Vaino Palatium magnum ſitū hic in Vrbe *in Platea Soræ*, necnon Palatiolum illi contiguum vnà cum Apothècis, Stabulis, & Fenile, ac etiam Vineam extrà Portam Equitum leuis Armaturæ pretio Scutorum 35. m. non denunciatis Patribus Sancti Bernardi Vrbis ad Thermas Diocletianas habentibus ſuper dicto Palatio *Platea Soræ* Cenſum Scutor. 2000. *vſque de anno* 1600. à Duce Iacobo Boncompagno impoſitum, Excellentiſſima D. Hypolita Ludouiſia de Boncompagnis Vxor D. Ducis Soræ, vigore ceſſionis translatiuæ, & non extinctiuæ præfati Cenſus, omniumque eius iurium, quàm à dictis Patribus *ſub die* 21. *Ianuarij* 1688. reportauit, iudicialiter petijt ſuper bonis vt ſupra venditis præferri D. Marchioni Vaino ex diſpoſitione notiſſimæ *Conſtitutionis Pianæ* ſuper forma creandi Cenſus, atque à R. P. D. meo Cauallerino tunc A. C. Locumtenente, nunc autem inter Patres huiuſce Senatus digniſſimè cooptato, fauorabilem obtinuit ſententiam; à qua deuoluta cauſa appellationis, eaque mihi delegata, diſceptandum hodie propoſui. *An eſſet locus prælationi?* Et Domini affirmatiuè reſpondendum cenſuerunt.

Cum enim Creditori Cenſus in vim *Conſtitutionis B. Pij Quinti*, competat prælatio in emptione fundi cenſiti, & D. Du-
4 ciſſa Soræ mediante ampliſſima ceſſione Cenſus reportata à Patribus Sancti Bernardi Cenſuarijs in omnibus iuribus cedentium ſucceſſerit; fundatam vtiquè habere dignoſcitur intentionem pro obtinenda prælatione, ſiuè retractu, cuius ius, cum non ſit perſonale, ſed alijs de ſui natura ceſſibile, tranſijt cum ceſſione præfati Cenſus penès ipſam Ceſſionariam, ex traditis in ſpecie *per Ciarlin. contr.* 121. *num* 4. *Pilaia deciſ. Pontif. lib.* 2. *deciſ.* 10. *de Cenſ. num.* 21. *in fine, Antonell. de tempor. legal. lib* 3. *cap.* 2. *nu.* 19. & 20. *Duard. de Cenſ.* §. 4. *quaſt.* 12. *num.* 1. *Olea de ceſſ. iurium tit.* 3 *quaſt.* 2. *num.* 31. *Modern. Setin. de Prælat quaſt.* 32. *num.* 40. *Cenc. de Cenſ. quaſt.* 66. *num.* 122. *& ſequen. & Rota poſt eum deciſ.* 307. *num.* 2. *&* 308. *num.* 23. *& coràm Merlin deciſ.* 210. *num.* 1. *& ſeq. & in recent. deciſ.* 121. *num.* 2. *&* 3. *part.* 17. *& deciſ.* 286. *num.* 2. *& ſeqq. par.* 18. *& deciſ.* 120. *num.* 2. *part.* 19.

Non negabant pro D. Marchione ſcribentes veritatem concluſionis, ſed eam ex quatuor limitationibus, ſiuè exceptionibus declinare ſtudebant, quæ tamen tamquàm inſubſiſtentes viſæ ſunt non ſuffragari ad euitandam prælationem.

Non quidem prima ex eo deducta, quod tempore, quo petita fuit prælatio, Cenſus iam fuerit extinctus mediante reſtitutione pecuniarum per viam depoſiti facta, ac præuia diſdicta legitimè exequuta contra Patres Sancti Bernardi ad formam *Conſtitutionis Pianæ*; Etenim quidquid ſit, an prætenſa Cenſus extinctio præiudicet Excellentiſſimæ D. Ducissæ Ceſſionariæ, quæ ius ad petendam prælationem nanciſcitur à die ceſſionis 21. *Ianuarij* 1688. exercibile eo modo, quo erat apud Patres S. Bernardi cedentes, & in eſſe deductum à die ſequutæ venditionis 2. *Decembris* 1687. tàm ex diſpoſitione Iuris ſuperiùs comprobata, quàm ex verbis Inſtrumenti ceſſionis cum omnibus iuribus vſque tunc competentibus ipſis Cedentibus *Sūmar. D. Duciſſa ſub n.* 3. ibi — *Et ex cauſa, & titulo huius venditionis ceſſerunt quoq; eidem Excellentiſs. D. Hippolita omnia, & ſingula iura &c. nullo iure, &c.* & propè finē, *omnia, & ſingula iura, actiones, & priuilegia anteriori-*

Digitized by Google

rioritatis, & potioritatis, & alia quacumque
ad ipſos quomodolibet ſpectan. Itaùt dum D.
Ducíſſa erat effecta vera Creditrix Cen-
ſuaria mediante tàm ampla ceſſione, &
acquiſiuerat ius prælationis, ob extin-
ctionem Cenſus poſteà ſequutam nullum
5 ei præiudicium, re ampliùs non integra,
generari potuerit; iuxtà tradita *per Cyriac.*
contr. 254. *num.* 46. *Thomat. deciſ.* 40. *nu.*
32. *Card. de Luc. de Cenſ. diſc.* 40. *num* 9.
& diſc. 41. *num.* 2. *in Supplement. Modern.*
Setin. de prælat. quæſt. 32. *num.* 14. *& ſeqq.*
ſuper quo DD. nihil firmare voluerunt.

In præſenti ex facto euitari videbatur
quæſtio Iuris, & repugnantia Authorita-
6 tum, quæ ex parte D. Marchionis in con-
trarium adducebantur ad probandum,
quod ſi licita eſt extinctio Cenſus in mani-
bus cedentis veri Domini, ceſſet quoque
prælatio, quæ inſeparabiliter annectitur
eidem Cenſui iuxtà tradita *per Boccacc. de*
Cenſ. quæſt. 2. *num.* 61. *Cenc. de Cenſ. quæſt.*
65. *num.* 16. *& ſeq. & quæſt.* 66. *ſub num.* 1.
& 2. *Duard. eod. tract.* §. 4. *quæſt.* 9. *num.* 2.
& quæſt. 13. *in fine, Rota coram Dunozet. Sen.*
deciſ. 187. *num.* 1. *& per tot. & in rec. part.*
18. *deciſ.* 758. *num.* 4. *& ſeq. & part.* 19.
deciſ. 120. *& deciſ.* 143. *vtrobiquè num.* 7.

Siquidem quæſito ipſis Patribus Sancti
Bernardi Creditoribus Cenſuarijs iure
prælationis à die venditionis ſequutæ *an-*
no 1687. quæ illis denunciata non fuit,
eoque transfuſo in D. Ducíſſam Ceſſio-
nariam ex Inſtrumento ceſſionis *die* 21.
Ianuarij 1688. iſta habita notitia diſdictæ
Cenſus factæ per D. Marchionem *ſub die*
9. *Februarij eiuſdem anni* 1688. ac depoſiti
ſortis, & fructuum die ſequenti ſequuti
aduersùs Patres Sancti Bernardi, *ſub die*
19. *eiuſdem menſis* iudicium inſtituit mo-
nitorio expedito coram A. C. Thomato
ſuper prælatione, & deindè, nempè *ſub die*
13. *Aprilis* 1688. ſequuta fuit formalis
extinctio, ſeu retrouenditio dicti Cenſus
à Iudice decreta cum expreſſa præſeruati-
7 ua iurium partium, *vt in Summar. D. Du-*
ciſſæ num. 8. *litt. B. in fine*; Ex qua facti ſe-
rie patet, quod vigente adhuc cenſu, &
nondùm extincto, iudicium ſuper præla-
tione inſtructum fuerit, dum nec diſdicta,
nec depoſitum extinguunt cenſum, qui
adhuc viuit per duos menſes decurrendos
à die diſdictæ ex claris verbis Conſtitu-
tionis 79. B Pij V. §. 6. *Bullar. tom.* 2. ibi.

Cum verò traditione pretij redditus extin-
guendus erit, volumus per bimeſtre ante id de-
nunciari ei, cui pretium dandum erit; Et tra-
dunt *Cenc. de Cenſ. quæſt.* 111. *nu.* 46. *verſ.*
nec videtur vrgere, & num. 47. *in princip.*
& num. 63. *Salgad. in Laberinth. Credit. par.*
2. *cap.* 29. *per tot. & ſignanter num.* 8. *Rota*
poſt eumdem Cenc. de Cenſ. deciſ 82. *num.* 5.
vbi quod ideò ſoluendi ſunt fructus illius
bimeſtris, qui profectò percipi non poſ-
ſent citrà vſuram, niſi ex cenſu adhùc
viuo.

Hoc autem poſito certum eſt in iure, &
admittunt etiam ſcribentes pro D. Mar-
chione, ius prælationis in iudicio dedu-
ctum, immò & præſeruatum à Iudice in re-
trouenditione Cenſus, perpetuari vſque-
quò durat tempus inſtantiæ iudicialis, nec
potuiſſe ampliùs mutari per ſubſequutam
Cenſus extinctionem; vt in fortioribus
terminis retractus perſonalis, qui regula-
8 riter extincta perſona euaneſcit, deductus
tamen in iudicio, etiam mortua perſona
conſeruatur, firmant *Peregrin. in deciſ. Pa-*
tauin. 22. *num.* 3. *& per tot. Olea de ceſſ. iur.*
quæſt. 2. *num.* 9. *Carpan. ad Statut. Medio-*
lan. cap. 417. *num.* 379.

Ius enim prælationis, licèt habeat cau-
ſam temporalem, producit tamen effe-
ctus, qui ceſſante cauſa non ceſſant, & vbi,
proùt hìc, per petitionem iudicialem ſuum
habuit effectum conſumatum, remota
9 cauſa minimè remouetur; ex ponderatis
per Tiraquell. in tract. ceſſante cauſa limit. 4.
per totam, Nouar quæſt. forenſ. 67. *num.* 10.
part. 1. *Card de Luc de donat. diſc.* 8. *num.*
14. *in fine, & de legit. diſc.* 5. *num.* 7. *Rota*
deciſ. 12. *numer.* 11. *in fine coràm Buratt.*
& deciſ. 131. *num.* 4. *coràm Mantic.* & ſæpè
in alijs.

Nec obtinuit replicatio, quod Bona-
uentura Martinellus, qui monitorium ſu-
per prælatione expediuit, non habuerit
10 mandatum ſpeciale Procuræ, quale ad
prælationem petendam requiritur; Tùm
quia in omnibus actibus ſuperiùs recenſi-
tis pro parte D. Marchionis ſemper cita-
tus fuit idem Martinellus vti Procurator
einſdem D. Ducíſſæ, vndè vel omnia ge-
ſta eo citato corruunt, ſicque diſdicta Cen-
ſus, & pecuniarum depoſitum, alioquin
aduersùs eumdem intimata nil operantur;
vel veriùs illius perſona dicitur in omni-
bus approbata, *Ridolphin. in prax. part.* 1.

cap. 2. num. 188. & ſeqq. Rota coràm Seraphim. deciſ. 140. num. 1. & coràm Gregor. deciſ. 180. num. 6. vbi Adden. num. 2. & coràm Coccin. deciſ. 61. num. 3. & alibi paſſim.

Tùm etiam, quia cùm actus geſti à præfato Martinello, ac etiam interlocutoria Iudicis tenderent ad conſeruandum ius exercendi actionem retractus deducibilem, ac competentem D. Duciſſæ obdiſtractionem fundi cenſiti irrequiſito Cenſuario, ſpeciale mandatum, quod de iure
11 exigitur ad exercendum ius prælationis ratione obligationis, quam exindè Principalis, ſeù Dominus contrahit ad pretium oblatum, viſum non fuit in hoc caſu adeò neceſſarium, cum ageretur de re merè fauorabili, ac conſtituente D. Duciſſam Principalem in facultate, & arbitrio vtendi, vel non vtendi beneficio præla-
12 tionis, ſed ſatis fuit mandatum procuræ à iure præſumptum, vel veriùs, vt dictum eſt, ab ipſomet D. Marchione Vaino præſuppoſitum, *ad text. in l. diligentiæ §. final. & l. ſi quis pro eo ne fuit ff. mandat. & Rota deciſ. 92. num. 14. & 15. part. 10. rec.*

Ex facto pariter inſubſiſtens detegebatur ſecunda limitatio deducta ex colluſione, ſeu ſimulatione ceſſionis præfati Cenſus, quæ cum obtenta fuerit *ſub die 21. Ianuarij* 1688. à D. Duciſſa, ac per eamdem *ſub die 21. Martij ſubſequentis*, non amotis pecunijs à Sac. Monte Pietatis, impoſitus fuerit Cenſus ſimilis ſummæ ad fauorem eorumdem PP. S. Bernardi ſ præordinata dicitur ad palliandam mutuationem actionis retractus, quæ à Cenſuario fieri prohibetur in præiudicium Emptoris. Etenim hæc ceſſio ex ſoluta pecunia facta probatur cum omni bona fide vigore Decreti Eminentiſs. Card. Vicarij, & præuia licentia Sac. Congr. Epiſcoporum, & Regularium, quæ ſinceritatem, & vtilitatem
13 actus præcognouit *Summ. D. Duciſſæ ſub num.* 3. Vndè nèc opus eſt ſuperaddere concluſionem, quod attenta qualitate Religioſorum ex vna parte, & D. Duciſſæ eximiæ nobilitatis, & bonitatis Magnatitiæ ex altera, exulet quæcumque colluſionis ſuſpicio iuxta tradita per *Menoch. de arbitr. caſ. 156. num. 10. Rota rec. part. 5. deciſ. 596. num. 31. & ſeqq. & part. 7. dec. 253. num. 63. & part. 17. deciſ. 107. num. 16. & in Neapolitana Fabrica 27. Iunij 1678. §. 1. in fine coràm Reuerendiſs. D. meo Decano, & 30. Ianuarij 1679. §. Verum etiam coràm bo. me. Rondinino.*

Cenſus autem ad fauorem eorumdem PP. S. Bernardi impoſitus fuit à D. Duciſſa duobus ferè menſibus poſt; Ideoque ex ſeparato penitus contractu nulla poteſt inferri nota colluſionis, ſeù fraudis quoad ceſſionem habentem cauſam diuerſam, & Authore Prætore antecedenter obtentam, ſed ſi quæ vnquàm conſiderabilis extat correſpectiuitas intèr duos hoſce contractus, hæc potiùs tribuenda eſt induſtriæ, & diligentiæ D. Duciſſæ, quæ laudabilis vndiquè apparet, nec videtur vlla ex parte damnabilis, cum principaliter tendat ad acquirendum ius ad commodum proprium pro conſeruando tàm inſigni Palatio in nobili Familia de Bon-
14 compagnis, à qua etiam Platea illi adiacens denominationem vſque ab antiquo deſumpſit *di Piazza di Sora*: dum in Domo Gentilitia non videre, vel reuulſas videre Maiorum imagines ſatis lugubre eſt, inquit *Conſtantinus in l. ea, quæ Tutores C. de adminiſtrat. Tutor.* licèt in conſequentiam inuoluat præiudicium D. Marchionis Emptoris, iuxtà regulam *Text. in l. 1. de authorit. Tutor.* cum alijs *in deciſ. 360. num. 25. part. 18. rec.* vbi concordantes.

Tertia limitatio deſumebatur ex eo, quod venditio iſtius Palatij priùs facta fuit à D. Duce Vgone bon. mem. Cardinali Boncompagno eius fratri *vſque de anno* 1651. acquieſcentibus PP. Sancti Bernardi, nec prælationem petentibus vigore
15 Cenſus prædicti *Summ. D. Marchionis num. 1. & ſeqq.* adeoque dum ab eo tempore *vſque ad annum* 1687 quo fuit inſtructum iudicium ſuper prælatione, interceſſerunt triginta quinque anni, ex hoc curſu trigenarij temporis præſcriptum fuerit ius retractus, licèt plures interceſſerint venditiones, & Palatium liberè tranſierit in ſecundum Emptorem ex adductis per *Tiraquell. de retract. conſanguinit. §. 1. gloſſ. 10. num. 10. & 12. & §. 39. gloſſ. 2. num. 26. Cenc. de Cenſ. queſt. 66. num. 13. Duard. de Cenſ. §. 4. queſt. 16. num. 8. & queſt. 66. num. 40. Gratian diſcept. 742. num. 12. & ſeqq. Antonell. de tempor. legal lib. 3. cap. 2. num. 9. Beer. deciſ. 76. pariter num. 9. Giurb. deciſ. 75. num. 7. verſ. non obſtante, Rota coràm Sanctiſs. D. N. deciſ. 268. num. 6.*

Ve-

Verùm excepto Cincio cum circum-
ſtantijs ab hoc caſu diuerſis loquente, cu-
ius doctrinam minùs veram DD. mei iu-
dicarunt, animaduerſum fuit, ferè omnes
Iuriſperitos mox adductos loqui in retra-
16 ctu iure conſanguinitatis, aut vicinitatis,
vel fundari in doctrina Tiraquelli, & alio-
rum loquentium in his retractibus iure
ſanguinis, vel vicinitatis, inter quos, & re-
tractum iure cenſus maxima intercedit
differentia, quidquid dicat *Ciarlin. contron.*
121. *num.* 23. in retractu enim iure ſan-
guinis, ſi Conſanguineus patitur fieri ven-
ditionem alteri, ſicuti eſt etiam in retra-
ctu ex iure congruo competente alicui tan-
quàm Vicino, excluditur à retractu in 2.
& 3. venditione, ſi hæc fieri contigat poſt
ſpatium triginta annorum à die primæ
venditionis, à qua initium temporis ad
hunc effectum deſumitur, quia iura hæc
retrahendi inhærent perſonæ Conſan-
guinei, vel Vicini vt inquit *Tiraquell. de
retract. conſanguin.* §. 1. *dicta gloſſ.* 10. *num.*
8. *Napod. in conſuet. Neapolit. tit. de iur.
congr in conſuet, ſi quis emit verb. poſsidet*,
Capyc. latr. deciſ 46. *& Carol. Anton. de Luc.
ad Franc. in obſeruat. ad deciſ.* 389. *vbique
num.* 2.

Reſpectu cuius perſonæ coniunguntur
tempora vtriuſque venditionis, & inſimul
computantur ad complendum ſpatium tri-
17 genarium, quo temporis curſu omnis
actio præſcribitur, licèt perpetua, *ad text.
in l.* 3. *C. de præſcript:* 30. *vel* 40. *annor.
Menoch. conſ.* 143. *num.* 17 *&* 19. *Gratian.
diſcept.* 2. *num.* 15. *Rot. deciſ.* 63. *num.* 10.
part. 17. *rec.*

Non ſic autem in retractu, qui Cenſua-
rio competit; cum enim illius actio fun-
18 detur in re cenſita, propter ius in re, vt
inquit *Rot. in deciſ.* 156. *num.* 6. *poſt Cenc.
de Cenſ.* quotieſcumque hæc vendatur,
ſemper oritur noua actio ad petendam
prælationem, eaque perpetuatur per tri-
ginta annos, cumque rei adhæret, rem
ipſam perſequitur aduerſus quemcumque
poſſeſſorem, & in qualibet rei cenſitæ
alienatione reuiuiſcit ius Creditoris Cen-
ſuarij ad effectum retractus, quemadmo-
dum elicitur ex verbis eiuſdem Conſtitu-
tionis 79. B. Pij V. §. 6. *Bullar. tom.* 2. ibi —
*vbi autem vendenda ſit res Cenſui ſuppoſita,
volumus Dominum Cenſus alijs omnibus præ-
ferri, eique denunciari conditiones, quibus
vendenda ſit, & per menſem expectari*, & cla-
rè firmant *Antonell.* ſe ipſum explicans *de
tempor. legal. lib.* 3. *eodem cap.* 2. *num.* 3.
Duard. de Cenſ. §. 4. *num.* 17. *per tot.* qui
paritèr ſe ipſum explicat, atque ex pro-
feſſo reprobat Cencium contrarium te-
nentem, *Modern. Setin. de prælat. quæſt.* 32.
num. 28. *& optimè Rota in deciſ.* 52. *ſub nu.*
3. *& ſeqq. coràm Duran.*

Atque hinc ad diſtinctionem iuris præ-
lationis ex cenſu, quod veluti adhærens
rei cedi poteſt, vt ab initio ſuperiùs pro-
19 batum fuit, ius retractus ex vicinitate,
vel conſanguinitate, veluti adhærens per-
ſonæ cedi non poteſt, vt alijs relatis di-
ſtinguendo caſum à caſu. *Cenc. de cenſ. quæ*
66. *num.* 18. *& ſeqq. Ciarlin. contr.* 121.
num. 35. *Ciroc. diſcept.* 29. *num.* 70. *Palm.
Iun. allegat.* 8 *num.* 35. *tom.* 1. *Giurb. deciſ.*
51. *num.* 8. cum alijs relatis per *Modern.
Setin. caſum à caſu diſtinguentem de prælat.
quæſt.* 10. *num.* 7.

Quarta denique obiecta limitatio deſu-
mebatur ex eo, quod D. Marchioni de-
beatur potior prælatio *ex notiſsima Con-
ſtitutione Gregorij XIII.* tamquàm poſſidenti
Palatiolum, & quaſdam Domus vicinas
controuerſo Palatio, & parato ad am-
pliandam illius fabricam pro maiori vr-
bis ornatu; Verùm inapplicabilis viſa
fuit diſpoſitio Bullæ Gregorianæ, non ſo-
lum quia emptio præfatarum Domorum
adiacentium, quibus hodiè paratum ſe
exhibet D. Marchio ad ampliandum Pa-
latium, redditur ſuſpecta de antidata, tan-
20 quàm facta per ſimplicem Apocham, nul-
lo Teſte ſubſcriptam, & carentem requi-
ſitis à iure in *l. ſcripturas C. qui potior. in pi-
gnor. habean.* ſed etiam quia apparet inef-
fectuata, dùm poſt emptionem præten-
ſam aſſignatæ fuerunt ab ipſiſmet Hoſpi-
talibus hæredibus penſiones vnius ex di-
ctis Domibus pro ſatisfactione Credito-
rum hæreditatis Cardinalis Boncompa-
gni, atquè ſuper altera ex illis conſumata
fuit exequutio ab altero Creditore hære-
ditario, *Summ. D. Duciſſa num.* 6. *& ſequen.*
ſicque conſtat huiuſmodi Domos non
exiuiſſe ab hæreditate Cardinalis Bon-
compagni mediante ſupradicta Apocha
venditionis, quod concludenter conuin-
cit eamdem Apocham, vel de antidata
ſuſpectam, vel prorsùs ineffectuatam, &
propterea nihil in eſſe ponentem, prout
in

in fortioribus terminis Inſtrumenti, quod
21 illius exequutio requiratur ad effectum
prælationis tradiderunt *Card. de Luc. de*
ſeruitut. diſc. 82. per tot. Rot. coràm Sanctiſs.
D. N. deciſ. 40. num. 22 & ſeq. & in Bonon.
Concurſus Creditorum 13. Iunij 1681. § Inob-
ſeruantia coràm me, & in Carpen. Hæredita-
tis, ſeù fideicommiſſi 17. Maij 1686. §. Nec
pro excluſione ad finem, & ſeqq. coràm bo. me.
Albergato.

Et vlteriùs ad eliminationem eiuſdem
obiecti ponderabatur, quod cum Pala-
tium ſit numeris omnibus abſolutum, & in
qualibet ſui parte perfectiſſimum, non
eget vlla ampliatione, nèc aliquo ornatu;
22 adeoque cum non adſit modus adimplen-
di finem à *Conſtitutione Gregoriana* exopta-
tum, nempè maior Vrbis ornatus, ceſſat
prorſus diſpoſitio eiuſdem Conſtitutio-
nis, iuxtà celebre conſilium *Petri Aldo-*
brandini apud Rub. ſingular. part 3. fol. 211.
& 212. Card. de Luc. de ſeruitut. diſc. 76.
num. 12. verſ. ſed quia Rota, & diſc. 79. nu.
2. Modern. Setin. de Prælat. quæſt. 53. num.
35. & ſeq. Rot. coràm Merlin. deciſ. 886. nu.
42. & ſeqq. & deciſ. 437. num. 10. & ſeq.
& num. 32. & ſeqq.

Neque plus denique valuit oppoſitio
aduerſùs ſententiam R. P. D. mei Caual-
lerini, quod nempè ipſe non potuerit tri-
buere prælationem D. Duciſſæ Cenſus
Creditrici ex ceſſione iam dicta niſi quoad
Palatium, quod ſtat pro fundo cenſito,
non autem ſuper Palatiolo, & Nemore
extrà Portam Equitum leuis Armaturæ,
in quibus cenſus non conſiſtit; ſiquidèm
placuit reſponſio, quod eatenùs Iudex
conceſſit prælationem in omnibus quate-
nùs D. Marchio inſiſtebat non eſſe locum
retractui niſi ſoluto vniuerſo pretio, & è
conuersò pro parte D. Duciſſæ inſtabatur
pro retractu ſolius Palatij, vt patet *ex*
Summ. Reſponſionis facti eiuſdem D. Duciſſæ
num. vnico; Cæterùm facta declaratione
in actis à D. Marchione, DD. dixerunt,
prout pro parte etiam D. Duciſſæ offere-
batur, quod ſi idem D. Marchio vult om-
nes res emptas complecti ſub retractu, ei
23 refundatur integrum pretium, ſin minùs
ei refundatur rata congrua reſpectu Pala-
tij fundi Cenſiti, iuxtà praxim, de qua
Tiraquell. de retract. conſanguinit. §. 23.
gloſſ. 2. num. 9. Duard. de Cenſ. §. 4. quæſt.
16. num. 13. vbi concordan.

Et ità vtraque Parte acritèr informan-
te &c.

EMINENTISSIMO

D. CARD. CAVALLERINO.

Romana Prælationis.

Lunæ 28. Ianuarij 1693.

PRælationem ſuper Palatio, cæteriſque
bonis venundatis D. Marchioni Gui-
doni Vaino ab Adminiſtratoribus Vener.
Hoſpitalium Sanctæ Mariæ de Vita, &
Morte Ciuitatis Bononiæ hæredum clar.
mem. Cardinalis Hieronymi de Boncom-
pagnis, in prima Inſtantia coram A. C. &
in ſecunda coràm R. P. D. meo Vrſino ab
Excellentiſs. Domina Hippolyta Ludoui-
ſia de Boncompagnis Duciſſa Soræ binis
ſententijs felici marte expugnatam, in-
caſſum idem D. Marchio repetitis aggreſ-
ſibus laceſſiuit, mediante dubio à Signatu-
ra parato, *An ſit locus Statuto de duabus*,
quod conſtito de conformitate, validitate,
24 & iuſtitia inter Ciues, & Incolas indu-
biam vindicat obſeruantiam ſpecialitèr in
Sacra Rota, *vt coràm ſan. mem. Alexandro*
VIII. deciſ. 63. num. 1. & ſeq. Buratt. deciſ.
196. num. 1. coràm cl. mem. Card. Celſo de-
ciſ. 233. num 2. & ſeq.

Ciuilitas verò nec ſubmouetur, ex quo
Excellentiſs. Collitigans ſortem naſcendi
ſubiuerit in Inſula Sardiniæ, quam clariſ-
ſimus eius Genitor in obſequij Catholicæ
25 Maieſtatis impenſus Pro-regis titulo re-
gebat, quippè hæc, iiſque ſimilia acciden-
talia ſpem non exuunt recolendi Penates,
nihilque operantur, quominùs Patria Ci-
uilitas conſeruetur, *Felin. in cap. Rodul-*
phus num. 13. in fine, & ſeq. de reſcript. Bar-
tol. in l. Aſſumptio, §. Filius, in princip. ff.
ad municip. Boer. deciſ. 13. à num. 49. &
preciſè num. 52. Rota apud Fenzon. dec. 109.
§. Quia de hoc præſuppoſito, & in recent. de-
ciſ. 312. num. 17. & 18. part. 9. & deciſ.
188. num. 4. & 21. & deciſ. 327. num. 6.
part. 17.

Nec ex quo nupta Excellentiſs. Duci
Soræ ſortita fuerit domicilium Viri, quia
26 nihilominùs originis priuilegia peſſum-
data non fuere ad *Text. in l. 1. & l. 4. C.*
de municip. lib. 10. l. Ciues C. de Incol. Bartol.

in

Digitized by Google

*in l. final. §. Itemreſcripſerunt num. 4. ff. ad
municip. Paſchal. de virib. patr. poteſt. par. 3.
cap. 2. num. 31.*

Conformitatem ſententiarum lectura
conuincit, per quam alterutra conſocia-
tur *iuxtà vulgat. Gloſſ. in Clement. 1. verb.
Diutius ex eis, de ſentent. & re iudicat.* nec
nocet palinodia ſcribentium pro D. Mar-
chione, qui in prima Inſtantia fundati in
vnicitate pretij, non ſolùm Palatium, ſed
cætera bona empta ſub retractu comple-
ctenda fore inculcantes, deindè in ſecun-
27 da, quod ſemèl placuit pro grauamine ad-
ducebant, quia ſubſtulit ambages ſenten-
tia R. P. D. mei Vrſini committendo decla-
rationi Marchionis, an malit in ſolo Pala-
tio, ſiuè in reliquis bonis pati retractum;
vndè ſemper conformitas in Palatio veri-
ficabitur, imò & in cæteris bonis, vbi abſit
inconſtantia, à qua difformitatem pende-
re non licet, ne quid in gratiam alterius
conceſſum in proprium præiudicium re-
torqueatur, *argumento Text. in l. Quod fa-
uore, C. de legibus.*

Validitas reſultat ex reuolutione Pro-
ceſſus, in qua omnia deſiderata in *deciſ.
260. part. 2. coràm Verallo* adimpleta no-
ſcuntur.

Iuſtitiæ fundamentum nititur Inſtru-
mento cenſus impoſiti ſuper eodem Pala-
tio à b. m. Duce Iacobo de Boncompagnis
28 ad fauorem PP. S. Bernardi ad Thermas,
& acquiſiti ab eadem D. Duciſſa *die 21. Ia-
nuarij* 1688. *cum ceſſione tranſlatiua non ex-
tinctiua omnium iurium*, quæ proindè vti
cenſuaria gaudet priuilegio prælationis
ſibi attributo *in Conſtitutione ſa. me. Pij V.
la 79. in ordine Bullar. tom. 2. Cenſ. de cenſ.
quaſt. 66. num. 116. & poſt eumdem Rota de-
ciſ. 308. num. 3. deciſ. 620. num. 1. part. 2.
recent. & coram ſa. me. Alexandro VIII. deciſ.
268. num. 1.*

Taleque priuilegium cedi poſſe, quo-
tiès ipſe cenſus cedatur, nulli remanet du-
bio locus, vltra allegatos in deciſione R. P.
29 D. mei Vrſini 19. *Ianuarij* 1691. §. *Cum
enim*, tenent *Tiraquell. de retract. lignag.
§. 26. gloſ. 1. n. 39. Buratt. deciſ. 677. n. 1.
& ſeq. & deciſ. 504. n. 7. poſt Cenc. de cenſ.*

Opponebatur prælationem competere
30 non poſſe ea ratione, quia cum ex prædi-
ctis prælatio ſit inſeparabilis à cenſu, &
ab eo dependeat, tamquàm effectus à cauſa
per illius extinctionem ſequutâ 13. *Apri-
lis* 1688. mediante valido depoſito *ad for-
mam Bullæ Pianæ* in manibus PP. S. Bernar-
di Creditorum Ius quoque prælationis
conſequenter remanſerit extinctum *Gu-
glielm. Dunoz. deciſ. 187. per tot. cum reli-
quis allegatis in reſtrictu Iuris §. In iuſtitia.*
Non obſtante, quod Cenſus fuiſſet ante-
cedenter ceſſus Dominæ Duciſſæ, quia
cum talis ceſſio non fuerit emptori intima-
ta per exhibitionem Inſtrumenti *Zarat.
deciſ. 42. num. 10.* adhuc admiſſa illius no-
titia validè ſucceſſerit extinctio cum Pa-
tribus cedentibus *Rota deciſ. 161. num. 2.
& ſeq. poſt Cenc. de Cenſ.* & indè Ius præla-
tionis proſcriptum.

Sed Doctores in hac poſteriori Cauſæ
31 propoſitione funditùs attingentes articu-
lum, quem in antecedenti placuit ſolum
obliquè perſtringere, ſubiectam mate-
riam in plura membra tuta lance diſtin-
guebant.

Primum eſt quando cenſus extinguitur
per venditorem, ſiuè per emptorem antè
venditionem fundi cenſiti, & tunc num-
quam in eſſe deducto priuilegio prælatio-
nis naſcentis in ipſo momento venditio-
nis, meritò extincto Cenſu habitualiter
continente prælationem, non ſolum ex-
32 tinguitur, ſed nunquam conceptus fuit ef-
fectus prælationis à cenſualitate cauſatus,
& in his terminis loquuntur *Nauarr. in com-
ment. de Vſur. num. 127. Boccac. de cenſib.
par. 2. num. 61. Cenc. eodem tract. quaſt. 65.
num. 16. & 17. quaſt 66. nu. 1. & 2. Duard.
eodem tract. §. 4. quaſt 9. nu. 2.* quorum ple-
rique tradunt pro cautela tollendi Ius præ-
lationis, vt Cenſus extinguatur ante
venditionem.

Secundū eſt quando cenſus extinguitur
ex pretio rei emptæ, vel in pretij locum
accollatur, & tunc quia ſimul, & ſemel
33 oritur, & interimit Ius prælationis per
confuſionem actionis crediti, & debiti, res
deuenit, ad ſtatum, à quo incipere non
potuit, ideò ſubintratio in Iuribus Cen-
ſuarij, immò formalis quoque ceſſio tranſ-
latiua nullum operatur effectum, ſed re-
ſoluitur in meram acquiſitionem hypothe-
cæ anterioris ad effectum ſe tuendi contra
poſteriores, & in hoc ſenſu procedunt de-
ciſa *in recent. part. 18. tom. 2. deciſ. 758. &
deciſ. 120. part. 19.*

Tertium eſt quando acquirens Cenſum
etiam poſt venditionem fundi cenſiti, nul-
lum

Digitized by Google

lum de tranſlatione Iurium verbum paci-
34 ſcitur, ſed tantum procedit per viam ex-
tinctionis, & tunc dubio procul prælatio-
ne caret, quam nunquam acquiſiuit, quia
non entis nullæ ſunt qualitates, & de hoc
loquitur *Rot. in deciſ.* 187. *coràm Dunoz.
Sen.*

Quartum denique conſideratur (*& hic
eſt caſus noſter*) vbi Tertius (*ſcilicet D. Du-
ciſſa*) etiam poſt venditionem fundi cenſiti
factam, non denunciato Cenſuario, effe-
ctus eſt verus Dominus cenſus *cum ceſsione
plenaria translatiua omnium iurium relata in*
35 *deciſione D. mei Vrſini* §. *non quidem*. Et
tunc etiam extincto Cenſu nō extinguitur
Ius prælationis, in qua opinione concor-
dant *Thomat. deciſ.*40. *num.*32. *verſ. ſimili-
ter, & num.* 33. *&* 35. *Card. de Luca de cenſ.
in ſupplem. par.*2. *diſc.* 40. *nu.*9. *& diſc.* 41.
nu. 3. *Modern. Setin. de prælatione quæſt.*32.
*num.*14. *&* 15. *Cyriac. contr.*254. *num.*46.

Hæcque diſparitas intèr extinctionem
ſequutam ante, vel poſt venditionem fuit
à Doctoribus exiſtimata adeò determina-
36 tiua Iuris prælationis, vt non dubitaue-
rint affirmare, quod ſi præcedens extin-
ctio appareat facta in fraudem ſuperue-
nientis retractus, habeatur ac ſi facta fuiſ-
ſet poſt venditionem, itaùt remaneat exer-
cibile Ius prælationis, *Merend. contr. Iur.
lib.*22. *cap.* 40. *num.* 7. *&* 8. *Modern. Setin.
de prælat. quæſt.* 32. *num.* 15. *&* 16. *Cyriac.
d. contr.* 254. *num.* 25. *& ſeq.*

Ratio à priori ea videtur eſſe fatalis,
quia Ius prælationis, & exſtinctio cen-
ſus à diuerſis deriuata principijs, diuerſo
Iure metiuntur. Quippè primum ſuum
eſſe deducit ex duplici cauſa concomitan-
37 te, nimirum habitualiter, & in potentia à
contractu cenſuali, cauſatiuè verò, ſeù
occaſionaliter à contractu venditionis: ſe-
cunda procedit ſimpliciter ex natura ſui
ipſius redimibili, *vt notant Doctores allega-
ti in* §. *Quartum deniquè*.

Rursùs ſtant ſimùl, quod Cenſus vi-
geat, & nihilominùs Ius prælationis ſit
penitùs extinctum, ponderando, quod
Cenſuarius in bimeſtre diſdictæ remanet
38 Dominus Cenſus *iuxta relata in deciſ. R. P.
D. mei Vrſini* §. *ſiquidem*; & tamen ſi ven-
ditio fuerit eidem Cenſuario intimata per
lapſum vnius menſis expirat Iùs prælatio-
nis: Imò ſi Cenſus poſt bimeſtre non ex-
tinguatur, remanet in ſuo eſſe perpetuo,
& tamen Ius prælationis fuiſſet extin-
ctum, *vt de ſe patet*.

Indè oritur, quod Cenſus ſempèr, &
quandocumque redimi poſſit *ex præſcripto*
39 *Bullæ Pianæ*. Ius verò prælationis quoties
non ſit facta denunciatio non minori tem-
poris, quàm 30. annorum interuallo præ-
ſcribatur *Antonell de temp.legal. lib.*3 *cap.*2.
*num.*7. *Duran. deciſ.*52. *num.*2. *in fine, & co-
ram ſa. me. Alexandro VIII. deciſ.*268. *n.* 6.

Cum igitur iſta duo, nempè Ius præla-
tionis, & extinctio Cenſus ſint inter ſe
40 adeo diſparata, & diuerſa tàm in origine,
quàm in effectibus; Itaùt extinctio Cen-
ſus dari poſſit abſque vllo contractu ven-
ditionis productiuo prælationis. Ius ve-
rò prælationis abſque Cenſu, & venditio-
ne ſimul iunctis in aliquo momento dari
nequeat, ſequitur, quod vno ſublato,
aliud non tollitur, ea enim eſt diſciplina
diuerſorum, *Rota deciſ.*167. *num.*18. *par.*7.
recent. & ex Doctrina *Ariſtotelis in lib.* 7.
*Topicor. cap.*1. ibi -- *ſi poteſt alterum ſine al-
tero eſſe non eſt idem*.

Nec obſtat, quod ſi ex prædictis Ius
prælationis producitur ſimul, & ſemel ex
vtroque contractu cenſus, & venditionis,
extincto cenſu, ceſſet retractus. Quia ad
confutationem huius ſophiſmatis recurrit
diſtinctio ſuperiùs allata; aut agitur de
41 extinctione ſequuta antè venditionem,
& tunc nō dato à parte rei tempore vnio-
nis vtriuſque contractus cenſualis, & ven-
ditionis, qui ſunt cauſæ productiuæ præla-
tionis, meritò prælatio ceſſat; aut verò,
prout in præſenti, extinctio Cenſus euenit
poſt venditionem, & tunc ſemel producto
Iure prælationis per vnionem vtriuſque
Cauſæ efficientis. Ius prælationis perpe-
tuatur ad 30. Annos, & ſi Cenſus rema-
neat extinctus per actum retroſimilem, vt
melius colligi poteſt *ex deciſione Thom.* 40.
& Card. de Luca ſupra allegat. & hic effectus
cauſæ temporalis, qua ceſſante, adhuc
durat effectus, *vt præter allegatos in deciſio-
ne R.P.D. mei Vrſini* §. *Ius enim* docet *D.Tho.
part.*1. *quæſt.*104. *num.* 1. *in corpore*.

Aliàs plura ſequerentur abſurda. Pri-
mò, quod eſſet aperta via fraudandi Bul-
lam, dum poſt ortum Ius prælationis ex
42 venditione fundi inſcio cenſuario poſſet
diſdici cenſus abſque mentione venditio-
nis, & terminato bimeſtre extingui, quo
peracto priuaretur Cenſuarius commodo
præ-

prælationis, *vt ponderat de Luca, vbi ſupra diſc. 41. num. 2.*

Secundò ſequeretur, quod eſſet melioris conditionis, qui præſcriptum Bullæ non adimplens, quàm obediens; Nam
43 adimplens ſubeſt incommodo prælationis, non adimplens poſſet illam euadere *contrà reg. in cap. Eum qui de præbend. in 6. l. Seruius ff. quod vi Gonzal. ad regul. Cancell. gloſſ. 9. §. 2. num. 292.*

Tertiò, quia fruſtranea eſſet cauthela tradita à DD. extinguendi cenſum antè venditionem cum periculo ſimulationis,
44 ſi æquè benè legitimè fieri poſſet poſt venditionem abſq; periculo retractus *ad Text. in cap. ſi Papa de priuil. in 6. & cap. Legebatur de maior. & obed.*

Agnouere Verſatiſſimi ſcribentes pro D. Marchione prædictorum efficaciam, ideò eam declinare ſatagebant duplici reſponſione: Prima, quod non ſufficiat cenſum præexiſtere tempore venditionis, niſi quoque Ius prælationis fuerit in Iudicio deductum, exemplo retractus perſonalis competentis conſanguineo, quem tranſi-
45 re in hæredem, ſi fuerit per defunctum in Iudicio deductum firmant *Pereg. deciſ. Patauin. 22. nu. 3. Olea de ceſſ. Iur. lib. 3. q. 2. n. 9. Carpan. ad ſtat. Mediol cap. 417. n. 379.* concludendo Ius prælationis competens *vigore Bullæ Pianæ* æquiparari retractui perſonali *à Ciarlino in contr. 121. n. 23. tom. 2.*

Altera reſponſio fuit; quod Ius prælationis deduci debet intrà bimeſtre diſdictæ, quo viget cenſus, aliàs ſibi imputare debet Cenſuarius, ſi eo elapſo vnà cum cenſu extinguatur etiàm prælatio.

Verumtamèn neutra ſubſiſtit. Non prima, quia Ius prælationis conceſſæ *in*
46 *Bulla Piana* non eſt perſonale, ſed reale tranſiens cum ipſo cenſu, vt firmat idem *Ciarlin. controu. 121. num. 37. aliíque allegatis in principio §. Taleque*, & ideò non eget, quod deducatur in Iudicio; Tunc enim inſtantia non limitaretur ad 30. annos, ſed de Iure Canonico eſſet perpetua *per text. in cap. Venerabilis de iudic.* nec contradicit *Ciarlin.* qui æquiparando Iura Cenſuarij, vicini, & Conſanguinei, clarè demonſtrat, non applicari noſtris terminis, cum ſolum ipſe loquatur ad effectum, ne quis poſſit alteri cedere Ius prælationis diſtinctum ab ipſo cenſu, ſeù acquirere prælationem pro altero, *vt ex lectura num. 37.*

Nec ſecunda, quia concluſio, & diſtinctio ſupra firmata procedit cum ſuppoſito, quod venditio non fuerit denunciata Cenſuario. Vnde non eſt adaptabilis ſenſus, quod Ius prælationis proponi debeat intrà bimeſtre, quando Cenſuarius eſt ignarus venditionis, & vlteriùs Ius prælationis non regulatur à bimeſtri, vt ſupra oſtenſum fuit *in § Rurſus.*

Quæ omnia ſi ità procedunt, vbi extinctio cenſus facta fuit ſimplicitèr, quantò fortiùs recipienda erunt, quoties extinctio
47 admiſſa fuit per Iudicem cum clauſula *ſine præiudicio Iurium Partium*, cuius virtus eſt reſeruare omnia Iura etiam minima *clar. mem. Cardin. Cerrus deciſ. 75. num. 24. Seraphin deciſ. 164. num. 6. Arguell. deciſ. 58. num. 25.* Quæ præſeruatio impugnari nequit, vtpotè obtenta à Martinello non habente mandatum ſpeciale; Tùm quia ex actibus infra dicendis ſufficiens viſum fuit adeſſe mandatum; Tum quia in actu fauorabili, qualis proculdubio eſt ſimplex facultas vtendi prælatione, præſumptum, ſeù præſuppoſitum ſatis foret, vt habetur *in deciſione R. P. D. mei Vrſini §. Tum etiam.*

Hactenùs dicta conſiſtunt in Iure; atquè non minùs ceſſat amaritudo ex facto, quia realiter prælatio petita fuit antè extinctionem à Martinello vti Procuratore D. Duciſſæ, de cuius competenti mandato, vltrà deducta *in deciſione R. P. D. mei Vrſini* dubitari non valet.

Primò ſuperlatiuè concluditur ex eodem motiuo colluſionis pro parte D. Marchionis adducto, qui cum ſupponat acqui-
48 ſitionem cenſus ſimulatè expiſcatam à D. Duciſſa eo intuitu, vt mediante retractu vanum redderet venditionis effectum, neceſſariò admittere debet prælationem petitam de mandato, & voluntate eiuſdem per ea, quæ notat *Caſtrenſ. in l. ad rem mobilem ff. de Procurat. Mantic. de tacit. lib. 7. tit. 22. num. 28. Riminald. Iun. conſ. 11. numer eodem in rec. deciſ. 202. nu. 11. par. 12.*

Secundò ex facti circumſtantijs, nam reuoluendo cathegoriam huius litigij à primo ad vltimum patet, D. Duciſſam ſtatim, ac venditum fuit controuerſum Palatium conſtituiſſe Procuratorem Martinellum cum facultate acquirendi quemlibet cenſum impoſitum ſuper eodem Palatio cum expreſſione, quod erat venditum

Digitized by Google

D. Marchioni, & ſucceſſiuè mediante ope-
ra ipſius Martinelli factum depoſitum pro
acquirẽdo Cenſu à PP. S. Bernardi reportata licentia Eminentiſſimi Vicarij, quod
ſine cura, ſtudio, & ſumptu impetrari non
potuit, quæ omnia quis non videt ad prę-
lationem parata? quæque fuit prima in
Intentione, vltima in exequutione, & qui
vult finem, neceſſariò vult media ad finem
conducentia iuxtà vulgatum Axioma, de
quo in deciſione *Reuerendiſs. Decani 349.*
num. 2. par. 14. recent. & eſt Doctrina *Ariſt.*
lib. 5. metaphiſic. cap. 2. num. 50.

Tertiò idem Marchio recognouit Mar-
tinellum Procuratorem in pluribus actis,
non obſtante, quod in pleriſque illum no-
minauerit aſſertum; quia cum eodem tem-
pore expleuerit depoſitum, retrouenditio-
nem petita Iurium ceſſione *primo Summa-*
rio D. Duciſſa num. 11. & 12. aliaque, quæ
nonniſi cum verò Procuratore compleri
queunt, fruſtra adhibetur talis præſerua-
tiua, vtpote contraria facto *cap. cum M.*
Ferrarienſis, & ibi Doctores de conſtit. l. Cum
in plures §. Locator ff. de locat. & conduct. Bu-
ratt. deciſ. 388. num. 5. Bich. deciſ 3. num. 14.
cl. mem. Card. Cerr. deciſ. 61. num. 8.

Quartò tandem quia in petita retrouen-
ditione, de qua in *dicto Summario num. 12.*
Martinellus admiſſus fuit vti Procurator
ſimpliciter.

Quibus omnibus accedit ratificatio per-
acta, à D. Duciſſa, quæ licet non valeret
ad effectum corroborandi geſta antece-
dentia in præiudicium tertij; attamèn ad
49 effectum declarandi intentionem à prin-
cipio non eſt ſpernenda *l. Quedam ſunt, ff.*
de reb. dub. l. Nec Iulianum §. proinde, ff. ad
Maced. Rota deciſ. 27. num. 29. par. 13. rec.

Friuolæ verò viſæ ſunt replicationes,
quod conceſſa etiam approbatione Marti-
nelli in retrouenditione cenſus, non benè
inferatur ad facultatem impetrandi prælationem, & quod cenſus nunquam vigere
poſſit, ex quo ſubijciat extinctionem per-
50 actam fuiſſe PP. S. Bernardi, quia hæc
omnia ponderari poſſent, ſi ſingillatim
expendenda forent, ſed ad finem eruendi
intentionem vtriuſque collitigantis, viſum
fuit DD. tota lege perſpecta mandatum
procuræ ſufficiens vehementiſſimè ſuaderi
argum. Text. in l. Incinile, ff. de legib. Rota
deciſ. 81. num. 2. verſ. Obiecta ſiquidem par.
14. recent.

Anatomatizato Iure prælationis eo-
que reuulſo è faucibus extinctionis, minùs
immoratũ in confutando obiecto colluſio-
nis, à quo DD. vno verbo ſeſe expedi-
uere, ponderando, quod omnes actus re-
cenſiti ad conuincendum ſimulatè actum
51 cum PP. S. Bernardi ſuper ceſſione cenſus,
nil plùs probant, niſi quod Excellentiſſi-
ma Collitigans lugubrè ſentiens, Auitos
lares extrà clariſſimam familiam de Bon-
compagnis alienari, omnem conatum, &
induſtriam adhibuerit, ne videret contri-
tas maiorum Imagines, licitum quidem
prælationis incitamentum, vt vltra alle-
gata *in deciſione R. P. D. mei Vrſini* expen-
dendo eumdem Textum *in l. Lex quæ Tu-*
tores, C. de adminiſtr. Tut. in terminis ad-
miſit *Rota in Romana Caſtri Porciliani 24.*
Ianuarij 1685. §. Quo enim coram bo. mem.
Rondinino.

Vrgebat vlteriùs D. Marchio, allegan-
do potentiorem ſibi vti vicino competere
prælationem vigore *Bulla ſan. mem. Grego-*
rij XIII. in ordine la 22. Sed in hoc quoque
52 motiuo eamdem ſubijt ſortem diſtinguen-
do ſingillatim Titulos, ex quibus commo-
dum dictæ Bullæ reportare putabat. Aut
enim vicinitas deducitur ab emptione do-
mus facta per apocam, & huius ſuſpicio,
ſeu ineffectuatio vltra deducta *in dec. R. P.*
D. mei Vrſini, §. Quarta denique, hodie ap-
primè augebatur, tum ex obſeruatione in-
ſtrumẽti venditionis Palatij *primo Summa-*
rio D. Duciſſa num. primo, §. Et valentes, in
quo deſignantur pro confine eadem bona
vti propria cla. me. Cardinalis Boncom-
pagni *ad Text. in l. cum ſeruo in fine, ff. de*
contrahen. empt. Tum ex ordine eiuſdem
D. Marchionis *in Summario reſponſionis D.*
Duciſſæ num. 2. in quo approbata legitur
deliberatio prædictæ Domus facta ad fa-
uorem alterius creditoris. Aut vicinitas
fundatur in emptione Palatioli peracta
vnico, & eodem tempore cum Palatio ma-
gno, & hæc ſuffragari minimè poteſt, quia
Bulla ſa. me. Gregorij requirit vicinitatem
præexiſtentem de tempore venditionis,
vt colligitur *ex §. 8. & 9.* vbi de vicinis
mentio fit per verba de præterito, & de
venditione per verba de futuro; Imo præ-
ſcribitur certa forma interpellandi, quæ
præſupponit diſtinctionem inter vicinos,
& emptorem; Vndè deſtitutus caſu Bullæ
ipſius diſpoſitione iuuari non debet *Mo-*
dern.

Digitized by Google

dern. Setin. de prælat. quæſt, 33. num. 39. Rota coràm Dunoz. Sen. deciſ. 173. num. 24.

Paruipenſis in contrarium allegatis, Gratian. diſcept. 903. num. 22. & ſeq. Rota deciſ. 307. & 308. num. 2. & 3. apud Cenc. de cenſ. & coràm Merlin. deciſ. 386. num. 8. 53 & 9. quia huiuſmodi doctrinæ nil plus probant, quàm intentum D. Duciſſæ, dum firmant, quod quis pendente lite acquirere poſſit iura ab alio talibus iuribus pollente, non autem quod qui de per ſe nullum ius habet, nec aliud imaginabile acquiſiuit, repellat inſtantem.

Quatenùs verò eadem *Bulla Gregoriana* deducebatur ad ornatum Vrbis vnacum venuſta, & ſumptuoſa mappa ſtatuis decorata ab Equite Fontana vno ex primarijs Architectis deſignata DD. ea curioſè perſpecta ſatis quidem laudarunt ingenium Artificis, & magnanimitatem D. 54 Marchionis, eamque fortaſsè facillimè admiſiſſent, ſi tam in noſtra poteſtate eſſet ædificare, quàm delineare; ſed perpenſo ingenti ſumptu, & inutili, ac inſalubri ornatu in parte poſteriori reſpicientre vicum, cenſuerunt, oblationem potiùs habere ſpeciem emulationis, ideoque amputandam, vt optimè in terminis ponderauit *Eminentiſs de Luca deſeruit. diſc. 79. num. 2. Merlin. deciſ. 437. num. 33. & ſeq.* paſſim recepta.

Deniquè non fuit operæ pretium examinare vltimum refugium conſortij; Tùm quià nec probatur ex fide Peritorum, nec illa admiſſa concluditur communio ad formam *Stat. Vrb. cap. 110. lib. 1.* quinimò ſi tali fidei fides præſtanda foret potiùs reſultaret, Palatiolum eſſe membrum Palatij magni, & conſequentèr cadere ſub fundo cenſito, in omnem caſum recurreret reſponſio data *in §. Vrgebat, verſ. aut vicinitas fundatur*, & meliùs fauet *Duran. deciſ. 52. num. 9. cum ſeq.*

In reliquis ſupplet *deciſio R. P. D. mei Vrſini*, cum qua DD. tranſierunt vtraque &c.

ARGVMENTVM.

VT Dominus fundi præferatur Creditori habenti hypothecã, etiàm anteriorem in frumento recollecto in fundo locato, debet probari identitas frumenti; Declaratur deciſio in Romana grani 17. Iunij 1697. coràm R. P. D. Anſaldo.

SVMMARIVM.

Dominus fundi præfertur in fructibus recollectis in fundo ab Affictuario omnibus creditoribus anterioribus dicti Affictuarij num. 1. 5. & 6.

Declara quod ſit probandi identitas num. 2. & 7.

Identitas frumenti ex quibus excludatur num 3.

Declaratur deciſio in Romana grani 19. Iunij 1697. coràm R. P. D. Anſaldo num. 4.

Monetæ identitas, & frumenti, & ſimilium ex quibus probetur num. 8. 9. & 10.

Libri gabellæ quando probent num. 10. in fin.

Teſtis etiam de auditu contrà inducentem probat num 11.

In materia difficilis probationis ſufficiunt etiàm probationes leniores num 12.

Decoctioni proximus quando quis dicatur numer. 13.

Confeſsio etiàm ſuſpecta adminiculata eſt attendenda num. 14.

Ratio, & proportio eſt eadem partis ad partem, & totius ad totum num. 15.

Quantitas probatur lenioribus probationibus probata ſubſtantia num 16.

Quantitas frumenti probatur ex portione, quæ recolligi ſolet num. 17.

Mixtura quando non impediat rei vendicationem num. 18. & 19.

VOTVM LXXXXVIII.

NOn impugnabant ſcribentes pro D. Comite Alexandro, quod in frumento recollecto in fundo conducto ab Affictuario eſſe præferendum Dominum fundi omnibus alijs creditoribus etiàm habentibus anteriorem hypothe-1 cam, vti pluribus relatis nouiſſime fuit firmatum à *Rot. in Romana grani 17. Iunij 1697. coràm R. P. D. Anſaldo §. licet.*

Solumque limitabant regulam non procedere quoties adeſſet mixtura cum alio frumento, quia in hoc caſu ceſſaret 2 neceſſaria probatio tàm circa identitatem, quam circa quantitatem frumenti, iuxtà allegatam deciſionem in *Romana grani §. dicebant.*

Et licèt in hac materia difficilis probationis ſit ſtandum tàm conjecturis, quàm le-

leuioribus probationibus, proùt in pun-
3 cto, & latè reſolutum fuit in dicta Roma-
na grani, nihilominus obſeruabam ego
eſſe nimis æquiuocam probationem fa-
ctam circa identitatem frumenti. Nàm
identitas frumenti deponitur ex vnico
Teſte, & proinde non probat, alij duo
Teſtes examinati deponunt tantum de
ſola credulitate, & ideò nihil conclu-
dunt, fortiùs quià conſtat Affictuarium
paulò antè vendidiſſe conſiderabilem por-
tionem frumenti, ac deindè viliori pretio
aliud frumentum emiſſe, itaùt quotidie vti
publicus negotiator ſolebat emere, &
vendere frumenta, in qua hypotheſi nul-
latenùs applicatur reſolutio capta in di-
cta Romana grani, quæ prò indiuiduali
coràm me allegabatur, quoniam in caſu
illius deciſionis ex vrgentibus coniecturis
apparebat Affictuarium recollegiſſe fru-
mentum ex duobus prædijs, illudque vni-
tum repoſuiſſe in horreo, & ſic Iudex du-
bitare non poterat nèc de quantitate, nèc
de identitate frumenti; At ſecus in præ-
ſenti, in quo adeſt talis confuſio, & mix-
tura, vt nullatenùs diſcerni valeat identi-
tas ſupradicti frumenti, *leg. ſi alioni nummi
ff. de ſolution. Rodriquez de concurſu creditor
regul. 1. ampliat. 12. num. 22. Card. de Luca
de credit. & debit. diſc. 16. n. 8. cum alijs apud
Rotam Lucen. penes Palmam deciſ. 78. nu. 1.*

R. P. D. ANSALDO.

Romana Grani.

Luna 17. Iunij 1697.

REuocata bis ad trutinam Deciſione
bon. memor. Emerix ædita die 27.
Ianuarij Anni præteriti, in qua firmaba-
tur, Dominum Principem Burgheſium
concurrere poſſe cum Dominis de Aſtal-
lis ſuper pretio retracto ex venditione ru-
brorum 700. frumenti, priùs exiſtentium
in Horreo nuncupat. Sanctæ Anaſtaſiæ,
ex quo idem frumentum pro parte ſatum
eſſet in bonis Domini Principis, pro par-
te verò ſuper Tenuta Dominorum de
Aſtallis, & inſimul remanſiſſet in Area
commixtum, reſeruata vlteriori diſcuſſio-
ne circa quantitatem ad vtrumque ex
contendentibus de prælatione pertinentē,
viſum eſt Dominis non minùs iterùm enó-
dato Iuris articulo, quàm præſumptioni-
bus, ac probationibus in facto maturè col-
libratis iuxta modum perſiſtere in deciſis.

Licèt enim DD. Fratres de Aſtallis
æquo animo admitterent, quod vbi fru-
mentum recollectum in Tenuta Domini
Principis extaret in eadem Tenuta, vèl
5 etiam alibi ſine mixtura, competeret ei-
dem Domino Principi illa Prælatio, quam
etiam aduersùs Concreditorem ſuffultum
hypotheca anteriore tribuunt Iura, &
Doctores Locatori, ac Domino ſoli, ad
celebre *conſ. Decian. 50. lib. 2. Peregrin.
conſ. 80. per tot. & ſignantèr num. 2. verſic.
augetur lib. 3. Gratian. diſcept. 25. num. 9.
Collant in pragm. rei frument. lib. 3. cap.
primo num 2. & ſeqq. Paitell. exped. ciuil. 86.
per tot. Sabell. variar. reſolut. cap. 66. num.
33. Rot. in alia Romana Grani coràm Buratt.
deciſ. 503. num. 3. ibique Adden. num. 4. &
deciſ. 64. num. 9. part. 14. rec.*

Eoque magis, cùm Dominus Princeps
Locator ſpecialitèr ſibi cauiſſet cum Do-
minico communi debitore, & reſpectiuè
6 Conductore de reſeruatione Dominij, in
quibus ſanè terminis indubitantèr Domi-
no, ac Locatori prælationem deberi pro-
fitetur *Cardin. de Luca de Credit. diſc. 17.
num. 5. Carol. Anton. de Luca ad Gratian. di-
cta diſcept. 25. ex num. 5. Rota deciſ. 351.
per tot. par. 11. rec.*

Dicebant tamen prædicti Domini Fra-
tres, tria ad effectum excludendæ huiuſce
prælationis vrgere fundamenta. Primum
nempè, quia non conſtabat de identitate
ipſius frumenti, de cuius pretio ageba-
tur; Secundò de quantitate; Tertiò de-
7 mùm, ex quo ſubſequuta mixtura, non
poterant diſcerni illa Grana, pro quibus,
& Priuilegium ſoli, & reſeruatio Domi-
nij conſequi poſſet effectum, ideoque alte-
ro ex his fundamentis ſubſiſtente reuiui-
ſcere fauore eorumdem illam prælatio-
nem, quam ſecluſa potioritate ſecum tra-
hit nuda prioritas in tempore, *vulg. Text.
in leg. qui Balneum in princip. ff. qui pot. in
pign. habea, & in l. ſi fundum Cod. eodem, &
in cap. qui prior, de regul. Iur. in 6.* adeout
iiſdem Fratribus veluti habentibus regu-
lam pro ſe in anterioritate fundatam exu-
beraret pro victoria mera poſſibilitas, vel
quod frumentum non eſſet idem, vel quod
remaneret incomprobata quantitas, vel
quod ratione intermixtionis nequiret am-
pliùs fieri diſcretio illius præciſi Grani, cui
inhæ-

inhærere poſſet potioritas ſegregatiua à prælatione prioritatis; habenti namque regulam pro ſe ſat eſt dubiam reddere limitationem, ad tradita per *Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 5. gloſſ. prima part. 2. num. 21. & ſeqq. Card. de Luca de Regal. diſcurſ. 60. num. 7. Rota coràm Mantic. deciſ. 251. num. 4. & 5.*

At Domini Regulæ præmiſſæ aliam contraponebant, nimirùm, quòd cùm non ſint anguſtiandæ, & ad impoſſibile reducendæ probationes, quatenus pertinet ad identitatem, illa ad ſui probationem admittit præſumptiones, indicia, coniectu-
8 ras, aliaque Argumenta veriſimilitudinis, per quæ rationalitèr ſibi Iudex ſuadeat iuridicè, & moralitèr ita fuiſſe ſi non phyſicè, & mathematicè ita demonſtretur, vt in ſpecie identitatis frumenti *Surd. deciſ. 55. num. 12.* & generalitèr de identitate aliarum ſpecierum, ac mobilium *Cyriac. controu. 299. num. 4. & ſeqq. Modern. Palm. allegation. 13. num. 5. & 6. Rota deciſ. 17. num. 5. 6. & 7. coràm Card. Cerro.*

Hinc videmus, quod nil fortè difficiliùs eſt, quàm iuſtificare pecuniæ identitatem, cùm ea, ſiuè aurea, ſiuè argentea ſoleat ſub eodem Numiſmate, ſeù effigie in ma-
9 gna quantitate recudi, & nihilominùs ex eadem ratione, quia ſufficit ex legitimis præſumptionibus argui veritatem, pecuniæ identitas probatur ex indicijs, & coniecturis, vt plenè notat *Gratian. diſcept. 955. num 2. & ſeq. ibique Modern. Melphiten. in annotat. num. 5. Card. de Luca de Credit. diſc. 26. num. 3. Rota coràm Celſ. deciſ. 340 num. 3. & ſeqq.* aliud quippè eſt probare præſumptionibus, & aliud ſimplicitèr præſumere, vt dicimus de ſcientia, quæ vbi non iuuat præſumpta, iuuat tamen probata præſumptionibus, teſte *Cardin. de Luca de vſur. diſc. 34. num. 10. & 11. & Rota coràm Celſ. deciſ. 152. num. 5. & 6. & deciſ. 330. num. 23. par. 16. recent. & deciſ. 132. num. 8. coràm Card. Cerro.*

Quapropter ad rem applicando, de identitate frumenti moralitèr dubitari poſſe non videbatur; Siquidem liquidò apparebat ex ipſiſmet Teſtibus inductis, & examinatis pro parte Dominorum de Aſtallis, quod frumentum ſatum à Domi-
10 nico in Tenuta Domini Principis fuerat in Area di *Cecafume* commixtum cum frumento recollecto ex eadem Tenuta di *Cecafume* ad Dominos Fratres de Aſtallis ſpectante, quodque idem Dominicus ſub eo Anno nullam aliam Tenutam præter duas mox enunciatas ſeruerat, vndè poſito hoc extremo, quod Logici appellant *à quo*, difficultas reducebatur circa terminum *ad quem*, nimirùm vtrum idem frumentum tranſportatum ſucceſſiuè fuerit ad Horreum Sanctæ Anaſtaſiæ, & in hoc placuerunt DD. probationes, ſeù argumenta ex parte Domini Principis adducta, nam reſpectu traductionis ad Vrbem, res paritèr erat manifeſta, cùm tàm ex Teſtibus ad inſtantiam Domini Principis, quàm Dominis de Aſtallis formitèr examinatis de hac tranſlatione ad Vrbem frumenti commixti in Area di *Cecafume* conſtaret, iuncta vlteriùs ſolutione Gabellæ, & Notula introductionis, quæ ſemper comprobat affirmatiuam, vt in his terminis dixit *Rota deciſ. 223. num. 6. cum duobus ſeqq. part. 11. recentior.* & generalitèr *Capyc. Latr. conſultation. 66 num. 37. & ſeqq. Card. de Luca de Regal. diſcurſ. 151. numer. 13.*

Reſtabat itaque iuſtificanda ſucceſſiua traductio ad Horreum Sanctæ Anaſtaſiæ, circà quam in vnum plures conſpirabant probationes, & coniecturæ, inter quas adeſt primordiale dictum (quamuis de auditu) vnius Teſtis allati pro Dominis Fratribus, is namque profitetur audiuiſſe,
11 frumentum mixtum in toties memorata Area di *Cecafume* fuiſſe repoſitum in Horreo Sanctæ Anaſtaſiæ; Ideoque licèt non deponat de cauſa ſcientiæ, & ſit vnicus, nihilominùs contra inducentem magnam vim facere plena ſunt volumina, vt apud *Dunozet. Iun. deciſ. 812. num. 12. & in recentior. deciſ. 201. num. 10. part. 5 & deciſ. 110. num. 1. part. 14. & deciſ. 409. nu. 7. part. 19. & in Aſculana fideicommiſſi, ſeù Domus 4. Iulij 1696. §. Primo coràm R. P. D. meo Pio.*

In idem incidebat ſpecifica depoſitio plurium Baiulorum, qui eodem tempore, quo profitentur expurgaſſe, ſeù euerriſſe præfatum Horreum Sanctæ Anaſtaſiæ, nihil in eo præcedentèr extitiſſe etiam
12 proſequuntur, affirmando, quod Granum ab eiſdem repoſitum in eodem Horreo ex communi ſuppoſitione, & vociferatione proueniebat ab Area di *Cecafume*, quibus ſanè in hac materia difficillimæ pro-

Digitized by Google

probationis deferendum eſſe aliàs ad rem
cenſuit *Rota dicta deciſ.* 223. *num.* 4. *&* 5.
confirmata in deciſ. 239. *part.* 11. *recent. &*
deciſ. 580. *num* 6. *& ſeq. coràm Bichio.*

Præcipuè accedente clara confeſſione
Dominici communis Debitoris aſſeren-
tis in traditione, quam fecerat in ſolutum
fauore Domini Principis, quod huiuſmo-
di Granum erat recollectum in eiuſdem
Principis Tenuta. Quamuis enim repli-
caretur, iſtius confeſſionem ſuſpectiſſi-
mam eſſe, ex quo Dominicus proximus
foret decoctioni; adhuc tamen viſa eſt re-
leuare reſponſio data pro Domino Prin-
cipe non minùs in Facto, quàm in Iure:
Et quidem in Facto, dum poſt Annum, &
23 vltrà decoctio Dominici ſuperuenit per
efformationem concurſus Creditorum in
Tribunali Agriculturæ, proindeque cùm
de tempore confeſſionis potuiſſet liberè
contrahere, potuit etiam liberè, & validè
confiteri, ex deductis per *Gratian. diſcept.*
391. *num.* 12. *& ſeqq. Noguerol. allegat* 16.
num. 68. *&* 69. *Rota deciſ.* 24. *num.* 18. *&*
ſeqq part. 7. *recent. & deciſ.* 652. *num.* 6.
cum duobus ſeqq. part. 18. *& deciſ.* 169. *nu.*
11. *&* 12. *coràm ſan. mem. Alexandro VIII.*

Denique in Iure, quia cùm quælibet
confeſſio promanans à quacumque per-
ſona quomodolibet ſuſpecta attendatur,
quotieſcumque fulciatur adminiculis, &
24 præſumptionibus, ad notat. per *Gratian.*
diſcept. 955. *num.* 5. *Surd. deciſ.* 55. *num.* 3.
& ſeqq. Maſtin. de confiſcat. quæſt 31. *num.*
19. *De Angel. de Confeſs. lib.* 1. *quæſt.* 8. *li-*
mit. 6. *num.* 46. *Franciſc. Palm. conſultat.*
48. *num.* 62. *& ſeqq.* & ſignantèr *num.* 68.
Rota coràm Royas deciſ. 212. *num.* 5. *& deciſ.*
215. *num.* 13. *& deciſ.* 243. *num.* 9. *part.* 9.
recent. & deciſ 3. *num.* 5. *& ſeqq. poſt Sal-*
gald. in Labyr. Credit.

Confeſsionem Dominici roborabant
præmiſſæ circumſtantiæ, & probationes,
necnon etiam Decretum Conſulum Agri-
culturæ in conceſſione licentiæ traductio-
nis Grani ad Vrbem, quod Horreum San-
ctæ Anaſtaſiæ ſtaret loco Areæ *di Cecafu-*
me; Vndè, vt benè reſponſum fuit in *De-*
ciſione præcedenti §. *Idque adminiculatur*,
præſumendum erat, in exequutionem
mandati, iuſſam tranſportationem fuiſſe
ſubſequutam.

Nil obſtante, quod cùm Dominicus
non demandauerit exequutioni arreſtum
præcedentèr æditum ab ijſdem Conſuli-
bus Agriculturæ ſuper non amotione fru-
menti à Tenuta Domini Principis, proùt
nec etiam traduxerit omnem quantitatem
frumenti ad Horreum Sanctæ Anaſtaſiæ,
præſumptio ipſa exequutionis Decreti re-
maneat eliſa, ſeù conflictata per oppoſi-
tam tranſgreſſionem: Compertum nam-
que fuit, quod (quidquid ſit, an Domini-
cus perfectè ſeruauerit arreſtum) tranſ-
greſſionem tamen, ſiuè animum tranſgre-
diendi excludebat petita, & reportata li-
centia ab eiſdem Conſulibus Agricultu-
ræ; & nihilominùs Granum à Tenuta Do-
mini Principis extitit, vt ſupra firmatum
fuit, translatum, & commixtum in Area
di *Cecafume*: Quamobrem, ſiuè reliquum
frumentum eſſet ibidem relictum pro ſe-
mine, quemadmodum contendebant De-
15 fenſores Domini Principis, ſiuè non, vti-
que ſemper incaleſcebat præſumptio de-
ſcendens à veriſimili exequutione Decre-
ti præcedentis in ea parte, in qua fuit ob-
ſeruatum, cùm eadem ſit ratio, & propor-
tio partis ad partem, quàm totius ad to-
tum, ad *Textum in leg. Quæ de tota, ff. de*
rei vindicat. cum concordantibus apud
Gratian. diſcept. 792 *num.* 4. *& diſcept.* 796.
num. 14. *Foſ. Vela diſertat.* 4. *num.* 20. &
alibi paſſim.

Super quantitate verò minor fuit con-
trouerſia, nam ſuppoſita identitate, etſi
etiam circà quantitatem exigatur oppor-
tuna probatio, attamen admiſſa ſubſtan-
tia rei in genere leuiores proculdubio ad-
16 mittuntur, & ſufficiunt probationes, vt
ait *Surd. conſ.* 94. *num.* 28. *Rota coràm Gre-*
gor. deciſ. 324. *num.* 4. *& deciſ.* 87. *numer.*
13. *part.* 6. *recent. & coràm Arguell. deciſ.*
44 *num.* 21. *& in Neapolitana Mercedis* 5.
Aprilis 1680. §. *Firmata, coràm clar. memor.*
Cardinali Matthaio.

Hæc autem probatio emerſit ex ipſa
oppoſitione mixturæ, quæ cùm efficiat, vt
non valeant ſingula Grana extricari, &
diſcerni, efficit è conuerſo, vt quando ſci-
mus, quod totum Granum fuit commix-
tum, inquirere ſolùm debebamus quan-
tum in vnaquaque Tenuta fuerit ſatum:
Et quia ſatum (non data aliqua differen-
tia, & ratione) veriſimilitèr promanat à
ſeminis quantitate, hinc cùm ageretur de
bonis, ſeù Tenutis nullo inter mediante
finitimis, haberetur autem præcedenter

ex Teſtibus, quota pars Terreni Domini Principis ſemen receperit, & reſpectiuè ex Peritis quantum ſemen immitti conſueuerit in huiuſmodi quota Terreni, benè ex Iudicio Agrimenſorum inuentum eſt, quod Dominicus Conductor ſiuè Aſſictuarius effuderit pro ſemine ſupra Tenutam Domini Principis rubra 282. quamobrem dum ex oppoſito conſtabat de eo-
17 dem ſemine in bonis Dominorũ de Aſtallis fuiſſe conſparſa rubra centum circitèr, hinc ex præmiſſa Arithmetica, & legali illatione proportionabili partis ad partem, per regulam, quam nuncupant auream, conſtitit, tres ferè ex quatuor partibus frumenti in Horreo repoſiti pertinere ad Dominum Principem, deducta tamen quantitate rubrorum 18. veluti deficiente ad tertiam partem, ſeù centenariũ implendum, iuxta facilem calculationem in exequutione, ſiuè reſtitutione faciendam; & eò magis, quia pluſquam ad ſcrupuloſitatem Domini aduerterunt, nil eſſe de medio ratione extrinſeci infortunij, vndè ſemen, quod cecidit ſuper Terreno Domini Principis, minus protulerit, quàm illud ſuper Tenuta Dominorum de Aſtallis; quinimò Teſtes Agrimenſores, ac Mercatores retulerant, maioris bonitatis potiùs eſſe Terrena Domini Principis, quàm DD. de Aſtallis, & conſequentèr non poterat in his vllo modo præſumi minor fructus, vt in proximis terminis ponderat *Pacion. de Locat. cap. 19. num. 187. & ſequen. Rota coràm Merlin. deciſ. 483. nu. 7. & deciſ. 672. num. 11. coràm Dunoz. Iun.*

Et ob id circa tertiam inſpectionem reſpectu mixturæ, & ob quam controuertebant Domini de Aſtallis exercitium reſeruationis Dominij, ſeù potioritatis ſuper frumento ampliùs numericè non diſcernibili, Domini de plano tranſierunt
18 cum fundamentis præteritæ *Deciſionis*: Quamuis enim Scribentes pro Dominis de Aſtallis iterum inſtaurarent obiectum fundatum in Cenſura *Text. in leg. ſi alieni nummi ff. de ſolut.* prætendendo, quod ipſa mixtura effeciſſet, vt per illam quodammodò contrectationem tranſiuerit Dominium in commiſcentem, & reſpectiuè commodum illius Creditorũ, adeo vt non foret deinceps aptabile remedium rei vindicationis, vel ſpecialis hypothecæ, iuxta *Authoritates recenſitas in Deciſione præcedenti §. Minus ſubſiſtente*, & adiungerent, idipſum procedere extra caſum, in quò loquitur *Text. in d. l. ſi alieni*, nimirum etiam in cæteris ſpeciebus, rebuſque venalibus ex identitate rationis, quaſi quod quemadmodum in nummis ſimul immixtis intrat tranſlatio Dominij in commiſcentem, & reſpectiuè impoſſibilis efficitur identitas omninò iuſtificanda in rei vindicatione, vel exercitio ſpeciali hypothecæ, hoc ipſum ſanè contingat in reliquis ſpeciebus, ad id adducendo *Surd. conſ. 135. num. 173. & conſ. 528. num. 3. Menoch conſ. 315. nu. 9. Ger. Spin. conſ. 60. per tot. Facchin. lib. 11. contr. cap. 51. Carol. Anton. de Luc. ad Gratian. diſcept. 897. numer. 1. in fin.*

Placuit nihilominus reſponſio data, quod, quatenus pertinet ad rationem identitatis, etiam in pecunijs ſæpiùs (ex illa æquitate, quam magna Tribunalia amplectuntur) admittitur probatio coniecturalis, ex adductis ſuperiùs ſub §. *Hinc videmus*. Quo verò ad alteram rationem tranſlationis dominij, quotieſcumque ci-
19 trà conſenſum ipſius Domini res fuit contrectata, & commixta, factum Tertij, & maximè probabilitèr culpoſum non eſt aptum ad impediendam rei ſuæ vindicationem, per *Text.* indiuidualem *in l. idem Pomponius 5. ff. de rei vindic. & in §. quod ſi frumentum, inſtit. de rer. diuiſ. ibiq; Conrad. Ritcershus, verſ. cum ergo conſtet, & Gaſp. Manz. n. 5. & ſeqq. Georg. Struu. in Pandect. exerc. 33. Theſ. 22. Gregor. Bicc. rer quotid. ſect. 3. nu. 31. Io. Coppen. pract. obſer. lib. 1. obſer. 74. ſub n. 7. Leotard. de vſur. quæſt. 95. num. 9.* itaùt, nè idem factum Tertij, vel culpa noceat Domino, etiam data impoſſibilitate ſeparationis Iudex, induendo prædictam æquitatem, illam facere teneatur per oculos intellectus (vt ſupra factum fuit) pro ea veriſimili quantitate, quæ rationabili eius arbitrio magis congrua videatur, vt proſequit. *Gaſp. Manz. in d. §. Quod ſi frumentum nu. 11. & ſeqq. Menoch. de arbitr. caſu 152. per tot. Cyriac. contr. 89. num 8. & 9.* & præter hos cæteri plenè relati *in deciſ. quæ reuidetur ſub §. Non ſuffragante.*

Et ita concluſum fuit, vtraq; Parte acerrimè informante &c.

AR-

ARGVMENTVM.

CAmbium quando validè ſit initum ex pretio mercium. Fructus cambij an debeantur poſt decoctionem Mercatoris. Decoctio quando dicatur probata.

SVMMARIVM.

Cambium ex pretiò mercium quando validè contrahatur num. 1. 2. & 3.

Simulatio ex quibus arguatur num. 4.

Fructus cambij an debeantur poſt decoctionem numer. 5.

Decoctio quomodo ſit probanda num. 6. & 16.

Littera cambij quando non ſunt ſoluta datur regreſſus contrà ſcribentem num. 7.

Fideiuſſor tenetur ac ſi ipſe principalitèr contraxiſſet num. 8.

Fideiuſſor quando liberetur per mutationem perſonæ num. 9 & 10.

Scribens litteras cambij quando poſsit reuocare mandatum etiam in præiudicium giratarij exceptione non numeratæ pecuniæ num. 11.

Declara num. 12. 13. & 14.

Littera cambij poſſunt continere plura mandata num. 12.

Contrahens cum adiecto, alio mandante, dicitur contrahere cum mandante num. 13.

Mandatum cambiandi per decoctionem intelligitur reuocatum num. 15.

Decoctioni proximi contractus quando irritetur num. 17.

Rota Romana variauit in caſu de quo agitur numer. 18.

Cambia, & recambia, ſiuè fructus non debentur, dummodò non conſtet de realitate cambiorum num. 19.

Declara num. 20.

Stante pacto, quod fructus cambij debeantur vſque ad totalem ſortis reſtitutionem ſunt ſoluendi vſque ad diem adimplementi numer. 21.

Et quando dicatur repetitum dictum pactum numer. 22.

Correctio in eodem actu eſt euitanda num. 22. & 24.

Nouatio excluditur ex proteſtatione ſeruandi conuentionem num. 23.

Quæ fuerunt inducta in fauorem non ſunt retorquenda in odium num. 25.

Concordanda eſt ſcriptura num. 26.

Obſeruantia inſeruit ad declarandum contractum etiàm in materia vſurarum, & quomodo numer. 27.

VOTVM LXXXXIX.

NOn eſt in hac cauſa controuertenda communis diſtinctio, quæ paſſim traditur in materia cambij ex pretio mercium creati, ſcilicèt aut contractus initus bona fide habet relationem ad merces præcedentèr venditas, ac æſtimatas iuſto, & rationabili pretio, hoc caſu cam-
1 bia ex mercibus creata valida reputantur; aut verò contractus fuit ſimulatè factus mala fide cum exceſſiuitate pretij mercium, & in iſta hypotheſi cambia ex mercibus creata dicuntur illicita, de qua materia tradunt *Valenzuol. conſ. 62. num. 2. & ſeq. Leotard. de vſur. quæſt. 24. nu. 21. Gayt. de credit. cap. 2. tit. 7. quæſt. 6. num. 2211. Roderic. de ann. redit. lib. 1. quæſt. 13 nu. 9. & ſeq. & Rota in Romana cambiorum 11. Maij 1682. coràm bo. me. Rondinino, & 10. Martij 1690. coràm R. P. D. Caprara.*

Quod autèm in caſu, de quo agitur omninò deficiat mala, & è contrà euiden-
2 tèr concurrat bona fides deſumitur ex eo, quod merces fuerunt æſtimatæ, & quidem rationabili pretio, & de tempore contractus, cui notabili circumſtantiæ additur qualitas contrahentium optimæ famæ, ac etiã quod contractus fuerit celebratus publicè, & palam, ex quibus excluditur omnis ſimulatio proùt admittitur etiàm in dicta Romana cambij, in qua in tantum Rota reſpondit prò nullitate contractus, quia apparebat factus in manſiun-
3 cula poſita ſub apothecà quaſi in abſcondito, aderat publica vox, & fama prò ſimulatione, agebatur de callido negotiatore, & ſolito facere ſimiles contractus palliatos, & è contrà recipiens dictum pre-
4 tium ad cambium, erat iuuenis omnino inexpertus, quibus addebatur exceſſiuitas pretij mercium, & ideò de ſimulatione dubitari non poterat.

Poſita igitur validitate cambij, concedendum eſt etiàm illius fructus deberi vſq; ad diem integræ ſortis reſtitutionem latè *Rot. in Romana cambij 26. Iunij 1697. corã R. P. D. Anſaldo* non obſtante, quod poſt decoctionem Mercatoris, non ampliùs debean-
5 tur fructus cambij; quia opus mihi non

fuit

fuit examinare hanc quæſtionem, quàm diffusè tractant *Marot. diſcept. 34. num. 26. Rot. reſponſ. 41. per tot. lib. 1. & poſt ſecundũ volum. tit. de decoction. & mercat. notat. 95. num. 272. & ſeq. Scac. de camb. §. 1. quæſt. 7. part. 2. ampliat. 8. ſub num. 100. Capyc. Latr. deciſ. 133. per tot. cum alijs apud R. P. D. Anſald. de comer. diſc. 87. à num. 26. Rot. deciſ. 229. num. 6. par. 18. recent.* licèt Scribentes prò Franciono, & affirmatiuam opinionem tuentes addebant aliam concluſionẽ, quod poſt finitum, & diſdictum cambium adhùc debeantur fructus ſaltèm vti damna, & intereſſe, quando fructus fuerint conuenti vſque ad totalem reſtitutionem capitalis iuxtà Votum Mazzoni *impreſ. in deciſ. 33. num. 12. & 13. poſt conſ. Ramon. part. 2.* Quoniam quidquid ſit in iure de hac opi-
6 nione ceſſabat in facto omnis difficultas, cum probata non fuerit aſſerta mercatoris decoctio, quæ non reſultat ex mandatis ſuſpicionis fugæ contrà eumdem relaxatis, nec ex litteris proteſtatis, quæ cuicumque publico Mercatori cõtingere poſſunt etiàm ſine decoctione prout latè ponderatum fuit *à Rota in Bononien litterarum cambij 19. Iunij 1690.* coràm *Reuerendiſsimo Vrſino §. neque.*

R. P. D. VRSINO.

Bononien. Litterarum Cambij.

Lunæ 19. Iunij 1690.

Litteræ Cambij ſcutorum 500. auri marcharum, quas hæredes Iulij Caroli Guidetti Mercatores Mediolanen. ſub die 19. Septembris 1685. direxerant Io: Baptiſtæ Germano Mercatori Veneto ſoluendas in nundinis Sanctorum in Platea Nouij „ *all' ordine, e ſenza procura di Marco Studendoli* „ Ab iſto cum ceſſione, ſiuè girata in albo ſub die 20. Octobris ſubſequentis tranſmiſſæ, atque aſſignatæ fuerunt Iacobo Mariæ, & Io. Baptiſtæ de Zagnonis Mercatoribus Bononiæ *per ricapito*, vt vulgò dicitur inter Mercatores, & in locum ſolutionis duplarum 250. ad fauorem Franciſci Anichini demandatæ, & deindè à Zagnonis venditæ Io: Franciſco Dauiæ, præſentatę tandem ab iſto fuerunt in nundinis Noui d. Io: Baptiſtæ Germano, cui erant directæ. Verum quia hic dictas litteras ſoluere recuſauit ſub eo prætextu, quod per Studendolum nunquam ſoluta fuerat *la valuta Zagnoni* reſtituto pretio Dauiæ, ac reportata ab eo quatenùs opus ſit ceſſione iurium vigore ordinis ab ipſo Dauia proteſtati, intentarunt regreſſum contra Guidettos ſcribentes, atq; à Iudicibus Mercatorum Bononiæ obtinuerunt ſequeſtrum ſuper nonnullis mercibus; eoque relaxato per fideiuſſionem, ſeu cautionem Io: Stephani de Fortibus, & deindè aſſumpta diſputatione cauſæ, eaque ab incidenti per appellationem deuoluta ad R. P. D. meum Caualleriuũ tunc A. C. Locumtenentem, nunc autem meritiſſimũ ſac. huius Auditoris collegam reportarunt ab iſto mandatum exequutiuum tam contra Guidettos principales debitores, quàm etiam contra Io: Stephanum de Fortibus fideiuſſorem, à quo cum interiecta fuerit appellatio, illiuſque cauſa per Signaturam Iuſtitiæ mihi delegata cum clauſula ſuſpenſiua exequutionis iuxta præſcriptũ dictę commiſſionis hodiè dubitaui, an mandatum A. C. eſſet exequen. & Rota in ſententiam inclinauit affirmatiuam.

De validitate namque mandati non fuit dubitatum. De iuſtitia autem clarè conſtitit ex vulgata iuris concluſione, quod vbi, prout hic, litteræ cambij redeunt à Nundinis proteſtatæ, & non ſolutæ, mandatario, ſiuè illius ceſſionario competit regreſſus, ne dùm aduerſus ſcribentem ex
7 traditis communitèr *per Card. de Luca de camb. diſc. 22. num. 2. & 3. & de indic. diſc. 42. num. 27. & per Rotam Ianuen. deciſ. 8. num. 18. & 19 & deciſ. 50. num. 1. Bich. deciſ. 481. num. 17. & ſeq. & in recen. deciſ. 334. num. 1. & 2. par. 5. & deciſ. 118. nu. 5. & ſeq. coràm SS. D. N.*

Sed etiam contrà Io: Stephanum in fideiuſſorem aſſumptum, in quem pertran-
8 ſijt omnis obligatio hæredũ Guidetti perindè, ac ſi à principio fuiſſet cum ipſo contractum ad *Textum in l. prima, & tot. tit. C. de fideiuſſ. & dicit Rota in deciſ. 366. nu. 40. part. 18. rec. vbi plures concordantes.*

Nec ſolutionem debiti effugere poteſt Io: Stephanus fideiuſſor ſub eo fundamento, quod ipſe cautionem præſtiterit de ſtando iuri, & iudicatum ſoluendo ad fauorem illorum de Zagnonis die prima Decembris 1685. de quo tempore cum creditum ſcut. 500. eſſet proprium Io: Fran-

eiſci Dauiæ, qui ſoluto pretio, ordinem,
ſeu litteras cambij emerat, & ab iſto de-
indè ceſſum fuerit dd. Zagnonis de anno
1686. longè poſt fideiuſſionem. Hæc tam-
quam reſtricta ad perſonas eorumdem de
Zagnonis, & ad illorum creditum præſens
extendi non valeat ad perſonam diuerſam
Dauiæ, quam per dictam ceſſionem repræ-
9 ſentant ad tradita per *Menoch. conſ.* 119.
num. 6. *& ſeq. Henriq. de fideiuſſ. cap.* 20.
num. 44. *& ſeq. Gratian. diſcept.* 3. *ſub nu-
mer.* 26. *verſ. vltimo Fabr. & Cornaz. deciſ.*
28. *num.* 3. Nec minus ad creditum futu-
rum, & ex poſt acquiſitum *Anna alleg.* 145.
num. 2. *cum alijs pluribus relatis per Cyriac.
contr.* 285. *num.* 5. *& ſeq. Palma conſult.* 41.
num. 18. *& ſeq. & Salgad. in labir. cred. p.* 2.
cap. 6. *num.* 36. *& ſeq.*

Nàm cùm litteræ cambij à Zagnonis
ceſſæ, ſiuè giratæ Dauiæ non fuerint in
nundinis ſolutæ à Germano, cui erant per
Guidettos directæ, & exindè Dauia fuerit
à dd. Zagnonis reintegratus de pretio ſo-
luto ſubſequuta ceſſio per ipſum facta ad
fauorem eorumdem de Zagnonis nõ ope-
10 ratur translationem noui iuris, ſed reſol-
uitur in meram recognitionem bonæ fidei.
Cumque emanauerit per viam declaratio-
nis, & facta deſuper fuerit ad meram cau-
telam, & quatenus opus ſit, vt conſtet ex
lectura dicti actus dati *in Summario Acto-
rum num* 7. ſatis oſtendit quod creditum
vſque à ſui initio, & ſic antè huiuſmodi
fideiuſſionem pertinebat ad dictos de Za-
gnonis iure proprio ex firmatis per *Rotam
in deciſ.* 577. *num.* 4. *coràm Merlin & de-
ciſ.* 392. *antè num.* 1. *verſ. Quamuis enim
coràm Dunoz. iun. & deciſ.* 323. *num.* 3. *coràm
Celſo.*

Multòque minus ab exequutione dicti
mandati ſe eximere valent hæredes Gui-
detti ex eo, quod Marcus Studendolus, de
cuius ordine dictę litterę cambij fuerunt gi-
ratæ, nunquã ſoluerit illarũ valorẽ, adeoq;
re integra, & antè aduentum Nundinarum,
11 potuerint ipſi ſcribentes mandatum reuo-
care, atque ſe modo tueri exceptione non
numeratæ pecuniæ, quæ ſcribenti etiam
competit, nedum contra Studendulum
mandatarium, ſed etiam contra Dauiam,
Zagnonos ipſius giratarios, ſeu ceſſiona-
rios, alioſque cauſam ab eo habentes ex
quocumque titulo, & cauſa, ſiuè lucrati-
ua, ſiuè etiam onerosa iuxta ea, quæ tra-
dunt per *Cancer. var. lib.* 2. *cap.* 6. *à num.* 78.
cũ duobus ſeq. Olea de ceſſ. iur. tit. 6. *quæſt.* 11.
num. 3. *& ſeq. Rocc. reſp.* 3. *num.* 2. *&* 12.
lib. 1. *& Mantic. deciſ.* 77. *num.* 1. *&* 2.

Etenim obiectum vrgeret quoties litte-
ræ eſſent ſcriptæ ad fauorem Studendoli,
& ab iſto alijs giratę; Tunc enim omnes
exceptiones quæ cõtra ipſum opponi poſ-
ſent, competerent etiam aduerſus ceſſio-
narios, ſiuè giratarios, qui illius fidem
ſequuti fuerunt, in quibus terminis proce-
dunt auctoritates ſupeiùs relatæ. At non
ità in caſu præſenti, in quo dictæ litteræ
diuerſo modo conceptæ leguntur, & per
hæc verba præciſa: *Pagate per queſta prima
di cambio all' ordine ſenza procura di Marco
12 Studendoli ſcudi* 500. *marche contici*: cum
enim litteræ cambij, quæ plura poſſunt
continere mandata, vt eſt notum in praxi,
& Turr. de camb. teſtat. diſp. 2. *q.* 5. *nu.* 8. *&
ſeq. & n.* 36. *&* 37. ſub hac forma cõceptę
duplex inuoluant mandatum, primum ſci-
licet ipſi Studendolo, vt poſſet ordinare
cui vellet fieri ſolutionem, & ſecundum
Io: Baptiſtæ Germano, vt ſolueret ei, cui
ordinaſſet dictus Studendulus, & iſte vten-
do hac facultate ſibi in ſui gratiam cõceſſa
ex cauſa onerosa deuenerit ad nominatio-
nem illorũ de Zagnonis, ordinando ſolu-
tionem ad fauorem eorumdem. Duo exin-
dè neceſſariò ſequuntur. Alterum ſcilicet,
quod per dictam ordinationem, & giratio-
nem ordinis mandatũ in priori parte Stu-
dendolo attributum fuerit conſumptum,
& adimpletum, & exindè in totum effe-
ctum fuerit irreuocabile ad tradita per
Peregrin de fidicomiſſ. art. 44. *num.* 37. *&
Roſa deciſ.* 15. *num.* 11. *part.* 16. *recent.* Al-
terum autem, quod dicti Zagnoni ſoluen-
do valorem litterarum Studendolo ſequu-
ti non fuerint fidem illius in proprio, ſed
vti Procuratoris, & Mandatarij hæredum
de Guidettis ſcribentium, qui poteſtatem
contractandi dictas litteras, & de eis di-
ſponendi, ad fauorem alterius eidem Stu-
dendolo conceſſerunt ad *Text. in l. litteras,
C. Mandati*, quem in terminis mandati per
litteras refert, & ſequitur *Peregr. conſ.* 88.
nu. 1. *lib.* 6. & citato *Bald. in l. ſi vltra nu.* 1.
C. de fideiuſſ. benè *Gob. conſult.* 90. *num.* 2.
& 3.

Ex his adſtipulatur alia concluſio ap-
primè congrua, quod contrahentes cum
13 adiecto, alio mandante, non dicuntur,
nego-

Digitized by Google

negocium feciſſe eum ipſo adiecto, ſed cum ſcribente, ſiuè mandante per *Text. in l. Si quis 6. §. Ex hoc edict. de eden.* ibi: *pertinere autem videtur ad me ratio, ſi modo etiam tractaueris me mandante*, quod, & firmat *Turr. de camb. diſput. 2. quæſt. 6. num. 10. 11. & 12.*

Hoc autem poſito eiuſdem fit, quod reuocatio mandati, ſeù ordinis ex cauſa non ſoluti valoris per Studendolum, nullum inferre potuit præiudicium Zagnonis tanquam facta te ampliùs non integra, & poſt quæſitum ipſis ius contra ſcribentes, quorum fidem ſequuti ſunt, vt firmat *Rota Ianuen deciſ. 73. nu. 2.* & comprobat magis vniuerſale iudicium Mercatorum inſignium Platearum à R. P. D. meo Caualleriro pro inſtructione animi in priori in-
14 ſtantia exquiſitum, & vniforme ſuperiùs firmatis, quod in hac materia litterarum cambiorum, & rationis Bancharíæ ſequi *Rota* non dedignatur, *vt in deciſ. 123. num. 3. part. 13. & deciſ. 80. num. 4. part. 18. recent. & coràm Priolo deciſ. 173. num. 3. ac nuper in Romana Mercium 14. Martij 1689. §. Quia obiectum in fine coràm R. P. D. meo Caccia.*

Minuſque ſubſiſtit, quod Studendolus ordinem, ſeu litteras cambij traxerit dd. Zagnonis poſt ſequutam eius decoctionem, atque ideò inualidè, & ſine mandato, quod ipſo iure intelligitur reuocatum ſtatim incæpta decoctione. Etenim litte-
15 ræ à Guidettis ſcriptæ fuerunt 19. Septembris, iſtæ autem tractæ, ſeu ceſſæ noſcuntur per Studendolum Zagnonis ſub die 20. Octobris immediatè ſequen. decoctio autem eiuſdem Studendoli euenit 22. Decembris ex Decreto Senatus Veneti, vt patet ex *Summar. actor. num. 1. 2. & 8.* ſicque ex combinatione temporum patet litteras ceſſas fuiſſe de tempore omninò habili, & non ſuſpecto.

Neque contrarium ſuadent præcedentia inditia latentis decoctionis ex parte reorum adducta, & deſumpta ex mandatis ſuſpicionis fugæ, & litteris proteſtatis
16 contra eumdem Studendolum ante diem 20. Octobris, qua ordo Zagnonis fuit tractus, ſiquidem cum modo agatur cum tertio, decoctio in illius præiudicium non dicitur ſatis probari ex mandatis ſuſpicionis fugæ, vel ex litteris proteſtatis, quæ cuicumq; publico Mercatori poſſunt abſq; decoctione contingere, vt monet *Card. de Luca de camb. diſc. 25. num. 4. in fine, & num. 8. verſ. Siquidem, & num. 13. Carolus Anton. de Luc. ad Gratian. diſcept. 569. ſub num. 7. §. Cæterum verſ. aliter*, ſed concludenter probanda eſt, vel per confugium Mercatoris ad Eccleſiam ſequeſtrationem effectuum, & clauſuram Tabernæ irretractabiliter, vt dicit *Rota coram Coccin. dec. 2326. num. 7. & ſeq. & deciſ. 76. num. 6. & deciſ. 85. num. 18. part. 15. recent.* vel per formalem ceſſionem bonorum, & fori, vt per *Text. in §. Item ſi quis inſtit. de ſociet prob. Rota in deciſ. 2041 num. 3. & 4. coràm Coccin. & deciſ. 229. num 8. & 9. & deciſ. 455. num 4. & 5 part. 18. recent.* Vel demùm per ſententiam Iudicis, vt ſubdunt *Straccha de decoct. part. 2. num 1. & 4. & Rota deciſ. 188. num. 12. part. 10. & d. dec. 229. num. 10. & deciſ. 455. num. 5. part. 18. recent.*

Tantum autem abeſt, quòd ſub antedicta die 20. Octobris prætenſa decoctio tertijs innotuerit per actus ſuperius relatos, vel alios conſimiles, vt nec etiam probabiliter timeri, aut ſuſpicari potuiſſe probatur ex longè poſt ſubſequuta de-
17 claratione facta à Io. Baptiſta Germano, cui dictæ litteræ erant directæ, iſte enim de mandato hæredum Guidetti duobus ferè menſibus poſt ceſſionem litterarum factam à Studendolo recuſauit ſoluere pecunias in illis tractas; non quidem ex cauſa decoctionis, vel probabilis timoris eiuſdem, quam vtrique allegaſſet, ſi verè Studendolus per duos menſes antè, vt prætenditur decoxiſſet, ſed ex minùs releuanti cauſa non ſequutæ ſolutionis valoris earumdem, quæ ex iàm dictis nihil ſcribentibus profuit. Exindè namque validum argumentum eruitur, quod in principio menſis Decembris adhùc tertijs non innoteſcebat decoctio de proximo ſubſequuta, nimirum ſub die 22. eiuſdem menſis ſub hoc prætextu irritari non poſſunt actus decocti per duos ferè menſes præcedentes decoctionem, qui ad ſummum de colluſione, vel fraude redduntur ſuſpecti intra breue terminum decem, vel 15. dierum, vt aduertit *Rota coràm Buratt. deciſ. 9. num. 2. & deciſ. 85. num. 14. & deciſ. 295. num. 15. part 15. recent.*

Et ità Partibus hinc indè Informantibus reſolutum fuit, &c.

Digitized by Google

R. P. D. ANSALDO.

Romana Cambij.

Mercurij 26. Iunij 1697.

HOc ſibi fortaſsè præcipuum vindicat
Sac. Romanæ Rotæ Tribunal, quod
quemadmodum in alijs Curijs citrà admi-
rationem facilè, paſſimque contingit, vt
quod fuerit ab vno Iudice (diuerſo ta-
men) definitum, ab alio reuocetur, idi-
pſum frequentiſſimè accidat in noſtro Au-
ditorio, nedum occaſione receſſus à Deci-
ſis, qui ab eiſdem perſonis, ſeù Iudicibus
practicatur antè prolationem ſententiæ,
ex ea animi docilitate, quam ſibi à Sum-
mo Deo deprecabatur Salamon, verùm
18 etiam infirmando ſententias latas qui-
dem in eodem Conſiſtorio, ſed per diuer-
ſas perſonas in præcedenti Sede, ſiuè
Turno conſtitutas, iuxtà illam ingenio-
rum, quamuis vndequàque Sapientum,
integrorumque varietatem, de qua poſt
Vatem in illo Carmine—

Velle ſuum cuique eſt, nec Voto viuitur vno,
eruditè in propoſito iudicandi meminit
*Io. à Sande in præfat. ad decif. Friſia circà
principium.*

Siquidem cùm vna, eademque Apoca
mutui, ſiuè Cambij exarata de anno 1656.
ad fauorem Nicolai per Horatium, ſub
fideiuſſione, ſiuè obligatione ſolidali clar.
mem. Iulij Cardinalis Sacchetti pro illa
obſcuritate verborum, quam in ſui litte-
ra præſeferebat, fuerit ex cauſa fructuum
ipſius Cambij ſub Iudice coram R. P. D.
Gomez, & ab eo (præuia Commiſſione
manu Sanctiſſimi ſignata) Rota conſulta
pro voto cenſuerit, proponente, vt moris
eſt, Reuerendiſs. D. meo Decano, fructus
non deberi poſt nouem menſes à Die con-
fectæ Apocæ, ex rationibus inſinuatis in
Deciſione edita 8 *Feb. currentis Anni coràm
eodem Reuerendiſs. Decano*, cum ſucceſſiua
expeditione Voti, ſiuè ſententiæ; appel-
lante nihilominùs Barone Angelo Nico-
lao hærede, ac propoſito per me ſub ho-
dierna Die dubio— *An ſententia per R. P.
D. Gomez de voto S. Rota lata eſſet confirman-
da, vel infirmanda*, exiſtimarunt Domini,
& fundamentis, quæ ſibi potiora viſa ſunt,
reſpondere pro infirmatione.

Quamuis enim regularitèr Cambia, &
Recambia, ſiuè quicumque fructus Cam-
biorum ex cenſura Conſtitutionis ſa. mem.
19 Pij V. *la* 118 reddantur prorsùs damna-
biles, & illiciti abſque realitate, quam
nuncupant ſpacciorum, quæ de ſtylo per
Mercatores tranſmittuntur ad Nundinas,
vel Platæas, itaùt ſaltem eadem ſpaccia
debeant pro parte Creditoris iuſtificari
per litteras redditus, ſicuti millies prote-
ſtata eſt *Rota* (vt decet ad Tribunal Eccle-
ſiaſticum) inimica etiam nominis vſuræ,
& ſignantèr apud *Vbald. Iun. dec.* 147. *nu.* 1.
part. 3. *& coràm Durano deciſ.* 32. *num.* 20.
& 21. *Peutinger. deciſ.* 95. *num* 1. *Bich.
deciſ.* 191. *num.* 9. *& coràm Carillo dec.* 282.
num. 3. *& coràm Card. Celſo deciſ.* 142. *nu.*
6. *& in Mediolanen. Cambij* 18. *Martij*
1654. *coràm bon. mem Veroſpio, & dec.* 775.
num. 9. *part.* 18. *recent. & præter has reliquæ
in Deciſione Reuerendiſs. Domini mei Decani
ſub initio.*

Attamèn quotieſcumque Debitor, qui
pecunias ad Cambium recepit, egredien-
20 do terminos Mutuatarij aſſumit figuram
quoque Procuratoris, ſeù Mandatarij,
ſuſpiciendo in ſe onus tranſmittendi pe-
cunias à ſe receptas, vel tantundem ad
Nundinas, & Platæas, & deficit in im-
plendo huiuſmodi munus, tunc iure meri-
to ratione damnorum, & intereſſe, quæ
pateretur Creditor fraudatus à ſuo Man-
datario, poteſt is ab eodem mutuatario le-
gitimè conſequi (niſi fructus limitauerit
ab beneficium debitoris) Cambia, & Re-
cambia, quia nimirùm iſta fuiſſet conſe-
quutus, niſi Debitor in ſuo munere defe-
ciſſet, ſicuti limitando regulam præmiſſam
habetur ex *Caſtald. conſult.* 88. *num.* 4. *&*
5. *Card. de Luca de Camb. diſc.* 9. *ſub num.* 1.
§. *Et quamuis, Rot. deciſ.* 506. *num.* 6. *coràm
Dunozett. Iun. & deciſ.* 191. *num.* 7. *& ſeqq.
coràm Bichio, & deciſ.* 706. *num.* 1. *coràm
Card. Cerro, & deciſ.* 392. *num.* 1. *part.* 16.
& deciſ. 231. *num.* 13. *&* 14. *part.* 17. *rec.
& in Romana, ſeù Tudertina Cambiorum* 19.
Ianuarij 1680. §. *final. confirmata* 5. *Maij*
1681. *coràm clar. mem. Card. Vicecomite.*

Applicando igitur ad rem noſtram, ſiuè
Apocam controuerſam, tota quæſtio erat,
verum in caſu Regulæ, vel limitationis
21 verſaremur, videlicet an Horatius, qui
pecunias receperat à Nicolao, illas rece-
piſſet cum onere illarum tranſmiſſionis
ad Nundinas non ſolùm per ſpatium no-
uem

uem menſium, ſuper quo nulla cadebat diſputatio, ſed etiam vſque ad integram reſtitutionem ſortis per tempus ſucceſſiuum, & illimitatum: Opinati verò ſunt Domini, quod contractus Mandati contentus in Apoca nullatenus ad nouem menſes reſtringeretur, ſub eo præcipuo fundamento, quod & ſi promiſſio reſtituendi ſummam receptam legeretur conuenta ad terminum nouem menſium, itaut eodem termino durante nequiret Horatius cogi ad reſtitutionem per illa verba Apocæ - *prometto reſtituire la detta ſomma al detto Sig. Nicolò frà meſi noue proſſimi auuenire, e poi ad ogni ſuo piacere* -- Nihilominus ſuſceptio oneris girandi per Nundinas, & Platæas, ſiuè per Cambia, & Recambia eſſet illimitata, & indefinita, donec ſcilicet, & quouſq; Horatius quantitatem receptam reſtitueret, vt ibi — *prometto, e mi obligo di trarre, e mandare l' equiualente delli ſcu. 5000. per le Fiere, e Piazze d' Italia, e cambiarli, e ricambiarli, per le medeme Fiere, e Piazze, ſino à tanto, che farò detta reſtitutione* — proindèque cum obligatio aſſumpta per Horatium foret relatiua ad reſtitutionem, de plano videbatur ſequi, quod non facta eadem reſtitutione duraret paritèr obligatio, & conſequutiua neceſſitas correſpondendi de fructibus Cambiorum ratione damnorum, & intereſſe per ea, quæ in terminis valdè proximis dictum fuit *in deciſ.* 315. *num.* 1. *& ſeqq. coràm Pentinger. & deciſ.* 264. *numer.* 13 *&* 14. *part.* 5. *recent. deciſ.* 71. *num.* 7. *deciſ.* 119. *num.* 2. *& deciſ.* 229. *num.* 3. *&* 4. *part.* 18. *recent.* cum alijs, quæ adnotantur in *modern. tractat. de Commerc. & Mercatur. diſc.* 63. *num.* 45.

Nec refragari cenſuerunt Domini, quod ſucceſſiuè in eadem Apoca ſtabilitum fuerit inter Partes de nouo, & independente contractu tranſactis nouem
22 menſibus, ſiuè tribus ferijs, abſque repetitione eiuſdem oneris ſuſcepti à Mutuatario de cambiando proprijs ſumptibus, & incommodo, vt ibi -- *e paſſate le ſudette trè Fiere, e non gli hauendo reſtituiti li ſudetti ſcut.* 5000. *nel termine ſudetto, voglio eſſer tenuto à pagarli li cambij, e recambij à Cambio corrente ſino all' entiera, & effettuale reſtitutione delli ſcu.* 5000. *e delli Cambij decorſi, e non pagati, perche coſì &c.* Exiſtimarunt etenim, ſubintelligi, vel durare eamdem obligationem, quam ſubire voluerat Horatius (iuxtà verba in præcedenti Paragrapho regiſtrata) vſque ad integram ſortis reſtitutionem, & in tantum fuiſſe factam differentiam vnius temporis reſtricti ad tres Ferias, ac illimitati, & indefiniti, in quantum placuit Creditori in gratiam debitoris in primo termino trium feriarum limitare cambium ad ſcuta quatuor cum dimidio, ſed non impleta tunc promiſſione reſtituendi, fructus in quamdam pœnam contumaciæ, ſeù moræ in reſtituendo deflectere deberent ad ordinarium eorum decurſum Cambiorum, & Recambiorum, firma tamen remanente ſemper aſſumptione oneris cambiandi facta per Debitorem, ex his, quæ proſequendo eoſdem terminos motiuantur, & reſpectiuè reſpondetur *in d. diſc* 6:. *num.* 45. *de Commerc. & Mercat.* aliàs namque Partes, quæ toties profeſſæ ſunt Cambium duraturum vſquè ad totalem ſortis reſtitutionem, incontinenti ſe correxiſſent, quod vtique non eſt præſumendum, immò ſemper ad euitandam correctionem capienda eſt quælibet Interpretatio, vt poſt *Text. in l. non ad ea ff. de condit. & demonſtrat.* benè firmatur in *Romana Cambij* 14. *Ianuarij* 1689. *&* § *quoniam lectura, & ſignanter* §. *Vltra quod, cor. m R P D. meo Molines*, vbi alterius referuntur *prædicta deciſ.* 119. *&* 229. *part.* 18. in quibus apparet receſſum *à Deciſionibus Cardinalis Cerr. & Ninot.* ſæpius allegatis in *Deciſione Reuerendiſs. Decani*.

Fortiùs verò, quià tantùm abfuit, vt cogitari potuerit, Partes voluiſſe ſeſe incontinenti corrigere, quinimmò liquet ex verbis ſubſequentibus eiuſdem Apocæ mordicùs inhærere ſategiſſe oneri cambiandi per Mutuatarium ſuſcepto, ibi -- *reſtando per ſempre fermo l' obligo da me fatto di fare andare, e tenere nelle Fiere, e Piazze d' Italia li ſcudi* 5000. *di maniera, che per la facoltà ſeguente, non s' intenda mai receduto dalla ſudetta conuentione, & obligo, ne io li-*
23 *berato dal peſo, & obligo di trarre, e far trarre li ſudetti ſcudi* 5000. *nelle Fiere, e Piazze, ſenza che detto Sig. Nicolò ſia tenuto di ciò à far diligenza alcuna:* Nil autem magis repugnat animo nouandi conuentionem, quàm expreſſa proteſtatio retinendi conſeruandique eamdem conuentionem, vt ait *Surd. conſ.* 345. *num.* 11. *verſ. multo minus*

Digitized by Google

nùs. Rota deciſ. 30. ſub num. 2. verſ. tùm, quia apertè conſtat part. 2. diuerſ. & dec. 316. nu 22. coràm Bich. & deciſ. 131. nu. 10. & ſeqq. coràm ſan. mem. Alexandro VIII. & in altera Romana Cambij 1. Iulij 1695. & 27. Ianuarij 1696. vtrobique §. 2. *coràm bon. me. Emerix*.

Parùmque releuare crediderunt Domini, quod huiuſmodi proteſtatio, ſeù præſeruatio iuxtà intellectum attributum *in Deciſione Reuerendiſsimi Decani*, & hodierna die per informantes pro hæredibus D. Cardinalis percuteret dumtaxat primùm caſum, ſeù terminum nouem menſium, quorum reſpectu conſenſerat Creditor, Cambium non excedere ſcuta quatuor cum dimidio, ibi--*perche per queſto, & à queſto effetto ſi è contentato di limitare il Cambio alla ſomma di ſcudi quattro, e mezzo*; Vltrà enim, quod ſuperflua extitiſſet huiuſmodi repetitio, ex quo ſatis abundè iam litteralitèr conuentuum fuerat, durante ſpatio nouem menſium onus cambiandi incumbere Mutuatario, ſeù Debitori, nihilominùs potiùs eadem præſeruatio videbatur opportunè adiecta ad denotandum, quod ex quo Creditor indulſerat pro primis nouem menſibus Cambia limitare, idcircò iure meritò incorreſpe-
24 ctiuitatem Beneficij Debitor exprimebat, quod non obſtante variatione Cambiorum à limitatis ad illimitata releuare intendebat beneuolum Creditorem à ſollicitudine Cambiandi, ideòque eò minùs præſumi poteſt correctio, quando etiam adeſt peculiaris ratio perſiſtendi in ipſa conuentione, vt proſequitur *Gratian. diſcept. 648. num. 8. & ſeqq. & ſignantèr ſub num. 11. verſ. cum præſertim*, cum alijs ſuperiùs allegatis in §. *Nec refragari*.

Idquè manifeſtiùs effici apparebat, quia antequam apponerentur illa verba præſeruatiua aſſumptæ ab initio obligationis cambiandi leguntur illa--*e per maggior cautela di detto Sig. Nicolò &c. li dò anco facoltà di poter cambiare, e ricambiare li ſcudi 5000. e farli cambiare, e ricambiare da altri Mercanti &c. ſenz' altra citatione, ò intimatione &c. promettendo ſtare alle partite de i loro libri &c.* quamobrem cùm euidentèr eluceat Partes intellexiſſe ad maiorem cautelam addere Iura Creditori, credibile non erat, eaſdem partes cogitaſſe minuere, vel tollere obligationem præ-
25 cedentem, quæ enim ſunt addita ad augendum fauorem, nequeunt vllo modo in odium retorqueri, reſiſtente ratione, & *Text. in l. quod fauore, C. de legib.* vt punctualiter obſeruat *Rot. deciſ. 706. num. 8. & deciſ. 737. num. 4. coràm Card. Cerro, & dicta deciſ. 229. num. 5. & ſeqq. part. 18. recent.*

Comperto itaque, quod cambiandi munus volitum, & aſſumptum à Debitore nequaquam fuerit reſtrictum ad terminum nouem menſium, ſed potiùs vſque ad totalem ſortis reſtitutionem ſæpiùs repetitam in Apoca, ſubiungebat vnus ex Dominis, quod illa (ſi quæ aderat) Apocæ obſcuritas, vel contradictio, ſiuè potiùs nimis ſtudioſa verborum replicatio, in hunc tamen ſenſum conſpirare poſſet, & reſpectiuè valerent conciliari gemini illi contractus, ſeu conuentiones ponderatæ in *Deciſione Reuerendiſsimi Decani*, nimirum in prima parte circa terminum nouem menſium, quod ſi Debitor beneficio limitationis ad rationem ſcutorum quatuor cum dimidio perfrui intendebat, adſtringeretur ipſe pecunias per Nundinas, ac Plateas girare, eodem verò termino præter lapſo, & ſic in ſecundo caſu quoties Creditor exigere optaſſet pro fructibus vltra rationem conuentam ad quatuor cum dimidio, obligaretur ipſe pecunias huiuſmodi tranſmittere, ſeu girare, & ob hanc rationem tranſactis nouem menſibus pro tribus ferijs cambium limitatum vertebatur incurrens, dabaturque Creditori facultas etiam abſque citatione cambiandi ad cambia rigoroſa; Iſtoque intellectu, ſeu conciliatione retenta, pacta, ac verba, quæ priùs videri poterant pugnantia, egregiè ad inuicem compatiebantur, com-
26 modamque recipere videbantur conciliationem, & concordiam prout ſemper faciendum eſſe monuit *I.C. in l. vbi repugnantia, ff. de regul. Iur.* & communiter *Canoniſtæ in cap. cum expediat de elect. in 6. Menoch. conſ. 455. num. 5. & 6. Altograd. conſ. 87. num. 20. lib. 1. Rota in Rauennaten. ſeu Fauentina Cambij, coràm Card. Cerro deciſ. 762. num. 6.* & alibi paſſim.

Ad ſtipulantibus poſtremò etiam veriſimilitudinibus magnam præcordijs Iudicum vita inferentibus; Altera ſcilicet ſuperius tacta, ac etiam in *dicto diſcurſ. 65. nu. 45. de commerc. & merc.* nimirum quod ſi Ho-

ſi Horatius debitor honeſtū putauit ſubire
onus cambiandi, quando interim præfato
27 termino durante non poterat cenſeri mo-
roſus in reſtitutione ſortis, quare non ad
idem teneri debeat incurſa mora, ac ſorte
non reſtituta poſt nouem menſes. Et al-
tera deriuante ab obſeruantia, ex quo de-
bitor etiam effluxo tempore nouem men-
ſium abſque hæſitatione perſoluit huiuſ-
modi fructus cambiorum, licet enim, vt
fuerat reſponſum *in deciſione Reuerendiſſi-
mi Decani*, ſola obſeruantia deſeruire non
valeat pro legitimitate cambiorū, ex quo
nequeunt Partes licitum reddere, quod de
iure eſt illicitum, quando tamen dubitari
rationabiliter contingit, an quod fuerit
licitum, vel illicitum, obſeruantia ipſa
admodum inſeruit pro declaratione animi
contrahentium, vt in his ſpecialibus ter-
minis habetur *in deciſ. 829. num. 9. coràm
Dunozetto Iun. & in recent. deciſ. 199. &
256. vtrobique num. 12. part. 10. deciſ. 71.
num. 6. & deciſ. 229. nu 12. & ſeqq par. 18.
& deciſ. 706. num. 9 & ſeq. coràm Card Cer-
ro, & in dicta Romana Camby 14. Ianuary
1689. §. fin. coràm R. P. D. meo Molines.*

Ex ita vtraque &c.

ARGVMENTVM.

ONera reparationis Eccleſiæ, ac prouidendi Suppellectilibus Sacris eamdem Eccleſiam, quando ſpectent ad Commendatarium, & Monaſteria, ſeù potiùs ad Vicarium perpetuum.

SVMMARIVM.

Onera Suppellectilium, & reparationis Eccleſiæ ſpectant ad Commendatarium num. 1.

Amplia accedente obſeruantia num. 2.

Contrarium firmatur num. 3. & 4.

Maximè quando in Vicarium perpetuum fuerit tranſlata tàm cura actualis, quàm habitualis num. 5. & 6.

Declarantur plures reſolutiones Sacræ Congregationis in materia an, & quando ſupradicta onera ſpectent ad Vicarium perpetuum, ſeù potiùs ad Commendatarium numer. 7. 8. 9. & 10.

Portio aſſignanda prò congrua Vicarijs perpetuis quanta debeat eſſe num. 11.

Quæ conceſſa ſunt in fauorem, non debent retorqueri in odium num 12.

Obſeruantia in contrarium in rebus claris non eſt attendenda num. 13.

Succeſſor in beneficio non præiudicatur factis ſuorum Anteceſſorum num. 14.

Amplia num 15.

Ordinarij relationi directæ Sacræ Congregationi eſt ſtandum num 16.

Matrimonium eſt validum etiàm non præcedentibus denunciationibus num. 17.

Matrimonium eſt validum etiam celebratum coràm Parocho inuito num. 18.

Matrimonium an ſit validum ſi Parochus non audiuerit, vel non intellexerit conſenſum contrahentium num. 19. 20.

Præſentia Parochi an debet eſſe moralis, vel phiſica in matrimonio num. 20.

Matrimonia præſumpta nō admittuntur poſt Concilium Tridentinum num. 21.

Quando agitur principalitèr de probando matrimonio probationes debent eſſe concludentes numer. 22.

In dubio ſtandum eſt aſſertioni Parochi num. 23.

VOTVM C.

VIdebatur prima facie eſſe reſponden-
dum, Vicarium perpetuum Abba-
tiæ non teneri ad reaptationem nec
1 Eccleſiæ, nec Domus Parochialis, nec àd
expenſas prò Suppellectilibus Sacris; ſed
hæc onera ſpectare ad Eminentiſſimum
Commendatarium. Quia congrua, quæ
aſſignatur Vicario debetur tamquam ſti-
pendium prò labore adminiſtrandi Sacra-
menta, & ſicuti ad Commendatarium per-
tinent omnes fructus Abbatiæ, ità etiàm
ad eumdem pertinere debent omnia onera
ſupradicta *Clar. me. Card de Luca Miſcel.
Eccleſ. diſc. 29. nu. 6. Pignatel. conſult. 213.
num. 14. & 15. tom. 4.* ac etiam adſunt in-
diuiduales reſolutiones *Sacræ Cōgregationis
Concilij in Eugubina 11. Maij 1594. & in
Sabinen. reparationis Eccleſiæ 13. Maij 1679.*

Quæ ſinè dubio procedunt in præſenti cum ſupponatur, quod tàm cla. me. Cardinalis Barberinus, quàm cla. me. Cardinalis Chiſius Prædeceſſores fecerint omnes expenſas prò Suppellectilibus Sacris, & prò reaptatione Eccleſiæ; hæc enim obſeruantia optima omnium legum interpres valdè eſt attendenda etiàm in præiudicium Succeſſorum *l. ſi de interpretatione ff. de*

Digitized by Google

ff. de legibus, cum alijs apud Card. Caual. deciſ. 80. num 3.

His tamèn non obſtantibus cenſerem reaptationem Eccleſiæ, & alias expenſas prò Suppellectilibus Sacris eſſe faciendas à Vicario perpetuo, qui in caſu de quo agitur, habet prò ſua Congrua ferè ſcuta
3 tercentum per *tex. in clemen. vnica de offic. Vicar. Valenzuol conſ. 54. num. 27. & benè Rot. deciſ. 2. de conceſſ. præben. in nouiſ. nu. 1. verſ. ad omnia tenetur Vicarius, ad qua Rector. S. Congregatio Concilij in Auerſana 31. Maij 1607. in Colimbrien. 14. Nouembris 1648.*

Et in puncto quod Vicarius perpetuus
4 teneatur ad reaptationem Eccleſiæ tradunt *Petrus Gregor. Tholoſan. Syntagm. iur. part. 2. lib. 15. cap. 24. num. 21. Nicolius Lucubrat. canonic. lib. 1. tit. 23. de offic. Archidiacon. ſub num. 7. verſ. ſed prò maiori explicatione tom. 2. Sacra Congregatio Concilij in vna Nolàna 16. Ian. 1581. & in Capuana 16. Decembris 1634. ibi — Sacra Congregatio ſecundum ea, quæ proponuntur cenſuit onus reſtaurationis Parochialis Sancti Ruffi, atque alia onera eidem Eccleſia incumbentia non ad Monaſterium Caſsinenſe, cui Eccleſia vnita eſt, ſed ad Vicarium perpetuum pertinere, & ideò ſequeſtrum per Curiam Archiepiſcopalem Capuanam ſuper redditibus ad dictum Monaſterium ſpectantibus eſt liberè relaxandum.*

Et hæc indubitantèr procedunt in præſenti, dùm præuia totali diſmembratione Curæ ab Abbatia, & Comenda fuerit ea-
5 dem Cura traslata in dictum Vicarium, non ſolùm actu, ſed etiàm habitu, itaùt ille in Bùlla vocatur verus Parochus, qui vti talis tenetur ad reaptationem Eccleſiæ Parochialis. Canoniſtæ omnes *in cap. 1. de Eccleſ. ædifican.*

Non ſubſiſtente reſponſione, quod Vicarius perpetuus dicatur Rector animarũ, non verò Rector Eccleſiæ, quia quando tàm cura actualis, quàm habitualis fuerit
6 translata in Vicarium perpetuum, tunc iſte reputandus eſt verus, & proprius Rector, & ſponſus Eccleſiæ, proùt firmatur *à cla. me. Card. de Luca de Paroch. diſc. 10. num. 4 & in ſupplemen. paritèr de Paroch. diſc. 39. num. 4.*

Quibus firmatis non turbant auctorita-
7 tes in contrarium allegatæ, quia iſta opinionum contrarietas facillimè conciliari poteſt diſtinguendo tres caſus. Quorum primus eſt quando aſſignatur Vicario perpetuo portio ſufficiens tantùm prò alimentis veluti ſuccedebat in cauſa Sabinen. in qua Vicarius dicebat ſe non teneri nec ad reparationem Eccleſiæ, nec ad onus ſuppellectilium cum non haberet niſi ſcuta argentea 75. in iſto enim caſu rectè Sacra Congregatio Concilij reſpondit ſupradicta onera ſpectare ad Commendatarium.

Secundus caſus conſideratùr in Eugubina, in qua Vicarius perpetuus habebat prò ſua congrua portionem ſufficientem prò ſuis alimentis, & pro ſatisfaciendo
8 onere adminiſtrationis Sacramentorum, non autèm prò reparatione Eccleſiæ, & in iſta hypotheſi Sacra Congregatio Concilij reſpondit, Vicarium perpetuum teneri ad omnia onera reſpicientia curam Animarum, non autèm reparationem Eccleſiæ.

Tertius caſus deſumitur ex reſolutione emanata in Capuana, in qua Vicarius perpetuus prò ſua congrua fuerat prouiſus non ſolum de portione ſufficienti prò alimentis, ſed etiàm prò expenſis faciendis prò reaptatione Eccleſiæ, & in iſto ca-
9 ſu Sacra Congregatio Concilij cenſuit onus reparationis Eccleſiæ ſpectare ad eumdem Vicarium, & ſic diſtinguendo tradunt *Petrus Gregorius Tholoſan. Syntagm. iur. lib. 15. cap. 24. num. 21. Nicol. Lucubrat. canonic. lib. 1. tit. 23. de offic. Archidiacon. ſub numer. 7. verſ. ſed prò maiori explicatione tom. 2.*

Quæ caſuum diſtinctio fuit adamuſſim approbata à Sacra Congregatione Concilij in vna Nolana 1581. 26. Ian. cuius decretum per extenſum refero. *Sacra Congregatio cenſuit Rectores Parochialium Eccleſiarum Nolanæ Diœceſis, qui ex eorum annuis*
10 *redditibus minus ſexaginta Ducatis monetæ vſualis Regni percipiunt, liberos eſſe debere à contributione prò domibus ædificandis, ſed Capitulum, cui illæ vnitæ fuerunt, & alios, ad quos fructus dictarum Eccleſiarum proueniunt contribuere cogendos eſſe. Illos autem Rectores, qui ex ſuis Parochialibus plus ſexaginta, ſed non vltrà centum Ducatos eiuſdem monetæ annuatim percipiunt, partem quoque ſuam vna cum prædictis, qui earumdem Eccleſiarum fructus quoque modo percipiunt iudicio Epiſcopi conferre debere; Quod ſi annui fructus redditus Parochialium prò Rectore excedant ſummam centum Ducatorum eiuſdem monetæ alios grauandos non eſſe, ſed ex dictis redditibus*

eam

eam quantitatem prò ædificatione domorum de-
ſumendam eſſe, quam conuenire arbitrabitur
Epiſcopus, & hoc idem fuit firmatum à Sacra
Congregatione Concilij in vna Zamoren 16.
Nouembris 1675. prout apparet ex lib. 14. Vi-
ſitationum Sacrorum Liminum. Supplicor
enim animaduertere hoc decretum loqui
in indiuiduo de Vicarijs perpetuis, exer-
centibus curam Animarum in Eccleſijs
vnitis Capitulo, ſeù alijs Commendis, &
ideò ſine dubio adaptari præſenti contro-
uerſiæ.

Et hæc diſtinctio eſt nimis æquitati, &
iuri conſona, quia per Bullam 47. B. Pij
11 V. diſponitur Vicario perpetuo prò eius
congrua non eſſe aſſignandam quantita-
tem, nec maiorem centum, nec minorem
quinquaginta ſcutorum argenteorũ, itaùt
ſi hodie eſſet taxanda congrua in hac Ab-
batia ad formam allegatæ Bullæ dicto Vi-
cario eſſent aſſignanda Scuta 75. argen-
tea, onera verò prò manutentione, & re-
aptatione Eccleſiæ prò cera, oleo, vino,
hoſtijs, ſalario vnius Clerici calculari ſo-
lent à Rota in ſcutis annuis triginta prout
recognoſci poteſt in deciſ. 255. coràm Bichio;
Vndè cum in præſenti Vicarius perpetuus
habeat prò ſua congrua ſcuta centũ quin-
quaginta argentea vltrà incerta, aſcenden-
tia ad ſummam ferè æqualem, quis negari
poterit in tàm maxima quantitate non
fuiſſe etiàm compræhenſa onera repara-
tionis Eccleſiæ.

Maximè quia ſa. me. Vrbanus VIII. in
erectione huius Vicariæ proteſtatur ad
hunc actum veniſſe ad faciendam rem gra-
tam Cardinali Barberino eius Nepoti,
tunc Commendatario, & eiuſdem Succeſ-
ſoribus in Commenda ibi — *Nos dilecti filij
noſtri Cardinalis Barberini ſecundum carnem*
12 *ex Fratre Nepotis dictam Abbatiam in Com-
mendam obtinentis ſſuorumque in dicta Abba-
tia Succeſſorum indemnitati, comodoque vti-
litati per ampliùs conſulere volentes*. Si enim
onera reparationis Eccleſiæ ſpectare de-
berent ad Commendatarium, iſta erectio
Vicariæ, cùm tàm ſuprabundanti quanti-
tate aſſignata pro congrua, non erit in
gratiam Commendatarij, ſed benè vti
læſiua in eiuſdem odium, & damnum, &
ideò ne id, quod fuit factum in fauorem
retorqueatur in odium, dicendum eſt vt
ſupradicta onera ſpectent ad Vicarium ad
formam regulæ *text. in cap. quod ob gratiam
de regul. iur. in 6. leg. quod fauore C. de leg.
& conſtitut.*

Demum parum eſt inſiſtendum in ob-
ſeruantia, quia tàm Cardinalis Barberi-
13 nus, quàm Chiſius forsàn fecerint aliquas
expenſas ex ſolo motiuo voluntatis, non
autèm neceſſitatis, tùm quia obſeruantia
tunc releuaret, quando ageretur de arti-
culo dubio, ſecùs in materia tàm clara,
vti ſuprà probaui, quo caſu nullatenùs ob-
ſeruantiam eſſe attendendam communitèr
tradunt *Gratian. diſcept. 719. nu. 18. & di-
ſcept. 745. num* 80. *& Rot. deciſ. 414. num.
43. & ſeq. part. 12. recent.* tùm etiàm quia
14 dicti Cardinales potuerint ſibi ipſis præ-
iudicare, non autèm eorum Succeſſoribus
in Commenda *cap Epiſcopi ibi Doctores de*
15 *reb. Eccleſ. non alien. cap. 2. de precar. ca-
pit. 1. de ſolut. Rot. coràm Dunoz. Iunior. de-
ciſ. 298. num. 9. coràm Card. Celſo deciſ. 104.
num. 11.* quæ concluſio procedit etiamſi
per longum tempus adduceretur obſer-
uantia Anteceſſorum *Rot dicta deciſ. 298.
num. 9. coràm Dunoz. Iun. & deciſ. 104. nu-
mer. 11. coràm Card. Celſo.*

Fortiùs quia ex relatione Ordinarij di-
recta Sacræ Congregationi Concilij ap-
paret, prædictam obſeruantiam eſſe æqui-
16 uocam, ac interruptam. Nàm valdè at-
tendendas eſſe conſimiles relationes, quę
tranſmittuntur ab Ordinarijs Sac. Cõgre-
gationibus pluries firmauit *Rota, & ſignan-
tèr in deciſ. 234. num. 16. & 17. part. 16. &
deciſ. 305. num. 12. & deciſ. 460. num. 9. &
10. part. 18. recent & deciſ. 685. num. 9. co-
ràm Card. Cerro, & in Fauentina iurium Pa-
rochialium 28. Iunij 1697. coràm R. P. D. An-
ſaldo §. tertio in idem.*

Quo verò ad ſecundum dubium mihi
propoſitum, admittebam concluſiones
communitèr à Doctoribus receptas, nem-
pè matrimonium celebratum coràm Pa-
rocho, & Teſtibus eſſe validum, etiamſi
17 fuerint prætermiſſæ ſolitæ denunciatio-
nes *Sanchez. de matrim. lib. 3. diſput. 5. nu. 3.
& ſeq. Boſſ. eodem tract. cap. 7. num. 3. cum
alijs multis relatis à Caſtald. conſult. 169.
num. 3. Rot. coràm Seraph. deciſ. 1099. nu. 4.
coràm Caual. deciſ. 441. num. 3 coràm Bu-
rat. deciſ. 530. nu. 55. & in recent deciſ. 71.
num. 11. par. 1. & deciſ. 390. num. 5. par. 2.
& deciſ. 493. num. 16. par. 5.*

Et non impugnabam matrimoniũ ſub-
ſtineri etiàm celebratum coràm Parocho

18 diſſentiente, ac inuito *Sanch. de matrim. lib. 3. diſput. 39. num. 9. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc par. 2. alleg. 32. num. 82. & ſeq. & de offic. & poteſt. Paroch. part. 2. cap. 21. num. 46. ac alij congeſti per Caſtald. dicta conſult. 169. num. 2. Rot. deciſ. 625. num. 15. part. 4. tom. 3. & deciſ. 124. num. 17. part. 7. recent.*

Sed ſolum aſſerebam matrimonium, de quo agitur eſſe nullum, cum Parochus nul-
19 lo modo audiuerit, & intellexerit conſenſum volentium contrahere matrimonium. Et licet in Sac. Congregatione Concilij de anno *1695.* & de anno *1696.* fuerit diù diſcuſſus articulus, an matrimoniũ diceretur legitimè contractum coràm Parocho, qui non audiuit, neque intellexit conſenſum contrahentium, tamèn ob ſciſſuram votorum, articulus remanſit irreſolutus, & quamuis fuerit in eadem cauſa requiſitum Votum Rotæ, quæ inclinauit in opinionem prò validitate matrimonij. Nihilominùs dum hæc cauſa debebat reproponi fuit terminata cum concordia intèr partes inita, dùm puella, & iuuenis poſt accerrimam litem denuo comparuerunt coràm Parocho, & ad tollendas omnes ambiguitates denuò matrimonium contraxerunt.

Ad decidendum hunc difficilem articulum ponderanda ſunt verba *Concilij Tridentini ſeſſ. 24. cap 1. de matrim.* ibi -- *Qui*
20 *alitèr quam præſente Parocho, & duobus, aut tribus teſtibus, & ibi -- Parochus Viro, & Muliere interrogatis, & eorum mutuo conſenſu intellecto.* Ex quibus apertè deſumitur neceſſariam eſſe ad validitatem matrimonij præſentiam Parochi, & Teſtium nõ tantùm phiſicam, ideſt corpoream, ſed etiàm præſentiam moralem, & humanam cum vſu rationis, & aduertentia, præſertim quia Tridentinum expoſtulauit præſentiam Parochi, & Teſtium, vt poſſint teſtificari de matrimonio contracto, & per conſequens præſentia debet eſſe moralis, & humana, vt mediante eorum teſtimonio conſtare poſſit Eccleſię de matrimonio contracto, vti pluribus relatis egregiè explicatur à *Sanch. de matr. lib 3. diſp. 39. n. 1.* nec aduerſantur decreta Sac Congregationis Concilij, quæ in contrarium afferri ſolent, quia procedunt, & loquuntur in caſu, in quo Parochus affectauit non audire obturando aures, ſed ex ſignis extrinſecis certus remanſit de mutuo conſenſu. Secùs verò in præſenti, in quo Parochus nullatenùs audiuit, vel intellexit conſenſum contrahentiũ, vti conciliando vtramque opinionem ratiocinatur *Sanch. de matrim. lib. 3. diſp. 39. ſub nu. 6. verſ. fateor.*

Vel contrariæ auctoritates habent locum quando probaretur, quod Parochus verè audiuerit, vel intellexerit conſenſum licèt malitiosè, & affectatè ad impediendum matrimonium aſſereret contrarium in iudicio, vltrà aliàs reſponſiones datas à D. Dominico Vrſaia in Romana Curia Aduocato, qui in ſupradicta controuerſia in cauſa Romana matrimonij in lucem ædidit doctum, ac elaboratum tractatum.

Nec aduerſatur quod in præſenti probetur Parochum audiuiſſe, vel intellexiſſe conſenſum, dùm duo teſtes ibi præſentes depoſuerint de verbis, & ſignis tàm Iuuenis, quàm Puellæ mirificè concludentibus neceſſariũ conſenſum ad contrahendũ matrimoniũ, fortiùs quia dicti Teſtes ſunt adminiculati cum tam Puella, quàm Iuuenis iuerunt ad Eccleſiam Parochialem, & poſtquam alloquuti fuerint cum Parocho exiuerunt ab Eccleſia, & ſe reduxerunt ad domum particularem, vbi per quindecim dies carnalitèr ſe coniunxerunt, ex quibus actibus reſultat probatio antecedentis matrimonij.

21 Nam reſpondetur, quod teſtes vltrà particulares exceptiones, ſunt etiàm nimis affectati, & in aliquibus dictis contrarij, nec attendendæ ſunt coniecturæ cumulatæ prò præſumendo matrimonio, quia poſt æditum Sacrum Concilium Tridentinum fuerunt ſublata omnia matrimonia præſumpta etiàm præſumptione iuris, & de iure *Sanch. de matrim. lib. 3. diſp. 4. num. 3. Gargiar. conſ. 19. num. 5. lib. 1. Menoch. de præſumpt lib. 3 præſump. 1. num. 98. verſ. prædicta, & num. 99. Tondut. quæſt. canonic. cap. 71. num. 2. Caſtald. conſult. 29. num. 14.* & proindè matrimonium nõ probari nec ex inſtrumento dotali, nec ex ſubſequuto concubitu ſcripſerunt *Pariſ. conſ. 59. num. 8 & ſeq. lib 4. Menoch. conſ. 139. ſub num 51. verſ. verum reſpondetur Ferret conſ. 246. num. 4. Caſtald. conſul. 29. num. 8. & 9.*

22 Non refragantibus auctoritatibus in contrarium allatis, quæ procedunt quando ageretur ad effectum ſuccedendi, &

pro-

Digitized by Google

probandi filiationem, quia in iſto caſu cum incidentèr eſſet probandum Matrimonium, admitterentur etiàm leuiores probationes, & coniecturæ, ſecùs verò quando agitur principalitèr de probando fœdere Matrimonij impugnato ab vno ex contrahentibus, quà in hypotheſi cum agatur de maximo præiudicio libertatis, Matrimonium eſſe concludentiſſimè probandum communitèr firmarunt relati per *Rotam deciſ. 34. num. 19. part. 2. diuerſor. & deciſ. 374. num. 1. part. 3. rec.*

Quæ omnia ineuitabilitèr procedunt in
23 præſenti, cum fuerint examinati duo Clerici, qui licèt attentè obſeruauerint omnia dicta, & geſta per puellam, & iuuenem, tamèn depoſuerunt non audiuiſſe verba, nèc vidiſſe ſigna, ex quibus arguere poſſent conſenſum ſufficientem prò Matrimonio, in hoc enim conflictu probationum præcipuè attendi debet atteſtatio Parochi, in cuius perſona, & fide ſpecialitèr Sacr. Concilium Tridentinum confidere voluit.

ARGVMENTVM.

Regulares an, & quando ſint exempti à quarta funerali etiàm poſt Concilium Tridentinum.

SVMMARIVM.

Quarta funeralis quando debeatur Parocho etiamſi defunctus ſepelliatur in Eccleſijs Regularium num. 1. & 4.

Non poteſt reſponderi genericè in hac materia, ſed iuxtà facti circumſtantias num. 2.

Parochi habent iuris aſsiſtentiam petendi quartam num. 3.

Regulares ſunt exempti à quarta funerali numer. 4.

Amplia num. 5. 6. 7. 8. 9. 14. & 15.

Conſuetudo in materia quartæ funeralis, vt releuet, debet probari in indiuiduo, non autem in genere num. 10. 11. 12. & 13.

Rota ſequitur reuerentèr reſolutiones Congregationum Cardinalium num. 14. in fin.

VOTVM CI.

Propoſito dubio, an Regulares ſint exempti à ſolutione quartæ funeralis, credidi non poſſe reſponderi in genere; Nam fauore Regularium adſunt plures deciſiones, & ſignantèr *coràm Pentinger. deciſ. 243. coràm Zarat. deciſ. 145.* Et contrà Regulares, & fauore Parochorum ſæpè reſpondit eadem *Rota, & præcipuè coràm Caualer. deciſ. 101. poſt Tamburin. de iur. Abbat. deciſ. 83. & coràm Card. Cerro deciſ. 931. num. 1.*

Dixi non poſſe reſponderi in genere, quià tàm priuilegia Religionum, quàm conſuetudines locorum ſunt diuerſæ, & ideò diuerſimodè prouidendum erit iuxta facti circumſtantias; & ſolùm obſeruaui hanc materiam fuiſſe diù diſcuſſam in *Rota in vna Senogallienſi, tàm coràm clar. mem. Card. Vicecomite, quàm coràm bon. mem. Rondinino*, ac etiàm fuiſſe variè deciſam. Vndè propoſito dubio ſupradicto in Sacra Congregatione Concilij anno 1697. fuit reſponſum dilata, & proponatur ſolum hoc dubium in Congregatione, exhibitis tamèn priuilegijs à qualibet Religione cum generalis reſolutio non ſit adaptabilis omnibus Religionibus.

R. P. D. RONDININO.

Senogallien. Quartæ Funeralis.

Veneris 11. Ianuarij 1686.

Iniuſtam cenſuit hodie Rota ſententiam, per quam Eminentiſs. D. meus Vicecomes, tunc noſtri Tribunalis Auditor pronunciauit Capitulo antiquiori Cathedralis Senogalliæ, vnico Parocho eiuſdem Ciuitatis deberi Quartam funeralem ex omnibus Cereis, & intortitijs, quibus aſſociantur, & tumulantur Cadauera eligentium ſepulturam in Eccleſia Patrum Carmelitarum, ideoque non tranſiuiſſe in iudicatum ob non interpoſitam appellationem iuxta *Text. in l. 4. §. condemnatum ff. de re iudic.* ſed aduerſus illam ſuccurrendum eſſe Patribus leſis beneficio reſtitutionis in integrum, quod in his caſibus leges, & noſtrum Tribunal indulgent, præſertim autem in *deciſ. 67. num. 1. part. 18. rec. & coràm Priole deciſ. 462. num. 2.*

Quadruplici enim titulo d. Capitulum controuerſam Quartam prætendebat. Primo ſcilicet Iure communi ex diſpoſitione *Text. in cap. 1. de Sepult. & Clem. Dudum eodem tit. ſecundo ex Decreto Sac. Concilij*

Tridentini ſeſſ. 25. cap. 13. de refor. tertiò ex obſeruantia tàm generali totius Prouin-
3 ciæ, quam particulari Ciuitatis Senogalliæ; Et quarto demum ex pluribus reſolutionibus, & reſponſis Sacrarum Congregationum Sac. Concilij Tridentini, Epiſcoporum, & Regularium, & Sacr. Rituum, quos omnes titulos examinatos, & approbatos in binis deciſionibus coràm eodem Eminentiſs. Viceconite ædi-tis ſcilicet die 19. Iunij 1679. & 17. Iunij 1680. hodie inſufficientes, & irreleuantes Domini cenſuerunt.

Siquidem diſpoſitioni Iuris Communis in *d. cap. 1. & in Clem. Dudum de Sepult.*
4 derogatum legitur per ampliſſima priuilegia, quibus Carmelitana Religio à Sede Apoſtolica decorata fuit tam ſpecialiter à Nicolao V. Clemente VIII. & Paulo V. mediantibus Bullis relatis in *Summario eiuſdem num. 1. & 2.* quam generaliter à Leone X. mediante alia Bulla communicatoria priuilegiorum omnium alijs Regularibus conceſſorum, de cuius effectu in ſimili tradit *Tondut. quaſt. benef.* 88. *nu. 3. Rota coràm Coccino deciſ.* 1072. *num.* 3. *& coràm Peutinger. deciſ.* 243. *num.* 1. adeout ſtantibus dictis priuilegijs priuantibus legem, fruſtra legis diſpoſitio allegatur *Canon. priuilegia diſtin* 3. & in his præciſis terminis ſtatuitur *in cap. noſtra de Sepulturis Archang. Caraccia de quarta funeralium cap. 1. Rota in dd. deciſionibus coràm Coccino, & Peuting. mox allegatis num. 2. & 11. reſpectiuè, & deciſ. 263. num. 2. part. 15. recent.*

Nec ad reſtringendam prædictorum priuilegiorum amplitudinem attendenda videbatur interpretatio, quod ſcilicet illa operari ſolum debeant exemptionem à ſolutione quartę debitę ex legatis, alijſque obuentionibus occaſione funeris elargiri ſolitis, non autem ex Cereis, & Intorti-
5 tijs, quæ ſub hodierna controuerſia cadunt, vt alias reſpondit *Rota in dictis deciſ. coràm Eminentiſs. D. meo Vicecomite æditis*, ſuppoſito enim quod ſub generali nomine Quartæ funeralis indefinitè comprehendantur non ſolum illa debita ex legatis, ſed etiam ex Cereis, vt probat *Text. in Extrauag. Inter cunctas ſub §. Porro verſ. Funeralia verò de priuil. gloſ. in dicta Clem. Dudum verbo Funeralibus de Sepultur. Tamburin. de Iure Abbat. tom. 1. diſput. 15. quaſt. 17. num. 4. Lauorius var. lucubr. tit. 2. cap. 17. num. 18. & ſeqq. cum alijs cumulatis in prima deciſione huius Cauſa coràm Eminentiſs. Mediolanen. §. Proinde.*

Imò ſecundum frequentiorem vſum loquendi, & magis obſeruatam praxim Quarta Funeralis intelligitur propriè de Cereis, & emolumentis de tempore funeris, & tumulationis Cadauerum oblaris
6 ad *Text. in dicta Extrauag. Inter cunctas Tamburin. de Iur. Abbat. loco mox allegat. Antonell. de regimin. Eccleſ. lib. 1. cap 13. nu. 2. Rota in Elnen. Iurium Parochialium 6. Iunij 1631. coràm Queippo*, cum quibus concordat etiam Bulla B. Pij mox referenda declarans ſolutionem Quartæ Funeralis à Concilio Tridentino demandatam reſtringi ad Cerea tantum, non autem extendi ad legata, aliaque pia relicta.

Sequitur, quod cum priuilegia prædicta generaliter, & indefinitè eximant à ſolutione Quartæ Funeralis, generaliter, & indefinitè intelligi debent non autem limitatiuè ad certam ſpeciem illius iuxtà *Text. in l. de pretio ff. de public. in rem action.*

Quæ regulæ ſi bene applicantur quibuſcumque priuilegijs exemptiuis generaliter, & indefinitè loquentibus, magis fa-
7 uent Carmelitarum Religioni, cuius particulare priuilegium à Nicolao V. indultum reſpectu reſolutionis controuerſæ quartæ ampliùs, & copioſius eſt quocumque altero cæterarum Religionum Mendicantium per alios Summos Pontifices conceſſo, vt recognouit, & teſtatur Collector Priuilegiorum Mendicantium *Verb. Canonica portio num. 5. Caren. reſolut. 246. ſub num. 3. verſ. nec etiam Rodriquez quaſt. regul. tom. 1. quaſt. 39. art. 2. ſub. princ.*

Minus allegari meretur conciliare Decretum Ecumenicæ Synodi Tridentinæ *d. ſeſſ. 25. cap. 13. de reform.* per quod præ-
8 tendebat Capitulum non ſolum confirmatum Ius ex antiquis Canonibus competens Parocho pro exactione controuerſæ quartæ, ſed etiam derogatum quibuſcumque conceſſionibus, gratijs, & priuilegijs exemptiuis, ex illius enim lectura patet, quod tale Decretum reſtringitur ſolum ad Monaſteria, & loca Pia ante Concilium fundata, & quæ iam per annos 40. Eccleſiæ Parochiali quartam Funeralem ſoluere conſueuerant, mandans S. Synodus ta-

lem

Digitized by Google

lem ſolutionem ab eis continuare, non obſtantibus quibuſcumq; priuilegijs ad hunc effectum reuocatis ibi-- *Decreuit S. Synodus quibuſcumque in locis iam ante annos 40. Quarta, quæ Funeralium dicitur, Cathedrali, aut Parochiali Eccleſia ſolita eſſet perſolui, & poſtea fuerit ex quocumque priuilegio alijs Monaſterijs &c. conceſſa, eadem poſthac integro Iure &c. Cathedrali, ſiue Parochiali Eccleſia perſoluatur, non obſtante conceſsionibus, gratijs, priuilegijs &c.* Ideoque non comprehendit Monaſteria poſt publicationem Concilij fundata ex illis Religionibus, quæ vigore priuilegiorum Apoſtolicorum conceſſorum 40. annis ante Concilium à ſolutione talis quartæ exempta ſunt, quale eſt illud Senogalliæ anno 1628. fundatum, & per conſequens 64. annis poſt Concilium publicatum anno 1564. & ex Religione Carmelitana priuilegiata à Nicolao V. anno 1449. & per conſequens 115. annis ante idem Concilium, vt declarando d. Decretum ſtatuit ſan. mem. B. Pius V. mediante Conſtitutione impreſſa in Bullario nouo Cherubini inter alias eiuſdem Pontificis *la* 41. §. 11. *diſpoſitiuo tom.* 2. à Sac. Congregatione Concilij ſæpè ſæpius exequuta in pluribus caſibus relatis per *Lezan. in Summa quæſt. Regular. tom. 4. verbo Quarta Funeralis num. 5. Rodriquez eod tract. tom. 1. quæſt. 39. art. 2. in fine, Miranda in Manuali Prælat. tom. 2. quæſt. 48. artic. 7. Tamburin. loco alleg. num. 15. Barboſ. de offic. Paroch. cap. 25. num. 13. Rota coràm Coccin. d. deciſ.* 1072. *num.* 4. *coràm Royas deciſ.* 179. *num.* 8. *coràm Peutinger. deciſ.* 243. *nu.* 13. *& in recent. deciſ.* 263. *num.* 19. *part.* 15.

Non ſubſiſtente quod Bulla B. Pij V. reuocata fuerit per aliam ſubſequentem
9 Gregorij XIII. quia iſta non reuocat, ſed tantum reducit illam ad terminos, & limites Concilijs, vt reſpondit Sac. Congregatio Concilij Teſte *d. Caracc. de Quarta Funerali cap. 2. Guttierez de Iuram. confirmato part. 2. cap. 4. num. 3. & reſpondit Rota coràm Coccin. d. deciſ. 1072. num. 6. & 12. part. 15. dicta deciſ. 263. num. 15.*

Conſuetudo autem, ſuper qua præcipuè inſiſtebant Deciſiones præcedentis Inſtantiæ, & Informantes pro Capitulo non ſatis iuſtificata, & releuans videbatur, aut enim allegatur conſuetudo gene-
10 ralis totius Orbis deducta ex authoritate, & dictis plurium Doctorum referentium, quod quarta debita ex Cereis, & alijs rebus tempore funeris oblatis, etiam à Religioſis Mendicantibus ſolui ſoleat, aut ſpecialis totius Prouinciæ elicita ex atteſtationibus plurium Epiſcoporum, & Capitulorum id ipſum in ſuis Diœceſibus obſeruari dicentium, nec non Ciuitatis Senogalliæ probata ex Teſtibus deponentibus de ſolutione controuerſæ quartæ, & omiſſo quod contraria obſeruantia non ſoluendi dictam Quartam vigore priuilegiorum, non obſcurè indicatur ex alijs contrarijs atteſtationibus exhibitis in *Summario Patrum nu.* 15 & Decretis Sac. Congregationum inferius referendis, ſatisfecit reſponſio, quod cum neutra ex prædictis conſuetudinibus, probata, & relata appareat cum diſtinctione inter Monaſteria ædificata ante, vel poſt Concilium, & habentia necne obſeruantiam quadragenariam ſoluendi quartam ante Concilium, in qua qualitate conſiſtit Cardo præſentis Deciſionis, attendi non meretur ad deſtructionem, & abrogationem Priuilegiorum ſuperius indicatorum, cum certa ſit regula, quod conſuetudo nihil operatur niſi percutiat ſpecificum caſum controuerſiæ cum omnibus ſuis qualitatibus, & circumſtantijs *Caſtrenſ. conſ.* 340. *in fine lib.* 2. *Crauett. conſ.* 291. *num.* 20. *verſ. ad* 3. *Rota coràm Dunoz. Iun. deciſ.* 616. *ſub num.* 4. *& in part.* 19. *rec. dec* 98. *num.* 19.

Aut allegatur indiuidua conſuetudo reſpectu Monaſterij Carmelitarum Collitigantium, & iſta non videtur ſatis probata ex depoſitionibus Teſtium ad hunc effectum examinatorum, qui plures, & re-
11 leuantes patiuntur exceptiones tam in perſona, quam in dictis, & mirificè conquaſſantur ex ipſiſmet libris Capitularibus, in quibus adnotantur partitæ Defunctorum in Ciuitate Senogalliæ, eorumque Sepulturæ in qualibet Eccleſia regulari, nec non exactionis Quartæ Funeralis à Capitulo quidem habitæ ab omnibus alijs Monaſterijs Regularib. antiquo tempore fundatis, nunquam tamen exactæ ab illis Capuccinorum, & Carmelitarum nouiter conſtructis licet in iſtorum Eccleſia plura tumulata legantur Cadauera *vſque ad num.* 80. quæ negatiua deſcriptio ex ſe ſola non obſcure probat negatiua ſolutionis ex deductis per *Bartol. in l. fin. num.* 2.

C. de reb. cred. Rota deciſ. 28. *num.* 15. *part.*
16. *& deciſ.* 402. *num.* 5. *& deciſ.* 427.
num. 8. *par.* 18.

Denique ſuffragari non videbantur
Capitulo plura Decreta, & reſponſa Sac.
Congregationum, & Sententiæ latæ fa-
12 uore Parochorum contra Regulares pro
ſolutione controuerſæ Quartæ, aut enim
loquimur de caſibus contingentibus in
Vrbe, & allegari non merentur ad legem
generalem totius orbis, quia fundamen-
tum habent in particulari, & antiquiſſima
conſuetudine deducta in contractum, ſeu
in Concordiam inter Clerum, & Regula-
res Romanos vſque ab anno 1405. con-
firmatam ſubinde ab Eugenio IV. Sum-
mo Pontifice anno 1431. & relata in
Statuto veteri Cleri Romani apud *Pignat-
tell. Conſult. Canon. tom.* 1. *conſult.* 52. *num.*
9. *& Card. de Luca diſc.* 25. *num.* 1. de Pa-
rochis per quam quilibet Regulares ad
ſolutionem Quartæ Funeralis obligan-
tur, quæ conuentio, & conſuetudo exten-
di non valet de caſu ad caſum, neque de
loco ad locum *l. quod vero contra, & l. Ius
ſingulare ff. de legibus Bartol. in l. prima §.
Si quis hoc interdicto ff. de itin. actuque pri-
uat. Gratian. diſc. foren. cap.* 264. *num.* 69.
Rota coràm Buratt. deciſ. 129. *num.* 5. *&* 6.

Aut loquimur de alijs controuerſijs di-
uerſorum locorum per dicta Decreta de-
finitis, cumque non conſtet, quod in caſi-
bus propoſitis ageretur de quarta ſoluen-
13 da à Monaſterijs fundatis, poſt Conci-
lium ex illis Regularibus, qui per 40. an-
nos ante Concilium priuilegiatam ha-
bebant exemptionem à ſolutione quartæ
intelligenda ſunt ſecundum terminos, &
applicationem dictæ diſtinctionis, & ſe-
cundum illam conciliandа, ad hoc vt con-
cordent cum diſpoſitione Iuris, à quo re-
ſcripta, & Decreta omnia interpretatio-
nem ſumunt *l. reſcripta C. de precib. Imper.
offer. Rota coràm Mantica deciſ.* 213. *num.* 3.
& coram Eminentiſs. Cerro deciſ. 145. *nu-
mer.* 11.

Eoque magis talem conciliationem, &
intelligentiam Domini neceſſariam puta-
bant, dum ex alijs Decretis Sac. Congre-
gationis Concilij relatis in Summario PP.
14 Carmelitarum apparet, quod prædicta
diſtinctio inter Monaſteria ædificata ante
vel poſt Concilium, & habentia priuile-
gia per annos 40. ante idem Concilium
fuit pluries approbata, præcipue autem
anno 1604. ad inſtantiam PP. Carmelita-
rum, quibus Sac. Congregatio Concilij
reſpondit — *ſunt verba præciſa Decreti* —
Monaſteria ædificata à 40. annis citra non
teneri ad ſolutionem Quartæ Funeralium
ſi modo ſint eius Religionis, cui à Sede
Apoſtolica ante 40. annos indultum ſit,
vt eamdem quartam non teneantur ſol-
uere, quæ reſolutiones vti ſæpius æditæ à
Congregatione, ſpecialiter deputata ad
interpretationem Decretorum Sac. Con-
cilij apprime diſtinguentes caſus omnes,
& declarantes alias indiſtinctè æditas ad
determinationem præſentis controuerſiæ
allegare ſufficeret in noſtro Tribunali,
quod illas reuerenter ſuſcipit, & inuiola-
biliter obſeruat, vt alijs omiſſis ad hunc
præciſum effectum proteſtatur, & ſeruat
in *dicta deciſ.* 263. *num.* 11. *part.* 15. *rec.*

Præſertim vero quia dictum Decretum
anni 1604. fuit poſteà ad petitionem totius
Religionis Carmelitanæ per ſan. memor.
Paulum V. ſpeciali Conſtitutione inter
eius impreſſas in Bullario nouo *la* 41. in
ordine confirmatum, & quidem cum ſoli-
to Decreto irritanti, & clauſula ſublata,
quæ claudit os Iudici, & Parti d. Conſti-
tutionem impugnare, & infringere vo-
lenti, & notat *Rota coràm Merlin. dec.* 525.
num. 3. *&* 4. *in recent. deciſ.* 180. *ſub num.*
1. *part.* 2. *& deciſ.* 234. *num.* 9. *&* 10. *part.*
12. *recent.*

Ex quibus reſolutum eſt, non conſtare
de re iudicata, vtraque Parte audita.

ARGVMENTVM.

QVando fuit Eccleſia inſtituta hæ-
res, licèt illius Canonici fuerint
nominati, ac etiàm grauati, tamèn
hæreditas debetur Eccleſiæ, & Ca-
nonici cenſentur conſiderati vti puri
adminiſtratores.

SVMMARIVM.

*Legatum, ſeù hæreditas quando cenſeatur potiùs
relicta Eccleſia, quàm Canonicis numer.* 1. 2.
& 3.

*Regularitèr quando Eccleſia eſt inſtituta hæres,
tunc Canonici cenſentur conſiderati vti admi-
niſtratores num.* 4.

Amplia

Amplia etiamſi Canonici eſſent grauati dicto numer. 4. 5.

VOTVM CII.

IN eius, cum quo deceſſit Teſtamento Franciſcus Polinus Canonicus Liberianæ Baſilicæ anno 1690. ita diſpoſuit —

1 *In tutti poi, e ſingoli altri ſuoi beni preſenti, e futuri, ſua erede vniuerſale fa, inſtituiſce, e vuole, che ſia, e con la ſua propria bocca nomina la Ven Chieſa Collegiata di S. Venanzo di Camerino ſua Patria, alla quale per ragione d' Inſtitutione, & in ogni altro miglior modo laſcia l' vniuerſa ſua heredità, con peſo però, che li Signori Canonici di detta Chieſa Collegiata ſiano tenuti doppo la morte di eſſo Teſtatore, dare, e pagare à 16. ponere Zitelle di detto luogo di Camerino ſua Patria Scudi* 100. *moneta per ciaſchedunà di eſſe per le loro Doti, e per vna ſol volta tantum.*

Teſtatore defuncto, ac ſolutis dotibus orta eſt contentio intèr Priorem Capituli ex vna, & cæteros alios Canonicos ſupèr appropriatione fructuum prædictæ hæreditatis: prætendente Priore fructus prædictos, vti ad Eccleſiam hæredem ſpectantes eſſe in beneficium illius fabricæ, ac Sacrarum Suppellectilium erogandos, & è conuersò allegantibus Canonicis in Teſtamento fuiſſe principalitèr contempla-

2 tas perſonas Canonicorum, eaſque grauatas onere dotandi Puellas, licèt dotatio, & nominatio Puellarum non ad onus, ſed ad honorem, & præmium adminiſtrationis hæreditatis referendum eſſe reſpondeat Prior, hinc delata controuerſia ad Sacram Congregationem Concilij vtraque Parte informante decernendum erit.

An fructus hæreditatis, de qua agitur ſint erogandi in beneficium Eccleſiæ hæredis inſtitutæ, vel potiùs in priuatum commodum Prioris, & Canonicorum.

Et affirmatiuè quoad primam partem reſpondendum videtur, quoniam Eccleſia, & non Capitulum fuit inſtituta hæres expreſsè, vndè hæreditas debetur Eccleſiæ, & non Canonicis, nec releuat, quod in eodem Teſtamento fuerint nominati

4 etiàm Canonici, cum onere dotandi ſexdecim Puellas. Quià quoties Eccleſia fuit litteralitèr inſtituta hæres, tunc Canonici ſtant demonſtratiuè, & dicuntur conſiderati, vti puri Adminiſtratores bonorum Eccleſiæ hæredis inſtitutæ *Rot. coràm Mer-*

5 *lin. deciſ. 697. num. 16. & 17.* Tum quia potiùs reputari debet honor, quam onus dicta facultas diſtribuendi dotes, & ità reſolutum fuit à Sacra Congregatione Cõcilij in hac cauſa Camerinen hæreditatis die 16. Iunij 1696.

ARGVMENTVM.

CAnonico iubilato debentur omnes diſtributiones, quamuìs in earum augumento non concurrat ſeruitium quatragenarium.

SVMMARIVM.

Canonico iubilato debentur etiam diſtributiones aucta num. 1. & per tot.

Amplia etiamſi Canonicus gaudeat bona valetudine num 1.

Iubilatio eſt concedenda, ſiue debeantur diſtributiones miniſterio legis, ſiuè hominis num. 2.

Iubilatio eſt actus fauorabilis, & ampliandus numer 2.

Quando Canonicorum numerus eſt tenuis vltra ammiſsionem diſtributionum Epiſcopus poteſt augere pœnas contrà non reſidentes num 3.

Stante ſeruitio quadragenario eſt concedenda iubilatio, & quando num. 4.

VOTVM CIII.

CAnonici Collegiatæ Eccleſiæ Sanctæ Mariæ Maioris Bononiæ conſueuerant retroactis temporibus Choro intereſſe diebus feſtiuis dumtaxat, ab anno verò 1679 auctis notabilitèr diſtributionibus ex hæreditate Concanonici defuncti ſeruitium effectum fuit continuum, dùm iſte inſtituto ex aſſe herede Capitulo, mandauit fructus vniuerſæ hæreditatis erogari debere in diſtributiones quotidianas fauore illorum, qui quotidie in Choro inſeruirent. Hinc inſtante Canonico Ioanne Alberto Plano prò indulto iubilationis ratione ſeruitij laudabilitèr præſtiti præfatæ Eccleſiæ per annos quadraginta, & opponente Capitulo Indultum debere reſtringi ad ſolas diſtributiones antiquas, cum reſpectu diſtributionum auctarum ab anno 1679. non adſit ſeruitium niſi annorum ſexdecim. Sacra Congregatio

gatio Concilij ſub die 17. Auguſti 1695. reſcripſit. Prò gratia iubilationis relictis tamèn in ſuſpenſo diſtributionibus auctis.

Verùm prætendente Canonico Plano dèberi ſibi diſtributiones etiàm auctas exemplo militum, & Lectorum, qui vigore iubilationis conſequuntur vltima pinguiora ſtipendia, ad quæ gradatim aſcen-
1 dere ſolent, ſiuè quia priuilegium iubilationis in Militia Eccleſiaſtica introductum fuerit ad inſtàr illius, quod iura ciuilia indulgent militibus Veteranis iuxtà *Text. in l. 1. C de Veteranis lib. 12.* ſiuè quia Eccleſiæ dicatur adhùc inſeruire, qui poſt diuturnum ſeruitium ex indulto Summi Pontificis, vel Sacræ Congregationis quieſcit, ità vt tamquàm fictè præſens lucrari debeat omnes diſtributiones, quas actualitèr inſeruiendo perciperet; Ideo monito Capitulo proponitur declarandum.

An indultum iubilationis ſit ampliandum, etiàm ad diſtributiones auctas.

Et credidi ampliandum eſſe indultum etiàm ad diſtributiones auctas, quoniam qui per quadraginta annorũ ſpatium laudabilitèr Eccleſiæ inſeruiuit, etiàmſi bona valetudine fruatur, gaudere debet beneficio iubilationis, quæ eſt concedenda etiàm in diſtributionibus auctis, veluti obſeruatur in militibus, vel Lectoribus Accademiarum, qui ſolent iubilari cum vltimo aucto ſtipendio.

Quę opinio procedere debet ſiue agatur
2 de diſtributionibus debitis miniſterio iuris, ſiuè diſpoſitione hominis, quia iuxta declarationem factam à ſa. me. Gregorij XIII. iubilatio eſt actus fauorabilis, & ideo non eſt ſtrictè interpretandus, de qua materia latè traditur per *Pignatel. tom. 4. conſult. 224.*

Minùs releuat, quod in dicta Eccleſia Canonicorum numerus ſit tenuis, præci-
3 puè quia adſunt multi alij Canonici iàm proximi iubilationi, itaùt ſi aperiretur iſte facilis modus iubilandi, deſtrueretur ſeruitium Eccleſiæ, quod permittendum non eſt, nàm quando numerus Canonicorum eſt tenuis, poteſt Epiſcopus vltrà pœnas ſolitas ammiſſionis diſtributionum augere alias pœnas contrà non reſidentes, vti fuit reſolutum à Sacra Congregatione Concilij in vna Nullius, ſeù Orbetelli ſeruitij Eccleſiæ die 14. Aprilis 1696. in qua fuit etiàm dictum, quod Canonici etiamſi eſſent duo, vel tres tenerentur canere alta voce in Choro.

Quoniàm nõ fuit reputatus adeo tenuis
4 numerus Canonicorũ dictæ Eccleſiæ, itaut ſit excludenda iubilatio, quæ in tenuiori numero Canonicorum paſſim concedi ſolet à Sac. Congregatione, non obſtante, quod alij Canonici ſint proximi iubilationi, quia ſuo loco, & tempore caſibus dependentibus à futuro euentu erit prouidendum, & interim iubilatio non eſt retardanda Canonico benemerito ob quadragenarium ſeruitium laudabilitèr ſuæ Eccleſiæ præſtitũ, & ità Sacra Congregatio Concilij reſpondit in hac cauſa Bononien. die 26. Iunij 1696.

ARGVMENTVM.

Poena Raptoris quænam ſit, etiam de iure canonico contra perſonas Eccleſiaſticas, & Religioſas. Raptus an, & quando dicatur concluſus.

SVMMARIVM.

Pœna raptus tàm intèr Laicos, quàm intèr Clericos quænam ſit num. 1. & 2.

Raptus dicitur concluſus, etiamſi rapiatur Mulier conſentiens num. 3.

Ad hoc vt dicatur raptus ſufficit iniuria facta Parentibus num. 4.

VOTVM CIV.

De ordine Sanctiſſimi fuit quæſitum in Sacra Conſulta habita die 4. Septembris 1696. quænam pœna de iure canonico poſſit arbitrari contrà Religioſum Sacerdotē, qui inuitis Parentibus honeſtæ conditionis rapuit Virginem annorum decem, & octo, illamque vltrà
1 montes tranſportauit cauſa explendæ libidinis. Et Sacra Conſulta reſoluit dictum Religioſum eſſe perpetuo ſuſpendendum à Diuinis, & relegandum in arctum ergaſtulum per decennium.

Nàm de iure ciuili intèr laicos raptus punitur pœna mortis *l. 1. C. de raptu Virg. l. raptores C. de Sacroſan. Eccleſ. cum alijs in deciſ. 267. Sanfelic.* De iure autèm canonico delictum tàm graue valdè deteſtatur, & Clerici raptores deponuntur, & Laici ex-

excommunicantur, ſed eiſdem Clericis nõ
imponitur pœna degradationis, & mor-
tis, etiamſi ageretur de raptu Monialium
Can. raptor. Can. Statut. 27. quæſt. 2. Can. eos. Can. raptores. Can. de Puellis. Can. nullius 36. quæſt. 2. Decian. tract. criminal. lib. 8. cap. 12. num. 13. Farinac. de delict. carnis quæſt. 145. num. 19. Sanch. de matrim. lib. 7. diſput. 12. ſub num. 2. Belles. diſquiſit. clericali par. 2. tit. de pœnis Clericorum §. 5. nu. 3. Fagnan. in cap cum non ab homine num. 64. de iudic. Franc. de Magiſtr. Silua Eccleſiaſtica lib. 1. cap. 16. num. 8. Panimol. deciſ 62. num. 2. & ideò optimè Sacra Conſulta impoſuit huic Religioſo pœnam ſupradictam.

Et raptus dicitur concluſus etiamſi non
3 probaretur violentia, quia conſenſus ap-
parens præſumitur extortus malis artibus
vti magiſtralitèr firmatur à *Sanfelic. in d. deciſ. 267. per tot.* & in hac materia ità rigo-
4 rosè proceditur, vt etiamſi probaretur
fugam fuiſſe factam cum conſenſu Virginis, adhùc adeſſet raptus cum ſufficiat iniuria illata illius Parentibus, vel Educatoribus, ſub quorum cuſtodia puella reperiebatur, quidquid eſſet dicendum, quando ageretur de fœmina omninò libera, & non exiſtente ſub cuſtodia maiorum iuxtà opinionem *Rota in Leodien. nullitatis Matrimonij 26. Iunij 1666. coràm clar. mè. Cardinali Cerro, & 23. Martij 1667. coràm Eminentiſsimo Carpineo.*

ARGVMENTVM.

PArochus habet aſſiſtentiam iuris in exactione decimarum etiàm contrà Regulares. Laicus eſt incapax iuris exigendi decimas.

SVMMARIVM.

Parochus habet aſsiſtentiam iuris in exactione decimarum num. 1.

Amplia tàm in prædijs cultis, quàm de nouo ad culturam redactis num. 2.

Amplia etiàm contrà Regulares num. 3.

Limita num. 4.

Laicus eſt incapax iuris exigendi decimas numer. 5.

Circà quantitatem decimarum ſtatur conſuetudini decennali num. 6.

VOTVM CV.

COncedendum eſt bonum ius aſſiſtere Parocho, qui habet intentionem fundatam in petendo decimas ex fructibus recollectis in omnibus prædijs,
1 exiſtentibus intrà limites ſuæ Parochiæ
cap. cum in vna 30. de decimis cum alijs cumulatis in Nucerina decimarum 14 Ianuarij 1678. § quia in iure coràm R. P D. Bourlemont. & Mediolanen. decimarum 23. Ianuar. 1693. §. comperto coràm Benincaſa.

Quæ iuris aſſiſtentia ſuffragatur non ſo-
2 lum in prædijs cultis, ſed etiàm in alijs ter-
renis ad culturam denuò redactis, quæ nouália appellantur *cap. final. de priuileg. cap. quod per nouale 22. de verbor ſignificat. de qua materia latè traditur per Rotam in Mediolanen. decimarum 23. Ianuarij 1693. coràm bo. me Benincaſa per tot.*

Et hæc iuris aſſiſtentia, eſt adeò efficax,
3 vt Parochus poſſit exigere decimas non
obſtantibus ampliſſimis priuilegijs conceſſis Regularibus, vti latè diſcuſſo articulo fuit reſolutum contrà fratres Prædicatores per *Rotam in Carpentoraten. decimarum 27. Aprilis 1678. coràm bo. me. Rondinino impreſſa in deciſ. 201. part. 19. recent.* nàm priuilegium exemptionis à decimis nõ ſuffragatur, etiamſi eſſet conceptum verbis prægnantibus cum derogatione quorumcumque conciliorum, ſed requiritur ſpecialis, & indiuidualis derogatio *Concilij Viennen. expreſsi in cap. nupèr de decimis Rot. poſt Tambur. de iur. Abbat. deciſ. 96. & in recent deciſ. 41. num. 10. par. 7. & deciſ. 22. num. 4. par. 10. recen. coràm Cerro deciſ. 181. num. 8 & 9.*

Nec turbant Leo *Theſaur. for. Eccleſ.*
4 *part. 2 cap. 27. à num. 71. vſq; ad fin Card.*
de Luca de decim. diſcurſ. 8. num. 2. Fagnan. in cap. nupèr num. 26. de decim. Rot. recent. deciſ. 508. par. 5. tom. 2. coràm Coccin. deciſ. 2021. & coràm Merlin. deciſ. 795. per tot. Quoniàm omnes iſtæ auctoritates loquuntur in terminis PP. Societatis Ieſu, in quorum ampliſſimis priuilegijs adeſt expreſſa derogatio Cõcilij Viennenſis relati in *cap. nupèr de decimis*, & ideo non applicantur noſtræ controuerſiæ vti ſuprà demonſtratum fuit.

Et iura Parochi procedunt etiàm exi-
5 ſtente alio Laico in poſſeſſione exigendi
decimas, cum in iure noſtro communitèr

receptum ſit Laicum eſſe incapacem iure decimandi *cap. tua, & cap. dudùm de decimis Rot. coràm Celſo deciſ. 118. num. 14.* quàmuis dictum ius decimandi per laicum eſſet translatum in locum pium prout erat caſus deciſionis in *Mediolanen. decimarum 23. Ianuarij 1693. coràm bo. me. Benincaſa*, & hæc omnia ſunt adeò vera, vt apud aliquos receptum ſit ius decimandi à laicis eſſe impreſcriptibile, & apud alios ad præſcribendum dictum ius eſſe neceſſariam ſaltem immemorabilem *Barboſ. de iur. Eccleſ. vniuerſ. lib. 3. cap. 26. nu. 35. Rot. coràm Seraph deciſ. 1404. nu. 5. & per tot. coràm Cerro deciſ. 148. num. 10. 11. & in dicta Mediolanen. decimarum 23. Ian. 1693. coràm bo. mem Benincaſa §. conceſsio.*

Et licet decimæ debeantur iure canoni-
6 co, ciuili, & diuino vti eruditè probatur *in Nicien. decimarum 26. Ian. 1691. coràm Eminentiſs. Cauallerino*, nihilominùs circà quantitatem decimarum ſtandum eſt conſuetudini locorum etiam decennali *Abb. in cap. cum ſint num. 6. propè fin. de Decim. Rot. diuerſ. deciſ. 163. num 4. part. 2. & deciſ. 98. num. 3. poſt Tamburin. de iur. Abb. cum alijs relatis in dicta Nicien. §. hinc colligi poteſt.*

ARGVMENTVM.

LEgatum pro celebratione Miſſarum an, & quando ſtet taxatiuè, vel demonſtratiuè, & de eius effectu.

SVMMARIVM.

Bona aſsignata taxatiuè prò celebratione Miſſarum, ſi eorum fructus, vel corpora deficiant hæres non tenetur ſupplere num. 1 & 2.

Quando diſpoſitio incipit à rei traditione dicitur ſtare taxatiuè dicto num. 1. & 2.

Fauore piæ cauſæ diſpoſitio in dubio cenſetur facta demonſtratiuè num. 3.

Declara num. 4.

Articulus non dicitur dubius, quando fuit deciſus à ſupremis Tribunalibus num. 5.

Tranſactio eſt nulla facta contrà opinionem Sacra Rota num. 5.

Quando fundus aſsignatus pro Miſsis ſtat taxatiuè, vel demonſtratiuè, & quando ſit locus reductioni Miſſarum num. 6.

VOTVM CVI.

CLar. me. Cardinalis Houuard in eius Teſtamento, ſic intèr cætera diſpoſuit -- *Dò mille Scudi Romani per fondare in perpetuo vna Cappellania di vna Meſſa quotidiana, che ſi dirà ogni giorno nella Chieſa delle ſopradette Monache Orſoline, e ſi dirà tal Meſſa, che ſarà per maggior commodo delle dette Monache, applicandola però per l'Anima mia.*

Non reſpondet aſſignata dos ſtipendio operis præſcripti, ideoquè datis in Sacra Cõgregatione precibus ad inſtantiam hæredis prò reductione cum die 28. Ianuarij
1 preteriti dubitatũ fuerit an legatũ vtpotè incipiens à traditione, ſeù aſſignatione pecuniæ dicatur ſtare taxatiuè, vel potiùs demonſtratiuè iniunctum fuit, vt cauſa poneretur in folio, auditis Eminentiſſimis Exequutoribus, & exhibita integra particula Teſtamenti. Quare Eminentiſſimis Exequutoribus non opponentibus, & Teſtamenti particula proùt ſe habet fidelitèr relata proponitur reſolnendum.

An ſit locus ſuppletioni dotis prò eleemoſina Miſſæ quotidianæ ſiuè potiùs reductioni ad Manualem.

Dicebam ego non eſſe locum ſuppletioni ea ratione, quia agebatur de legato facto ſub vnica ſtructura verborum, & illud
2 incipiebat à rei traditione, & per conſequens bona aſſignata ſtabant taxatiuè, & non demonſtratiuè, itaut hæres non teneretur ſupplere, vti in puncto ſimilis legati pij firmarunt *Ronit. deciſ. 57. & Rot. coràm Merlin. deciſ. 55. per tot. & itàreſpondit Sacra Congregatio Concilij in hac cauſa Romana celebrationis Miſſarum die 31. Martij 1696.*

Non obſtat, quod legatum pium, &
3 præcipuè prò Miſſis latiſſimè ſit interpretandum, itaùt debeatur etiamſi ſpecies legata non reperiretur in hæreditate ea ratione, quod corpus legati pij cenſeatur demonſtratiuè, & non taxatiuè expreſſum *Tiraquel. de priuileg. pia cauſa priuileg. 63. in fin. verſ. & hoc expreſsè, Tondut. reſolut. benefic. cap 90. num. 2. Genuen. pract. Eccleſ. quaſt. 163. num. 3. Lara de anniuerſar. & cappellan. lib 1. cap. 2. num. 21. cum alijs multis cumulatis per Rot. deciſ. 117. per tot. part. 17. recent.*

Quoniam hæc contraria opinio procedit in dubio, quia tunc fundus deſtinatus

prò

pro Legato pio cenſetur ſtare demonſtra-
4 tiuè, at ſecus in caſu præſenti, in quo verſamur in claris, & nulla adeſt circumſtantia ſuadens aliquam dubietatem, prout erat in caſu *dicta deciſ.* 117. *part.* 17. *rec.* vt benè declarando contrariam opinionem explicatur ab eadem *Rota in dicta deciſ.* 117. *à num.* 11. *vſque ad* 13. & faciunt tradita per *Merendam contr. iur. lib.* 17. *cap.* 37. *num.* 42.

Nec ad conſtituendam aliquam dubietatem eſt ſufficiens opinio aliquorum Do-
5 ctorum, quando fit reiecta à ſupremis Tribunalibus, vndè Sacra Rota declarauit tranſactionem nullam, licet factam ſupèr articulo, in quo aderant Doctores hinc indè ea ratione, quia articulus licèt olim controuerſus non poteſt reputari amplius dubius, quando deciſus remanſit à ſupremis Tribunalibus, & præcipuè à Sac. Rota Romana vti recognoſci poteſt *in Romana, ſeù Firmana Succeſsionis* 16. *Ianuarij* 1696. *coràm R. P. D. Priolo* §. *ita paritèr*.

Et quià frequens eſt occaſio dubitandi an, & quando fundus aſſignatus prò cele-
6 bratione Miſſarum ſtet taxatiuè, vèl demonſtratiuè, exiſtimaui prò ornatu huius Voti addere hic per extenſum duo Decreta Sacræ Congregationis Concilij, nouiſſimè ædita in vna Cremen. reductionis Miſſarum, & in altera Romana paritèr reductionis Miſſarum.

In cauſa autèm Cremen. factum ſic ſe habebat Ortenga Tadinus anno 1621. grauauit hæredes ad celebrari faciendum Miſſam quotidianam in perpetuum in Parochiali Eccleſia Loci Vidolaſchi ſub his verbis: *Raccomando l'Anima mia all' Altiſſimo &c. laſciando, che in rimedio di quella perpetuamente, & à perpetui tempi per l' infraſcritto mio Erede, e ſuoi Succeſſori ſia fatta celebrare vna Meſſa quotidiana all' Altare della B. Vergine della Chieſa di Vidolaſcho Territorio di Crema con elemoſina al celebrante di Scudi 60. di lire ſette piccole per Scudo.*

Anno 1680. Camillus hæres attenta inſufficientia eleemoſynæ, reductionem obtinuit ab hac S. Congregatione ad octo Menſes tantùm cuiuslibet anni. Verùm quià abindè citrà ob deficientiam Sacerdotum in dicto loco, nemo reperiri potuit, qui Miſſas huiuſmodi celebrare voluerit prò dicta eleemoſyna ſcut. 60. Hinc idem Hæres præces huic Sac. Congregationi reiterauit, tàm prò vlteriori reductione, quàm prò facultate ſatisfaciendi in alijs Eccleſijs Miſſas in præteritum prætermiſſas.

Epiſcopus deſupèr auditus teſtatur de veritate expoſitorum addens: *Conſtat Vidolaſchi nullum præter Parochum Sacerdotem adeſſe: Ad probandum verò, quod nèc huiuſmodi quidèm reductionis beneficio poſsit obligationem adimplere duos Sacerdotes examinandos Orator exhibuit, è quorum depoſitionibus duo potiſsimum colliguntur. Primum vix inueniri poſſe Sacerdotem, qui velit illud onus ſubire prò ſola eleemoſyna ſc. 60. ex libris ſeptenis huius moneta Veneta: Tùm ob defectum habitationis illic conducendæ, cù domus omnes illius minimi Pagi vix Incolas capiant; tùm ex vijs hyeme præſertim prærruptis. Deinde quod colligitur eſt, ipſoſmet Teſtes exhibitam ſibi huiuſmodi celebrationem de facto recuſaſſe, addentes inſupèr, ideò olim non defuiſſe Sacerdotem, qui illam adimpleret, quià Orator pratèr præfata 60. ſcut habitationem, & alimenta Celebranti ſuppeditabat, quod non vult modò præſtare, cenſens ſe ad nullum aliud onus teneri, præterquàm ad prædicta eleemoſynæ ſolutionem &c. ſi S. Congregationi placebit, nouam reductionem ad breuius tempus benignè concedere, opportunum mihi videretur illam ità fieri, vt in ea computentur omnes Miſſæ feſtiuæ, hoc enim conſultum erit maiori Pauperum Incolarum commodo.*

Recitatis huiuſmodi præcibus, & litteris in præterita Congregatione orta fuit dubitatio, an in præſenti caſu hæres teneatur ſupplere, vèl potiùs intrare poſſit reductio, attento, quod legatum incipiat abonere, & ſic videatur potiùs ſtare demonſtratiuè, quàm taxatiuè, non obſtante ſubſequenti taxatione certæ eleemoſynæ iuxtà *diſtinct. Felini in cap. ſupèr litteris de reſcript.* pluriès ab hac Sac. Congregatione probatam, vt *in Voto bon. me. R. P. D. de Vecchijs apud Criſpin. in Viſitation. Paſtorali part.* 2. §. 18. *num.* 6. Cumque è conuersò Orator innitteretur alteri diſtinctioni *Caſtrenſ. in conſ.* 138. *ſub num.* 3. *lib.* 1. per Sac. Rotam probatæ *coràm Merlin. deciſ.* 55. *num.* 1. & 2. quandò ſcilicèt taxatio facta eſt in eadem oratione, in qua iniunctum eſt onus, vt tunc diſpoſitio dicatur ſtare taxatiuè, & non demonſtratiuè, exindè placuit EE. VV. demandare,

Digitized by Google

vt cauſa deſcriberetur in folio; quo circà perpenſis etiàm his, quæ ad materiam deducta habentur apud *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. part. 2. alleg. 29. num. 7. Ricc. in prax. part. 3. reſol. 371. aliàs 364. numer. 3. & ſeq.* EE. VV. reſpondere dignabuntur.

Primò, *An hæres in præſenti caſu teneatur ſupplere eleemoſynam prò celebratione Miſſæ quotidianæ, vel potiùs locus ſit reductioni Miſſarum, & in qua quantitate.*

Secundò, *An quoad prætermiſſas annuendum ſit petitæ facultati eas celebrari faciendi in alio loco hæredi benè viſo in caſu &c.*

Sac. Congregatio Concilij in hac cauſa Cremen. die 17. Auguſti 1697. reſpondit. Hæredem teneri ad ſupplendum prò celebratione Miſſæ quotidianæ, etiàm non obſtante reductione in caſu de quo agitur. Ad ſecundum annuendum.

In alia verò cauſa Romana, ſic fuit expoſitum Sacræ Congregationi Concilij.

Mandauerat anno 1637. Franciſcus Falconerius in eius Codicillis, vt ex capitali Ducatorum 2500. exiſten. in Ciuitate Neapolis fundarentur tot Cappellaniæ amouibiles cum onere Miſſæ quotidianæ, & cum obligatione hæredibus iniuncta ſupplendi redditus ſufficientes in caſum inexigibilitatis ſub his verbis: *Ordina, e comanda, che ſi aſſegni l' entrata di Ducati 2500. dell entrata di Napoli per l'erettione di tante Cappellanie, quante v' entrano, conforme al Sinodo di Napoli à beneficio de Preti Secolari, quali debbano celebrare giornalmente per l' Anima di eſſo Teſtatore &c. mà non potendoſi eſigere l' entrata di Napoli ſia obligato il ſuo Erede ſupplire quell entrata, che fruttano detti Ducati 2500 in Napoli di quaſiuoglia effetto della ſua eredità, acciòche ſenza impedimento, nè retardatione alcuna ſi faccia detta celebratione, quale duri in perpetuo, e l' eſattione ſi faccia da detti Cappellani dell entrate, che ſi aſſegnano, e non potendoſi eſiggere, come di ſopra l' Erede debba ſupplire, pagando del modo, che hauerebbero da eſiggere dette entrate ſe ſi pagaſſero.*

Prò adimplemento huiuſmodi diſpoſitionis bonæ memor Reu. P. Franciſcus Falconerius magis tutum exiſtimans inueſtimentum dictarum pecuniarum in Vrbe fundauit ibidem duas Cappellanias, ac prò illarum dote aſſignauit loca 21. Montis Communitatis tertiæ erectionis, empta cum dictis Ducatis 2500. conſtituentia tunc temporis annuum redditum ſcutorum 94. 50. & ſic annua ſcut. 47. 25. prò quolibet Cappellano.

Cum autèm ob pluriès ſuperuentam dictorum Montium Extractionem, illorumque fructuum reductionem, hodiè redditus præfatarum Cappellaniarum redactus fuerit ad annua ſcuta 54. & ſic ad ſcuta 27. prò vnaquaque ipſarum; pœnitus inſufficientia ad ſubſtentationem oneris Miſſæ quotidianæ; Hinc moderni Cappellani inſteterunt coràm hac Sacra Congregatione prò reductione eiuſdem oneris: Verùm excitata per Eminentiſs. Vrbis Vicarium deſupèr requiſitum difficultate, An per obligationem ſupplendi hæredi à Teſtatore iniunctam in caſu inexigibilitatis, cenſeatur ſimilitèr iniuncta eadem obligatio in caſum diminutionis redditutum, non grauabuntur hodiè EE. VV. informantibus, tàm Cappellanis, quàm hæredibus pij Teſtatoris decernere. *An ſit locus petitæ reductioni, vèl potiùs hæredes teneantur ſupplere in caſu &c.*

Sacra Congregatio Concilij die 7. Septembris 1697. reſpondit. Quoad primam partem negatiuè, & quoad ſecundam affirmatiuè.

ARGVMENTVM.

Diligentiæ quando dicantur factæ à Ceſſionario, vt agere poſſit contrà cedentem; negligentia in exigendo nomen ceſſum, quando præiudicet ceſſionario.

SVMMARIVM.

Diligentiæ quando dicantur factæ per ceſſionarium prò exactione nominis ceſſi, vt agere poſſit contrà cedentem num. 1.

Negligentia in exigendo nomen ceſſum, quando præiudicet ceſſionario num. 2. 3. 4. 5. & 6.

VOTVM CVII.

LVcretia, & Antonius à Lino Coniuges occaſione tranſactionis initæ de anno 1691. 22. Decembris aſſignarunt, & ceſſerunt D. Ioanni Baptiſtæ de Arigonis creditum cambij limitati capitalis

lis librarum 600. annuique redditus librarum 36. quod habebant contra DD. Chriſtophorum de Baſſis, & Dominicum de Fabris principaliter, & in ſolidum obligatos, dictumque creditum ſic ceſſum præfati Coniuges promiſerunt manutenere verum, & reale, & exigibile tam de facto, quam de iure, adhibitis priùs per dictum D. de Arigonis excuſſionibus contra Debitores ceſſos.

De anno 1694. die 8. Ianuarij præfatus Dominus de Arigonis prò conſequenda ſatisfactione nominum ſibi ceſſorum, iudicialiter egit contrà Dionyſium de Fabris aſſertum hæredem dicti q. Dominici de Fabris, qui comparens in actis proteſtatus fuit ſe non eſſe, nèc velle eſſe hæredem dicti q. Dominici; ac etiam præfatus Ceſſionarius inſtetit contrà Ioannem Philippum de Podijs hæredem q. Chriſtophori de Baſſis, qui in actis concludentèr docuit ſe eſſe hæredem præfati Chriſtophori cum beneficio legis, & inuentarij, ſibique competere retentionem bonorum non titulo hæreditario, ſed particularis iuris anterioris, iàm per binas ſententias ad ipſius fauorem approbati.

His attentis D. Ioannes Baptiſta de Arigonis ceſſionarius iudicialiter egit contrà cedentes, vt eiſdem præfigeretur terminus ad indicandum hæredes, & bona debitorum ceſſorum, aliàs vt relaxaretur mandatum contrà cedentes, qui promiſerunt manutenere iura ceſſa non ſolùm vera, ſed exigibilia tàm prò ſorte, quàm pro fructibus decurſis, & decurendis.

Vndè cum intrà terminum prædictum aſſignatum cedentes neglexerint indicare hæredes, & bona debitorum ceſſorum, ex quibus ceſſionarius poſſit ſibi ſatisfieri, cenſui mandatum relaxandum eſſe ad fauorem dicti D. Ioannis Baptiſtæ de Arigonis ceſſionarij in præiudicium præfatorum cedentium; Conſtat enim de diligentijs, & excuſſionibus factis præuio iudicio contrà aſſertum hæredem q. Dominici de Fabris vnius ex Debitoribus ceſſis, qui comparens in actis dixit ſe non eſſe hæredem, itaùt contrà eumdem ceſſionarius vlterius proſequi non potuerit iudicium, & coactus fuerit citare cedentes, vt indicarent quiſnàm eſſet hæres præfati Debitoris ceſſi ad effectum prouocandi illum in iudicio; Nec dubitari poteſt de di-
ligentijs vlterius factis per ceſſionarium,
etiàm contra Ioannem Philippum hæredem
cum beneficio legis, & inuentarij alterius
Debitoris ceſſi, qui vti ſupra fuit
1 expoſitum iuſtificauit ſibi competere
retentionem bonorum alio titulo quàm hæreditario,
quæ diligentiæ factæ per ceſſionarium
exuberant, vt ipſe obtinere poſſit
regreſſum contra cedentes, cum ad effectum,
de quo agitur ſufficiat, vt bona
Debitoris ceſſi ſint intricata, vèl poſſeſſa
à tertijs, vèl quod ceſſionarius citauerit
cedentes ad indicandum hæredes, & bona
supèr quibus exequutio fieri poſſit *Rot. poſt
Poſt. de ſubhaſt. deciſ. 52. nu. 8. & poſt Olcam
de ceſsion. iur. deciſ. 35. num. 6. & 7. poſt
Merlin. de pign. deciſ. 49. num. 1. & coràm
Card. Celſo deciſ. 54. num. 13. repetita intèr
recent. deciſ. 260. part. 10.*

Quibus non aduerſatur, quòd D. Ioannes
Baptiſta de Arigonis ceſſionarius debuiſſet
agere ſtatim de tempore ceſſionis
contrà debitores ceſſos, & non expectare
2 curſum duorum, & vltrà annorum, in quo
interuallo nomen ceſſum euaſit omninò
inexigibile, cum certum ſit periculum nominis
ceſſi cedere in damnum ceſſionarij
negligentis illius exactionem *l. periculum
35. ff. ſi cert. pet. cum alijs apud Olcam de
ceſsion. iur. tit. 7 quæſt. 3. num. 39.*

Quoniam in Iure noſtro non eſt determinatum,
quod nàm tempus requiratur
ad effectum conſtituendi ceſſionarium in
culpa, & negligentia, ſi ipſe ceſſionarius
3 non ſtatim in iudicio egerit prò conſequenda
ſatisfactione nominis ceſſi, ſed totum
legitur remiſſum arbitrio Iudicis, qui
ponderare debet rerum, perſonarumque
qualitates iuxtà Doctores pleno calamo
cumulatos per *R. P. D. Anſaldum in ſuo tractatu
de commer. diſcur. 32. num. 23.* Vndè
Sacra Rota declarauit Maritum non negligentem
in exigendis nominibus ceſſis,
& prò ſua Dote aſſignatis licèt dediſſet
debitori ceſſo dilationem quatuor annorum
ad ſoluendum, vti recognoſci poteſt
in nouiſſimis Deciſionibus emanatis in
*Romana Pecuniaria 27. Iulij 1689. & 3.
Martij 1692. coràm Reuerendiſs. Decano.*

Ad conuincendum autem ceſſionarium de negligentia, & culpa, quæ non præſumitur eſſet probandum per cedentes, quod ipſi ceſſionario fuiſſet præfixus certus terminus ad exigendum, ſinè qua tempo-

tris

ris limitatione numquàm ceſſionarius de
4 negligentia redargui poteſt *Soccin. conſ.*
273. num. 6. lib. 2. Ruin conſ. 45. num. 5.
lib. 5. Gratian. diſcept. 527. num. 8. & 9.
Thomat. deciſ. 61. num. 11. tùm quia ne-
gligentia, vt noceat ceſſionario, demon-
ſtrari debet per cedentem, quod nomen
ceſſum de tempore ceſſionis fuiſſet facilis
exactionis, cum mutatio ſtatus intra ter-
minum duorum annorum non præſuma-
tur, pròut relictis generalibus in terminis
noſtris fuit firmatum *per Rot. in dicta Ro-*
mana pecuniaria 27. Iunij 1689. coràm Re-
uerendiſsimo Decano, §. Siquidem, & ſeq.
quæ iuſtificatio non ſolùm deficit in pro-
ceſſu, ſed potius ex eiſdem actis excludi-
tur, quià bona debitorum ceſſorum etiam
de tempore ceſſionis, vel erant intricata,
vel reperiebantur penes tertios poſſeſſo-
res, quæ omnia ſufficiunt ad excuſandam
moram ceſſionarij in procurando exactio-
nem debitoris ceſſi.

Obſeruando præſertim, quod in præ-
ſenti hypotheſi non ſolùm fuerit promiſ-
ſum verum nomen debitoris, ſed vlteriùs
illud exigibile, tàm de facto, quàm de iu-
5 re in quibus circumſtantijs conueniunt
ſcribentes, quod exigibilitas debeat ma-
nuteneri, tàm de tempore ceſſionis, quàm
etiàm in futurum latè *Gratian. d. diſcept.*
527. num. 6 & 14. & 35. Rot. in Aſculana
cenſus 5. Iunij 1693. coràm R. P. D. Manuel.
§. Non obſtat, vbi agebatur poſt quinqua-
ginta annos à die factæ ceſſionis, & ideò
hæc omnia indubitanter ſunt admittenda
in præſenti in quo agitur de breui lapſu
duorum annorum dumtaxat.

6 Maximè quia remota delegatione, &
datione inſolutum, etiàm ſtante mora, &
negligentia in agendo prò ſolutione con-
ſequenda à debitore ceſſo, ceſſionarius
ſempèr poteſt redire contrà cedentem,
quando nomen ceſſum euaſit inexigibile
ſecundum plures deciſiones relatas *per*
clar. mem. Card. Celſ. in deciſ. 54. num. 11.
ex quibus omnibus ſimùl iunctis credidi
eſſe relaxandum mandatum fauore ceſſio-
narij in præiudicium cedentium.

Et ità, &c.

ARGVMENTVM.

REdhibitoria an, & quando habeat locum in venditione animalium. Morbus quando dicatur recens, vèl antiquus. Statutum Bononiæ in lib. 4. de proxenet. declaratur.

SVMMARIVM.

Venditor animalium non tenetur de morbo, ſiuè vitio ſuperuento poſt venditionem num. 1.

Teſtis malè affectus non probat num. 2.

Teſtis deponens per verba ni fallor non probat num. 3.

Teſtes habentes exceptiones admittuntur ad probandum morbum animalium, vt habeat locum redhibitoria num. 4.

Declara num. 5.

Animal præſumitur fuiſſe morboſum etiàm de tempore contractus, ſi poſt paucos dies detegatur morboſus num. 6.

Declara num. 7. & 8.

In materia morborum animalium ſtatur iudicio peritorum num. 9.

Teſtes examinati ad perpetuam adminiculati faciunt magnum inditium veritatis num. 10.

Statutum Bononiæ lib. 4. de proxenet. declaratur num. 11.

Statutum eſt ſtrictè interpretandum num. 12.

VOTVM CVIII.

DIe 16. Maij currentis anni 1697. Illuſtriſſima D. Camilla Moranda de Ghirardellis emit, mediante eius Auriga, duos equos prò vſu ſui currus ab Illuſtriſſimo D. Ioanne Gabrielle de Guidottis pretio librarum 450. Poſt aliquos dies ab hoc contractu elapſos repertum fuit per Emptricem vnum ex dictis equis claudicare, vnde ipſa poſt quàm acriter redarguiſſet Aurigam ob non adhibitas debitas diligentias in emptione equorum, coràm me intentauit die 5. Iunij actionem redhibitoriam ſupponendo defectum equi fuiſſe antiquum, vèl ſaltèm de tempore venditionis, & ideò prætendebat poſſe reſilire à contractu.

Prò recognoſcenda qualitate morbi iſtius equi fuerunt ſucceſſiuè electi duo Periti, qui cum fuerint diſcordes deuentum fuit ad electionem tertij, qui retulit dictum equum non laborare aliquo morbo antiquo, ſed tantum recenti vulnere, quod breui temporis ſpatio ſanari poterat, vndè ego cenſui non eſſe locum reſolutioni contractus.

De

De iure autèm communi non eſt locus redhibitoriæ, niſi concludentèr probaretur per Emptricem, quod morbus adeſſet de tempore contractus, cum certum ſit Venditorem non teneri de vitio, ſeù mor-
1 bo ſuperuento poſt venditionem *l. ſi quod Priorem 3. C. de adil. adict. Petr. Gregor. Tholoſan. Syntagm. iur. part. 3. lib. 25. cap. 21. num. 15. Cabal. de adil. action. cap. 2. de redhib. nu. 5. Adden. ad deciſ. 22 Gypſ. verſ. propoſita deciſio. Ciarlin. contr. 89. num. 7. Card. de Luca de empt. diſc. 8. num. 6. Rot. coràm Millino deciſ.* 180. *num.* 8.

Ad demonſtrandū autem, quod de tempore venditionis equus morbo laboraret, plures Teſtes fuerunt formitèr examinati, quorum primus depoſuit vidiſſe equum claudicare ante venditionem, & iſte in ſuo dicto eſt ſingularis, & propterea nihil probat, præſertim quia paulò ante examen fuerit dimiſſus cum aliqua amaritudine
2 per dictum Dominum Gabrielem à ſuo famulatu, & ideò ſtante hac mala affectione eidem teſti deponenti contrà eumdem D. Gabrielem, nulla fides eſt adhibenda *Rot. deciſ.* 131. *num.* 1. *par.* 13 *recent.* Secundus Teſtis eſt Auriga, qui emit ſupradictos equos prò ſua Domina, cuius dictum non percutit tempus venditionis, quæ fuit facta die Iouis 16. Maij, ſed deponit dubitatiuè de die Dominico ſubſequenti ibi — *Se non fallo la Domenica ſeguente*, & pro-
3 pterea nec minùs concludit de die Dominico, vti de teſte deponenti per verba ni fallor reſpondit *Rot. deciſ. 9. num. 7. part. 2. diuerſ.* tùm quia iſte Teſtis eſt ille, qui emit equos, & deponit ad ſui exonerationem, & ideò apparet ex tot multiplicatis exceptionibus, nullam fidem eidem eſſe præſtandam.

Nec releuat, quod in materia difficilis probationis ſit ſtandum etiam depoſitionibus Teſtium ſingularium, & quamuis non ſint omni exceptione maiores, vti relictis generalibus in puncto ſimilis venditionis
4 animalium adeſt votum deciſiuum Calderoni *impreſ. poſt conſ. Ramon. tom. 4. deciſ.* 94. Quoniam non videtur admittendum, quod materia, de qua agitur, ſit difficilis probationis, dum contractus non fuerit factus in Syluis, ſed in Ciuitate, pluribus
5 præſentibus, tempore diurno, præſertim quia tractatur de equo multis noto, & faciunt tradita per *Rot. in Toletana hæreditatis 16. Maij 1687. coràm R.P.D. Vrſino §. quo verò, in Viterbien. Dotis 5. Iulij 1688. coràm R. P. D. Caprara §. quia viſum fuit in Melenitana depredationis prima Iulij 1693. coràm R. P. D. Molines §. minùs obſtat.* Sed dato etiàm, quòd ſupradictus Auriga mereretur fidem, attamèn eius depoſitio non percutit tempus contractus, nec determinatè tempus ſubſequens, dùm dubitatiuè ipſe Teſtis depoſuit de die Dominico ibi — *ſe non fallo.*

Cœteri autem Teſtes deponunt, vel poſt decem dies, vel poſt menſem elapſum à die factę venditionis, & ideò omnes ſimul iuncti non probant, quod equus morbo laboraret tempore contractus, ſicùt eſſet neceſſarium iuxtà Doctores ſuprà allegatos, vt Emptrix poſſet à contractu reſilire.

Minùs obſtat, quod animal præſumatur morboſum, etiàm de tempore contra-
6 ctus, ſi poſt celebrationem iſtius intrà breue temporis ſpatium appareat idem animal aliquo morbo laborare. *Abbat. in cap. iniuſtum numer. 5. de rerum permutat. Bald. in leg. 1. num. 20. C de adil. action. Ciarlin. contr. 89. num. 8. & 9. Antonel. de temp. legal. cap. 20. num. 13. lib. 3. Rot. Bonon. apud Gypſ. deciſ. 22. num. 4.*

Quia de iure in terminis, de quibus agitur tempus breue dicitur duorum, vel triū
7 dierum, vti benè explicatur per *Bald. in dicta leg. prima ſub nu. 20. Antonel. de temp. legal. lib. 3. cap 20. num 13.* & ideò cum omnes Teſtes deponant extrà tempus triū dierum à die factæ venditionis ceſſat omnis difficultas, nec poteſt eſſe locus redhibitoriæ.

Vltrà quod verſamur in caſu vulneris, quod incontinenti effici poterat, & non morbi, qui paulatim producitur, vndè in iſta hypoteſi non eſt arguendum de præ-
8 ſenti ad præteritum, etiam ſi intèr vtrumque breuiſſimum temporis ſpatium intercederet, ſed debet probari, quod vulnus adeſſet præcisè de tempore contractus *Bald. in leg prima, ſub num. 20. C. de adil. action. Ciarlin. contr. 89. à num. 7. vſque ad 10. Antonel. de temp. legal. lib. 3. cap. 20. num. 16.*

Quod autèm morbus equi, de quo agi-
9 tur conſiſtat in ſolo vulnere facto vulgò *con vn Forcone*, dubitari nequit, cum hoc aſſeratur à Perito, cuius iudicio in hac materia morborum animalium præcipuè deferen-

Digitized by Google

ferendſi eſſe tradunt *Rot. Bonon. apud Gypſ. deciſ.* 22. *num.* 2. *Surd. deciſ.* 146. *num.* 21. cum alijs in *deciſ.* 94. *num.* 21. *poſt tom.* 4. *conſ. Ramon.*

Accedente præſertim examine ſex te-
ſtium ad perpetuam rei memoriam depo-
nentium, equum nullo morbo laborare de
10 tempore immediatè antè contractum, qui
licèt non fuerint formitèr repetiti, tamèn
ratione numeri, & nobilis qualitatis per-
ſonarum concedendum eſt, quod ſaltem
in hac dubietate faciant vehemens admi-
niculum *Rot. deciſ.* 198. *nu.* 8. *par.* 14. *recen.*

Et demùm non obſtar Statutum Bono-
11 niæ *lib.* 4. *de Proxen.* diſponens, quod mor-
bus exiſtens in animali vendito non elapſo
menſe poſt contractum, præſumatur adfuiſ-
ſe etiàm de tempore venditionis, quia Sta-
tutum loquitur de morbis diuerſis ab iſto,
de quo agitur, & vti correctorium iuris cō-
munis non eſt extendendum ad caſus non
expreſſos *Rot. deciſ.* 20. *num.* 8. *part.* 14. &
in puncto huius Rubricæ Statuti Bononiæ
firmatur per *Monterentium in eius gloſ. verſ. limitata referas*; qui concludit caſus non
expreſſos in dicta Rubrica remanere ſub
diſpoſitione iuris communis.

Et ita &c.

ARGVMENTVM.

ALienatio facta à Socio, ſeù condomino rei communis quando ſubſtineatur. Statutum laicum non poteſt diſponere contra Clericos. Statutum Bononiæ non eſt confirmatum in forma ſpecifica.

SVMMARIVM.

Alienatio rei communis facta ab vno ex condominis quando ſit valida num. 1. & per tot.

Socius habet portionem in qualibet gleba rei communis num. 2. & 3.

Alienata à filio grauato imputantur in legitimam num. 4.

Statutum laicum non comprahendit Clericos numer. 7.

Amplia etiamſi diſpoſitio ſit directa in laicos numer. 8.

Statutum reſpiciens ſolemnitates contractus eſt ſeruandum etiàm in contractu laici cum clerico num. 9.

Statutum Bononiæ non eſt confirmatum in forma ſpecifica num. 10.

Statutum Bononiæ an comprahendat contractus iuratos num. 11.

VOTVM CIX.

CArolo Antonio, & Fratribus de Ia-
cominis anno 1669. Dominicus de
Mutianis vendidit tria Petia terræ
vnius Prædij, quod poſſidebat prò indiui-
ſo cum Matthæo, & Thoma de Mutianis
eius Nepotibus, qui coràm me dictā Alie-
nationem impugnarunt, vti factam de re
communi antè diuiſionem abſque eorum
conſenſu, non obſtante quod prò conſe-
quendis eorum integris portionibus rema-
nerent alia bona, quæ paritèr communi-
tèr poſſidebant cum dicto Dominico ven-
ditore. Vlteriùs dictā alienationem præ-
tendebant nullam, tamquam factam contrà
formā Stat. Bonon. *in tit. de vendit. & alien. bonor. fumant. lib.* 7. diſponentis venditio-
nes eſſe inualidas non præcedentibus pu-
blicis notificationibus, quando bona fu-
mantium venduntur Ciuibus, quamuis re-
plicaretur prò parte Emptorum, ſiuè co-
rum Succeſſorum patrium Statutum non
poſſe ſibi locum vindicari in hac venditio-
ne facta cum iuramento, & pacto francan-
di, præſertim quia intèr Emptores aderat
Sacerdos exemptus à iuriſdictione Sta-
tuentium. Vndè auditis pluries Partibus
multa doctè, ſubtilitèrque deducentibus
credidi alienationem ſubſtineri.

Nam venditio rei communitèr poſſeſſæ
1 facta ab vno ex Condominis eſt valida,
quando in cæteris bonis, quæ prò indiui-
ſo poſſidentur remaneat æquiualens prò
portione alterius Socij, ſeù Condomini,
quia ex tali alienatione conſorti nullum
detrimentum ſaltem conſiderabile proue-
nire poteſt, vti in his terminis firmatur
per Rotam coràm Coccin. deciſ. 2229. *nu.* 15.

Nec releuat, quod ſupradicta opinio
2 procedat, quando venderetur à Socio in
genere ea pars, quam haberet in fundo
communi, at ſecùs in præſenti in quo fue-
runt alienata in ſpecie, & in indiuiduo tria
Petia terræ prædij prò indiuiſo poſſeſſi;
nàm hoc caſu contractus debet reputari
nullus, cum Socio non ſit permiſſum ven-
dere in ſpecie rem communem abſq; con-
3 ſenſu conſortis, dum alienaret rem non
ſuam

ſuam *leg. 1. & 2. C. comm. deuid. leg. 2. C. de commun. rer. alienat. Michalor. de duob. fratr. part. 2. cap. 34. num. 11. & 12. Rot. deciſ. 32. num. 12. part. 15. recent.* Ea ratione quia Socius habet participationem in qualibet parte, & gleba cuiuslibet corporis communis antè diuiſionem *Gloſſ. in lege ſi familia C. famil. erciſcun. Palm. Iun. conſult. 25. nu. 11. Felician. de Sociot. cap. 28. nu. 31. Rot. coràm Coccin. deciſ. 2229. num. 14.*

Quoniàm obiectum procederet, quando alteri Socio non remaneret æquiualens portio in alijs bonis, at ſecùs in præſenti, in quo abſque neceſſitate deſtruendi venditionem, Socius poteſt de ſua portione ſatisfieri in cæteris bonis æqualis conditionis, nam in his circumſtautijs alienatio eſt
4 ſubſtinenda ad euitandos inanes circuitus ex quadam æquitate, quæ conſiderari ſolet in filio, & hærede grauato, cui licet competat detractio legitimæ ex qualibet gleba corporum hæreditatis, tamèn venditio vnius integri corporis fideicommiſſo ſubiecti facta per eundem hæredem ſubſtinetur; quia lex in iſto caſu ad excludendum delictum fingit antecedentem diuiſionem, ita vt hæres cenſeatur elegiſſe in portionem ſuæ legitimæ detrahendæ illud prędium, quod alienauit iuxtà terminos legis *Marcellus §. res quæ ff. ad Trebellian. & benè ad rem noſtram ratiocinatur Card. de Luc. de regal. diſc. 31. ſub nu 18. diſc. 160. n. 20.*

Nec turbat quod diſpoſitio Textus in dicta lege Marcellus §. res quæ, tamquàm odinata ad ſubſtinendam alienationem rei fideicommiſſariæ factam per hæredem grauatum, non ſit extendenda
5 ad omnino diuerſum caſum Socij alienantis rem communem, quia eadem æquitas, quæ militat in caſu alienationis factæ per hæredem grauatum ex paritate rationis, debet habere locum, etiàm in venditione rei communis ab vno ex Condominis facta, quando, vti dixi, remaneant portiones ſufficientes prò alijs conſortibus, ſeù Socijs in alijs bonis eiuſdem vel ſimilis conditionis, prout in puncto firmarunt *Merlin. de pignor. lib. 2. tit. 1. quæſt. 36. ſub num. 19. verſ. ſolet etiàm Card. de Luc. de regal. diſc. 31. ſub num. 18. & benè Rot. poſt Cenſ. de conſ. deciſ. 49. num. 8. verſ. prout etiàm.* Nec huic opinioni aduerſatur *deciſ. 32. num. 12. part. 15. recen.* quia in illo caſu non apparebat adeſſe alia bona ſuf-
6 ficientia, & eiuſdem conditionis prò portione alterius Conſortis, & ſic dicta deciſio non applicatur noſtræ controuerſiæ; tum quia ad ſubſtinendam alienationem iàm factam, Iudex in diuiſione ex æquitate tenetur aſſignare Venditori in computum ſuæ portionis corpus ab ipſo diſtractum, ſuppoſita ſemper exiſtentia aliorum bonorum prò alijs Condominis, ne publicum commercium, & contractus facti bona fide ſaltèm reſpectu Emptorum tàm facilè euertantur *Rota in dicta deciſ. 49. n. 8. poſt Cenſ. de cenſib. & faciunt etiàm tradita per Caſſan. conſ. 57. num. 4. Monac. deciſ. Bonon. 45. num. 10.*

Quibus firmatis non releuat, quod venditio ſit nulla, cum ad formam Statuti non præceſſerint ſolitæ denunciationes, quan-
7 do alienantur bona fumantium Ciuibus. Quoniàm Statuentes volentes ne Camera Communis Bononiæ in ſolutione gabellarũ fraudaretur; ordinarunt, vt in emptione bonorum eſſent ſempèr præferendi illi, qui oneri collectarum ſubiacerent, & prò huiuſmodi effectu diſpoſuerunt, vt præcederent ſupradictæ denunciationes, aliàs alienatio eſſet omninò nulla, & bona hac forma non ſeruata remanerent affecta gabellis quamuis tranſirent in Ecclſſiaſticos; & ideò hæc diſpoſitio Statuti laicalis ex defectu poteſtatis nullatenus contra Clericum emptorem eſt attendenda *cap. Eccleſ. S. Maria, & cap. quæ in Eccleſ de conſtit. & in puncto Statuti Bononiæ firmatur per Caſtald. conſult. 71. num. 7.*

Non obſtat, quod cum Statutum dirigat ſuam diſpoſitionem in Venditores illis prohibendo alienationem, qui cum tamquàm Laici reperiantur ſtatuentium iuriſdictioni ſubiecti, non ſint attendendæ per-
8 ſonæ Emptorum quamuis exemptæ, præſertim quando Statutum emanauit non in odium Cleri, ſed fauore Reipublicæ, nè iſtius redditus diminuatur *De Marin. lib. 1. reſol. 55. num. 5. & ſequent. Graſ. de effect. Clerical. effect. 2. num. 395. Giurb. deciſ. 25. nu. 10.* Quia apud Canoniſtas iſta opinio paſſim reicitur, cũ Laici non poſſint ſtatuere cõtrà Clericos, nec actiuè, nec paſſiuè, nec tacitè, nec expreſsè, nec directè, neque indirectè vti in ſimili Statuto prohibente alienationem in Clericos traditur per *Textum apertum in cap. final. de immunit. in 6.* & innumeris relatis firmarunt latè *Pignatel.*

conſult. Canonic. tom.3. conſult.15. à nu. 61. & ſignantèr nu. 68. Sperel. deciſ. 10. nu. 11. deciſ.12. nu.52. & 53. & deciſ. 123. nu. 69.

9 nec minùs officit, quod Statutum diſponens eſſe facienda proclamata ante venditionem, vti reſpiciens ſolemnitates contractus à Laico perficiendi, ſit ſeruandum etiam in venditione Laici alienantis prædium Clerico, ſiuè Eccleſiæ *Sperel. deciſ. 10. nu. 3. & 4. Graſſ. de effect. Clerical. effect. 2. num. 192. cum pluribus ſequen. Card. de Luc. de dot. diſc. 143. num. 33.* Quia ſupradicta concluſio in ſuis terminis poſſet procedere, veluti quando Statutum exigeret in contractu Laici tres Teſtes; Secùs verò quando ſolemnitas ſit directa ad læſionem libertatis Eccleſiaſticæ prout in præſenti, dùm tendit ad impediendum contractum cum Clerico, vti benè inter vtrumque caſum diſtinguit *Graſſ. de effect. Clerical. effect. 2. num. 194.* fortiùs quia in noſtra hypotheſi Statuentes declarauerunt intentionem impediendi emptionem faciendam à Clerico non tacitè, ſed expreſsè, & ſic intrat ineuitabilitèr diſpoſitio litteralis *Textus in cap. final. de immunit. in 6.*

Et demùm non aduerſatur, quod Statutum Bononiæ vti confirmatum in forma ſpecifica à Pontifice, tamquàm lex Papalis

10 debeat etiàm afficere Clericos *Rot. deciſ. 207. penès Poſt. de ſubhaſtat. & coràm Bich. deciſ. 381. num.23. & ſeqq.* Quia contraria opinio præualuit tàm apud Doctores antiquos, quàm apud modernos communitèr firmantes dictum Statutum non fuiſſe confirmatum in forma ſpecifica, de qua materia latè traditur *per Rotam in Bononien. cambij 8. Iunij 1685. coràm R. P. D. Florez.*

11 *§. Fruſtra, & per tot.* vbi ad ſatietatem omnibus, quæ in contrarium adduci poſſunt reſpondetur, quæ Deciſio eſt impreſſa poſt conſilia *Ramon. part. 2. deciſ. 9.* quæ vlteriùs firmat Statutum Bononiæ non habere locum in contractu iurato, quando de eo non efficitur mentio in eodem Statuto, ex qua notabili circumſtantia deſumi etiam poteſt validitas ſupradictæ venditionis.

Et ita &c.

ARGVMENTVM.

Emphiteuſis Eccleſiaſtica an, & quando ſit tranſitoria ad extraneos. Bona emphiteutica an, & quando poſſint obligari.

SVMMARIVM.

Emphiteuſis Eccleſiaſtica acquiſita prò ſe, & hæredibus non eſt tranſitoria ad extraneos num. 1. & per tot.

Declarantur contraria auctoritates num. 5.

Bona talis emphiteuſis non poſſunt alienari, nec hypothecari num. 3. 4. & per tot.

Natura emphiteuſis colligitur ex obſeruantia numer. 9.

Qualitas hæreditaria in emphiteuſi eccleſiaſtica ſufficit, vt conſideretur reſpectu primi acquirentis num. 13.

Hæres beneficiatus poteſt retinere bona emphiteutica, & relaxare bona paterna creditoribus. num. 13.

VOTVM CX.

Presbyteri Conſortiales Portæ S. Petri Bononiæ vſquè de Anno 1613. dederunt in Emphiteuſim fundum, exiſtentem in Territorio Sancti Ægidij Petro de Ramazzottis prò ſe, & eius hæredibus ſtipulanti, & conducenti. De Anno 1645. Iacobus de Ramazzottis dicti Petri Nepos præuia emptione facta portionum, quas habebant in dicto Prædio Emphyteutico alij Fratres de Ramazzottis, obtinuit à præfatis Præsbyteris Cõſortialibus Sancti Petri renouationem Emphyteuſis in memorato fundo prò ſe, & ſuis hæredibus. Mortuo deinde dicto Iacobo de Anno 1671. ſucceſſit in dicta bona Emphyteutica Ioſeph eius filius, qui ſub obligatione omnium bonorum, & Iurium plurima contraxit debita, & præcipuè cum Iacobo Burgheſio. Succeſſiuè de Anno 1693. deceſſit præfatus Ioſeph, cuius hæreditatem adiuit eius filius Antonius Maria de Ramazzottis cum beneficio Legis, & Inuentarij, qui pulſatus coràm me à Creditoribus paternis, & ſignantèr à Iacobo Burgheſio, ad euitandas vlteriores moleſtias tàm in perſona, quàm in proprijs bonis, reddidit rationem de omnibus bonis inuentariatis, & in hæreditate paterna repertis. Et ſolùm orta fuit controuerſia in ſupradicto prædio Emphyteutico, dùm præfatus Antonius Maria prætendebat eſſe demendum à ſtatu hæreditario eius

Pa-

Patris, illudque ſibi competere iure pro-
prio, & tamquàm vocato in inueſtitura
Emphyteuſis ab eius Auo acquiſitæ. Vn-
dè cenſui eſſe demenda à ſtatu hæredita-
rio paterno dicta bona Emphyteutica, &
bene fuiſſe redditam rationem per dictum
Antonium Mariam, illumque non eſſe vl-
teriùs moleſtandum à Creditoribus pa-
ternis in perſona, & bonis proprijs.
Et fundamentum reſolutionis fuit, quia
Ioſeph de Ramazzottis non potuit obliga-
1 re dicta bona Emphyteutica in præiudi-
cium Antonij Mariæ eius filij, qui poſt
mortem Patris ſucceſſit in eadem bona iu-
re proprio, & vti comprehenſus in inue-
ſtitura Emphyteuſis acquiſitæ ab eius Auo
prò ſe, & ſuis hæredibus. Agitur enim
de bonis Emphyteuticis Eccleſiaſticis, in
quibus ſub hæredum mentione non ve-
niunt niſi hæredes ſanguinis, & deſcen-
dentes ab ipſis inueſtitis *Rot. in recent. deciſ.
245. num. 1. part. 15. deciſ. 54. num. 23. &
deciſ. 350. num. 2. part. 16. & coràm Bich.
deciſ. 483. num. 1. coràm Merlin deciſ. 583.
num. 3. cum alijs cumulatis in Bononien. Em-
phyteuſis 17. Aprilis 1682. §. primo coràm
Reuerendiſsimo Vrſino Decano confirmata 12.
Februarij 1683. coràm R. P. D. Guazzardo §.*
2 *Conformitas;* Itaùt Emphiteuſis Eccleſia-
ſtica conceſſa alicui prò ſe, & hæredibus
dicatur ex pacto, & prouidentia *Rot. coràm
Merlin. deciſ. 583. num. 3. & in recent. de-
ciſ. 245. ſub num. 1. & ſub num. 8. par. 15.*
Et per conſequens cum bona Emphy-
teuſis Eccleſiaſticæ reſtrictæ ad ſolos hæ-
redes ſanguinis non ſint tranſitoria ad ex-
traneos ſequitur, vt illa non poſſint nèc
3 alienari, nèc obligari, & hypothecari in
præiudicium vocatorum, vti in terminis
tàm venditionis, quàm hypothecæ firma-
runt *Salgad. laberint. Creditor. part. 3. cap. 3.
num. 33. cum pluribus ſequen. de Luca ad
franc. deciſ. 226. num. 3. Rot. coràm Bich.
deciſ. 326. num. 4. & 5. poſt Merlin. de pi-
gnor. deciſ. 69. num. 4. & in recent. deciſ.
183. num. 2. part. 14. & deciſ. 89. num. 2.
& 3. & deciſ. 143. num. 1. part. 15. & in
Amerina Emphyteuſis 12. Ianuarij 1693. co-
ràm R. P. D. Herunault §. Idque confirmata 15.
Februarij 1694. coràm Reuerendiſsimo Vrſi-
no Decano §. Iſta namque.*
Neque obſtat, quod bona Emphyteuſis
etiàm Eccleſiaſticæ licèt non valeant alie-
4 nari in extraneos, tamèn poſſint hypothe-
cari, & obligari iuxtà multos, quos refert,
& ſequitur *Merlin. de pignor lib. 2. quæſt. 8.
num. 18. & Rot. recent. deciſ. 295. num. 4.
p. 4. & dec. 77 p. 17. & in Amerina bonorum
28. Ianuarij 1678. §. nequè ſubſiſtit coràm
clar. mem Card. Vicecomite, & nouiſsimè in
Romana Saluiani 26. Iunij 1697. coram R. P.
D. Lancetta.*
Quoniam perpenſis ſupradictis Aucto-
ritatibus in contrarium allegatis, apertè
cognoſcitur illas procedere, quando hy-
potheca fuit contracta cum primo acqui-
rente Emphyteuſim titulo oneroſo, qui
poteſt præiudicare Succeſſoribus, vel di-
ctæ auctoritates loquuntur in vita ipſius
Emphyteutæ, qui potuit in ſui damnum
obligare commoditatem percipiendi fru-
ctus ſua vita durante tantùm, ſecùs verò,
5 eo mortuo in præiudicium vocatorum, &
ſuccedentium proprio iure; vel dictæ au-
ctoritates poſſunt habere locum, quando
ex vi verborum, vel coniecturarum, ſeù
conſuetudine locorum bona Emphyteuſis
Eccleſiaſticæ ſint tranſitoria ad hæredes
quoſcumque, & redacta ad inſtar allodia-
lium, vel quando eſſent diſtracta, vèl obli-
gata prò dotandis filijs ob ſpeciale dotis
priuilegium, vèl quando ageretur de bonis
Emphyteuticis ab initio incultis, & infru-
ctiferis, quæ eſſent per Emphyteutas nota-
bilitèr meliorata; Nam harum diſtin-
ctionum fœdere vtraq; opinio conciliatur.
*Ciriac. contr. 377. num. 8. & ſequen. Gra-
tian. diſcept. 43. num. 11. Rot. poſt Zach. de
oblig. camer. deciſ. 238. ſub num. 8. verſ.
minùs obſtat, & in recent. deciſ. 295. num.
4. & 5. part. 4. & deciſ. 381. num. 16. &
17. part. 5. & deciſ. 183. num. 4. part. 14.
& in Amerina bonorum 28. Ianuarij 1678.
ferè per tot coràm clar. mem. Card. Vicecomi-
te, & in Rauenaten. cenſuum 5. Decembris
1691. coràm Eminentiſsimo Archiepiſcopo
Mediolanen. per totam.*
Nec releuant clauſulæ ad habendum,
&c. in perpetuum, &c. in diſpoſitiua In-
6 ſtrumenti appoſitæ, quarum vigore Em-
phyteuſis Eccleſiaſtica plerumque ſolet
reddi tranſmiſſibilis etiàm ad extraneos
*Rot. coràm Duran. deciſ. 295. num. 2. & in
recent. deciſ. 309. num. 3. part. 15. & in
Bononien. fideicommiſsi de Gullinellis 15.
Februarij 168. coràm R. P. D. Heruault §.
Quoniàm. & in Rauenaten. cenſuum 5. De-
cembris 1691. §. Quod enim coràm Eminen-*

tiſsimo Caccia, & in Amerina Emphyteuſis
1693. §. *Non vertamur coràm R. P. D. Her-*
nauult.

Quià ad euitandam inſtantaneam cor-
rectionem, quæ nimis exorbitaus in eo-
dem actu daretur, dictæ clauſulæ ſunt re-
ſtringendæ ad formam naturæ contractus,
cui famulantur, itaut facultas diſponendi
de bonis etiàm in perpetuum intelligatur
7 data intèr ipſos vocatos, & comprehen-
ſos in inueſtitura dumtaxàt, vti benè de-
claratur *per Rotam in deciſ.* 371. *num.* 5.
part. 16 *recent & in Bononien Emphyteuſis*
17. *Aprilis* 1682. §. *Quia* §. *Nèc vigore co-*
ràm Reuerendiſsimo Decano confirmata 12.
Februarij 1683. *coràm R. P. D Guaxardo* §.
A qua regula, & in Amerina Emphyteuſis 12.
Iunij 1693. *coràm R. P. D. Hernauult* §. *Nàm*
omiſſo, confirmata 15. *Februarij* 1694. §. *Ne-*
què reſtrictam coràm Reuerendiſsimo Vrſino
Decano; Et Auctoritates, quæ in contra-
rium ſunt allegatæ, vèl poſſunt adduci,
procedunt, quando vltrà clauſulam ad
habendum, & in perpetuum adſint aliæ
coniecturæ, & circumſtantiæ ſuadentes,
quod Emphyteuſis ſit tranſitoria etiàm ad
extraneos: cum aliàs certum ſit quod ex
ſimplicibus clauſulis tàm ad habendum,
quàm in perpetuum non deſtruatur natu-
ra Emphyteuſis Eccleſiaſticæ proùt diſtin-
8 guendo firmatur *per Rotam in dicta Bono-*
nien Emphyteuſis 12. *Februarij* 1683. *coràm*
Guaxardo §. *Et quamuis*. Fortiùs in præ-
ſenti in quo poſt dictas clauſulas ad ha-
bendum, & in perpetuum in Inſtrumento
inueſtitutæ Emphyteuſis legitur appoſita
prohibitio alienationis, quæ extenuat, &
infringit vim dictarũ præcedentium clau-
ſularum *Rot. coràm Bich. deciſ.* 483. *num.*
11. *&* 12. *coràm Priolo deciſ.* 218. *num.* 6.
coràm Cerro deciſ. 226. *num.* 16. *& in recent.*
deciſ. 371. *num.* 9. *part.* 16. *& in dicta Bo-*
nonien. Emphyteuſis 17. *Aprilis* 1682. §.
Qua quidèm coràm Reuerendiſsimo Vrſino.

9 Minùs aduerſatur, quod ex alienatio-
nibus præcedentèr factis bonorum iſtius
Emphyteuſis deſumi valeat, quod ſit ſo-
lita tranſire ad extraneos. Quoniam con-
ſideratis Inſtrumentis venditionum po-
tiùs reſultat obſeruantia prò hæredibus
ſanguinis, dùm alienationes apparent fa-
ctæ intèr ipſos de Ramazzottis vocatis in
inueſtitura, maximè quià in Inſtrumento
diuiſionis factæ de Anno 1623 aſſeritur
prædicta bona Emphyteutica eſſe conceſ-
ſa pro eorum linea maſculina, ex qua ob-
ſeruantia reſultante etiàm ex actu vnico
benè declaratur qualitas, & natura Em-
phyteuſis iuxtà multos, quos refert, &
ſequitur *Ciroc. diſcept.* 72. *num.* 17.

10 Nèc paritèr officit, quod Iacobus de
Ramazzottis, qui de Anno 1645. præuia
acquiſitione facta titulo oneroſo ab alijs
fratribus de Ramazzottis, fuit nouitèr in-
ueſtitus de hac Emphyteuſi prò ſe, & hæ-
redibus, ordinauerit, quod ſoluerentur
debita Ioſephi ſui filij, cum certum ſit
primum acquirentem maximè titulo one-
roſo poſſe diſponere de bonis Emphyteu-
ticis, etiam in præiudicium Succeſſorum
Rot. poſt Merlin. de pignor. deciſ. 57. *num.*
9. *cum alijs cumulatis in Foro Sempronien.*
Immiſsionis 8. *Iulij* 1693. *coràm R. P. D. Ma-*
nuel. §. *Rurſus, &* §. *Sequenti*.

Quia teſtator, & primus acquirens qui
obijt de Anno 1671. ſolùm ordinauit, quod
debita facta à ſuo filio ſoluerentur, illaquè
approbando vti vera, & legitima, & con-
tracta prò ſeruitio ipſius Teſtatoris, ſed
non approbauit debita facienda in futu-
rum, & poſt eius mortem, & ideò intèr
iſta debita approbata à Teſtatore nulla-
tenùs poſſunt eſſe comprehenſa illa, quæ
11 fuerunt contracta de Anno 1680. & ſic
longè poſt mortem eiuſdem Teſtatoris,
vnde ſupradictum obiectum ſola deluci-
datione facti totalitèr euaneſcit, & fa-
ciunt tradita in his terminis *per Rotam in*
deciſ. 317 *part.* 15. *num.* 6.

Et tandem releuare mihi viſum non
fuit, quòd Emphyteuſis Eccleſiaſtica ac-
quiſita prò ſe, & hæredibus dicatur mixta,
itaut prò illa obtinenda requiratur quali-
12 tas hæreditaria tàm in ſanguine, quàm in
bonis latè *Angel. Ridolph. allegat.* 117. *nu.*
6. *& ſeq. Rot. coràm clar. mem. Card. Cerr.*
deciſ. 579. *num.* 13. & per conſequens ſi
Antonius Maria velit acquirere bona Em-
phyteutica, debet ſe declarare hæredem
ſui Patris, & vti talis non poterit impugna-
re illius factum, & erit obligatus ſoluere
debita paterna, itàut in his terminis nul-
latenus eidem ſuffragare poſſit beneficium
Legis, & Inuentarij ad tradita *per Fulgin.*
de iur. Emphyt. titul. de renunc. quæſt. 10.
num. 4. *& ſequent.* in qua auctoritate præ-
cipuè inſiſtebant Informantes prò Bur-
ghеſio.

Quo-

Digitized by Google

Quoniàm Emphyteuſis, de qua agitur, tamquam pactionata eſt reſtricta ad ſolos hæredes ſanguinis, & quatenus illa conſideranda ſit vti mixta prò ea obtinenda ſufficit, vt Antonius Maria ſit hæres ſui 13 Aui primi acquirentis, etiàm repudiata hæreditate paterna *Alex. conſ. 10. lib. 3. num. 8. & conſ. 26. num. 8. lib. 5. Burſat. conſ. 3. num. 13. lib. 1. Fulgin. de iur. Emphyt. tit. de contract. Emphyt. quæſt. 3. ſub num. 10. verſ. contrarium Merlin. de legitim. lib. 2. tit. 1. quæſt. 5. num. 13. q. 6. num. 8. Rot. diuerſ. deciſ. 464. nu. 6. part. 1. & poſt Merlin. de legitim. deciſ. 122. num. 11.* Et in noſtris terminis præciſis, quod filius hæres Patris cum beneficio Legis, & Inuentarij poſſit prò ſe retinere bona Emphyteutica, & aſſignare cætera hæreditaria Creditoribus paternis firmarunt multi, quos refert, & ſequitur *Mareſcot. variar. reſol. cap. 26. num. 16. Fulgin. de iur. Emphyt. tit de contract. Emphyt. quæſt. 1. ſub num. 18. verſ. aut ſumus, & quæſt. 4. ſub nu. 13. verſ. aut eſt Emphyteuſis. Salgad. laberint. creditor part. 3. cap. 3. num 41.* & auctoritates, quæ in contrarium allegantur, ſeù poſſunt adduci, procedunt in Emphyteuſi ſimplicitèr hæreditaria, non autem in ea, quæ ſit ex pacto, & prouidentia, vel mixta, iuxta plures diſtinctiones factas per Fulgineum in loco ſupracitato.

Et ità, &c.

ARGVMENTVM.

REductioni canonis an, & quando ſit locus in contractu emphyteutico; quando contractus ſit potiùs locationis, quàm emphyteuſis. In locatione an, & quando ſit locus remiſſioni mercedis, vèl reſolutioni contractus.

SVMMARIVM.

Locationis contractus quando tractu temporis euenerit leſiuus, vèl eſt facienda reductio penſionis, vèl contractus eſt reſoluendus num. 1.

Amplia num. 2.

In contractu emphyteutico quando ſit reductioni canonis num. 4 5. & 6.

Quando potiùs ſit locatio, quàm emphyteuſis n. 7.

Reductioni penſionis non eſt locus ob diminutionem Aduentorum, ſeù alium defectum extrinſecum num. 8.

Declara num. 9. 10. & 11.

Debent computari anni ſteriles cum fertilibus ad excludendum defalchum num. 12.

Declara num. 13.

VOTVM CXI.

TEmpore quo florebat in Ciuitate Bononiæ Ars Cartolariæ, Franciſcus, & Dominicus de Minotijs in Emphyteuſim perpetuam pro eorum filijs, & deſcendentibus Maſculis conduxerunt à DD. Aſſumptis Molendinorum quamdam paruam Domum propè Canale Rheni, ad effectum ibi exercendi eorum artem, quæ vicinam commoditatem aquarum requirebat prò pellibus elaborandis, perficiendiſque. In Inſtrumento dictæ Emphyteuſis fuit intèr alia conuentum, vt per conductores ſoluerentur libræ annuæ centum quinquaginta prò canone, ſeù penſione dictis DD. Aſſumptis, ſcilicet libræ 75. in Vigilia Feſtiuitatis Aſſumptionis Virginis, & reſiduum in Vigilia Natiuitatis Domini cuiuslibet anni.

Continuante dicta Arte Cartolariæ in eodem felici ſtatu tam ob quantitatem Artificum, quam ob exitum pellium Nicolaus Minotius obtinuit de anno 1679. renouationem præfatæ Emphyteuſis in perpetuum prò ſuis filijs, & deſcendentibus maſculis in dicta domuncula propè Canale Rheni prò exercenda præfata Arte Cartolariæ cum eiſdem pactis, & conditionibus in antecedenti conceſſione expreſſis.

Introducta poſteà in eadem Ciuitate Bononiæ facto Principis de anno 1681. Arte elaborandi, & perficiendi pelles ad vſum Anglicum, adeò iſta aucta fuit, vt altera Cartolariæ hodiè fere eſt euerſa, vndè illæ domunculæ propè Canale Rheni, quæ ob vicinam commoditatem aquarum olim locabantur conſiderabili penſione ad vſum Cartolariæ, tempore præſenti, mutato rerum ſtatu, vèl remanent vacuæ, vèl locantur tenuiſſima penſione.

Conſiderans propterea Minotius annuam penſionem librarum 150. dictæ domunculæ euaſiſſe nimis exorbitantem, intentauit coràm me, vèl reſolutionem contra-

tra-

Digitized by Google

tractus, vèl reductionem penſionis ad eam quantitatem, prò qua hodie locaretur iſta parua domus; vndè examinatis formitèr tribus teſtibus ſuprà expreſſa comprobantibus, ſequendo ęquiorem opinionem, credidi eſſe locum, vèl reſolutioni contractus, vèl reductioni penſionis ad libras ſexaginta annuas iuxtà dicta teſtium.

Quando enim contractus locationis tractu temporis ob mutationem rerum ſtatus euadit nimis læſiuus, vèl eſt facienda condigna rigoroſi affictus reductio, vèl
1 aliàs à Iudice ipſa locatio eſt reſoluenda *ad text. in leg. cum quidam 17. ff. de vſur. Fulgin. de emph. tit. de contract. emph. quæſt. 28. num. 5. cum alijs relatis à Pacion. de locat. cap. 45. à num. 49. vſquè ad num. 55.* fortiùs in præſenti quià non agitur de leui damno, ſed de læſione vltrà dimidiam,
2 vti deponitur à tribus teſtibus formitèr examinatis, quo caſu magis eſt ſuccurrendum conductori, vt obtineat congruam penſionis reductionem *iuxtà multos cumulatos in Romana affictus 22. Iunij 1693. §. inſupèr coràm R.P.D. Caprara.*

Nèc turbat, quod in præſenti agatur de contractu Emphyteutico, in quo non eſt
4 locus remiſſioni, vèl reductioni canonis, qui ſoluitur potiùs in recognitionem directi dominij, quàm in recompenſationem fructuum, quæ opinio procedit etiamſi in parte eſſet diminuta ſubſtantia rei, & quamuis ſolueretur canon magnus, & correſpondens fructibus fundi Emphyteutici *Natt. conſ. 49. num. 14. per tot. & præſertim num. 25. Burſat. conſ. 11. num 9. & 12. & 22. Surd. conſ. 162. num. 22. & deciſ. 198. num. 20. Mareſcot. variar. reſolut. cap 76. num. 32. lib. 2. cum alijs apud Pacion. de locat. cap 45. num. 34. Capyc. Latr. deciſ. 18. lib. 1. ibi Adden. per tot. & latè Rot. dec. 338. num. 1. & ſeq. part. 14. recent.*

Quoniam contraria opinio mihi viſa fuit ęquior, & communior, quando canon correſpondeat fructibus rei emphyteuticæ, quo caſu ſi canon euenerit nimis
5 exorbitans eſſe locum reductioni tradiderunt *Clar. in §. emphyteuſis quæſt. 8. verſ. ſed numquid, Valaſc. de emphyt. part. prima quæſt. 27. num. 11. Merenda contr. lib. primo cap. 42. num. 22. poſt med. verſ. cum verò, Prat. diſcept. forenſ. cap. 25. num. 3. & ſeq. & num. 14. verſ. tamen; Fulgin. de iur. emphyteutic. de contract. emph. quæſt. 28. num. 5. poſt med. Pacion. de locat. cap. 45. num. 51. Gratian. deciſ. 87. num. 15. Theſaur. deciſ. 120. num. primo, & deciſ. 226 per tot. Rot. deciſ. 720. num. 5. par. prima, & deciſ. 539. num. 7. & 8. par. 3. diuerſ.*

Et huic communi, & ęquiori opinioni non obſtat allegata *deciſ. 338. part. 14. recent.* quià in caſu illius deciſionis agebatur
6 de ſterilitate Vineæ, quæ ſi melius culta foret per emphyteutam vberiores dare potuiſſet fructus; cum expreſſo pacto, quod emphyteuta ad integrum canonem teneretur etiamſi Vinea in totum deuaſtaretur, vltrà alias reſponſiones datas eidem deciſioni per *Pacion. de locat. cap. 45. num. 52.* tùm quia in caſu illius deciſionis agebatur de emphyteuſi eccleſiaſtica, in qua difficilius datur reductio Canonis, ſecus in caſu præſenti, in quo agitur de emphyteuſi profana iuxtà diſtinctionem *gloſ. in Auth. perpetua verſ. Sextam C. de Sacroſanct. Eccleſ.*

Quæ omnia facilius procedunt in hac hypotheſi, in qua non agitur de contractu emphyteutico, ſed verè de ſimplici locatione ad longum tempus, nàm in toto inſtru-
7 mento ſemel dictus contractus appellatur emphyteuticus, & ſæpè locatio denominatur, quibus additur, quod conuenta annua reſponſio potius excedit quoſcumque affictus, qui locando ad modicum tempus percipi poſſent, quò caſu ſempèr locatio in ſubſtantia cenſeri debet, licèt in cortice verborum emphyteuſis appareret, præſertim quià nihil ſolutum fuit prò ingreſſu prout ſolui debet, quando fit conceſſio in emphyteuſim, obſeruando etiam modum ſoluendi conuentam penſionem, ſcilicèt in duabus rathis nempè dimidiam in vigilia Aſſumptionis Virginis, & aliam dimidiam in vigilia Natiuitatis Domini, prout ſeruatur in omnibus alijs locationibus, quæ fiunt etiam ad modicum tempus in Ciuitate Bononiæ, ex quibus arguitur locatio, & excluditur emphyteuſis, etiamſi in inſtrumento adeſſent pacta deuolutiua *Fulgin. de iur. emph. tit. de alienat. quæſt. prima ſub num. 77. Card. de Luc. de emph. diſc. 36. nu. 7. Rot. coràm Buratt. deciſ. 334. per tot. coràm Celſ. deciſ. 328. num. 3. & latè in Romana caſalis veteris 13. Maij 1671. coràm bon. mem. Albergato §. ſecundo, & §. Et denique, & in recent. deciſ. 24. num. 2. & ſeq. part. 18.*

Qui-

Digitized by Google

Quibus firmatis non aduerſatur inge-
nioſa diſtinctio, quæ prò parte DD. Aſ-
ſumptorum deducebatur, nempè quod ſit
8 locus reductioni penſionis, quando dam-
num, & diminutio conſiſtat in qualitate
intrinſeca, ſcilicèt quando eſſet perempta
ſubſtantia domus in parte, ſeù in toto, ſe-
cùs verò quando res locata redderetur in-
fructuoſa ex defectu extrinſeco minoris
concurſus Aduentorum, proùt in præſen-
ti, quo caſu non eſſe locum reductioni fir-
marunt *Capyc Latr. deciſ.* 18. *ſub num.* 14. *verſ. conſiderabatur, Card. de Luca de locat. diſc.* 6. *num.* 5.

Quoniàm perpenſis ſupradictis aucto-
ritatibus apparet illas procedere, quando
defectus extrinſecus dependens à futuro
euentu eſſet accidentalis, & ad breue tem-
9 pus, vel conſiſteret in paruo damno, ſe-
cùs verò quando proùt in præſenti damnũ
extrinſecum eſt perpetuum, & affert con-
ductori lęſionem vltra dimidiam, vti col-
ligitur ex dicta *deciſ. Capic. Latr.* 18. *lib.* 1. *ſub num.* 14. *verſ. qui relatis*, tùm quia dimi-
nuta Arte Cartolariæ deficit cauſa, prò
quà conducebantur dictæ domunculæ con-
ſiderabili penſione, itaut ſaltèm impro-
priè dici poteſt defecta ſubſtantia rei ad
10 effectum conſequendi defalcum, ſeù re-
ductionem, vti benè in terminis noſtris
obſeruant *Anchar. conſ.* 402. *Card. de Luc. de locat. diſc.* 2. *num* 6. & in ſpecie prohibitio-
nis negotiationis, cuius intuitu conducta
fuerat Apotheca tradiderunt *Alex. conſ.* 151. *num.* 2. *lib.* 6. *Barſat. conſ.* 309. *num* 4. *ad fin. & num.* 9. *ad fin. Amat. reſolut.* 18. *num.* 24. *ad med. Pacion. de locat. cap.* 46. *num.* 29. & in caſu Molendini ob Aduen-
torum concurſum extrinſecum auctum,
11 vèl diminutum non ex cauſa accidentali,
ſed perpetua, proùt in præſenti eſſe penſio-
nem augendam, & diminuendam reſpe-
ctiuè firmant *Anchar. in cap. propter nu.* 16. *de locat. Caroc. de locat. de remiſ. quæſt.* 8. *num.* 110. *Gratian. diſcept.* 195. *num.* 13. *Pacion. de locat. cap.* 51. *num.* 11. *&* 12. eſ-
ſet enim nimis durum, quod Minotius de-
beret tempore præſenti ſuccumbere tàm
rigoroſæ penſioni, quando conſimiles do-
munculæ ob deficientiam Artis Cartolariæ, nullatenùs locari poſſunt vel ſaltèm
tenuiſſima penſione tàm ratione ſitus re-
moti à publica platea, quàm vicini, &
moleſti ſtrepitus Molendinorum.

Et demùm non obſtat, quod in præſenti non ſit locus reductioni penſionis, cum Minotius tempore, quo ars Cartolariæ florebat acquiſiuerit conſiderabile lucrũ, quo caſu prò excludendo defalco, ſeù reductione eſſe computandos annos ſteriles, cum fertilibus traditur per *Canon.* & ſignãtèr *Panorm. in cap. proptèr ſterelitatem n.* 13. *de locat.* Quoniam vltrà plures reſponſiones, quæ poſſent dari, ſufficit animaduertere, quòd Minotius fecerit nouam conductionẽ iſtius Domunculæ de anno 1679. & quod noua ars perficiendi pelles ad vſum Anglicum fuerit introducta Bononiæ de anno 1681. ex qua recenti arte extitit ferè deſtructa altera Cartolariæ; vndè euidentèr apparet ipſum Minotium fuiſſe quaſi ſempèr in damno, nèc in præſenti calculari debet Lucrum, forsàn acquiſitum in antecedentibus conductionibus ab Aſcendentibus dicti Minotij, quià in materia, de qua agitur debet calculari dumtaxàt tempus vltimę locationis *Pacion. de locat. cap.* 47. *num.* 84.

Et ità, &c.

ARGVMENTVM.

EXemptio conceſſa Inſeruientibus Almæ Domui Lauretanæ eiuſque Miniſtris, & Officialibus competit ſolum eis, qui inſeruiunt cum ſtipendio, non autèm alijs Patentatis.

SVMMARIVM.

Familiaritas quomodo probetur num. 1.

Exemptio conceſſa à Paulo V. Miniſtris, & Officialibus Almæ Domus Lauretanæ an ſit reſtringenda ad ſolum ſtipendiatos num. 2. 3. *& per totam.*

Familiaris vt quis dicatur requiritur mens, & dens num. 4

Declara vt procedat in materia beneficiali ad effectum reſeruationis, ſecùs quod alios effectus num. 5.

Limita num. 6.

VOTVM CXII.

OCcaſione nuptiarum celebratarum intèr Dominicum Philippum Smacchiam, & Ioannem Baptiſtam eius filium

Digitized by Google

filium Lauretanos ex vna, & Mariã Cru-
cianam, Mariamque Victoriam filiam de
Caſtro Belfortis Camerinen. Diœceſis ex
altera, probationes ſupèr ſtatu liberodicti
Dominici Philippi, & Ioanni Baptiſtæ fi-
lij receptæ fuerunt in Curia protectoriali
Almæ Domus, cui ipſe Dominicus Phi-
lippus inſernit in qualitate Præfecti Equo-
rum vulgò Cauallerizzo, & ex eadem
quoque ratione denunciationes à Sacro
Concilio præſcriptæ publicatæ fuerunt à
Parocho Sanctuarij. Prætendente autèm
Curato Cathedralis Eccleſiæ, eique adhe-
rente Curia Epiſcopali prædicta fuiſſe nul-
litèr geſta in præiudicium ordinariæ iuriſ-
dictionis eo ſub fundamento, quod præ-
fatus Dominicus Philippus tamquàm fa-
mulus honorarius, non ſalariatus, neque
exiſtens in actuali ſeruitio, conſiderandus
veniat vti merus, ac ſimplex priuilegia-
tus. Hinc vtraque parte informante re-
ſoluendum proponitur.

Primò an probationes ſtatus liberi Do-
minici Philippi, & Ioannis Baptiſtæ fa-
ciendæ eſſent in Curia Protectoriali, ſiuè
potiùs in Curia Epiſcopali.

Secundò an denunciationes ad formam
Sacri Concilij *ſeſſ. 24. de reform. cap. 1.* fa-
ciendæ eſſent à Parocho Almæ Domus,
vel potiùs à Parocho Cathedralis in ca-
ſu, &c.

Admittendum eſt, quod familiaritas
1 probetur ex litteris patentalibus *Petrus
Andr. de Gambar. de auctor. Legat. de Late-
re lib. 5. in tit. an Legatus poſſit plura benefi-
cia conferre num. 134. & ſeq. tract. Magn.
tom. 13. par. 2. fol. 188. Ric. in prax. Epiſcop.
reſol. 481. num. 8. part. 1. Barboſ. de offic. &
poteſt. Epiſcopi allegat. 107. num. 10. Rot.
coràm Peuting. deciſ. 354. num. 6. & Sacra
Congregatio Immunitatis in Rauennaten. 17.
Decembris* 1680.

Prout controuerti nō poteſt in hac cau-
2 ſa, quod per ampliſſimam Bullam Sa. me.
Pauli V. ſint exempti à iuriſdictione Epi-
ſcopi, & Parochi Cathedralis omnes Offi-
ciales, & Miniſtri Almæ Domus Laure-
tanæ eorumque familiæ, & famuli; Sed
quia agitur de materia exorbitanti dicen-
dum eſt priuilegium Pauli V. competere
perſonis, quæ actualitèr inſeruiunt cum
ſtipendio, vti in puncto huius iuriſdictio-
3 nis Lauretanæ iam firmatum fuit à cla. me.
Cardinali Paulutio in ſuo Voto, de quo
mentionem facit *Card. de Luc. in diſc. 33. de
iuriſdictione.*

Et ad effectum, vt quis verè dicatur
ſeruitium præſtare, & propriè familiaris
4 nuncupetur non ſufficit, quod iſte litteras
patentes obtinuerit, ſed duo copulatiuè
ſunt neceſſaria vnum ſcilicèt, quod actu
præſtet ſeruitium, quod aſſumitur, alterū,
quod viuat expenſis illius, cui ſeruitium
præſtare debet *Ciarlin. controu.* 186. *nu.* 58.
de Marin. quotid. reſol. lib. 2. cap. 123. *nu.* 2.
Capon. diſcept. cap. 230. *num.* 21. & in ter-
5 minis reſeruationis beneficiorum plures
firmauit *Rot. & ſignantèr coràm Burat. deciſ.
255. num. 1. & 3. coràm Pamphil. deciſ. 590.
num. 4. & in recen. deciſ. 504. num. 3. par. 1.
& deciſ. 257. num. 11. part. 12.*

Nec turbat, quod quando non agatur de
6 materia beneficiali, ſi quis per maiorem
partem anni verè, & realitèr inſeruiret
etiàm ſine ſalario reputandus ſit vti verus
familiaris, nàm alias locus pins priuare-
tur beneficio gratuitos Miniſtros, & In-
ſeruientes habendi iuxtà opinionem *Card.
de Luc. in hac cauſa iuriſdictionis Lauretana
in addit. ad d. diſc. 33. de iuriſdict. impreſ-
ſum in ſupplem part. 1. fol. 12. & 13.* & in
ſpecie, quod quando non ſit requiſita cō-
tinua commenſalitas in conſtitutione, tunc
familiaritas inducatur ex ſola addictione
alicui ſeruitio firmarunt *Mandoſ. ad regul.
32. Cancell. quaſt. 10. per tot. Gratian. di-
ſcept. 340. num. 27. cum tribus ſequen. Spe-
rell. deciſ. 128. num. 35. & latiſſimè Mart.
Venturin. conſ. 22. à numer. 44. ad 51. & nu-
mer. 59.*

Quoniam hoc procederet in Officiali,
qui licèt gratis inſeruiret loco pio, tamèn
per maiorem anni partem verè, & reali-
tèr præſtaret ſeruitium in aliquo miniſte-
rio neceſſario, at secùs in caſu noſtro in
quo agitur de officiali potiùs ad pompam,
& qui inſeruit bis vel quatuor in anno,
vndè Sacra Congregatio Concilij in hac
cauſa Lauretana iuriſdictionis die 14.
Aprilis 1696. reſpondit probationes ſta-
tus liberi debuiſſe fieri in Curia Epiſco-
pali, & denunciationes à Parocho Ca-
thedralis.

AR-

ARGVMENTVM.

PAtres Societatis Ieſu ſunt exempti à decimis tàm in bonis primæ erectionis, quàm etiàm in alijs ſucceſsiuè acquiſitis.

SVMMARIVM.

Patres Societatis Ieſu ſunt exempti à decimis numer. 1.

Bona, ex quibus ſoluebatur decima, debent tranſire in Ieſuitas cum ſuo onere num. 2.

Contra num. 3. & 4.

Sacerdoti ordinato ad titulum paupertatis in Societate Ieſu ſi fuerit ab ea dimiſſus, nihil erit præſtandum ſub prætextu patrimonij ab eadem Societate num. 5.

VOTVM CXIII.

OB ampliſſima priuilegia, cōceſſa à diuerſis Summis Pontificibus Patribus Societatis Ieſu; admitti debet bona
1 eiuſdem Societatis eſſe exempta à decimis iuxtà plures auctoritates relatàs in *voto 105. §. nec turbant, quibus addo deciſ. 276. part. 11. deciſ. 65. par. 15. deciſ. 253. par. 16. & deciſ. 134. part. 18. recent.*

Solumque fuit excitata quæſtio coràm me, an dicta priuilegia debeant procedere ſolum in bonis primæ erectionis aſſigna-
2 tis prò fundatione Collegiorum, vel etiã in bonis, quæ ſucceſſiuè acquiſita fuerunt ab eiſdem Patribus. Scribentes enim prò Parocho adducebant decretum indiuiduale Sacræ Congregationis Concilij in vna *Polonien. ſeù Cracconien. 17. Iunij 1645.* tenoris ſequentis. Sacra Congregatio &c. *Iterum, atque iterum auditis Regularibus, & præcipuè Patribus Societatis Ieſu eorum iuribus, & priuilegijs maturè diſcuſsis, cenſuit ab eiſdem Patribus, & alijs Regularibus ſoluendas eſſe Parochis, & alijs beneficiatis decimas, quæ ſoluebantur à Laicis priuſquam bona in ipſorum Patrum Societatis Ieſu, & aliorum Regularium proprietatem fuerint translata, firmis tamèn tranſactionibus deſuper factis.* De qua materia diffusè ſcripſit etiàm *Piguatel. conſult. 223. num. 28. tom. 3.*

Et huic indiuiduali reſolutioni Sacræ Congregationis addebant, quod bona tranſeant in exemptos, & priuilegiatos cum onere infixo eiſdem bonis, præſertim quando agitur de oneribus realibus, & inuariabilibus, & perpetuis iuxta *Magiſtralem deciſionem Merlini in Alben. gabellæ impreſſam part. 6. recent. deciſ. 339. & in Bononien. immunitatis Macelli prima Iulij 1693. coràm R. P. D Heruauult per tot.* attenta præcipuè opulentia PP. Societatis Ieſu, quo caſu cum priuilegia exemptionis euaſerint exorbitantia reducenda eſſe ad terminos iuris, in puncto decimarum firmatur *per text. in cap. ſuggeſtum de decimis* prout practicarum aliàs fuit contrà eoſdem Patres Societatis Ieſu legitur in *deciſ. 11. par. 11. recent.*

His tamèn non obſtantibus contraria
3 mihi placuit opinio, cum verba priuilegiorum ſint nimis clara, nec turbat indiuidualis reſolutio Sacræ Congregationis Concilij, quia illa cum emanauerit in caſu particulari ob ſpeciales facti circumſtantias, non eſt extendenda ad omnes controuerſias, vti in puncto reſpondendo huic obiecto firmatur *per Rotam in deciſ. 134. par. 18. recent. num. 2. & ſequen.*

4 Quantum autèm pertinet ad cap. ſuggeſtum de decimis reſponſum fuit, non eſſe materiam decidendam à Iudice particulari, ſed benè à Summo Pontifice, qui poteſt ſuorum Anteceſſorũ priuilegia moderare, & ad terminos iuris reducere, tùm quia diſpoſitio cap. ſuggeſtum non applicatur contrà Ieſuitas, cum ipſi poſſideant bona cum onere educandi, inſtruendique Iuuenes ad tradita per *Barboſam in dicto cap ſuggeſtum num. 5. verſ. quod tamèn.*

Quo verò ad ſecundum dubium reſpi-
5 ciens, an ordinato Sacerdoti ad titulum religioſæ paupertàtis in Societate Ieſu, & deinde ab ea dimiſſo, debeatur congrua portio pro ſuo patrimonio, ad effectum ne cogatur mendicare in dedecus totius Ordinis Sacerdotalis, parum inſiſtendum eſſe putaui, quia propoſito ſupradicto dubio in Sacra Congregatione Concilij die 28. Maij 1695. fuit reſponſum negatiue, quæ reſolutio fuit etiam confirmata à Sanctiſſimo D. N.

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

SImonia an, & quando incurratur, an de Simonia poſsit inquiri poſt ſpatium 20. annorum.

SVMMARIVM.

Simoniacus eſt incapax beneficij tàm obtenti cum Simonia, quàm omnium aliorum in futurum num. 1.

De Simonia an poſsit inquiri poſt 20. annos numer. 2.

Quando ſit ſimoniacum pactum, factum supèr expenſis litis pro acquirendo beneficio num. 3. & 5.

Donans ius patronatus contemplatione matrimonij an committat Simoniam num. 4.

Prò excludenda Simonia ſufficit ſola poſsibilitas in contrarium, & omnis eſt capienda interpratatio ſub num. 3.

VOTVM CXIV.

IN defectu propriè lineę ordinauerat Gregorius de Iudicibus in eius vltimis tabulis erectionem Canonicatus in Eccleſiâ Cathedrali, reſeruato iurepatronatus fauore Capituli, cumque purificata iàm dicta ſubſtitutione Hiacintus de Sinibaldis vltimi poſſeſſoris hæres requeret dictam erectionem facere, fuit à Capitulo iudicialitèr conuentus coràm A. C. dictoque iudicio pendente Capitulum nominauit ad Canonicatum, vt ſupra erigendum, Ludouicum Mannum ſub ea lege — *Che il nominato debba rimborſare alla Chieſa, e Camerlengo le ſpeſe fatte, e da farſi per la lite, che verte in Roma con il Sinibaldi, altrimente non s' intenda eletto.*

Lite poſtmodùm intrà breue tempus ſuperata, ſequutaque Canonicatus erectione, Mannus vigore præfatæ nominationis non ſolum fuit inſtitutus, ſed etiàm ad titulum eiuſdem Canonicatus promotus fuit.

Poſt pacificam poſſeſſionem 26. annorum cum plena bona fide, tàm Capituli nominantis, quàm Manni nominati: cæptum nupèr fuit contrà eos criminalitèr inquiri coràm R. P. D. Confidentiarum Auditore ſuper prætenſa Simonia commiſſa per Canonicos, & Mannum occaſione dictæ nominationis, ſeù præſentationis ſic vt ſuprà qualificata.

Verum interpoſito recurſu ad Sanctiſſimum D. N. remiſſiſque præcibus ad Sacram Concilij Congregationem pro voto datæ fuerunt litteræ ad Epiſcopum, qui in eius relatione cenſet — *Nominationem, & præſentationem prædictam fuiſſe ſimoniacam, ideoque nedùm Canonicos indigere abſolutione. Verum etiàm Mannum priuandum eſſe Canonicatu, illiuſque collationem deuolutam fuiſſe ad Sedem Apoſtolicam ea nixus ratione, quod bona fides potuerit quidem excuſare à pœnis contrà Simoniacos, ſed non ab incurſu eiuſdem Simoniæ.*

E conuersò allegantibus Canonicis ipſos eſſe prorsùs immunes ab huiuſmodi labe, ex eo quia expenſæ litis fieri non deberent à Capitulo, cuius ius præſentandi non erat in controuerſia, ſed potiùs vel ab Eccleſia, cuius vtilitatem ob diuini cultus augumentum principalitèr reſpiciebat erectio noui Canonicatus vel ex bonis, ſeù fructibus ipſius Canonicatus nouitèr erigendi iuxtà *textum in cap. vt præteritæ de elect.* & in omnem caſum cum nominatio prædicta ità qualificata, admiſſa, & approbata fuerit ab Epiſcopo Lucarino Viro doctiſſimo, & olim Sacri Palatij Apoſtolici Magiſtro, cenſeri exindè omnem maculam abſterſam, quàm nominantes, & nominatus ignorantèr contrahere potuiſſent per alium *text. in c. de ſimoniacè 22. de Simon.* Hinc examinandum proponitur.

An tàm Canonici, quàm Mannus indigeant abſolutione in vtroque foro, & quatenus affirmatiuè.

An Mannus ſit priuandus Canonicatu in caſu &c.

Simonia eſt crimen adeò maximum, vt
1 Simoniacus reddatur incapax non ſolum beneficij, prò quo obtinendo Simoniam comiſit, ſed etiàm omnium aliorum in futurum iuxtà Conſtitutionem B. Pij V. de qua latè *Garz. de benef. cap. 1. num. 71. 74. par.* 8. ſed ſolū ego dubitabam in hac cauſa, an poſt lapſum 26. annorum poſſit inquiri de hoc crimine ſimoniaco, cum communitèr receptum ſit actionem criminali-
2 tèr agendi ſpatio 20. annorum remanere extinctā, ſeù præſcriptā *Antonel. de tempor. legal. cap. 82. in princip. Conciol. reſolut. criminal in verb. delictum reſolut. 7. num. 1. & ſeq. & ad Stat. Eugub. lib. 4. rub. 2. num. 2.* & in puncto delicti Simoniæ adeſt *deciſ.* 5.

Tri-

Triuiſan. lib. 2. ſed dicta opinio Triuiſani ſuas habet difficultates; quià licet ſit verum, quod poſt lapſum viginti annorum non poſſit amplius inquiri de delicto, nihilominùs limitari ſolet concluſio in delictis atrocibus, veluti in Aſſaſſinio, in læſa maieſtate, hæreſi apoſtaſia, falſa moneta, concuſſione abortu, partus ſuppoſitione, parricidio, ſtupro violento, latrocinio, & in puncto Simoniæ tradit *Pat. Iordan tom. 3. lib. 14. tit. 24. nu. 233. & 368. cum ſeq.*

3 Sed quidquid ſit de hac dubitatè à me in hac cauſa excitata, videtur in præſenti controuerſia nullam adfuiſſe ſimoniam, quià expenſæ, prò lite Canonicatus erigendi, erant faciendæ de fructibus fundi aſſignati prò illius erectione *cap. 45. de electione.* & ſic pactum factum à Capitulo vti iuri conſonū de nulla ſimoniæ labe eſt redarguendum *C. ſignificaſti ibi gloſ. de electione. cum alijs apud Buratt. deciſ. 445. num. 2.* tùm quia quando promiſſio procedit ex titulo refectionis damnorum, & intereſſe, ac expenſarum etiàm ſupèr re ſpirituali poteſt tollerari iuxtà auctoritates allegatas *in deciſ. 978. num. 2. coràm Dunoz. Iun.* præſertim quia ad excludendam ſimoniam ſufficit ſola poſſibilitas, ac etiàm prò illa excludenda capienda eſt omnis interpretatio *Rot. deciſ. 116. num. 23. par. 17. recent.* prout practicatum fuit à Sacra

4 Congregatione Concilij in Camerinen. donationis, in qua agebatur de fœmina patrona iuriſpatronatus, quæ alteri compatronæ ſic donauerat *ad intuito, e contemplatione di detto Matrimonio la Signora Lucia promette, e ſi obliga di donare, e cedere, e refutare alla Signora Maria il ius di nominare, e preſentare al Canonicato, e prebenda &c.* in hoc enim caſu quia agebatur de contractu facto bona fide, etiàm cum conſenſu Vicarij Generalis, reſpondit Sacra Congregatio Concilij die 16. Iulij 1695. poſſe, ſi Sanctiſſimo placuerit præfatam donationem confirmari ad cautelam, & repropoſita dicta cauſa die 7. Iulij 1696. reſpondit in deciſis; ea ratione quia ad excludendam labem ſimoniacam debet reputari dicta donatio iuriſpatronatus non principalitèr cauſa dotis, vèl con-

5 templatione Matrimonij, ſed potiùs ratione amoris, & occaſione nuptiarum. Propterea Sacra Congregatio Concilij die 7. Iulij 1696. in hac cauſa Ciuitatis Plebis prætenſæ ſimoniæ ad primum reſpondit non indigere, ſed abſoluendum ad cautelam, & ad ſecundum negatiuè.

ARGVMENTVM.

Parochus Eccleſiæ Matricis non poteſt prohibere, vt Parochus Eccleſiæ filialis non prædicet in ſua Eccleſia ſaltem diuerſa hora, ſeù tempore.

SVMMARIVM.

Parochus Eccleſiæ Matricis non poteſt impedire, quod Parochus Eccleſiæ filialis non prædicet Populo ſibi commiſſo num. 1.

Epiſcopus non poteſt ordinare quod tempore, quo prædicatur in Cathedrali non ſit etiam prædicandum in alijs Eccleſijs num. 2.

Epiſcopus debet prædicare, vèl eligere Concionatorem num. 3.

Prædicare ſpectat ad Parochum num. 3.

Conſuetudo etiàm immemorabilis non prædicandi in ſua Eccleſia non debet attendi num. 4.

Prædicatio Parocho Eccleſiæ filialis eſt permittenda ſaltèm diuerſa hora ab illa, in qua prædicatur in Matrice num. 5.

VOTVM CXV.

Non controuerto, quod Eccleſia Sancti Petri ſit Matrix, & quod altera Sancti Andreæ ſit filialis, ſed non ex hoc reſultat, quod Parochus Matricis

1 poſſit prohibere, vt Parochus Eccleſiæ filialis non prædicet ſuo Populo. Sacri enim Canones, & ſignantèr Concilium Tridentinum hortantur Parochos verbo Dei ſuas

2 oues paſcere, imò eſt de iure Diuino, nèc hoc poteſt prohiberi, & ſi al quando aliquis Epiſcopus ordinauerit tempore, quo in Cathedrali prædicatur, non eſſe in alia Eccleſia prædicandum, fuit per Sacram Congregationem Concilij, & alteram Epiſcoporum tale mandatum vti iniuſtum reuocatum.

Et licèt ad ſolos Epiſcopos ſpectet prædicare, vel eligere prædicatores iuxtà magiſtralem *deciſ. 598. coràm Merlino,* ta-

3 mèn hoc onus præcipuè eſt etiàm Parochorum *cap. ſi rector 43. diſtinct. cap. inter cætera extrà de offic. Ordinar. cap. quod Dei*

timorem de Stat. Monach. clemen. dudum §. *verùm de ſepultur. Sac. Concil. Trident. cap. 2. de reform. ſeſſ. 5. cap. 4. de reform. ſeſſ. 24. Barboſ. de offic. Paroch. cap. 14. num. 1. cum alijs apud Merlin. deciſ. 598. num. 49.*

Et fruſtrà Plebanus Sanctì Petri recurrit ad immemorabilem præſcriptionem.
4 Quia in facto non ſubſiſtit cum contrarium probetur per Parochum Sancti Andreæ vti in eius *Summario num. 2.* ac etiàm ſi probaretur talis conſuetudo vti abuſiua, &
5 animabus pernicioſa non eſſet attendenda in puncto *Rot. coràm Merlino deciſ. 598. nu. 50.* tantò magis in præſenti, quià Parochus Sancti Andreæ intendit prædicare diuerſo tempore, in quo prædicatur in Plebania Sancti Petri. Et ità reſolutum fuit à Sacra Congregatione Concilij 26. Ian. 1697. in hac cauſa Florentina.

ARGVMENTVM.

HAbens facultatem eligendi vnum ex certo genere perſonarum, non poteſt electum grauare aliquo onere. Cenſus impoſitus à Minore prò extinguendo altero, qui erat nullus, ſubſtinetur, & quando.

SVMMARIVM.

Habens facultatem eligendi vnum ex certo genere perſonarum non poteſt electum grauare aliquo onere num. 1.

Declara num. 2.

Cenſus impoſitus à Minore eſt validus, licèt cum pecunia fuerit extinctus alter nullitèr impoſitus num. 3.

Fauore dotis poteſt agi prò tota ſumma contrà vnum ex cohæredibus num. 4.

Liberatio à moleſtijs debetur, etiamſi qui paſſus fuerit moleſtias tranſegerit num. 5.

VOTVM CXVI.

QVamuis bo. me. Marchioniſſa Eleonora, vti vltima agnata, haberet facultatem ſibi eligendi Succeſſorem in primogenitura ordinata ab illius Auo. Nihilominùs non potuit eadem Marchioniſſa grauare electum, vt ſolueret ſcuta quingenta quolibet anno Monialibus Sanctæ Margheritæ; cum communitèr receptum ſit, quod habens facultatem
1 eligendi vnum ex certo genere perſonarum, non poſſit aliquo onere electum grauare, quia hoc caſu electio dicitur facultas neceſſaria, non autèm propriæ liberalitatis beneficium, etiamſi de tempore electionis eligens eligere potuiſſet vnum, vèl alium de certo genere perſonarum ad ſui libitum, iuxtà celebre Papiniani reſponſum in *l. vnum ex familia 67. §. ſi de falcidia ff. de legat. 2. & probant Caſtill. contr. Iur. lib. 5. cap. 161. num. 6. Molin. de Primogen. lib. 2. cap. 4. nu. 9. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 511. num. 1. & ſeq. Tondut. reſol. Ciuil. cap. 50. num. 41. & ſeq. Capon. contr. for. 8. art. 3. num. 38. Palm. nep. alleg. 5. Manſ. conſult. 390. vtrobique num. 1. & ſeq. Card. de Luc. de emphyt diſc. 57. num. 6. Torr. de Primog. part. 2. quæſt. 15. à num. 10. ad 21. Balduc. in addit. ad Ramon. conſ. 85. num. 53. & ſeq. & ſignantèr num. 72. & Rot. deciſ. 337. num. 6. & ſeq. part. 16. recent. & nouiſsimè in Romana reſtitutionis hæreditatis 17. Iunij 1697. coràm R. P. D. Lancetta*
2 *ferè per tot.* quidquid ſecùs eſſet dicendum quoties legeretur appoſitum grauamen fauore alterius ex eis, qui eligi poterant *Barg. in d. l. Vnum ex familia §. Sed & ſi fundum verſ. quæro, quem ſequutus fuit Zanch. in l. hæredes mei §. cùm ità num. 357. ff. ad Trebell. alijque relati per Fuſar. de ſubſtit. d. quæſt. 511. num. 8. Tondut d. quæſt. 50. nu. 35. & 36. Capon. d. controu. 8. art. 3. num. 37. Palm Nep. alleg. 4. num. 10. & alleg. 5. num. 15. Manſ. dicta conſult. 390. num. 11. Torr. de Primog. tit. 1. cap. 27. num. 142. Rot. coràm Duran. deciſ. 171. num. 9. & plenè in Rom. fideicommiſsi de Zeffiris 27. Iunij 1696. §. Quia iura coràm R. P. D. meo de la Tremoile.*

Quo verò ad ſecundum dubium reſpiciens validitatem cenſus dixi eſſe validam
3 cenſus impoſitionem, factam à Minore prò altero extinguendo, licèt iſte extinctus fuiſſet nullitèr impoſitus ea ratione, quod cenſus extinctus non fuit impugnatus à Muliere, vèl Minore, & ideò de tempore extinctionis reperiebatur in implicito ſtatu validitatis, nèc nullitas hodiè oppoſita poſt illius extinctionem, retrotrahi poteſt in præiudicium contractus poſtea initi *Noguerol. alleg. 2. num. 56. & alleg. 32. nu. 84. & Rot. Marchia in Aſculana Domus 21. Iunij 1697. coràm Domino meo Francolino §.*

fir-

firmato, & Rota Romana apud Cenc. de cenſ. deciſ. 29. num. 4. & 5. & deciſ. 119. ex num. 25. part. 7. & deciſ. 495. ex num. 8. par. 13. & deciſ. 265. num. 13. & 14. part. 14. recent.

Circa tertium dubium dixi, quod cum agatur de credito dotali priuilegiato poſ-
4 ſit conueniri quilibet ex cohæredibus debitoris eiuſdem dotis, & quidem prò tota ſummā; nec eſt admittenda exceptio, quod Mulier prò alijs ratħis debeat agere contra alios cohæredes. Iuxta litteram *Textus in leg. cum ab vno ff. de legat. 2. Merlin. de pignor. lib. 1. tit. 1. quaſt. 10. num. 6. & lib. 2. tit. 1. quaſt. 15. num. 59. Gratian. diſcept. 16. num. 15. Rot. in Anconitana pecuniaria prima Iulij 1693. §. non obſtat coràm Reuerendiſs. Decano.*

Et tandem quoad quartum dubium cenſui Franciſcum eſſe releuandum à moleſtijs paſſis ad formam obligationis inſtrumenti, & quamuis dictus Franciſcus poſt longam litem ne totum ammitteret ad tranſactionem deuenerit, nihilominus hęc tranſactio vti potiùs neceſſaria, quàm vo-
5 luntaria, non debet excludere dictum Franciſcum à releuatione damni moleſtiarum paſſarum *Surd. conſ. 267. num. 18. Riminal. Senior. conſ. 77. num. 16. & ſeq. Rot. deciſ. 171. num. 7. apud Pacif. de Salvian. & in recent. deciſ. 404 num 3. & 4. part. 4. tom. 2. & in Romana, ſeù Neapolitana liberationis à moleſtijs 6. Martij 1693. coràm R. P. D. Manuel. §. neque demùm.*

ARGVMENTVM.

Diſmembratio Eccleſiæ Parochialis tempore, quo erat vacans eſt nulla. Ad faciendam diſmembrationem, quæ requirantur.

SVMMARIVM.

Diſmembratio facta tempore, quo Eccleſia erat vacans eſt nulla num. 1.

Ad faciendam diſmembrationem, quæ requirantur num. 2.

Parochus qui approbauit diſmembrationem an, & quando poſſit illam impugnare num. 3.

VOTVM CXVII.

Mihi viſa fuit clara nullitas diſmembrationis Eccleſiæ Sancti Ioſeph ab Eccleſia Parochiali, cum fuerit facta tempore, quo Parochia
1 erat vacans nemine citato, qui eiuſdem Eccleſiæ viduatæ iura defendere poſſet *cap. 1. de reb. Eccleſ. non alienan. cap. ad audientiam de Eccleſ. ædifican. Zabarel. conſ. 65. num 3. Rot. in recent. deciſ. 388. num. 4. part. 2. coràm Seraph. deciſ. 1062. in fin.* & in ſpecie, quod Rector ſit vocandus, & audiendus in diſmembratione, vltrà ſuprà adductas auctoritates firmatur etiàm in *recent. deciſ. 204. num. 2. & 3. part. 17.* ac etiam eſt iniuſta, quià ad faciendam diſmembrationem nō ſufficit, nèc conſiderabilis quantitas populi, nèc notabilis diſtantia, nèc intermedium flumen, niſi proba-
2 retur, quod multi finè Sacramentis deceſſerint, & quod per appoſitionem Cappellani ſuppleri non poſſit vti apparet ex *Text. & Canoniſtis omnibus in cap. ad audientiam de Eccleſ. ædifican. Rot. in recent. deciſ 193. & 231. ſub num. 8. & 9. part. 4. tom. 2. & deciſ. 204. num. 1. part. 17.*

Non ſubſiſtente, quod tempore hyemali torrens adeò augeatur aquis, vt populus non poſſit accedere ad Parochiam, prout aſſeritur ab Epiſcopo. Quoniam contrarium iuſtificatur in *Summario Archipresbyteri numer.* 8. vbi apparet torrentem ſupradictum, vèl non impedire tranſitum, vèl tempore hyemali adeſſe pontes ad tranſeundum.

Minus releuat, quod modernus Archi-
3 presbyter ſibi præiudicauerit acquieſcendo, & expreſsè conſentiendo huic diſmembrationi, imò ſoluit penſionem Curato Parochiæ diſmembratæ, & nouitèr erectæ, quia in facto tàm nullo, & iniuſto ſuccurrendum videtur eidem ſaltèm comparenti nomine Eccleſiæ ſpoliatæ, tùm quia ſua acquieſcentia tacita, ſiuè expreſſus conſenſus fuerunt coacti, quià aliàs Epiſcopus eidem Parochiam non contuliſſet, nèc illius poſſeſſionem capere permiſiſſet, vti in puncto, & egregiè fuit firmatum à *Rota in vna Militen. diſmembrationis 12. Maij 1692. coràm bo. me. Emerix in §. neque. Et ita reſolutum fuit à Sacra Congregatione Concilij in hac cauſa Militen. 26. Ian. 1697.*

AR-

ARGVMENTVM.

Taxa, quæ ſoluitur Seminario à beneficiatis, eſt reducenda proportionabilitèr diminutis fructibus beneficiorum.

SVMMARIVM.

Onera impoſita, habito reſpectu ad fructus, ſunt reducenda proportionabilitèr diminutis fructibus num. 1.

Taxa, quæ ſoluitur Seminario à beneficiatis eſt reducenda proportionabilitèr ad diminutionem fructuum num. 1.

Taxa Seminarij non eſt nèc inuariabilis, nèc perpetua num. 2.

VOTVM CXVIII.

Cenſui taxam eſſe reducendam ad proportionem diminutionis redditum. Nam Capitulum Sancti Euſtachij
1 de tempore impoſitæ taxæ Seminarij habebat redditus aſcendentes ad ſcut. 3169. & cum iſti redditus reducti ſint ad ſcuta 1593. ſequitur, vt taxa præſtanda Seminario proportionabilitèr ſit reducenda, vt in ſimilibus terminis firmatur *ab Abbat. in cap. 4. num. 6. de cenſibus, & generalitèr per Rot. Lucen. apud Palmam deciſ. 61. nu. 5. Rot. deciſ. 55. num. 1. coràm Merlin.*

Non obſtante replicatione, quod dicta
2 taxa ſit perpetua, & inuariabilis, præcipuè nè litibus continuis inuoluatur Seminarium, quia non inueni aliquem Doctorem firmantem hanc concluſionem, ſed contrarium apparet ex ipſa conciliari diſpoſitione in *cap. 18. ſeſſ. 23. §. poſtremo,* in quo datur facultas Epiſcopo augendi, & diminuendi taxam, vndè iſta non eſt nèc perpetua, nèc inuariabilis. Et ita reſolutum fuit à Sacra Congregatione Concilij in hac cauſa Romana 26. Ianuarij 1697.

ARGVMENTVM.

Fabrica Sancti Petri vigore ſuorum priuilegiorum poteſt prætendere omnia legata pia incerta. Legatum factum Eccleſiæ abſque expreſſione nominis certi quando dicatur incertum.

SVMMARIVM.

Fabrica Sancti Petri iuxtà ſuas facultates capit omnia legata incerta num. 1.

Limita num. 2.

Legatum factum Eccleſiæ abſque expreſſione certi nominis cui debeatur à num. 3. vſque ad num. 7. & per tot.

Fabrica Sancti Petri vigore ſuorum priuilegiorum applicat ſibi legata pia incerta num. 8.

Diſpoſitio non dicitur incerta, quando fuit legatum factum prò nubendis certis puellis, licèt nomen exequutoris ſit incertum num. 9.

Fabrica Sancti Petri an intret, quando Exequutor eſt incertus amplia, & declara num. 10. 11. & 12.

Diſpoſitio ſubſtinetur, quando eſt collata in perſonam incertam, ſed de certis num 11.

Diſpoſitio non dicitur incerta, quando certitudo reſultat ex coniecturis num. 13.

Quo caſu excluditur fabrica Sancti Petri nu. 14.

Legatum relictum Confraternitati, ſiuè Eccleſiæ non expreſſo nomine cui debeatur num. 15.

Affectio reſultat ex ſpeciali mentione facta in Teſtamento num. 16. & 17.

Contrà num. 29.

Item ex ordine ſcripturæ itaùt primus nominatus præſumatur magis dilectus num. 18.

Contrà num. 26. 27. & 29.

Item ex maiori quantitate legati num. 19.

Contrà num. 28.

Illa Eccleſia dicitur in dubio contemplata, quæ eſt de natione Teſtatoris, & ab ipſo frequentata num. 20.

Contrà num. 30.

Si diſtributio dotium ſit facienda in aliqua die, in qua eſt ſolitum fieri ſimilis diſtributio ab aliqua Confraternitate, præſumitur Teſtatorem voluiſſe intelligere de hac Confraternitate in dubio num. 21.

Contrà num. 31.

Illa Eccleſia, quæ eſt pauperior, & exercet maiora opera pietatis præſumitur in dubio prædilecta num. 22.

Præſertim ſi Teſtator ſolebat exercere dicta opera pia num. 23.

Amplia num. 24.

Contrà num. 32.

In concurſu coniecturarum ſunt attendenda illa, quæ magis ſtringunt num. 25.

Vo-

Voluntas dubia declaratur etiàm ex teſte vnico num 33.

Amplia præſertim ſtantibus adminiculis dicto num. 33.

Amplia etiàm per depoſitionem extraiudicialem num. 34.

Sententia facit ſtatum quoad omnes citato legitimo contradictore num. 35.

Amplia vt etiam ſi eſſet nulla adhuc ſeruiret prò adminiculo voluntatis num 35.

Teſtator in dubio præſumitur reliquiſſe diſtributionem dotium illi Confraternitati intèr multas, quæ pollebat in diſtribuendo dotes numer. 36.

Amplia præſertim ſi quantitas dotium correſponderet quantitati dotium, quæ diſtribuuntur à Confraternitate num. 37.

Teſtator præſumitur præferre voluiſſe illam Confraternitatem, ſeu Eccleſiam, cuius Patrono dedicauit aliquam Capellam num. 38.

Voluntas Teſtatoris declaratur etiàm ex Teſtamento nullo num 39.

Coniecturæ, vt ſtringant ſunt vnitim conſiderandæ num 40.

VOTVM CXIX.

IN ſuo cum quo deceſſit elogio reliquerat
Dominicus Franchinus ſcuta mille Ec-
cleſiæ, non expreſſo illius certo nomine,
vndè orta fuit controuerſia intèr Reuer.
Fabricam Sancti Petri, ac Rectorem Ec-
cleſiæ Parochialis Sancti Antonij Abba-
tis. Fundabatur enim Reuer. Fabrica in
1 ſuis notis priuilegijs, quorum vigore ſibi
competunt omnia legata pia incerta, de
qua materia diffusè traditur per *Quarant.
in ſum. bullar. verb. Fabrica Sancti Petri, Marant.
reſponſ. 37. lib. 1. & Rot. deciſ. 150.
num. 40. & ſeq. part. 12. & nouiſſimè in Romana
fideicōmiſſi de Ruſpolis* 23. *Iunij* 1684.
coram bo. me. Rondinino per tot.

Sed meliùs replicabatur per Parochum,
quod incertitudo eſſet ſublata ex particu-
2 laribus coniecturis, quas eſſe ſufficientes
prò excludenda Reuer. Fabrica Sancti Pe-
tri reſpondit *Rota in dicta Romana fideicommiſſi
§. alteram*. Concurrit enim in hac
hypotheſi, quod teſtator particularem fo-
uebat deuotionem erga dictam Eccleſiam
Sancti Antonij, & in vita quando nomi-
3 nabat Eccleſiam in genere, ſempèr intelli-
gebat de ſupradicta Sancti Antonij, acce-
dente præſertim atteſtatione hæredis, qui
depoſuit talem fuiſſe voluntatem Teſta-
toris, idque confirmatum fuit ex alio te-
ſte, qui ſcripſerat teſtamentum, ex qui-
bus remanere excluſam incertitudinem la-
tè firmatur in præfata Romana fideicom-
miſſi ferè per tot.

Quibus addebatur, quod in eadem Ec-
4 cleſia Sancti Antonij iam teſtator conſtru-
xerat ſepulchrum, ibiquè ædificauerat Ca-
pellam, quæ omnia valdè inſeruiunt ad
oſtendendum particularem affectionem
ergà præfatam Eccleſiam, vti in ſimilibus
terminis tradiderunt *Simon de Pret de interpret.
vltim. volunt. fol. 62. nu. 16. & fol. 63.
num. 24. Rub. de teſtamen. cap. 62 num 35.
& ſeq.* quæ coniecturæ fuerunt admiſſæ
etiàm in dicta Romana fideicommiſſi, in
5 qua in tantum Rota ſequuta fuit contrariā
opinionem, in quantum aderant vrgen-
tiora adminicula prò alia Eccleſia, proùt
apparet ex toto tenore illius deciſionis.

Quæ omnia fortiùs procedunt, maximè
6 quia Parochus dictæ Eccleſiæ erat frater
ipſius Teſtatoris, & ſic ſempèr creſcit præ-
ſumptio affectionis, ita ùt in dubio creden-
dum ſit Teſtatorem de illa Eccleſia Paro-
chiali intellexiſſe, attenta præſertim lon-
7 ga habitatione facta, per Teſtatorem vnà
ſimùl cum fratre in domo eiuſdem Eccle-
ſiæ ad tradita per *Cephal. conſ. 413. Menoch.
conſ. 434. Alciat. de præſumpt. regul. 1.
præſumpt. 30. per tot.*

R. P. D. RONDININO.

Romana fideicommiſſi de Ruſpolis.

Vener. 23. Iunij 1684.

POſtquam Rota mediante diffinitiua Sen-
tentia à R. P. D. Emerix prolata, &
coram me confirmata in deciſione edita
die 9. currentis canonizauit exiſtentiam
fideicommiſſi ordinati in Teſtamento q.
Alexandri Ruſpoli, eiuſq; purificatio-
nem fauore Puellarū dotandarum ſequuta
per obitum Bartholomæi hæredis, noua,
& grauior emerſit controuerſia ſuper im-
miſſione, quam pro exequutione huius
ſubſtitutionis, & electione Puellarum do-
tandarum plures Collitigantes præten-
debant, videlicèt Reuer. Fabrica S. Petri
in Vaticano, necnon Archiconfraterni-
tates Sanctiſſimæ Annunciatæ in Eccleſia
San-

Digitized by Google

Sanctæ Mariæ ſuper Minerua, & S. Io. Decollati Nationis Florentinæ; Huius autem triangularis controuerſiæ occaſionem præbuit inſolita, & defectuoſa diſpoſitio Alexandri pręfati, qui pręuidens obitum Bartholomæi hæredis inſtituti ſine filijs, & tali caſu volens hæreditatem ſuam pijs vſibus reſeruare, mandauit quidem (ſunt verba teſtamenti) *Che delli frutti ogn' anno ſe ne maritino, e monachino tante Zitelle, con darli di dote Scudi* 80. *di Paoli* 10. *per Scudo, per ciaſcuna*, ſed exequutorem talis diſpoſitionis nominare neglexit, ſubdens ſolum ibi -- *quali ſiano approuate, & elette dalli Confrati pro tempore della Ven. Compagnia* . . . . *di Roma* -- cuius nomen in albo reliquit. Siquidem à tali omiſſione ſua iura deducens R. Fabrica vigore priuilegiorũ à Summis Pontificibus indultorũ Immiſſionem petebat; E contra verò Archiconfraternitates prefatę in excluſionem Fabricæ concordes, licèt inter ſe diſcordes Alexandri teſtatoris voluntatem aliunde ſupplentes, & declarantes illius intentionem ad ſui cuiuſq; fauorem conciliare conabantur, quibus tamen omnibus æqua lance libratis pro Archiconfraternitate Sanctiſſimæ Annunciatæ hodiè Rota inclinauit.

Antequam autem Archiconfraternitatum collitigantium argumenta diſcuterentur, recognoſcere placuit Iura R. Fabricæ, quæ ſicuti ad vtriuſq; excluſionem concurrebat, ita ab vtraq; ex eis excludi videbatur. Illa ſiquidem deducens, quod controuerſum fideicommiſſum omnino incertum ſit, & quidem quoad perſonam hæredis, cuius nomen à Teſtatore ſcriptũ non fuit, ſibi applicandum eſſe prætendebat vigore notiſſimorum Priuilegiorum,
8 quibus ipſa à pluribus Summis Pontificibus decorata fuit, præſertim à *Iulio II. in eius Conſtitutione* 23. §. 12. *& à Clemente VII. in eius Conſtitutione* 9. §. 8. *impreſſis in Bullar. nouo tom.* 2.

Quod autem ratiocinium in facto parum ſubſiſtens minus releuans in Iure repertum eſt, non enim verificatur incertitudo hæredis ſubſtituti, cuius fauore fideicommiſſum ordinatum fuit, quinimò ille expreſſis verbis à Teſtatore nominatur ibi -- *E morendo detto Bartolomeo herede ſenza figli, voglio che reſti fideicõmiſſo perpetuo, e che delli frutti ogn' anno ſe ne maritino, e monachino tante Zitelle di buona fama, &c.* quæ ideo dicuntur hæredes ſubſtitutæ, & certæ, vt ſuppoſuit Rota in deciſionibus huius Cauſæ editis *coram R. P. D. Emerix*
9 *die* 19. *Iunij* 1682. *&* 26. *Martij* 1683. Et in dicta alia pręcedenti *corã me die* 9. *currentis, ac in ſimili tradit Caſtr. conſ.* 90. *nu.* 1. *lib.* 1. *& Rot. coràm Coccin. deciſ.* 1008. *num.* 3. Incertitudo verò reſultans ex omiſſa deſcriptione nominis Societatis, reſpicit tamen perſonã Exequutoris deſtinati ad electionem, & nominationem Puellarum ibi -- *quali ſiano approuate, & elette dalli Confrati pro tempore della Ven. Compagnia* . . . . *di Roma* -- vt benè in ſimili animaduertit, & reſpondit *Rota coràm Sa. me. Gregorij XV. deciſ.* 544. *per tot. vbi Add. num.* 42. *& coràm Coccin. d. deciſ.* 1008. *num.* 4 *& duobus ſeqq.*

Nec ex tali incertitudine Exequutoris deſtinati ad diſtributionem dotiũ aliquod Ius deſumere valet R. Fabrica, quæ mediantibus eius non minus doctis, quàm ingenuis Miniſtris inſubſiſtentem recognoſcens prętenſionẽ aſſequutionis controuerſorum bonorum principaliter inſiſtebat in eo, quod cum Societas Exequutrix huius pij operis, & diſtributrix dotium nominata non fuerit, & per conſequens remaneat incerta, debeat ſaltem tale Ius approbandi, & eligendi Puellas ipſi R. Fabricæ adiudicari vigore dictorum generalium priuilegiorum, & ſpecialium editorum decretorum à Sac. Congregatione
10 Eminentiſſimorum Cardinalium illi Præpoſita, & relatorum in Compendio mox compoſito, & impreſſo per D. Carolum Veſpignanum eiuſdem Fabricæ Iudicem pag. 19. & pag. 34. quæ decreta habent vim legis, & pro lege obſeruantur, vt in ſpecie huius Congregationis Summi Pontifices demandarunt, & teſtatur *Marant. reſp.* 14. *num.* 8. *&* 17. *lib.* 1. *& generaliter de alijs Honded. conſ.* 76. *num.* 26. *lib.* 2. *Rota coràm Mantica deciſ.* 56. *num.* 3. *coràm Canalerio deciſ.* 628. *num.* 8. *& coràm Buratt. deciſ.* 479. *in fine.*

Omiſſo enim, quod in præſenti controuerſia nec etiam Exequutor dici poteſt omninò incertus, ſed potius incertus de certis, cum ſit vna ex Confraternitatibus Vrbis, quæ proculdubio certæ ſunt, quo caſu de iure comuni fideicõmiſſum ſubſtinetur per *text. in l. vnum ex familia cum ibi not.*

nes. per DD. ff. de reg. 2. Bart. in l. quidam relegatus in principio, & in l. ſi quis in fin ff. de reb. dub. Craſſ. de ſucceſſ. §. inſtitutio q. 12. num. 1. Viui. deciſ. 412. num. 12. & 14. & Rota coram Dunoz. Iun. deciſ. 108. n. 19.

Reſpondebant DD. duplicem exceptionem obſtare R. Fabricæ. Primam ſcilicet quod nullum eius priuilegium, nullumq; decretum hucuſq; ęditum exhibetur, per quod tale ius eligendi Puellas dotandas, & diſtribuendas dotes Miniſtris
12 Fabricæ tribuatur, quinimò nulla concurrit ratio id faciendi, quia cum priuilegia omnia, & facultates illi conceſſæ, dirigantur ſolum ad hoc, vt eis mediantibus, eleæmoſinæ, pecuniæ, & bona comparentur, cum quibus Vaticanæ Baſilicæ æternum (vt ita dicam) tàm ratione operis, quàm ſtabilitatis ædificium promoueatur, talis intentio, & finis nullatenus adimpletur ex diſtributione dotium per eius Miniſtros facienda, idq; comprobatur ex decretis per d. Sac. Congregationem ęditis, quæ principalem finem intendens mandauit quidem dotes particulares diſtribui, neglectas fabricæ applicari, ſed diſtributionem illarum exequutoribus relinqui, vt in *d. Compendio Priuilegiorum pag. 18. §. 5. & pag. 34. vbi in ſecunda margine adnotatur* etiam, quod de ſtylo Sac. Congregationis rigor incertitudinis legatorū omiſſus fuit.

Alteram quod cum ex alijs probationibus conſtet de certa voluntate Alexandri Teſtatoris, qui exequutricem ſuæ volun-
13 tatis in ſua mente dixit, licèt in Schedula Teſtamenti non ſcripſerit, nec iuris rigor, nec æquitatis ratio poſtulat, vt accidentalis omiſſio, & verbalis negligentia principali intentioni, & diſpoſitioni per Teſtatorem habitæ pro perfecta præiudicet, ſed ſufficit talem incertitudinem etiam ex adminiculis, & coniecturis arbitrio boni Viri ſubmoneri poſſe, & voluntatem diſponentis à Iudice ſuppleri *ad text. in l. ſi in Teſtam. 109. ff. de leg. 1. in d. l. vnū ex familia §. penult. & in l. cū pater 79. §. cum impleta ff. de leg. 2. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 3. tit 2. num. 16. Faſar. de ſubſtit. q. 284. nu. 3. Card. de Luca de fideic. diſc. 115. n. 10. Rot. rec. deciſ. 192. nu. 12. par. 8. coràm Coccin. deciſ. 549. ſub num. 3. & coràm Eminentiſs. Cerro deciſ. 293. num. 3. & deciſ. 312. num. 1.* quod etiam obſeruare debet Fabrica, ne vigore ſuorum priuilegiorum ſupremas defunctorum voluntates peruertat, ita conſulente *Marant. olim eius Aduocato conſ. 20. num. 18. & conſ. 32. num. 26. Rub. de teſtam. cap. 84. num. 269. & ſeq.*

Non attento quod in *d. Conſtitutione 23.*
14 *Iulij II. ſub §. 12. & in alia Clemen. VII. ſcilicet la 9.* §. 8. determinetur, quod incerta dicantur ea omnia legata, in quibus proprij nomen legatarij expreſſum non legitur, vnde deducebant informantes pro Fabrica, quod cum in hoc Teſtamento proprium nomen Societatis ſcriptum non fuerit, incerta dicatur, ſi non de iure communi, ſaltem de ſpeciali dd. Conſtitutionum, ſatisfecit enim reſponſio, quod dd. Conſtitutiones loquuntur de incertitudine concernente perſonam legatarij, & de applicatione ipſorum legatorum incertorum fauore Fabricæ, ideoq; non applicantur præſenti controuerſiæ, in qua perſonæ legatariæ ſaltem in genere ſunt certę, & exequutio diſtributionis dotium non conceditur Fabricæ per viam priuilegij; Ideo in hoc caſu recurrendum eſt ad regulas Iuris communis, ſecundum quas certum dicitur, quod poteſt ex coniecturis certificari *l. certi in principio, ibiq; gloſ. ver. ex certo ad med. ff. ſi cert. pet. Annan. conſ. 19. nu. 13. Crauett. conſ. 162. num. 6. Rub. de teſtam. cap. 78. num. 407.*

Excluſa igitur R. Fabrica, & admiſſo, quod Alexandri Teſtatoris voluntas quo-
15 ad litteralem explicationem defectuoſa, & incerta fauore alicuius Confraternitatis ex coniecturis certificandæ ſuppleri, & declarari debeant, itaut illa ſit admittenda, quæ veriſimilibus argumentis probet Teſtatorem in ſua mente de ſe ſenſiſſe *l. demonſtratio falſa in fine principij ff. de cond. & demonſt. & l. cum in teſtamento, & l. quem heredi ff. de reb. dub. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib 8. tit. 4. num. 4. in fin. & num 5. Rub. de teſtam. cap. 67. num. 29. & plur. ſeqq.* & in ſimilibus terminis alias reſpondit *Rota coram Eminentiſſimo Cerro deciſ. 295. per tot. repetit. in rec. deciſ. 310. par. 10. confirmata in deciſ. 312. coràm eod & in alia deciſ. 765. per tot. pariter coràm Eminentiſs. Cerro, repetita apud Torr. de pact. futur. ſucceſſ. deciſ. 224.* Attenta ponderatione, rimatæ fuerunt coniecturæ ab vtraque Archiconfraternitate collitigante propoſitæ, quas omnes prout approbatæ, vel reprobatæ fuerunt referre placuit.

Et incipiendo ab Archiconfraternitate
S. Ioannis, in duas claſſes ſuas ipſa conie-
16 ctuars diſtribuebat, alias ſcilicet intrin-
ſecas ex teſtamenti contextu elicitas, alias
autem extrinſecas ex diuerſis facti circum-
ſtantijs reſultantes; Ex intrinſecis autem
proponebat. Primò Inuocationem nomi-
nis S. Præcurſoris ab Alexandro habitàm
in principio ſui Teſtamenti, in quo cum
alius Sanctus ſpecialiter nominatus non
legatur, vtiq; reſultat ſingularis affectio-
nis, & obſequij præſumptio, de qua Bart.
in l. cum ita §. fin. in fideicommiſſo, vbi Ca-
ſtren. & Alciat. num. 4. ff. de leg. 2. Menoch.
conſ. 200. num. 13. & ſeq. Curt. Iun. conſ. 57.
n. 10. Maſcard. de probat. concl. 67. n. 7. Fuſar.
de ſubſtit. quæſt 468. num. 13. Cumq; nul-
la alia in Vrbe exiſtat, vel ſaltem nulla
compareat Confraternitas ſub Inuocatio-
ne dicti Sancti erecta, ad fauorem Colli-
tigantis talis coniectura applicari debet
per clarum text. in §. ſi quis nomine, verſ. ſi
quis autem vnum Sanctum auth. de Eccleſiaſt.
tit. Bart. in l. 1. §. ad municipalem ff. ad l.
falcid.

Secundò conſiderandum offerebatur,
quod Societas S. Ioannis Decollati fuit
17 per Teſtatores ad funus inuitata, quo
pro ſigno affectionis refert Cephal. conſ.
413. nu. 17 & Menoch. conſ. 434. nu. 32.
Et quidem cum prælatione, & præce-
18 dentia quoad illius Confraternitates in
ordine Scripturæ, in qua cum illa prius
nominata legatur, maioris dilectionis in-
tuitu honorata prætendebatur ad text. in
l. quoties ff. de vſufructu, l. cum Pater 79. §.
à te peto ff. de leg. 1. & l. generaliter 34 §.
ſi quis ergo ff. de fideic. libert. Rota in ſimili
deciſ. 66. num 10. & 11. part. 16. recent. &
in Camerinen. dotium 23. Febr. 1682. §. nec
ſubſiſtere coram me.

Tertia coniectura deſumebatur, ex quo
Archiconfraternitas S. Ioannis legato,
& quidem pinguiori alijs Societatibus le-
19 gatarijs honorata fuit, è contra verò il-
la Sanctiſſimæ Annunciatæ nullum rece-
pit, ex qua prædilectione in legato, præ-
dilectionem etiam in fideicõmiſſo arguunt,
per text. in Auth. hoc amplius C. de fideicom.
Mantic de coniect lib. 8. tit. 4. num. 5. in fin.
Fuſar de ſubſtit. quæſt. 468. num. 17.

Quartò deducebatur, quod cum Ale-
xandro in teſtamento ſe enunciet Floren-
tinum, & Ciuem Romanum, nulli alteri
Confraternitati magis addictus cenſetur,
20 quàm illi S. Ioannis, quæ vtramq; quali-
tatem complectens, ex Confratribus Flo-
rentinis in Vrbe Romana commorantibus
componitur, & quam ideo in ſua diſpoſi-
tione præferre voluiſſe præſumitur l. ſi quis
ad declarandum 38. C. de Epiſc. & Cleric. &
l. Diuus ff. de Tutor. dat. ab his; Azeued.
conſ. 24. num. 64. Surd. de alim. tit. 1. q. 93.
num. 7. & ſeq. Rota coram Peuting. deciſ. 358.
& deciſ. 378. & deciſ. 405. in omnibus nu. 1.
& per tot. vbi Concordantes.

Quinta coniectura reſultare prætende-
batur ex eo, quia Archiconfraternitas S.
Ioannis diſtributionem dotium ex ſuo ſty-
21 lo, & conſuetudine etiam ante Teſtamen-
tum Alexandri obſeruata, in feſto San-
ctiſſimæ Aſſumptionis Beatæ Virginis fa-
cere ſolet, eo apprimè feſtiuo die, quo
Alexander ſua ſubſidia dotalia diſtribui
voluit, inferendo quod ex hac conforma-
tione ad ſolitum huius Archiconfraterni-
tatis illam exequutricem ſuæ diſpoſitionis
deſiderauerit, vt ad propoſitum conſiderat
Maſcard. de probat. concl. 1141. num. 14. &
Rota coràm Buratt. deciſ. 432. num. 4. & 5.

His intrinſecis argumentis, & conie-
cturis alias etiam extrinſecas cumulabant
22 informantes pro Archiconfraternitate
præfata, deſumptas ſcilicet ex qualitati-
bus eiuſdem Societatis, quæ vti longè
pauperior, & exercens magis pium cha-
ritatis officium, iuuandi ſcilicet, & con-
fortandi ſpiritualibus, & corporalibus
ſubſidijs reos morti damnatos, quod re-
fert, & laudat Marcheſ. de Commiſſ. par. 2.
tit. de appell. in cauſ. crimin. §. 1. num. 51.
& ſeq. fol. 1276. in dubio preferenda eſſet,
vt de prima qualitate paupertatis ſanciuit
Imperator in d. §. ſi quis in nomine Auth. de
Eccleſ. tit. Lap. alleg. 87. ſub num. 6. & de ſe-
cunda, nempe exercitatione magis pij
operis loquitur Rub. de teſtam. cap. 72. n. 34.
& ſeq. nec non ex qualitatibus perſonali-
bus ipſius Teſtatoris, qui principaliora, &
23 laborioſiora huius Archiconfraternitatis
officia per longum annorum curſum exer-
cuit, quod pro amoris argumento refert
Alciat. de præſumpt reg. 1. præſumpt. 30. per
tot. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 468. num. 26. Rot.
deciſ. 310. num. 6. par. 10. & in ſpecie illam
viuens in dotium diſtributione iuuabat,
dum occaſione reintegrandi vnam ex eis
deperditam eleemoſinæ partem alijs Con-
fra-

Digitized by Google

fratribus maiorem contulit *Summ. eiuſdem num. 3. litt. B.* Vnde arguebatur, quod
etiam poſt mortem in tali pio opere illam
deſtinare, & præferre voluerit ad tradita
per *Simon. de Pret. de interprat. vlt. volunt.
fol. 62. num. 16. & fol. 63. num. 24. Rub.
de Teſtam. cap. 62. num. 35. & ſeq.*

Quæ tamen argumenta omnia, & ratiocinia, licèt à defenſoribus d. Archiconfraternitatis S. Ioannis in facto, & in Iure elaboratè comprobata, nihilominus
contrapoſita cum alijs cumulatis pro Archiconfraternitate Sanctiſſimę Annunciatæ, leuis ponderis, & minus habentia inuenta ſunt, adeo vt illis vti generalibus, &
25 magis neglectis, iſta vti vrgentiora præponderare, & attendenda viſa ſunt, prout
regulariter in materia coniecturali, & interpretatiua faciendum eſſe alias dixit
*Rota apud Caſſad. deciſ. 1. numer. 9. de Teſtam. coràm Coccin. deciſ. 29. num. 7. in rec.
dec. 50. & dec. 199. vtrobique n. 12. par. 19.*

Siquidem reaſſumendo coniecturas ſupra relatas, quatenus pertinet ad primam, ſcilicet inuocationē nominis S. Præcurſoris, illa nihil nocet Archiconfraternitati Sanctiſſimæ Annunciatæ, dum pius
Teſtator etiam Beatiſſimæ Virginis deuotam, & ſpecialem inuocationem præmiſit;
Minuſque concludit, quod Arthiconfraternitas S. Ioannis inuitata fuerit ad funus, vnde deducebatur ſecunda coniectura, quia hoc etiam obſeruatum fuit reſpectu Archiconfraternitatis Beatiſſimæ Virginis Suffragij; prælatio autem in ordine
26 Scripturæ prouenire forſan potuit ex antiquiori inſtitutione, tali honore digna per
Text. in l. 1. & 2. ff. de alb. ſcriben. Nec
ex vtraque circumſtantia vlla deduci valet coniectura præiudicans Sanctiſſimæ
Annunciatæ, quæ non habens Confrater-
27 nitatem Saccis indutam, non poterat ita
propriè funerali Proceſſioni interuenire,
prout aliæ duæ nominatæ.

Parum etiam releuat tertia coniectura
deſumpta ex legato facto fauore Archiconfraternitatis S. Ioannis, imò potius
28 retorquetur. Tum quia hoc mediante
credi poteſt Teſtatorem ſatisfacere voluiſſe affectioni erga illam profeſſæ, reſeruans Achiconfraternitati Sanctiſſimæ Annunciatæ, nullo legato honoratæ, aliud
obſequij teſtimonium in controuerſa ſubſtitutione, vt in his terminis obſeruat
*Roccb. reſp. leg. 77. num. 24. in fin. verſ. 2.
ponderatur, & ſeq. lib. 1.* Tùm & fortius
quia ſi voluiſſet Teſtator ſpatium in albo
relictum reſeruare pro deſcribendo nomine Archiconfraternitatis S. Ioannis ſuperius nominatæ occaſione legati, neceſſarium non erat repetere Confraternitatem ſubſtitutam cum adiectiuo ibi -- *di Ro-*
29 *ma* -- E contrà valdè congruum erat illam nominare cum aliquo repetitiuo pronomine, vt fieri ſolet quando de eadem
perſona pluries mentio habetur; Vnde
vocans indefinitè -- *la Veneranda Compagnia di Roma* -- vtique dignoſcitur, quod
in ea parte voluit Teſtator nouam Confraternitatem inuitare, amplius non nominatam, nec legato aliquo ſuperius honoratam.

Ex eo autem, quod Alexander ſcripſerit ſe Florentinum, & Ciuem Romanum,
30 nimis vaga, & generalis deſumitur quarta coniectura affectionis, cum potius id referri poſſit ſtylo, & conſuetudini ab omnibus obſeruatæ, Patriam diſponentis,
eiuſque qualitates in Teſtamento enunciandi; Quinimò ſi Teſtator aliquam in
hoc caſu conſiderationem habuiſſet ſuæ
Patriæ, vel prætuliſſet puellas Florentinas, vel non vocaſſet ſimpliciter Confraternitatem Romanam.

Facilius deſtruitur, imò apertè retorquetur quinta coniectura elicita ex ordine
diſtribuendi dotes in die Aſſumptionis
Beatiſſimæ Virginis; Suppoſito enim,
quod ordinaria, & conſueta diſtributio
31 dotium ab Archiconfraternitate S. Io.
Decollati d. die fieri ſoleat, ſuperflua erat
talis expreſſa diſpoſitio, ſi Teſtator exequutricem ſuæ voluntatis eamdem Archiconfraternitatem deſtinaſſet, cùm ex notitia, quam habebat conſuetudinis præfatæ, facilè præuidere poterat etiam ſine tali expreſſione, dotes in die Aſſumptionis
ab eadem Archiconfraternitate diſtributuras fore; quod non verificatur in Archiconfraternitate Sanctiſſimæ Annunciatæ,
quæ cùm ſoleat dotium numeroſam diſtributionem facere in die feſto ſuæ inuocationis, neceſſarium erat diuerſam legem
imponere, eam explicitè declarare, adeo
ut talis declaratio non obſcurè indicet
voluntatem Alexandri ab Archiconfraternitate S. Io. alienam, & alteri Sanctiſſimæ Annunciatæ propenſam.

Leuioris ponderis inuenta ſunt alia argumenta per Archiconfraternitatem S. Io. extra Teſtamentum elicita, & quæ vel nihil concludunt, vel conquaſſantur à ſimilibus per Archiconfraternitatem Sanctiſſimæ Annunciatæ contrapoſitis: Quo enim ad qualitates concurrentes in pri-
32 ma non releuat eius pium Inſtitutum iuuandi, & confortandi reos morti damnatos, quod per electionem, & approbationem Puellarum impeditur potius, quàm promouetur, imò iſti contraponitur proprium munus Archiconfraternitatis Sanctiſſimæ Annunciatæ ad diſtributionem dotium, & Puellarum ſubleuamen, præcipuè inſtitutæ; minuſque attendi mereretur paupertas Archiconfraternitatis S. Ioannis, quæ nullam ſperare poſſet vtilitatem ex hac ſubſtitutione, & hæreditate, cuius fructus omnes in dotatione puellarum quot annis diſtribuere deberet. Qualitatibus autem perſonalibus concurrentibus in Alexandro, ſcilicet admiſſionis, & adſcriptionis in Archiconfraternitate S. Ioannis cum exercitio plurium munerum, & officiorum, correſpondet ſimilis adſcriptio, & exercitium in illa Sanctiſſimæ Annunciatæ, quæ etiam ſuppoſitura à Teſtatore magis frequentata, & per conſequens magis dilecta iuxta tradita per *Alex. conſ.* 213. *ſub num.* 2. *Rub. de Teſtam. cap.* 68. *numer.* 85. *& cap.* 69. *numer.* 103.

E' contra verò argumenta, & indicia propoſita ab Archiconfraternitate Sanctiſſimæ Annunciatæ adeo vrgentia, & ſpecifica apparuerunt, vt voluntatem fideicommittentis illius fauori propenſam vniuocè probare viderentur; Omiſſo enim illo reſultans ex qualitate perſonali Teſtatoris, qui vti Confrater d. Archiconfraternitati adſcriptus, eius pia, & œconomica negocia concernentia diſtributionem dotium, & electionem Puellarum aſſidua applicatione per longum tempus adminiſtrauit, prout præcedenter ante ipſum adminiſtrauerant Bartholomæus Pater, & Horatius Frater; Nec non alio deſumpto ex legato ſcripto fauore Archiconfraternitatis S. Ioannis in ſuperiori parte Teſtamenti, & ſimplici nominatione Confraternitatis Romanæ facta occaſione huius controuerſiæ ſubſtitutionis, abſque vlla dictione repetitiua
33 indicante Confraternitatem iam alias nominatam, ſed potiùs directa ad nouam nunquam expreſſam, vt ſuperius animaduerſum eſt; De hac præciſa, & declarata Teſtatoris voluntate deponit Teſtis Sacerdos, qui erga illud duplicem confidentiæ titulum gerebat propter duplex munus Parochi, & Confeſſarij *Summ. d. Archiconfraternitatis numer.* 4. & de auditu à D. Parocho deponit alter Sacerdos, & Confeſſarius *d. Summario num.* 5. quorum dicta magnam apud Dominos fidem meruerunt, tum quia formiter examinati fuerunt de mandato Summi Pontificis, & tempore proximo, ſcilicet paulo poſt obitum Teſtatoris, & aperitionem Teſtamenti; Tùm quia coadiuuantur ex pluribus adminiculis mox recenſendis *Crauett. conſ.* 73. *num.* 41. *Ruin. conſ.* 35. *num.* 16. *lib.* 4. *Rot. recent. deciſ.* 55. *num.* 2. *part.* 11. *coràm Eminentiſs. Ottbob. deciſ.* 200. *num.* 23. *& coràm Priolo deciſ.* 384. *num.* 21.

Parùm releuante quod examinati non fuerint cum interrogatorijs, & citatione Archiconfraternitatis, id enim adimpleri non potuit, cum nulla tunc extaret cum ipſa lis, nec adhuc præuideretur purificatio controuerſiæ ſubſtitutionis, quæ per obitum Bartholomæi hæredis cum filijs euaneſcebat, ideoque ſufficit, quod eorum examen factum fuerit eo modo, quo melius fieri poterat, citatis ſcilicet ad dandum interrogatoria Exequutoribus Teſtamentarijs tempore non ſuſpecto, & de mandato Summi Pontificis; Nec ad effectum probandi nouam diſpoſitionem, & ſubſtitutionem Teſtatori incognitam, ſed ſolum explicandi eius mentem, & indagandi voluntatem circa Societatem Exequutricem verbis non expreſſam, quo caſu etiam Teſtes extraiudicialiter deponentes admittuntur, vt omiſſis generalibus in his terminis aliàs reſpondit *Rot. coràm Eminentiſs. Cerro deciſ.* 195. *num.* 10.

Fidem dd. teſtium, & bonum Ius Archiconfraternitatis Sanctiſſimæ Annunciatæ probauit etiam bon. mem. R. P. D. Machiauellus, qui eodem tempore proximo Teſtamento aſſumpta Iudiciali cognitione, nec non citatis Bartholomæo hærede, & exequutoribus Teſtamentarijs per diffinitiuam Sententiam pronunciauit ex voluntate Alexandri Teſtatoris eamdem Archiconfraternitatem, & non aliam ſubſti-

ſtitutam *d. Summ. num.* 5. quæ Sententia licèt lata abſque citatione Archiconfraternitatis S. Ioannis hodiernæ collitigantis, nihilominus multum probat; Tum quia non deducitur ad effectum ex illa inducendi rem iudicatam, & deſumendi perfectam probationem, ſed ſolum vrgens adminiculum, & fortem coniecturam. Tùm quia tunc temporis diuinari non poterat hodierna prætenſio Archiconfraternitatis S. Ioannis, quæ licèt in Teſtamento nominata, non tamen aliquod vrgens inde habet indicium ſuæ vocationis, quod importaret eius certum intereſſe, quodq; conuenire non poſſit etiam Achiconfraternitati Sanctiſſimi Suffragij, quæ tamen non comparet; Ideoque ſuf-
35 ficit citatos in illa fuiſſe legitimos Contradictores tunc exiſtentes, & certos, ad hoc vt alios poſtea ſuperuentos afficiat ſaltem pro adminiculo, & coniectura ad *Text. in l. ingenuum, vbi gloſ. & DD. ff. de Stat. homin. Vivian. de Iurepatr lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 4. *Rota coràm Pen. deciſ.* 165. *num.* 9. *& in recent. deciſ.* 15. *num.* 19. *part.* 12. *& deciſ.* 354. *num.* 4. *part.* 9.

Magnam præterea animaduerſionem meruit ſpeciale Inſtitutum Archiconfraternitatis Sanctiſſimæ Annunciatæ, quæ præ alijs locis pijs vnicè erecta fuit ad ef-
36 fectum prouidendi ſubſidia dotalia Puellis nubendis, vel monacandis; Vnde cum Alexander Teſtator fructus omnes ſuæ hæreditatis in hoc opus quot annis diſtribui iuſſerit, & quidem eodem modo, & forma, quam Confraternitas Exequutrix in aliarum dotium diſtributione ſeruare ſolet, facilè credi poteſt, quod ad hoc adimplendum deſtinare voluerit Archiconfraternitatem præfatam Sanctiſſimæ Annunciatæ, cuius intuitu alios habebat beneuoli animi impulſus, & cui fauebat recepta Iuris regula, præſumens legatum relictum potius intuitu qualitatis, quàm perſonæ legatarij, quoties qualitas etiam rei legatæ id ſuadeat, de qua *Hond. conſ.* 82. *num.* 17. *lib.* 2. *Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib.* 6. *tit.* 11. *per tot. Menoch. de præſumpt. lib.* 3 *præſumpt.* 103. *lib.* 3.

Præſertim data etiam correſpondentia, & ſimilitudine in quantitate dotium, dum tam illæ tunc diſtribui ſolitæ per Ar-
37 chiconfraternitatem, quàm iſtæ per Alexandrum taxatæ aſcendebant ad ſcut. 80. itaut valdè veriſimile ſit diſtributionem de ordine Teſtatoris faciendam iuxta modum, & formam à Confraternitate exequutrice ſolitam, commiſſam fuiſſe Archiconfraternitati Sanctiſſimæ Annunciatæ, quæ etiam in quantitate conſuetæ eleemoſynæ cum voluntate Alexandri conueniebat.

Iuuat pariter erectio, & dotatio Cappellæ per eundem Teſtatorem facta in Eccleſia B. Mariæ in Vallicella ſub inuo-
38 catione Sanctiſſimæ Annunciationis, ex qua non leue reſultat indicium ſpecialis obſequij, & deuotionis erga illam, & per conſequens prædilectionis Archiconfraternitatis collitigantis ſub eius patrocinio, & inuocatione Inſtitutæ ad tradita per *Menoch. de præſumpt. lib.* 4. *præſumpt.* 114. *num.* 6. *Conciol. alleg.* 68. *num.* 8.

Fortiſſimum demùm huius voluntatis, & prædilectionis argumentum Domini deducebant ex alia copia eiuſdem Teſtamenti, ſeù potius originali matrice, Alexandri Teſtatoris manu ſcripta, & ſubſcripta, in qua nomen Sanctiſſimæ Annunciatæ expreſſum legitur, quæ ſchedula penes d. Alexandrum diligenter custo-
39 dita, & inter eius Scripturas inuenta exhibita fuit, & de ordine Summi Pontificis producta à bon. mem Hortentio de Rubeis, qui vltra amicitiam, qua Teſtatoris perſonam coluerat, eius etiam negocia Forenſia, & Ciuilia gubernabat, & ſuæ voluntatis exequutor fuerat à Teſtatore deputatus, vt patet ex relatione per ipſum facta tranſcripta in *d. Summ. nu.* 2. Talis autem ſchedula, ſiue minuta quidquid ſit ad alios effectus, ad interpretandam, & indagandam voluntatem defuncti plurimum deſeruit *Aret. in l. qui filiabus nu* 1. *& ibidem Iaſ. nu.* 5. *ff. de leg* 1. *Alex. conſ.* 14. *nu.* 14. *circa finem lib.* 6. *Caſtren. conſ.* 17. *num.* 12. *lib.* 2. *Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib.* 3. *tit.* 1. *num.* 7. *Rota deciſ.* 507. *num.* 6. *part.* 4. *diuerſ.*

Has omnes coniecturas, & argumenta prædicta vnitim, & ſimul iuncta eò facilius Domini attendenda cenſuerunt, quià
40 agitur inter duos Collitigantes, quorum neuter intentionem ſuam plenè, & concludentèr per legitimas probationes fundare poteſt; Vnde ſuppoſito quod dubia, vel defectuoſa diſpoſitio interpretari, vèl potius ſuppleri debeat à coniecturis,

ille

Digitized by Google

ille in dubio præferendus eſt, qui vrgentioribus, & validioribus nititur, non attento an omnes adductæ ſint in ſuo genere perfectæ, & concludentes *Rota deciſ. 203. num. 12. & deciſ. 269. eodem num. part. 7. recent.*

Probata igitur voluntate Alexandri, & quidem per argumenta concludentia intentionem diſponentis, non autem extenſionem diſpoſitionis, concludebant Domini in illius exequutionem Archiconfraternitati Sanctiſſimę Annunciatæ dandam eſſe immiſſionem in bonis omnibus hæreditarijs eiuſdem Teſtatoris, vt aliàs ſeruatum fuit in *d. deciſ. 295. coràm Eminentiſs. Cerro*, ſupradictis collitigantibus auditis &c.

ARGVMENTVM.

Filij legitimati per ſubſequens Matrimonium reputantur, vti veri legitimi etiamſi Teſtator vocaſſet legitimos, & natos ex legitimo Matrimonio. Facultas alienandi prò dotandis Filijs intelligitur prò Filijs eorum, qui ſucceſſerunt in fideicommiſſo. Legatum dotis factum prò nubendis non debetur nuptis. Secùs ſi eſſet factum prò dotandis.

SVMMARIVM.

Legitimati per ſubſequens Matrimonium veniunt appellatione natorum ex legitimo Matrimonio num. 1.

Facultas alienandi bona prò dotandis filijs intelligitur reſtricta ad filias eorum, qui ſucceſſerunt in fideicommiſſum num. 2.

Dicta facultas quando dicatur realis, vèl perſonalis dicto num. 2.

Legatum relictum prò nubendis, ſeù dotandis filijs quando debeatur etiàm dotatis, vèl nuptis num 3.

Deſerta dicitur cauſa ſi non fuerit commiſſa appellatio num. 4.

Reſtitutio in integrum non datur ſinè læſione n. 5.

Legitimati per ſubſequens Matrimonium habentur prò verè legitimis num. 6.

Matrimonium ex quibus excludatur num. 7.

Legitimitatis poſſeſsio quando ſufficiat, ſi conſtet de initio vitioſo num. 7.

Legitimitas ex quibus excludatur num. 8.

Legitimitas an reſultet ex admiſsione ad ſacros ordines num. 9.

Item ex dignitate Epiſcopali num. 10.

Legitimitas ex quibus excludatur num. 11. 12. & ſeq. & num. 14. & per tot.

Statutum vt afficiat, requirit vtramque ſubiectionem num. 13.

Argumentum à filiatione ad legitimitatem quando non procedat num. 15.

VOTVM CXX.

IN hac cauſa fideicommiſſi de Gallis dixi conſtare de vocatione tàm Virgilij, quàm Cęſaris filiorum Achillis de Gallis non obſtante, quod Teſtator voluerit,
1 vt ſuccederent ſolum legitimi, & nati de legitimo Matrimonio, quoniam cum fuerint legitimati per ſubſequens Matrimonium admittendum eſt, vt non ſint diſtinguendi à verè legitimis *Graſſ. in §. fideicommiſſum quæſt. 38. num. 5. Menoch. lib. 4. præſumpt. 81. num. 4. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 409. num. 2. Giouagnon. conſ. 59. num 58. lib. 1. vbi 72. Doctores enumerat Noguerol. allegat. 23. n. 13. & ſequent. Andreol. contr. 302. n. 5. Vrceol. conſult. 57. n. 27. Rot. coràm Bich. deciſ. 101. nu. 14. & 19. cum alijs in Rauennat. Emphyteuſis 10. Decembris 1691. coràm Eminentiſs. Cauallerino §. neque iniuſtitia*, in qua in tantum admiſſa fuit contraria opinio, in quantum aderant diuerſæ probationes excludentes Matrimonium.

Cum itaq; fuerit purificatum fideicommiſſum ad fauorem Virgilij, & Cæſaris,
2 ſequitur vt facultas alienandi eiſdem data per Teſtatorem ad effectum dotandi filias, ſit reſtricta prò filijs fœminis hæredum, & ſubſtitutorum, qui ſucceſſerant in dicto fideicommiſſo. Nec turbat, quod Conſtantia de Gallis vti filia Marci Antonij vocati ad hoc fideicommiſſum licet nunquam ad eius fauorem purificati, debeat gaudere etiam hoc ſubſidio dotali ibi — *Idem Teſtator prohibuit dictis hæredibus inſtitutis, & ſubſtitutis omnem, & quamcumque detractionem cuiuslibet trebellianicæ, ac omnem alienationem, præterquam ex cauſa redemptionis perſonarum dictorum hæredum, & cuiuslibet illorum, & tam inſtitutorum, quàm ſubſtitutorum, & præterquam prò dotando illorum, & cuiuslibet illorū filias fœminas de Scutis mille auri* — ex quibus verbis prætendebat Conſtantia deſumere facultatem datam

prò

prò dotibus tànquàm realem ſuffragare etiam eidem vti filiæ Marci Antonij ſubſtituti, licèt numquam ad iſtius fauorem ſubſtitutio purificata fuerit. Quoniàm obiectum forsàn procederet quando Teſtator dixiſſet, vt dotarentur omnes fœminæ pauperes de familia iuxtà terminos traditos per *Card. de Luc. de dot. diſc.* 100. at ſecus in caſu noſtro, in quo teſtator ſolum prouidere voluit filijs ſubſtitutorum, qui actualitèr bonis gauderent, eorumq; ſolum fauorem, & commodum, & perſonas reſpexit prout practicatur in terminis *authen. Reſque C. comun. de legat.* cuius vigore poſſunt alienari bona fideicommiſſi pro dotandis filijs ſubſtitutorum, qui iam in bona fideicommiſſaria ſucceſſerunt; maximè quia agitur de fideicômiſſo tranſuerſali, & facultas dicitur potiùs perſonalis, nempè vt omnis, qui ſuccederet in dicto fideicommiſſo poſſet alienare bona fideicômiſſaria prò dotandis ſuis filijs dumtaxat, & conferunt firmata per *Rot. deciſ.* 1. *n.* 37. 38. *&* 39. *coràm Sa. me. Alex. VIII.*

Quo verò ad alterum dubium excita-
3 tum in hac cauſa admittebam concluſionem paſſim receptam, ſcilicèt quod legatum factum prò dotandis fœminis, quæ aliundè non habeant dotem, ſit præſtandum etiàm fœminis nuptis cum parua dote, quidquid eſſet dicendum quando legatum eſſet conceptum ſimplicitèr prò filijs nubendis iuxtà diſtinctionem firmatã per *Caſtil. contr. iur. lib.* 5. *cap.* 84. *num.* 49. *& cap.* 90. *num.* 34. *De Roſa conſult.* 60. *num.* 17. *Manſ. conſult.* 523. *num.* 12. *Panimol. deciſ.* 57. *num.* 7.

EMINENTISS. CAVALLERINO.

Rauennaten. Emphiteuſis.

Lunæ 10. *Decembris* 1691.

Sententiam Eminentiſſimi Taiæ olim digniſſimi Coauditoris binis deciſionibus fulcitam concedentem Aloyſio Emo Iuniori immiſſionem in bonis, de quibus ab Eccleſia Rauennaten. inueſtiti fuere deſcendentes legitimi, contraria Reuerendiſſimi Decani tribus præcedentibus reuocauit, à qua commiſſa mihi appellationè cùm clauſula de cauſis reſtitutionis in integrum, dubitari contingit. An conſtet de re indicata, ſeù potiùs de cauſis reſtitutionis in integrum, & Domini primæ affirmatiuè, ſecundæ verò parti negatiuè reſponderunt.

Porrò res iudicata impugnari non valet, quia Procurator Aloyſij poſtulans à Iudice, à quo de Apoſtolis prouideri, impetrauit terminum reuerentialem in forma; intrà quam nulla de committenda ap-
4 pellatione diligentia peracta Sententia in deſertum abiuit *Caſſador. de appell. deciſ.* 4. *num.* 1. *Buratt. deciſ.* 171. *num.* 4. *& deciſ.* 226. *num.* 1. *&* 30. *& deciſ.* 764. *num.* 1. *Bich. deciſ.* 9. *num.* 3.

Multoque minùs conſiderari poteſt vl-
5 la cauſa reſtitutionis in integrum, quæ ſine læſione, & læſio ſine iniuſtitia admitti non ſolet *cap.* 1. *de in integr. reſtit. l. quod ſi minor* §. *Non ſempèr ff. de minor. Caualer. deciſ.* 194. *num.* 2 *clar. mem. Card. Cerro deciſ.* 547. *num.* 2. *& in deciſ.* 132. *num.* 1. *& deciſ.* 81. *num.* 1. *part.* 14. *rec.*

Neque iniuſtitia deduci valet ex eo, quod Aloyſius Auus Actoris fuerit capax inueſtituræ conceſſæ deſcendentibus legitimis, quandò ſi non legitimè natus, ſal-
6 tèm legitimus euaſerit per ſubſequens Matrimonium *cap tanta, qui fil. ſint legit. l. cùm quis C. de natural. lib. Paul. de Caſtr. in l. vltim. num.* 5. *cod. de his, qui ven. ætat. impetr. Peregr. conſ.* 28. *num.* 1. *lib.* 3. *Cald. de emphit. lib.* 2. *quæſt.* 21. *num.* 81. *Fulgin. de Iur. emphyt. in tit. de ſucceſſ in bon. emphit. quæſt.* 5. *num.* 1. *Surd. deciſ.* 319. *num.* 1. *Eminentiſſimus Cerrus deciſ.* 294. *num.* 16.

Quia aſſertum matrimonium, in quo tota difficultatis moles verſata fuit, ſedulò perpenſis hinc indè deductis non viſum
7 fuit DD. ſufficientèr iuſtificatum. Nàm licèt ex parte Aloyſij plura adducta fuerint documenta prò illo comprobando, adhùc ſinè comparatione maioris ponderis exiſtimata ſunt illa matrimonium excludentia luculentèr deducta, & laudata in deciſionibus æditis coràm Reuerendiſſimo Decano 14. Maij & 10. Decembris 1685. & 12. Maij 1690.

Vndè totus labor præſentis Inſtantiæ reſidere poteſt in confutando motiua inſinuata in memoriali prò noua audientia, licèt ea quoquè ex antiquis informationibus hauriantur, & à prædictis deciſionibus æquè benè tollantur.

Pe-

Peculiare fundamentum â cęteris ſepa-
ratis conſiſtit in quaſi poſſeſſione legitimi-
7 tatis, aſſerendo, quod illa ſufficiat ad effe-
ctum obtinendi in Iudicio poſſeſſorio con-
trà tertios, etiàmſi conſtet de initio vitio-
ſo nempè de concubinatu, iuxtà *deciſ. in Parmen. ſtatus coram bo.mem. Seraphino, Coccino, & Sacrato*.

Hæc concluſio recipienda eſt cùm du-
plici temperamento allegato, & practica-
to in eiſdem deciſionibus nempè, quod prę-
ſumptiones adductæ prò matrimonio de-
8 beant eſſe vehementiores, & quod non
conſtet de contrario ſtatu, applicando
modò deciſiones ad rem noſtram, in qua
primum temperamentum pendet à ſecun-
do, proculdubio tantæ efficaciæ viſa ſunt
DD. argumenta deducta contra matrimo-
nium, vt minimè dubitauerint conſtare
de ſtatu contrario, & conſequentèr eaſ-
dem deciſiones in Parmen. ſtatus prò
Acchille allatas contrà Aloyſium mira-
biliter retorqueri, & licèt in d. *Parmen. ſtatus* fuerit deciſum prò matrimonio, ta-
men aduertere placeat, quod in eo caſu
plura, & quidem efficaciſſima prò matri-
monio concurrebant, nimirùm Apoca de
deſponſando non controuerſa, cohabita-
tio, adnotatio in libris Baptiſmatum, &
quod plus eſt ferè omnia deſiderabantur,
quæ in caſu noſtro in oppoſitum adducun-
tur, vt videre eſt *in deciſione* 1000. *coràm Seraph.*

Sic pariter fruſtrà allegatur concluſio,
quod ſola admiſſio ad ordines ſacros con-
9 ſtituat in quaſi poſſeſſione legitimitatis ad
omnes effectus etiàm ſucceſſionis contrà
Tertios, quia ad id pro Aloyſio non alle-
gatur, *deciſ.* 234. *num.* 14. *part.* 10. *recent.*
quæ valdè differt à caſu noſtro, dùm ibi
10 nullę aderant probationes in contrarium,
& tamèn Rota non acquieuit ſoli præſum-
ptioni elicitæ ex dignitate Epiſcopali;
Sed vlteriùs dicta Teſtium fidem Baptiſ-
matis, aliaque cumulauit, vndè Docto-
res, & deciſiones intelligi debent in con-
creto, & in ſenſu compoſito ſecundùm cir-
cumſtantias facti, vt ſæpè monet *Rot. deciſ.* 139. *num.* 47. *par.* 6. *deciſ.* 181. *num.* 2. *verſ. obiecta ſiquidem part.* 14. *deciſ.* 190. *num.* 9. *par.* 15. *& deciſ.* 467. *num.* 9. *par.* 18. *recent.*

Sanè quæ maior ſuperlatiua circum-
ſtantia excluſiua matrimonij deſiderari
poterit, ſi conuertantur oculi ad diuiſio-
nem ab ipſomet Aloyſio exaratam om-
11 nium bonorum, etiàm Paternorum ibi --
Di tutti li beni -- intèr Andream, & Geor-
gium nepotes, nulla ſibi retenta portio-
ne, quam ſi par in natalibus, partem
quoquè in ſucceſſione obtinuiſſet, vt fir-
mat *prima deciſio* 14. *Maij* 1685. §. 7. *ortis*, *& tertia* 12. *Maij* 1690. §. *Altera*.

Nequè ex hoc ſolo actu deducitur poſi-
tiua acquieſcentia ipſiuſmet Aloyſij, nàm
in eadem concordia aſſignata fuere prædi-
12 ctis nepotibus eadē bona, de quibus agitur
de directo dominio Eccleſiæ Rauennaten.
& quid magis manifeſtare poteſt nullum
Ius Aloyſio competere, vt obſeruant ibi-
dem prędictæ deciſiones.

Cuius argumenti efficacia incaſſum de-
clinari prætenditur ex tenore legis ve-
netæ excludentis legitimatos per ſubſe-
13 quens, quia nil frequentius in ore omniū,
niſi quod ſtatuta requirunt vtramq; ſubie-
ctionem perſonarum ſcilicèt, & bonorum
l. cunctos Populos ibiq; DD omnes C. de ſacroſanct. Trinit. & Fid. Catholic.

Fortiùs ea ratione vrgente in Aloyſio
Iuriſperito, & in ſua Patria munere Ad-
14 uocati fungente, vt ponderat *eadem deciſio* 14. *Maij* 1685. §. *non attenta*.

Geſtis ab ipſomet Aloyſio concordat
genitoris voluntas, qui in ſuo licèt im-
perfecto Teſtamento dubitatiuè locutus
eſt de filiatione Aloyſij, illumq; ſub cura
nepotum commendauit, vt aduertit *prima deciſio* §. *quinto cùm*.

Par quoq; fuit opinio Epiſcopi Bergo-
menſis, qui Caſſandram non vti legiti-
mam Vxorem, ſed vti concubinam Fran-
ciſci tractauit vt *eadem deciſione* §. *octauo*.

Quibus omnibus accedit caterua actuū
negatiuorū, tale enim matrimoniū non re-
peritur in libro Parochi non in officio Ad-
uocariæ, nec in regiſtris priuatis, quæ ſo-
lent retineri à nobilibus familijs Venetis,
nec in contractibus, non ex cohabitatio-
ne vt ponderat ſigillatim *d. deciſio Reuerendiſſimi Decani*.

Nec iuuant in contrarium ſolitę regulę,
quod negligentia Parochi, ſeù Miniſtri
non nocet, quia iſta, & ſimilia procedunt,
ſi eſſet vnicus actus, vel conſtaret de con-
trario, & in his terminis loquuntur omnia
ex aduerſo allegata, ſed vbi concurrunt
tot demonſtrationes contrariæ, & actus
ne-

Digitized by Google

negatiui, ſunt in adeò magna copia. Grande infortunium eſt Aloyſij Iun. vt omnes fuerint negligentes, omnes immemores, omnes decepti, eiuſquè auctores omnes ſupini, quod eſt prorsùs inuerifimillimum, ex quo plurimum moueri animum Iudicis *Rota monet coràm Alexandro VIII. decif. 205. num. 18.*

Addito, quod defectus deſcriptionis in officio Aduocatiæ non ſuppletur per legem Venetam, datam in Summario memorialis prò noua Audientia num. 2. quia loquitur de matrimonijs factis cùm muliere non legitima, & minùs nobili ibi -- *Tutti gli altri ſpoſalizij fatti con Donna, che non ſia di legittimo matrimonio nata di nobile proſapia, ò d' altra qualità, non poſsino eſſere più accettati per il ſemplice offitio dell' Auuogaria, mà, &c.*

His poſitis ſimulq; cumulatis, vt fieri debet, ad effectum eruendi veritatem ad *gloſſ. in l. 2. verb. legitimis ff. de excuſat. Tutor.* æquum eſt, vt reſpondeatur leuiſſimis ex aduerſo deductis.

Non excluditur negatiua cohabitationis per conductionem factam à Franciſco de domo, in qua Caſſandra obijt, quia ex combinatione Teſtium apparet Caſſandram ſeparatim habitaſſe, nec excluditur ex *Summario numer.* 68. contraria conſuetudo. Gratis enim aſſeritur, quod poſt aſſertum matrimonium in publicis Inſtrumentis Caſſandra denominatur de domo Emo, quia in allegato *Summario numer.* 37. vnicus actus recenſetur ibi *Dona, ſiuè Emo.*

Nec attendendæ ſunt arbores genealogicæ extractæ cùm compulſoria Rotali, quia illa præſertim reperta in Bibliotheca S. Georgij Maioris magnam redolet ſuſpicionem, & præſefert, Aloyſium commenta moliri ex datis *in Summario mulierum de Emo numer.* 47. *vſque ad* 50.

Minùs iuuat Breue diſpoſitionis ab impedimento Bigamiæ cùm clauſula dummodò non obſtet aliud canonicum impedimentum, quia nõ concludit, quin Aloyſius obtinere potuiſſet aliud Breue ſuper diſpenſatione illegitimitatis.

Multoq; minùs probarur ſucceſſio in bonis Franciſci, quia documenta ad id adducta potiùs probant fuiſſe hæredes Andream, & Georgium, non vero extitiſſe Aloyſium, & ſolutio debiti facta ab Aloyſio eſt de tempore ſuſpecto.

Nullius releuantiæ ſunt enunciatiuæ emiſſæ à Patre in matrimonio contracto ab Aloyſio, quia vis non ſtat in filiatione, ſed in legitimitate, imò ex matrimonio inito per Aloyſium cùm muliere Luſitana non paris conditionis, magnum reſultat initium naturalitatis.

Inferre autèm de filiatione ad legitimitatem, nõ poteſt applicari, vbi adeſt pro-
15 batio in contrarium, quia præſumptio cedit probationi, imò efficaciori præſumptione tollitur *cap. per tuas qui fil ſint legit. l. nuptura ff. de Iur dot Buratt. decis. 236. num. 8. & Priol. decis. 23 num. 16. & ſeq.*

Similis ponderis ſunt Teſtes in *Summario num.* 26. ſupèr eo quod Actores dictarum mulierum de Emis recognouerint Caſſandram in Amitam, & quod reputaretur vxor Franciſci, ſed vltrà deducta in deciſionibus non eſt ſpernenda conſideratio, quod in re graui, & tractata intèr nobiles familias adducuntur Teſtes viliſſimi, qui facilè decipi poſſunt in opinione, quod Caſſandra eſſet vxor non concubina, vt in prædictis deciſionibus.

Eiuſdem naturæ eſt productio Teſtium deponentium de legitimatione facta à Procuratore D. Emo, dùm ſimùl, & ſemèl producta fuit arbor in qua Aloyſius appellatur naturalis.

Cæteris ſatisfaciunt deciſiones supradictæ Reuerendiſſimi Decani, cùm quibus DD. tranſietunt.

Vnica, &c.

ARGVMENTVM.

TEſtamentum Cæci an, & quando ſubſtineatur. Nepos ex fratre defuncto, quando ſit obligatus vnà ſimùl cum patruo alere Amitam.

SVMMARIVM.

Teſtamentum Cæci non ſeruatis ſolemnitatibus legis, hac conſultiſsima, an ſubſtineatur intèr filios num. 1.

Teſtamentum Cæci quas ſolemnitates requirat num. 2. 3. 4. & 5.

Nepos quando teneatur alere Amitam exiſtentibus fratribus num 6. 7. & plur. ſeqq.

Onus alendi conſanguineos ſpectat ad proximiores num. 8.

Nepos ſuccedit vna ſimul cum fratre in hæreditate Amitæ num. 9.

Non valet arguere à ſucceſtione ad præſtationem alimentorum num 10.

Prò alimentis non datur actio realis, ſed extinguitur onus alendi extincta perſona proximiori num. 11.

Declarantur auctoritates contrariæ num. 12.

Poſt mortem Patris illius bona deſinunt eſſe paterna, & filij patrimonium efficiuntur numer 13.

Qui dotare tenetur eſt obligatus præſtare etiam alimenta num. 14.

Prò dote contrà Patrem quando non detur nec hipotheca, nec actio num. 15.

Redotatio regulatur cum eiſdem principijs alimentorum num. 16.

Mulier non poteſt prætendere redotationem ſi propria culpa amiſerit dotem num. 17.

Culpa ex quibus arguatur num. 18.

Sententia exceſſiua eſt iniuſta num. 19.

Alimenta minora ſunt præſtanda, quando ſimul cohabitatur num. 20.

Statutum continuans poſſeſſionem in hæredem ab inteſtato non habet locum ſtante Teſtamento num. 21.

Stante controuerſia ſupèr validitate Teſtamenti aliquando practicatur ſequeſtrum, donèc recognoſcatur bonum ius num. 22.

Immiſſio non eſt deneganda, quando Teſtamentum non habet vitium viſibile num. 23.

Teſtamentum quando ſubſtineatur etiamſi hæres non fuerit nominatus ore proprio Teſtatoris num. 24 25. 26. 27. 28. 29. & 30.

Teſtes formitèr non examinati prò nullitate Teſtamenti non ſufficiunt ad impediendam immiſſionem hæredi ſcripto num. 30. 31. & 32.

In concurſu probationum, præferuntur illæ, quæ fauent Teſtamento num. 32.

Teſtamenti validitas, & præordinatio voluntatis ex quibus arguitur num. 33.

Fraus ex quibus excluditur in Teſtamento numer. 33 & 34.

Notarius non perdit fidem quoad alios ſi aliquid ſibi ſcripſit in Teſtamento num. 35.

Error in aliqua ſumma legati non reddit ſuſpectum totum Teſtamentum num. 36.

VOTVM CXXI.

QVamuis in iure noſtro controuer-
ſum ſit an ſubſtineatur Teſtamen-
tum Cæci, nõ adhibitis ſolemnita-
1 tibus deſcriptis in *leg. hac conſultiſſima C.*
qui Teſtament. facere poſſunt, etiamſi aga-
tur de diſpoſitione fauore liberorum, vel
piæ cauſæ, quam quæſtionem affirmati-
uè, & quidem doctè reſoluit *Fagnan. in cap.*
cum eſſes num. 254. de Teſtament.

Nihilominùs mihi viſum fuit in præ-
ſenti non deficere ſolemnitates, requiſitas
2 in dicta lege hac conſultiſſima, etenim Te-
ſtator nominauit ore proprio hæredem in
præſentia nouem Teſtium, qui ſe ſubſcri-
pſerunt, & ſigillarunt vnà cùm Notario
Teſtamentum, de qua materia nouiſſimè
traditur per *Angel. Ridulphin. in alleg. 171.*
per tot. Rot. in Romana, ſeù Bononien. legiti-
mæ 12. Iunij 1682. coràm bo. me. Guaxardo
§. nec ſubſiſtunt, quæ deciſio eſt impreſſa poſt
dictam allegationem Ridulphini.

Nec nullitas præfati Teſtamenti deſu-
mitur ex omiſſione aliarum ſolemnitatũ,
3 nempè quod teſtes non fuerint ſcripti in
principio Teſtamenti, & hęredis inſtitutio
non fuerit poſita antè legata, quia dictæ
ſolemnitates vti reſpicientes potiùs ordi-
nem, quàm ſubſtantiam, etiamſi fuerint
prætermiſſæ non inducunt nullitatem,
Giouagnon. reſponſ. 5. à nu. 4. & per tot. lib. 2.
Fagnan. in d. cap. cum eſſes num. 78. cum alijs
in dicta Romana, ſeù Bononien. §. nec ſubſi-
ſtunt, vbi etiàm firmatum fuit Teſtamen-
tum Cæci ſubſtineri quamuis deficeret ſi-
gnaculum Notarij.

Minuſque inſiſtendum videtur in defe-
4 ctu præordinationis requiſitæ ad validita-
tem Teſtamenti Cæci, quia illa reſultat ex
verbis Notarij ibi -- *ſuum vltimum condi-*
dit, & fecit, & Teſtator proteſtatus fuit, &
proteſtatur hoc eſſe ſuum vltimum Teſtamen-
tum, vti bene explicatur per *Ridulphin. in*
dicta alleg. 171. num. 4. & 5.

Eoque fortiùs dum Teſtator in actu,
quod per Notarium legebatur Teſtamen-
5 tum pluriès illum interrogauerit, ac diſpo-
ſitio ſua in diuerſis partibus pluries fuerit
perlecta à Notario de ordine ipſius Teſta-
toris, quæ omnia ad probandam præordi-
nationem exuberant ex traditis per *Ridul-*
phin. in d. allegat. 171. per tot. & conferunt
firmata per *Rot. in Piſauren. Teſtam. prima*

Aprilis

Digitized by Google

Aprilis 1686. *coràm R.P.D. Vrſino* §. *quod eo magis*, §. *ex ſerie*.

Quo verò ad ſecundam partem dubij,
5 ſcilicèt an Amita poſſit conſequi alimenta à Nepote, euius Pater dùm viuebat vna ſimùl cum altero Fratre dictæ earum Sorori alimenta præſtabant, parùm inſiſtendum eſſe putaui, cum inueni in puncto fuiſſe deciſum articulum à *Sac. Rota Romana in vna Neapolitana, ſeù Romana redotationis, ſeù alimentorum* 9. *Decembris* 1686. *coràm R. P. D Molines, in qua fuit reſponſum fauore Nepotis*.

R. P. D. MOLINES.

Neapolitana, ſeù Romana Redotationis, ſeù Alimentorum.

Luna 9. Decembris 1686.

IN Sententia lata de Voto Reuerendiſſimi olim Albergati Decani præuijs tribus deciſionibus, quarum intermedia eſt contraria, condemnatus fuit Felix Orilia Nepos ex fratre defuncto ad præſtanda alimenta vnà cum Dominico, & Carolo fratribus viriliter Fælici Oriliæ Amitæ, à qua ipſe prouocauit, & mihi appellationis cauſa commiſſa ad normam commiſſionis dubium propoſui.

An conſtet de re iudicata, vel potiùs de cauſis reſtitutionis in integrum, & DD. reſponſum dederunt negatiuum ad primam partem, affirmatiuum ad ſecundam, vtriuſque ea fuit ratio, quia ſententia iniuſta viſa eſt, quæ impedit, vt illa nunquam in iudicatum tranſeat *deciſ.* 618. *nu.* 1. *coràm Eminentiſs. Cerro deciſ.* 814. *part.* 18. *tom.* 2. & cum contineat manifeſtam læſionem rectè datur reſtitutio in integrum, *Innocens. in cap. cui ex litteris num.* 7. *verſ. quid ſibi probauerit de reſtit. in integr. Coccin. deciſ.* 594. *num.* 1. *deciſ.* 129. *num.* 2. *part.* 19.

Iniuſtitia deſumitur ex quo nullibi reperitur vlla lege cautum, quod Nepos te-
7 neatur alere Amitam, quia inter Collaterales leges ciuiles alendi onus vltra primum gradum non porrigunt §. *ſi quis igitur habens Auth. quib. mod. nat. eff. ſui l.* 1. *ff. de tut. & rat. diſtrahan. l. qui filium ff. vbi pupill. educ. debean. Giurba deciſ.* 5. *num.* 3. *cum alijs in deciſ.* 408. *num.* 17. *part.* 5. *rec.* & text. *in l. ſi quis à liberis* §. *Vtrum ff. de liber. agnoſc.* qui communiter adducitur nullum aliud tribuit remedium alimentario, niſi implorare Iudicis officium, quod promanat ex charitate ſanguinis, & ex naturali æquitatis, ac pietatis inſtinctu, ſed non per hoc inducitur vlla obligatio ex legis diſpoſitione ſtatuta, vt optimè *Bartol. in d. l. ſub* §. *primo, Surd. de alimentis quaſt.* 104. *tit.* 1. *per tot & ſignanter nu.* 8. *Molina de Primogenitis lib.* 2. *cap.* 15. *nu.* 70. ſolùm enim poſſent diei certo modo debita in honorem ſanguinis *l.* 1. §. *largius*, ibi -- *in honorem ſanguinis ff. de ſucceſſ. edict. l. Aurelius* §. *Titius Teſtamento*, ibi -- *Propter naturalem affectum ff. de libert. legat. cum alijs à Falino in cap. cum quidam num.* 11. *de Iure iurando, Bald. in l. adem num.* 10. *C. locat.*

Quare DD. iuridicè procedentes exiſtentibus Carolo, & Dominico fratribus ad eos, vti proximiores in gradu Amitæ
8 tale onus refundere exiſtimarunt, non ad Fælicem Nepotem vti remotiorem, iuxtà *Theoricam Bartoli in d. l. ſi quis à liberis* §. *Item reſcriptum, Alexan. in l. alimenta num.* 11. *verſic. poſtremò quaritur C de negocijs geſtis, Corduba de Lara in d l.* §. *ſi mater nu.* 32. *&* 33. *Io. Andreas in addit ad Speculat. de ſtatu Monacor.* §. *diſputata fuit verſic. procedit col.* 1. *fol.* 416. *Coler. de alimentis lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 44. *&* 48. *Nicolaus de Vbaldis de ſucceſs. ab inteſtato part.* 1. *num.* 48. *Surd. tit.* 1. *quaſt.* 23. *numer.* 10. *&* 13. *& quaſt.* 104 *num.* 8. *de Alimentis Matteſilan. ſingul.* 147. *num. vnico, Carpan. ad Statut. Mediolan. cap.* 313. *num.* 16. *Berò quaſt. famil.* 11. *num.* 3. *&* 4. *& conſ.* 186. *num.* 3. *& in addit. num.* 4 *lib.* 1. *Ruin. conſ.* 494. *num.* 7. *ad med lib.* 5. *Gomez ad. l. Tauri* 40. *num.* 75. *Gabriel. conſ.* 25. *num.* 18. *deciſ.* 330. *num.* 7. *part.* 18.

Et maiorem tantùm, vel minorem ſanguinis naturalis proximitatem, non verò ciuilem ſucceſſionem, ad quam admitte-
9 retur nepos ex fratre, vna cum fratribus ad ſucceſſionem Amitæ inteſtatam, *Auth. defuncto C. ad Tertull.* conſiderarunt, cum hæc parificatio in hac alimentorum materia non attendatur *l. fin.* §. *ipſum autem C. de bonis qua lib. vbi Bald & Salicetus Caſtr. conſ.* 67. *num.* 40. *Surd. de alimentis tit.* 1. *quaſt.* 24. *num.* 10. *& priùs in quaſt.* 10. *nu.* 7. *Boſſ. de dote cap.* 6. *num.* 33. *& cap.* 5. *nu-*

10 *mer. 7. §. Primo verſic. neque obſtat, & admittitur in deciſione Giurba 5. num. 5. & 32.* qui alia ratione mouetur, quam ex ſucceſſionis paritate, in concurſu quarum auctoritatum non placuit *deciſio Canaler. 366.* quæ loquitur non diſcuſſo articulo, & tranſit cum regulis iuris, ſolumque ad remotiorem in ſubſidium non extantibus prox mioribus extendere poſſe dixerunt *Corduba de Lara in d. l. ſi quis §. ſi mater nu. 32. Berò conſ. 186. nu. 3. in fine Surd. quæſt. 104. num 8 cum alijs in deciſione huius cauſa 30. Martij 1685. coràm bon. mem. Albergato §. Aſſumendo enim, & priùs dictum fuerat in altera deciſione 17. Martij 1684. §. 2. in fine coràm eodem.*

Et quamuis Thomas pater ſi viueret teneretur petita alim.nta Fælici Amitæ præſtare, attamen poſt eius mortem onus al.ndi expirauit, neque ad ſuos hæredes tranſmittitur; non enim datur actio rea-
21 lis pro iſtis alim.nt s ſuper bonis patris, *Giurba deciſ. 5 num. 46. deciſ. 538. num. 4. part. 1. deciſ. 454. num. 3. part. 2 deciſ. 72. num 3. part. 4. tom 1. deciſ. 48. part. 14. Barboſ. in 4. part. l. 1. num. 4. & 5 ff. ſolut. matrim.* ſed tantùm perſonalis competit contra patrem, quæ cum eius perſona extincta remanſit *Curt. Iun. in l. 1. num. 73. ff. de iuriſd. omn. Iud.* & clarè colligitur ex *Textu d. l. ſi quis à lib. §. reſcriptum* ibi — *Hæredes filij ad ea præſtanda, quæ viuus filius ex officio pietatis ſuæ dabat inuitos cogi non oportet niſi in ſummam ægeſtatem pater deductus ſit*, quæ ſumma ægeſtas non adeſt quando extant prox.miores *Bartol. vbi ſupra, Caſtill. de Aliment. cap. 66. numer. 55. Surd. de Aliment. tit. 1. quæſt. 104. num. 8. & 9. & quæſt. 2 . num 11. Salgad. labyrint. credit. part. 1. cap. 24. à numer. 108. cum tribus ſeq. 127. ad 130. & concordat Sperellus deciſ. 138. num. 42.*

Auctoritates verò quæ longa ſerie adducebantur ab Amita obſtare minimè viſæ ſunt, & placuit DD. ſententia Bartoli, quæ textus auctoritate fulcitur, & hanc amplexa fuit *Rota in deciſ. 330. numer. 5. part. 18.*

Vlterius ſi ſingulæ in ſuo caſu accipiantur, inapplicabiles redduntur. Incipiendo enim à *Cino in l. alimenta num. 3. C. de*
22 *negotijs geſtis*, qui reprobatur à Bartolo vbi ſupra, & quem omnes contra Bartoli opinionem tenentes alimenta tranſire ad hæredes adducunt. Ille loquitur in caſu quo apud hæredes, vel exiſteret ipſa dos, vel bona pro dote obligata, & idem dicunt *Caſtrenſ. Bald. in d. l. ſi quis à lib. num. 3. & Ancharan. in cap. cum haberet num. 11. de eo qui duxit in vxor, quam poll. per adult. Cyriac. contron. 480. num. 14.* vt benè *Surdus d. quæſt. 104. num. 9.*

Rebell. Molin. Bonaccin. Reginald. cæterique Morales relati per *Boſſ. de aliment. obligat cap. 7. num. 351.* non tractant quæſtionem quando extant proximiores in gradu ſicut *Couarruuias in cap. 8. de Sponſal. part. 2. §. 6. num. 14. Abbas conſ. 115. Theſaur deciſ. 211. num. 3 Gratian diſcept. 366. num. 8. Mareſcott. var. reſolut. lib. 2. cap 83. num 38. Duran deciſ 26. num. 9. Franch deciſ. 178. Cancer. part. 3. cap 21. num. 223. & 224.*

Andreol. controuer. 142. loquitur de alimentis debitis à Poſſeſſore fideicommiſſi vigore *Auth.* reſque de quibus etiam tractatur *in deciſ. 442. num. 17. part 12.* quæ declaratur *in deciſ. 95. num. 7. coràm Vbago Capic deciſ. 164. num. 3. Gamma deciſ 11. num. 9. Franch. Marc. deciſ. 223. numer. 4.* loquuntur in alimentis debitis iure actionis ex obligatione defuncti, vel titulo legati, & ſimilibus.

Lucidorus de illegitimis cap. 20. num. 2. leuiter quæſtionem tangit. *Barboſa in par. 4. l. 1. ff ſolut. matrim.* cuius verba tranſcribit *Caſtill. de alimentis cap. 66. num. 57. Peregrin. de Iure Fiſci lib. 3. tit 18.* qui Bartolo contrariatur, neque placuerunt Dominis, quia Peregrinus tranſit in hac ardua quæſtione ſine ſufficienti examine difficultatum, & Barboſa malè limitare ſtudet *Textus citati diſpoſitionem in d. l. ſi quis à lib.* procedere in alimentis ex mera liberalitate præſtitis arguendo, quod in his onus ad hæredes non tranſit; ſecùs verò in illis debito naturæ præſtandis, ſi quidem hoc ratiocinium præſefert nimis potentem improprietatem dubitationis à Vulpiano iure conſulto excitatæ, in quo ſi ſupponi potuiſſet alimenta filio præſtita, prouenisse ex mera liberalitate incongruam ſaperet repugnantiam, quod talis alimentatio, ex neceſſitate naturali tranſiret in hæredem illius, qui minori vinculo erga illum tenetur, vndè per neceſsè dicendum eſt, quod officium illud pietatis, ex quo filius aluit Patrem, intelligatur de offi-

Digitized by Google

officio pietatis neceſſariò per charitatem ex vinculo ſanguinis, non voluntario tantùm, vt voluerunt *Bartholus, & alij ſupra citati* ſine hac impropria limitatione.

Giurba deciſ. 5. pro Achille adductus ab Amita non deſcendit ad examen quæſtionis, quando extant proximiores, & caſum figurat, quando Mater dotauit filiam ex proprijs bonis adimplendo onus paternum, ad quod filius, & frater reſpectiuè tenebatur, ſicque loquitur in caſu, quo apud hæredem aderant bona obligata pro dote, iuxta ſenſum *Cini loco ſupra citato*, alias videtur ſeclusis iſtis terminis ſequi opinionem *Bartholi num.* 6. A primo igitur ad vltimum patet contrarias auctoritates in nihilo applicari, & eſſe reprobatas, vel non tractare articulum ea qua decet diligentia, & accurato examine.

Quæ omnia eo magis militant, quia Fælix Amita non petit alimenta contra Fælicem Nepotem, quæ iam viuente Thoma Patre ei præſtabantur, ſed illa petit, poſtquam Pater obijt, & indigentia ei ſuperuenit poſt obitum Patris, quo ſanè caſu ſicut mediante dote ſemel à Thoma eius Patre conſtituta, obligatio quælibet alendi remanſit extincta, ità ex indigentia ſuperuenta non poteſt moleſtare eius hæredes *Soccini in l. Marcell. §. reſque num* 3. *ff. ad Trebell. Molin. de Iuſt. & Iure diſput.* 616. *num.* 8. *Gomez. ad l. Tauri* 40. *num.* 73. *deciſ.* 408. *num.* 16. *&* 17. *part.* 5. *recent.*

Idque optima ratione, quia bona paterna poſt obitum Patris, & poſtquam fi-
13 lius eius hæreditatem adiuit, deſinunt eſſe paterna, & filij patrimonium efficiuntur *l. ſed ſi plures §. filio ff. de vulgar. & pupillar. l. final. ff. de inoffic. teſtamento l.* 1. *§. veteres ff. de acquiren. poſſeſſ. Cancer. var. tom.* 1. *cap.* 1. *num.* 45. *deciſ.* 329. *num.* 59. *part.* 6. *& deciſ.* 322. *num.* 9. *par.* 10.

Minùs refragatur quod Fælix Amita non petit alimenta ſimpliciter, ſed illa vti commixta cum titulo redotationis; ad quam cogit tam Fratres, quam Nepotem, ſicque cum ſubſidiaria ſint, & vicem redotationis gerant, ſicut omnes onus eam re-
14 dotandi ſubire tenentur, quia dotem amiſit, ita omnes alimenta viriliter præſtare teneantur, vt per *Gratian. diſcept.* 466. *nu.* 3. *&* 7. *&* 792. *num.* 11. *&* 12. *Capyc. Latr. deciſ.* 38. *num.* 14. *& ibi Adden. numer.* 22. *&* 23. *&* 24. *Giurba deciſ.* 5. *numer.* 39. & exindè oriatur actio perſonalis in rem ſcriptam exercibilis contra quemlibet etiam creditorem hypothecarium, ac tertium poſſeſſorem ſuper bonis paternis ipſis inhærens, quæ tranſeunt cum hoc onere in quoſcumque bonorum poſſeſſores *Merlin. de pignor. lib.* 3. *tit.* 2. *quaſt.* 1. *num.* 18. *deciſ.* 125. *num.* 14. *&* 15. *part.* 4. *tom.* 2. *iunctis alijs in deciſione huius cauſa* 30. *Martij* 1685. *§. Verum complicando cum ſeq. coràm bon. mem Albergato*.

Quoniam huic obiecto reſpondetur plures affirmare mulieri ſuccurrendum eſſe mero Iudicis officio, cum nulla datur actio,
15 nec hypotheca, etiam quando inſtat contra Patrem pro dote *Gratian. diſcept.* 366. *num.* 9. *Boſſ. de dote cap.* 6. *numer* 85. *cum alijs relatis in deciſ.* 95. *numer.* 5. *Vbag.* & quod redotatio habet locum cum eodem
16 ordine ſanguinis cõtra proximiores, quando non eſt orta actio in vita Patris *Boſſ. de dote cap.* 6. *num.* 19. 31. *cum ſeqq Rot. deciſ.* 408. *num.* 16. *&* 17. *part.* 5. ſed remouet omne dubium ponderare illam limitatio-
17 nem non procedere, quando Mulier redotanda dotem propria culpa amiſit, quo caſu ei non ſuccurritur, nec contra Patrem daretur actio, ſi viueret *Auth. quod locum in princ. C. de collation. vbi Alexand. num.* 1. *verſic.* 2. *Giurb. deciſ.* 5. *num.* 39. *& deciſ.* 6. *num.* 10. *Card de Luca de dote diſcept* 142. *num* 28. *Boer. deciſ.* 131. *num.* 5. *Oſaſch. deciſ.* 124. *numer.* 5. *Boſſ. de dot. cap.* 4. *§.* 16. *numer.* 218. *Donat. Anton. de Marinis reſ. lib.* 1. *cap.* 143. *nu.* 6. *Caſtrenſ. conſ.* 80. *numer* 2. *lib.* 1. *Fanen. Dotis* 31. *Ianuarij* 1656. *coràm Veroſpio in fine*.

Hancque negligentiam inexcuſabilem conſiderarunt DD. quia dos Fælici Amitæ remanſit illæſa vſque ad diſſolutionem Matrimonij, & poſtquam diſſolutum fuit per mortem Ioannis Viri Matrimonium
18 debito diſtulit tempore Dotem recuperare, & quod peius in loco, vel fundo minus tuta contenta fuit, vt reinueſtiretur, & non curauit reddi melius ſecura, vlterius neglexit vendere officium *di Maſtro d' atti*, quod ſubhaſtari rectè poterat *Capyc. Latr. deciſ.* 26. *num.* 7. *&* 8. Et licet adeſſent alij creditores, attamen ſicut ipſa recuperauit ducat. 400. ſuper alijs effectibus defuncti Viri, ſi aliquas adhibuiſſet diligentias fortè contra officium aliquid aliud recuperaſſet, iuncta præſertim de-

Digitized by Google

claratione ab eius Soccro ſuo nomine facta, quæ multum negligentiæ notatur, vt ex præciſis verbis ibi -- *di conſeguire, quando à lei pare, e piace le detti ſue doti, & antefato come creditrice anteriore à tutti, tanto ſopra la detta Banca di Maſtro d' atti di Vicaria, quanto ſopra a tutti, e qualſiuoglia altri beni di eſſo Marco à ſua elettione*; quæ omnia illam à negligentia ſaluare nequeunt, vt notat *Salicet. in d. Auth quod locum*; & licet ſecundum aliquos Doctores iſta ſit leuiſſima culpa, & in hoc caſu locus videatur redotationi, tamen hæc opinio à quamplurimis impugnatus quos refert, & ſequitur *Boſſ. d. cap.* 4. §. 16. *num* 219. Hoc tamen vnum verum eſt adhuc pro vera admiſſa priori ſententia, quod in noſtra hypotheſi taxa ſtabilita *in deciſ. Reuerendiſsimi Albergati* eſt exceſſiua in ſcut. 80. quia in caſu leuiſſimæ culpæ ad meram ſubſtentationem debentur alimenta præſtari iuxtà æquitatem *l cum alimenta ff. de aliment. & cib. legat. Boſſ. de virib. Patr. poteſt. lib. 3. cap. 5. numer. 17. verſic. hic eſt Oſaſch deciſ. 124. num. 15. Giurba deciſ. 6. num. 4. & 5.*

Rurſus dos fuit calculata in ſcut. 2000. quando verò non erat niſi in ducatis Regni Neapolis 1800. de quibus etiam demenda ſunt ducat. 400. quæ Amita recuperauit de ſua dote, pro qua proportionabiliter minuen. eſt onus alendi, & ad
19 hanc quantitatem dotis, etiàm rigoroſè calculando fructus non aſcendunt ad ſcut. 80. annuatim, ſicque etiam ex hoc capite ſententia vti exceſſiua eſt iniuſta *Otthobon. deciſ* 235. *num.* 8. *& deciſ.* 333. *num.* 3. *part.* 2. *recent.* Item Fælix Amita conuiuit
20 cum fratre, quo ſane caſu minora ſunt alimenta præſtanda *deciſ.* 442. *num.* 8. *part.* 14. *deciſ.* 320. *num.* 9. *part.* 19.

Et ità vtraque &c.

R. P. D. V R S I N O.

Piſauren. Teſtamenti.

Lunæ 1. *Aprilis* 1686.

IN ſupremo, & ſolemni voluntatis Elogio, quod condidit Ioannis Baptiſta de Nigris ſub die 6. Iunij anni præteriti, vniuerſales ſibi instituit Hæredes duodecim eius Agnatos ex propria familia de Nigris in loco Gandini Bergomenſis diſtrictus commorantes, & deindè ſub die 24. eiuſdem Menſis lucis vſuram amiſit, poſt cuius obitum Pompeius Muſca prætendens antedictum Teſtamentum ex defectu legalis formæ fuiſſe irritum, & conſequenter ſibi tanquàm in gradu proximiori deberi ab inteſtato ſucceſſionem, illius hæreditatem ex interdicto, quorum Bonorum ſtatim adiuit. E conuerſo autem Hæredes Teſtamentarij Iudicio inſtructo ex remedio *leg. final. Cod. de Edict. D. Adrian. tollen.* egerunt prius coram Prætore Piſauri, & deindè coràm A. C. & per duas ſententias conformes obtinuerunt immiſſionem, quam in gradu vlterioris appellationis ad Rotam deuolutæ, eiſdem concedendam eſſe denegata Pompeio manutentione hodie DD. cenſuerunt.

Ea quidem ratione moti, quia manutentio prætenſa à Pompeio in vim Statuti
21 Piſauri continuantis poſſeſſionem Defuncti in hæredem, nequit ſibi venienti ab inteſtato concedi, dum propter exhibitionem Teſtamenti redditur dubia eius qualitas hæreditaria ad celebre *conſ. Bald.* 141. *num.* 3. *& 4. volum.* 1. *Amat. reſol.* 39. *num.* 1. *bo. me. Card. de Luca de ſucceſſ. ab inteſt. diſcur.* 34. *num.* 3. *Rota deciſ.* 513. *num.* 12. *& ſeqq part.* 11. *recent. & deciſ.* 314. *num.* 2. *& 4. coràm Eminentiſs. D. Card. Cerro*, adeout in hoc caſu poſtpoſita inſpectione
22 interdicti retinendæ praxis ſit ponere ſub ſequeſtro poſſeſſionem naturalem, vt ſeruauit A. C. & deindè eam adiudicare ex interdicto poſſeſſorio adipiſcendæ fauore illius, cui apparet in tali Iudicio potentiora iura ſuffragari *Tiraquell. in tract. le Mort Saiſit le vif. part.* 7. *declarat.* 9. *num.* 1. *&* 2. quem ſequitur *Lancellot. de attentat. part.* 2. *cap.* 2. 20. *in præfat. num.* 46. idemque tangit *Poſth. de manut obſeruat.* 55. *nu.* 34. *ad med. verſ. Niſi ageretur inter duos &c.* & viceuerſa dum Marcus, Tranquillus, alijque de Nigris Actores prædictum Te-
23 ſtamentum, in quo illi hæredes ſunt ſcripti exhibent non abolitum, non cancellatum, nec aliquo vitio viſibili deturpatum, huius vigore eis de Iure denegari non poteſt intentatum remedium *leg. final.* ad aſſequendam poſſeſſionem omnium Bonorum hæreditariorum *ex traditis per Valenzuol. conſ.* 35. *num.* 1. *lib.* 1. *& Rot. deciſ.* 101. *num.* 1. *part.* 13. *& alibi paſsim*; cum

cau-

cauſa teſtati exindè reſultans ceſſare fa-
ciat cauſam inteſtati, adeout legitimus hæ-
res impedire non valeat hæredi ſcripto di-
ctorum bonorum immiſſionem, niſi con-
cludenter doceat de aliquo Teſtamenti
vitio, vel quod reddatur oculis corporeis
viſibile, vel quod clarè vndique, & in-
continenti probetur, *vt explicant Bartol.
in l. ſcriptum hæredem num. 2. & ſeqq. Cod.
de probat. Zuccard. in l. final. num 201. C.
de Edict. D. Adrian tollen. alijque relati per
Rotam in deciſ. 513. nu 4. & 5. coràm Bich.*

Huiuſmodi autem generis viſa non fuit
imperfectio contra legalem formam huiu-
ſce Teſtamenti allegata, & deſumpta ex
eo, quod Notarius fidem ibidem non fa-
24 ciat, Ioannem Baptiſtam Teſtatorem ore
proprio hæredes nominaſſe, & è conuerſo
deſuper ex depoſitionibus plurium Teſtiũ
in Actis productis clarè conſtet, quod
idem Teſtator ore proprio reuera nullum
ex dictis hæredibus nominauerit, prout
fieri debere in Teſtamento nuncupatiuo
nuncupatione explicita, quale eſt contro-
uerſum, litteraliter ſancitum habetur *in
l. Hæredes palam ff. de Teſtam. & in l. Iube-
mus C. eodem, & docent Rub. in tract. de Te-
ſtamento cap. 37. num. 1. & ſeqq. & Rota de-
ciſ* 888. *num. 1. coràm Eminentiſs. Cerro*.

Etenim pro totali remotione huiuſmo-
di obiecti (in quo vnicè quæſtio Cauſæ re-
ſidet) neceſſario præmittendum Patres
exiſtimarunt, quod licet in dictis legibus
præſcribatur forma Teſtamenti, nuncu-
patiui nominatio hæredis ore proprio Te-
ſtatoris prolata, nihilominus non per hoc
illa eſt de forma abſoluta, & præciſa, ſed
tantum demonſtratiua inducta ad certifi-
25 candam, & demonſtrandam perſonam
hæredis, cuius expreſſio, ſiuè deſignatio di-
citur quidem ſubſtantialis, non verò mo-
dus eundem hæredem demonſtrandi, cum
hoc poſſit ſuppleri per æquipollens *iuxta
Text in l. Quoties §. Si quis nomen hæredis
ff. de hæred. inſtit.* & explicando præfatos
Text. in l. Hæredes palam, & l. Iubemus in
obiecto allegatos, communitèr tradunt
*Rub. in practicabil. Teſtam. cap 45. nu. 197.
& ſeqq Magdalen. de num. Teſt. requiſit. in
Teſtam. part. 1 cap. 27. num. 14. & ſeqq. Cy-
riac contr. 467. num. 340. cum ſeqq Eſcan.
de Teſtam. cap. 18. num. 18. & num. 36. &
plenè Rota deciſ. 359. num. 7. & ſeqq. par. 11.
recent. Dunozett. Iun. deciſ. 491. à num. 10.
vſque ad 23. Eminentiſs. Cerro deciſ.* 338.
num. 9.

Atque hinc in Iure non reprobatur Te-
ſtamentum, in quo Teſtator, qui ſit ſanæ
mentis, & articulatè, & diſtinctè loqua-
26 tur, ſimpliciter reſpondeat per verbum *Sic*
Notario, ſeù alteri interroganti, an vel-
let Titium, ex. gr. eſſe ſuum hæredem, vel
alio etiam modo, quàm per verbalem de-
nominationem hæredem deſignet, vt rela-
tis Concordan. plenè tradunt *Farinac. in
conſ. 97. num 1. propè finem, & num 5. Clar.
in §. Teſtamentum quæſt. 37. num 5. & ſeqq.
Marth. de ſucceſ. legal par. 4. quæſt. 1. cap. 3.
num. 17. & ſeqq. Theſaur. Iun. lib 2. quæſt.
99. num. 14. & Rota deciſ. 258. num. 2. &
ſeqq. coràm Bich. & deciſ. 329. num. 12. par.
18. recent.*

Quinimò in Terris Eccleſiæ ſat eſt ex
æquitate Canonica, quod Teſtator ſuã ex-
primat voluntatem per nutus, & ſigna ex
quibus certitudinaliter cõſtet de hæredum
perſonis, dummodò tamen in hoc caſu
27 probetur in Teſtatore præordinata vo-
luntas teſtandi, & modus hic à Iure ap-
probatur, vt firmant Doctores ſuperius
relati, & in ſpecie *Rub in practicabil. Te-
ſtam. dicto cap 45 num. 197. cum ſeqq. vſque
ad finem*, vbi adducit exemplum Alexan-
dri Macedonis, qui poſtquam deſignauerat
Hæredem Imperij digniſſimum inter
Duces, orta controuerſia cui talis qualitas
applicaretur, & non valens amplius lo-
qui, dedit Anulum Regium Perdiccæ, vt
nutu, ac ſigno quem nuncupare non pote-
rat elegiſſe oſtenderet, & eſt opinio à Rota
recepta, *vt in Romana hæreditatis de Bella-
uita coràm Iuſto impreſſa poſt dictum conſ. 97.
Farinac. num. 28. per tot. & in deciſ. 209.
num 2. coràm Priolo in deciſ. 681. num. 19.
coràm Eminentiſs. Cerro, & deciſ. 137. nu. 7.
& ſeqq par. 14. recent.*

His autem præmiſſis, & ſic vt ſuprà fir-
matis pro comperto habuerunt, quod op-
poſitus defectus nominationis, ſiuè ex-
preſſionis hæredis ore proprio Teſtantis
dici non mereatur, nec vitium viſibile re-
ſultans ex ſola Teſtamenti lectura, neque
etiam tale, quod ex adductis depoſitioni-
bus teſtium clarè vndiquè, & incontinenti
dicatur probatum. Non quidem vitium
viſibile, quia etſi Notarius in d. Teſtamen-
to in publicum Inſtrumentum redacto non
affirmet inſtitutionem hæredum factam

fuiſſe

fuiſſe ore proprio Teſtantis, nihilominus
quia ibidem fidē facit, quod Teſtator hære-
28 des inſtituit, & declarauit dd. de Nigris per
nomina propria ſingillatim ibi deſcripta —
*In tutti gli altri ſuoi Beni &c. laſciò, ordinò,
e dichiarò ſuoi Heredi vniuerſali con piena ra-
gione gl' infraſcritti, cioè li Signori Girolamo,
&c.* per hæc vtique verba, dicitur teſtari
de vera, ac formali inſtitutione facta per
Teſtatorem, vel per verbalem denomi-
nationem, quam importare videtur ver-
bum *declarauit*, vel ſaltem per alium legi-
timum modum æquipollentem nominatio-
ni ore proprio, quæ ad validitatem ipſius
Teſtamenti ſufficit iuxtà ſuperiùs præmiſ-
ſa, & firmata.

Nec refert, quòd tabellio non ſpecifi-
cauerit formaliter per quæ verba, nutus,
vel ſigna Teſtator æquipollenter nomina
29 hæredum expreſſerit, quoniam cum ille
adhibuerit verba apta ad materiam, quæ-
que de ſui natura includunt quemcumque
legitimum inſtitutionis modum, rectè, ac
citra falſitatem ſcripturæ generaliter ſcri-
bere potuit hæredes præfatos fuiſſe reli-
ctos, ordinatos, & declaratos à Teſtatore,
tametſi diſtinctim, & ſpecialiter non exa-
rauerit modum ipſum, verba, vel ſigna
quibus Teſtator dictam ſuam voluntatem
declarando vſus fuerit; quinimò Notarijs
licet in extenſione Teſtamentorum refer-
re, quod hæredes fuerint ore proprio nomi-
nati, quamuis ſolùm Teſtator eos deſigna-
uerit nutu, vel per reſponſionem *ſic*, vt do-
cent *Bald. in conſ. 122. per tot. lib. 4. Farinac.
dict. conſ. 97. nu. 19. vol. 1. & Rot. deciſ. 729.
num. 21. & 22. part. 18. & deciſ. 95. num. 7.
part. 19. recent.*

Minùs autem obiecta nullitas Teſtamen-
ti ex adductis depoſitionibus Teſtium red-
di viſa fuit adeò clara, & incontrouertibi-
lis, vt dici valeat notoriè, & incontinenti
probata per manifeſtas, & vndique paten-
30 tes iuſtificationes nullam admittentes ex-
ceptionem; Tùm quia de iure non dicitur
notoria, & incontinenti probatio illa, quæ
vt in præſenti elicitur ex informibus atte-
ſtationibus quatuor Teſtium, quæque ſuā
perfectionem expectet à nouo examine
formiter faciendo, vt latè oſtendunt *Argel.
de acquiren poſſeſſ. quæſt. 2. num. 215. cum
ſeq. & quæſt. 6. nu. 140. & quæſt. 14. nu. 31.
Altograd. conſ. 74. num. 17. lib. 1. & Cyriac.
controu. 162. nu. 29.* Tametſi agatur de Te-
ſtibus inſtrumentarijs, vt in ſpecie notat
*Zuccard. in d. l. final. C. de Edict. D. Adrian.
Tollen. num. 302. Roderic. conſ. 21. num. 15.
Capyc. Latr. conſult. 15. num. 97. & ſeqq. &
Rota deciſ. 211. num. 3. & ſeqq. coràm Buratt.*
ibique *Adden. num. 32. & deciſ. 1363. nu. 1.
coràm Seraph.*

Ea quidem ratione, nam cum dicta pro-
batio non excludat contrarias, & fortio-
res probationes ab Hæredibus ſcriptis fa-
ctas, vel faciendas; exindè oriri non po-
teſt liquida exceptio ſufficiens ad impe-
diendam immiſſionem, ſed altioris dum-
taxat indaginis reijcienda proptereà ad
petitorium, vt aduertit *Argel. d. quæſt. 2.
art. 5. nu. 217. Staiban. in cent. 2. reſol. 32.
num. 11. Gratian. diſcept. 895. à num. 3. &
Rota deciſ. 289. num. 23. coram Bich.*

Tùm magis, quia omnes depoſitiones
Teſtium in hac cauſa emanatæ, & hinc in-
de exhibitæ non tantùm non probant, ſed
clarè excludunt nullitatem prætenſam,
ſiuè attendantur priores atteſtationes qua-
tuor Teſtium teſtamentariorum, & toti-
dem aliorum adhibitorum in rogitu Teſta-
menti inductorum pro parte dd. de Nigris,
ſiuè etiam inſpiciantur ſecundæ depoſitio-
nes eorundem quatuor Teſtium teſtamen-
tariorum à Pompeio Muſca poſt primum
examen procuratæ, & productæ.

Et ſanè ſi inſpiciantur atteſtationes
quatuor Teſtium adhibitorum in rogitu
Teſtamenti, quas tamquam coadiuuati-
uas Inſtrumenti ad effectum immiſſionis
32 recipiendas eſſe alias cenſuit, *Rota in de-
ciſ. 211. num. 9. coràm Buratt. & in Romana,
ſeù Ianuen. Teſtamenti 9. Iunij 1681. §. Ac-
cedit depoſitio corā Reuerendiſs. D. meo Mat-
thaio*, & vna cū iſtis coniungantur priores
depoſitiones totidem aliorum Teſtium te-
ſtamentariorum, quæ vti emiſſæ de tem-
pore magis proximo actui conditi Teſta-
menti, attendendæ de iure veniunt, & præ-
ferendæ in concurſu poſteriorum, quæ per
ſubornationem cenſentur extortæ ad *text.
in cap. propterea de teſtib. cogen. & in §. Et
licet Auth. de teſtibus Cappon. controu. 360.
num. 50. & Rot. in d. Romana, ſeù Ianuen.
Teſtamenti §. Regulare enim coràm D. meo
Matthaio*, & maximè in caſu iſto, in quo
duo ex dictis quatuor teſtibus ſe retractan-
tes à ſecunda depoſitione, qua vtitur Muſ-
ca affirmarunt ſe fuiſſe circumuentos, &
deceptos in extenſione ſecundi examinis.

Iſti

Digitized by Google

Iſti omnes in ſubſtantia concludunt, & vniformiter referunt Antonium Mariam Banteum Notarium præſente Teſtatore
33 incepiſſe legere folium ſcriptum, quod præ manibus habebat, & dum ſucceſſiuè legere proſequebatur legata, non ſemel, ſed de vice in vicem Teſtatorem interrogaſſe, vtrùm res ita ſe haberet his verbis præciſis -- *Se intendeua, e ſentiua bene quello eſſo leggeua, e ſe era tale la ſua volontà*, quoque Teſtator aliquando reſpondit *sì Signore*, aliquod autem *bene*, & multoties capite annuebat, quemadmodum fieri ſolet, quando affirmatiuè nutibus reſpondetur, atque vlterius hanc notabilem circumſtantiam concorditer referunt, quod ſcilicet quando deuentum fuit ad lecturam cuiuſdam legati fauore Iulij Ruſpi Teſtator dixerit *come come*, & explicante propterea Notario illud eſſe legatum ſcutorum 25. relictorum eidem Iulio Teſtator ſubdiderit *bene bene*, & demum, quod d. Notarius poſt perlectum integrè Teſtamentum, & conſequenter inſtitutionem Hæredis cautè admodum eumdem Teſtatorem rogauerit, *ſe queſta era la ſua volontà*, quodque ille reſponſum expreſsè dederit *oh Signor sì*, annuendo etiam tunc cum capite. Et quod plus eſt, deindè admonuerit Notarium de omiſſione alterius legati, ſeu declarationis circa fideicommiſſum illis de Pantinis reſtituendum, quam omiſſionem Banceus Notarius verè agnoſcens, illicò expreſſit, & ſe excuſauit dicens, id ſibi accidiſſe, ex quo ipſe Teſtator eam adiecerat poſt extenſum in reliquis totum Teſtamentum, adeoque adnotata fuerat in dorſo folij, prout latius in Summario.

Quibus ſic ſtantibus, & pro conſtanti deſuper poſita ſanitate mentis ipſius Teſtatoris, quæ ex iam dictis controuerti nõ poteſt, & ex qualitate pariter diſpoſitionis admodum prudentis, & veriſimilis, clarè reſultat in neceſſarium conſequens, quod iuxtà depoſitiones etiam dictorum Teſtium, Teſtamentum vndique validum ſit, tametſi Teſtator ore proprio hæredes non nominauerit, & interrogationi Notarij ſimpliciter reſponderit per verbũ *Sic*; nam in hoc caſu affirmando Teſtator, dicitur quoad Inſtitutionem hæredis in dicto Teſtamento contentam ſatis explicaſſe ſuam voluntatem, cum expreſſa in interrogatione cenſeantur virtualiter ineſſe in reſponſione iuxta *gloſſ. in l. iubemus 5. verb. quemadmodum C. de teſtament.* communiter approbatam tam in ſcholis, quam in Iudicijs, vt teſtantur in ſpecie *Salon. de Pace conſ. 7. ſub num. 15. Menoch. præſumpt. 8. num. 14. lib. 4. alijque relati per Rotam in dicta deciſ. 458. num. 4. coràm Bich. & dicta deciſ. 709. num. 22. part. 18. recent.*

Si verò inſpiciantur poſteriores depoſitiones eorumdem Teſtiũ pro parte Pompei procuratæ, quæque ex iam dictis nullam fidem merentur, adhuc aſſerta nullitas Teſtamenti remanet improbata, dum, & iſti non ſolum concorditer deponunt de repetitis interrogationibus Notarij, & de reſponſionibus Teſtatoris per inclinationem capitis ea forma, qua fieri ſolet cum alicui interrogationi annuitur, ſed etiam de interrogatione præciſa *Còme come?* facta per ipſum Teſtatorem quando deuentum fuit ad lecturam legati Iulij Ruſpi, & de ſubſequuta expreſſa approbatione per verbum *Bene*, eo modo quo referunt alij, & dixerunt ipſimet Teſtes in priori eorum examine; quinimò vnum ex illis in depoſitione à Pompeio Muſca producta, quæ propterea cõtra ipſum tametſi vnica plenè probat, vt in ſpecie docet *Farinac. dicto conſ. 97. num. 2. in fine volum. 1.* ita deponit -- *Quando detto Signor Bancei hebbe finito di leggere detto Teſtamento, il Signor Negri diſſe, che haueua laſciato vn non sò che, che non mi ricordo coſa foſſe, il che ſentitoſi da detto Signor Bancei riuoltò la Carta, e diſſe ch' era vero, e così il detto Signor Bancei leggè vn' altro legato, vt in dicto Summario num. 4. litt. A.*

Hæc autem omnia quatenus etiam ſinè geſta eo modo, quo referunt dicti Teſtes, manifeſtant proculdubio Teſtatorem fuiſſe ſanæ mentis, & in bono ſenſu, nec non pariter apertè præſeferunt eiuſdem poſitiuam approbationem omnium contentorum in actu, tunc ſtipulato per Notarium, non ſolùm ſignis, & nutibus certis, ſed etiam verbis præciſè inducentibus agnitionem eiuſdem Teſtamenti in omnibus, & per omnia. Quæ ſanè approbatio comprehendit implicitam nominationem hæredum ſufficientem pro valida Inſtitutione, ad cuius effectum exuberat, quod Teſtator in genere explicet, vel alio modo certo agnoſcat Teſtamentum eſſe ſuum, vt ex profeſſo firmauit *Rota in deciſ. 360. n. 1.*

& ſeqq. par. 13 recen. & in deciſ. 2167. n. 22. coràm Coccin. vbi plenè concordant.

Quod eo magis, & ſine dubio procedit, vbi prout hic ad fauorem ipſorum hæredum probetur præcedens Teſtatoris præordinatio, & voluntas teſtandi, vel plura concurrant adminicula, & coniecturæ ſuadentes veritatem, & ſinceritatem contentorum in Teſtamento, quæ hic pariter non deficiunt, & ſatis quidem eruuntur ex actibus geſtis tam ante Teſtamentum, quam in ipſo actu teſtandi, & poſt Teſtamentum. Et quidem ante, ſi ponderetur Teſtatorem fuiſſe benè affectum erga propriam Agnationem, & è conuersò Pompeium Muſcam numquam habuiſse in æquali dilectione, dũ in primo Teſtamento caducato per præmorientiam hæredis, ille inſtituit Bernardinum de Nigris, & Pompeium Muſcam ab eius ſucceſſione omninò excluſit, & vti Cognatum ex familia extranea de Muſca conſiderauit non aptum ad conſeruandum ſplendorem Domus, & memoriam nominis, quæ in dicto Bernardino, & alijs Agnatis de Nigris cõſiderabat, vt ad rem optimè ponderant *Soccin. Iun. conſ. 178. ſub numer. 28 volum. 2. Surd conſ. 414 ſub num. 55. & 95. Medic deciſ. Senen. 18. ſub numer. 18. & num. 31. verſ Octauo, & Rota deciſ. 729 num. 1 & 2 part. 18. recent.*

Ex ſerie autem facti in ipſo actu teſtandi, præambula etiam voluntas Teſtatoris enititur, necnon legalitas actus. Primò, quia in legatis tam erga loca pia, quàm erga Amicos, & domeſticos diuerſimodè ſe geſſit aſſignando ferè in omnibus rationem motiuam legandi, ex quibus, & præcipuè ex interrogatione per ipſum Teſtatorem facta in lectura legati Iulij Ruſpi, vnà cum ſubſequuta approbatione, de quibus deponunt ipſimet Teſtes ex parte Pompei inducti negari nõ poteſt, quin præceſſerit animus, & deliberatio teſtandi, necnon expoſitio, & præordinatio voluntatis in ſcriptis antecedenter de eius mandato redactæ, cùm aliàs imperceptibile ſit, quod ipſe ad requiſitionem Notarij approbaſſet tot legata ex diuerſis cauſis diuerſis perſonis, & diuerſimodè relicta, & ſignum præbuiſſet ea procedere iuxtà ſuã voluntatem, quodque nõ benè percipiendo relictum Ruſpi protuliſſet interrogationem *Come come*, & deindè re iterum ſibi clariùs explicata dixiſſet *Bene*, niſi animus ipſius Teſtatoris ſedulò anteà, & deliberatè fuiſſet appoſitus circa attentiſſimam Teſtamenti factionem. Secundò autem ex repetitis interrogationibus à Notario factis Teſtatori dum Teſtamentum legebat, num ſcilicet res benè procederent iuxtà ſuam voluntatem, quibus attentis redditur ab omni probabilitate valdè alienum, quod idem Tabellio fuerit tam anxiè ſollicitus, vt per ſæpè Teſtator legata approbaret, & exprimeret, an eorum tenor benè perciperetur, & deindè neglexerit lecta Inſtitutione tot hæredum, ac rogitu completo exquirere in hac parte magis ſubſtantiali eiuſdem Teſtatoris approbationem. Ac tertiò quia exhibentur documenta optimæ famæ Tabellionis, ac Teſtes inſtrumentarij fuerunt adhibiti, prout fortuitò eos inuenit famulus Teſtatoris domu ad talem effectum egreſſus.

Adſtipulantur his denique, & fauent, quæ Teſtamento ſubſequuta fuerunt, nam Teſtator poſt ſtipulationem Teſtamenti ſuperuixit octodecim dies, & non ſolùm conqueſtus vnquam non fuit de hac vltima
34 ſua voluntate, ſed in ea vſque ad finem perſeuerauit, & declarationes ei vniformes ſpontè cum perſonis beneuolis, & gratulantibus emiſit; *vt in d. Summar. num. 8.* quod certè non feciſſet, ſi ignarus fuiſſet rerum geſtarum, & contentarum in dicto Teſtamento, vel ſi ad ea dolis, & fraudibus fuiſſet allicitus, vt ponderant *Cyriac. dicta controuerſ* 407. *nu.* 307. *Marocch. conſult. 42. num. 25. & ſeqq. Medic. dicta deciſ. 18 num 33. & Rota dicta deciſ. 2167. ſub num. 23. coràm Coccin. & in ſpecie dicta deciſ. 729. num. 23. par. 18. recent.*

Quæ quidem vrgentiſſimæ, & validæ coniecturæ licet ſingillatim, & de per ſe nõ ſint habiles ad plenè probandum, ſimul tamen iunctæ concludenter aptæ ſunt demonſtrare, ante Teſtamenti factionem præceſſiſſe Teſtatoris præordinationem cunctaque deſuper ſubſequuta in actu ipſo teſtandi cũ bona fide geſta fuiſſe, vt in terminis ſimilibus cõſuluit *Soccin. Iun. conſ. 32. nu. 8. vol. 4 Farinac. d. conſ. 97 n. 8. Caſtell. controuerſ. lib. 4 controuerſ. 27. n. 66. & ſeqq. & n. 73. & Rot. d dec. 458. n. 2. coràm Bich.*

Nec Teſtamentum, quod ex iam dictis vndique dici poſſet validum, vitiatur in totum, vel redditur de falſo ſuſpectum, ex quo Notarius in eo ſibi ſcripſerit legatum

Digitized by Google

tum liberationis à Cenſu paſſiuo Scutorũ
35 400. vnà cum fructibus decurſis. Quia
iſtud ad ſummum habetur pro nõ ſcripto,
& vitiatur ex S. C. Liboniano, ſed non
propterea vitiat Teſtamentum, neq; Notario
adimit fidem in reliquis contentis in
Teſtamento *l. quæ Teſtamento C. de his, qui ſibi adſcripſ. Dilect. de arte teſtan. tit. de legat. cautel. 1. nu. 1. Peregr. de iur. Fiſc. lib. 3. tit. 12. nu. 1. Marth. de ſucceſſ. legal. par. 4. q. 2. art. 3. ſub nu. 29. & 30 Farinacc. de falſit. q 150. nu. 196. in fine, & Camerell. de legat. lib 2. verb. Notario nu. 30. fol. 78.*

Minùs deniquè vrget contra legalitatem eiuſdem Teſtamenti, ac Notarij, quod iſte in eo ſcripſerit aliud legatum fauore Bonifacij Gambucij de fructibus decurſis, & non ſolutis, ac alijs decurrendis vſque ad obitum ipſius Teſtatoris vnius Cenſus ſcut. 1500. quando de eo tempo-
36 re, & longè antea præfatus Cenſus fuerat per eumdem Teſtatorem redemptus, & extinctus. Siquidem cum dictus Gambuccius eſſet debitor de tempore Teſtamenti alterius Cenſus ſcutor. 150. error in tam modica differentia vnius Cenſus ſcutorum 1500. pro altero ſcutorum 150. non nocet, & attribui debet ſcribenti. Ideoquè nil detrahit Inſtitutioni hæredũ, & cœteris partibus Teſtamenti de per ſe aliàs perfectis, & corã Teſtibus annuente, corrigente, & reſpectiuè admonente Teſtatore ſtipulatis, vt in ſpecie reſpondit *Rota in deciſ. 581. nu. 39. cum tribus ſeqq. par 4. tom. 3. & in deciſ. 749. num. 13. par. 18. recent.*

Cæteris autem obiectis leuioris ponderis, plenè, ac adæquatè occurrebant ſcribentes pro Nigris in eorum reſponſionibus, cum quibus Domini approbatiuè pertranſierunt ſignanter ad effectum poſſeſſorij merè inchoatiui vigore legis finalis, quippèque poſſunt deindè in Iudicio ordinario petitionis hæreditatis altius examinati.

Et ita vtraque parte accerrimè informante &c.

ARGVMENTVM.

VIa quando dicatur publica, vèl vicinalis. Seruitus recipiendi aquam in prædio inferiori non; poteſt euitari, quando illa non poteſt habere exitum in alia parte.

SVMMARIVM.

Via publica non poteſt deuaſtari nèc in ea poteſt apponi aliquod impedimentũ tranſeuntibus n 1.
Teſtes ad probandam publicitatem via quomodo debent deponere num. 2.
Liber aſtimi an probet publicitatem via num. 3.
Via quando dicatur publica num 4. 5. & 6.
Curſus aquarum neceſſarius non poteſt euitari à Domino fundi inferioris num. 7.

VOTVM CXXII.

CEnſui D. Comitem de Victorijs non debere impedire tranſitum in via publica, in qua non poteſt nihil innouari à priuato fine licentia Principis in
1 præiudicium iuris publici, & Populi intereſſe habentis *leg. 1. §. final ff. de via public. & itiner. public. reficiend Hond. conſ. 100. num 38 lib 2. Ciriac controu. 667. num. 30. Rot. in Aſculana via 5. Iulij 1688. §. licèt coràm bo. me. Emerix.*

Et quamuis ad probandam publicitatem viæ non ſufficiant depoſitiones teſtium
2 aſſerentium per illam omnes publicè prætcrijſſe, ſed vlteriùs requiratur, quod deponant copulatiuè ſolum fuiſſe publicum, vèl publicatum ab habente poteſtatem, vèl ſaltèm quod illa via ab immemorabili ſit ſempèr reputata prò publica *leg. 2. §. viam publicam ff. nè quid in loc. public. Riminald. Iun conſ. 382. num. 12 & 52. cum ſeq & conſ 626. num. 1. & 20. Staiban. Iun. reſol. 65. num. 5. & 6. part 1. Barz. deciſ. 156. num. 1. & 9. Surd deciſ. 42. num. 3. & 4. Rot coràm Cerro deciſ. 838. numer. 8.*
3 *cum alijs in dicta Aſculana via §. licèt, vbi in § nec prædictis,* fuit firmatum viam publicam non probari ex enunciatiuis in libris Æſtimi.

Tamèn ad tollendam omnem ambiguitatem in hac cauſa perſonalitèr acceſſi in faciem loci controuerſi, & obſeruaui conſtare de publicitate viæ, nàm ipſa incipit à
4 publico, & definit in publicum, quæ ſunt extrema neceſſaria prò demonſtrando publicitatem viæ *l. final ff. de loc & itiner. public. Sabel. reſolut. cap. 16. num. 2. & 3. Franch. deciſ. 142. numer. 3. Rot. in recent. deciſ. 287. num. 6. part. 9.* quamuis dicta via ſit circumdata ex vtroque latere à terrenis dicti D. Comitis. Relati per *Sabel. in præfato cap. 16. num. 2.*

Quod autèm ab vna parte inciperet di-
cta via à publico non controuertebatur, &
5 multo minùs poterat impugnari, quod non
defineret in flumen publicum, prout ap-
parebat ex oculari inſpectione. Nec mi-
hi obſtare viſum fuit, quod aderat in fine
viæ, & propè flumen terrenum prò argi-
ne eleuatum, ac munitum cum arboribus,
quià ex hac circumſtantia non tollitur,
quod via non deſinat in publicum, & ſo-
lum ex illa eleuatione terreni, nil aliud de-
ſumi poterat, niſi quod illud opus manu-
factum inſeruiret ad impediendam inunda-
tionem aquarum fluminis, non autèm ad
excludendum, quod via non defineret in
publicum, præſertim quià vnus ex Peritis
bene conſiderabat, quod canale fluminis
argine munitum dicatur locus publicus.

Eoque fortiùs dum agebatur de via la-
titudinis ſufficientis itaùt adeſſent octo
6 pedes in porrectum, & ſexdecim in anfra-
ctum ad formam *tex. in leg. via 23. ff de
ſeruit. prædior. ruſticor.* cum quibus concur-
rebant ex vtroque latere viæ fouei, &
deindè ſæpes benè colligatæ, ex quibus
rectè arguitur publicitas viæ iuxtà aucto-
ritates ſuprà allegatas, quibus addo *De
Roſa conſult 1. per tot.*

Pariterque credidi dictum D. Comitem
non poſſe euitare ſeruitutem recipiendi
7 aquam à fundo ſuperiori, etiàm cum ali-
quo damno proprij prædij, cum illa non
poſſit habere exitum in alia parte, itaùt
iſta dicatur ſeruitus neceſſaria, præſertim
accedente examine plurium teſtium depo-
nentium de iſto antiquo curſu aquarum,
& proindè diuerti non debet à loco con-
ſueto *Ciriac. conſ 310. num 160. Rot. poſt
Poſth. de manut. deciſ. 213. num. 5. & in re-
cent deciſ. 9. num. 13. part. 15.*

ARGVMENTVM.

STuprator quando poſſit cogi ad con-
trahendum Matrimonium cum ſtu-
prata, vna cum conſtitutione dotis.
Partus in lucem editus in quinto Men-
ſe poſt celebrationem Matrimonij an
ſit reputandus legitimus.

SVMMARIVM.

Stuprator tenetur dotare ſtupratam nu. 1. & 13.

*Amplia vt tale onus tranſeat ad hæredes ſtupra-
toris num 2.*

*Limita quando ſtuprum eſſet qualificatum ſub ſpe
futuri Matrimonij num. 3.*

Contrà num. 4.

Concilia num. 5.

*Tranſactio læſiua non eſt attendenda à Muliere
num. 6.*

Pater tenetur dotare filiam num. 7.

*Amplia etiamſi filia nupſerit abſque conſenſu pa-
terno num 8.*

Fortiùs ſi nupſerit cum equali num. 9.

Amplia num 10. & 11.

*Partus æditus in quinto, vèl ſexto Menſe poſt
Matrimonium an poſſit eſſe legitimus numer.
12. & 14.*

*Ad probanda delicta requiruntur probationes cla-
riſſima num. 15.*

*Stuprum excluditur ex ſponſalibus antecedenti-
bus num. 16.*

Amplia vt tali caſu ceſſent pœna num. 17.

Declara num 18.

Sponſalia quando probentur num. 19.

*Non eſt veriſimile, quod Mulier Nobilis permit-
tat ſe cognoſci niſi eſſent facta ſponſalia n. 20.*

*Sponſalia arguuntur ex ſubſequuto Matrimonio
num 21.*

*Teſtes ſingulares in actibus reiterabilibus quando
probent num. 22.*

VOTVM CXXIII.

POſt quam ſub ſpe futuri Matrimonij Franciſcus deflorauerit Dianam ortæ ſunt variæ lites, & iurgia intèr conſanguineos ex vtraque parte, prò quibus componendis fuit deuentum ad tranſactionem, in qua Franciſcus ſe obligauit deſponſare Dianam cum dote ſcutorum 3000. quæ illi ſoluere promiſit dictæ Dianæ Pater poſt Menſem à die conſumati Matrimonij.

Quando autèm credebatur per Ciuitatem omnia fuiſſe compoſita, inſurrexit maius infortunium, cum futurus ſponſus deceſſerit antè celebrationem Matrimonij, vndè Diana in tàm maxima rerum viciſſitudine intentauit coràm me actionem prò congrua dote conſequenda ab hæredibus ſtupratoris defuncti, & ego cenſui eiuſdem inſtantiam eſſe iuri, rationique conſonam.

Corrumpens enim Virginem, eamque non ducens in vxorem tenetur onus dota-

tio-

1 tionis ſubire *tex. in cap. 1. & 2. de adulter. Boich. in cap. 2. eodem titulo num. 1. Baiard. ad Clar. §. ſtuprum ſub num. 10. verſ. laicus autem Farinac. quaeſt. criminal. 147. num. 110. Chartar deciſ. crim. 65. ſub num. 5. Rot. in Auenion. dotationis 10. Iunij 1682. §. quod affirmatiuè coràm bo. me. Albergato & 2. Maij 1687. §. 1. coràm bo. me. Benincaſa.*

Ac hoc onus de æquitate canonica tran-
2 ſire etiàm ad hæredes ſtupratoris ſcripſerunt *Gomez variar. reſolut. tom. 3. cap. 1. ſub num. 84. Barboſ. in leg. vnic. num. 2. C. ex delict. defunct. in quant hered. conuen. Lutius Noal. de tranſmiſ caſ. 19. n. 24. verſ. ſed vtrum actio. & Rot. in dicta Auenionen. 2. Maij 1687. cor. bo me Benincaſa §. 1. in fin.*

Non aduerſante quod agatur de ſtupro qualificato à præcedenti fide Matrimo-
3 nij, in quo caſu ſtuprator non poteſt cogi niſi ad fidem ſeruandam, non autèm ad dotem pręſtandam *Guttierez de Matrim. cap. 10. ſub num. 13. cum alijs apud Rotam in altera Auenionen. dotationis coràm R. P. D. Caprara 3. Martij 1692.*

Quia multi in iſta hypotheſi contrariam ſunt ſequuti ſententiam firmantes
4 ſtupratorem ad vtrumque teneri, ſcilicèt ad fidem ſeruandam, ac ad dotem præſtandam *Farinac. d. quaeſt 147. num. 92. Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 5. gloſ. 5. par. 1. num. 40. & 41. Sanch de Matrim. lib. 1. diſp. 60. in fin. Ciarlin. contr. 174. num. 76. 77. & 80. Tondut quaeſt. benef. part 3. cap. 184. num. 1. & 2. Rot. deciſ. 73. poſt ſecundum volum conſ. Farinac. aliàs coràm Pam. deciſ. 74. num. 3. 4. & 9. in fin.*

Sed quidquid ſit de hac controuerſia in præſenti mihi viſum fuit ceſſare omnem
5 difficultatem, cum deflorator iàm ſit mortuus, nèc poteſt fidem promiſſam adimplere; eſſet enim nimis durum, quod ſtuprata cum miſerrima honoris iactura remaneret ſine dote, & ſine ſponſo, vti in his terminis firmarunt diſtinguendo *Theſaur. quaeſt. forenſ. 97. num. 1. cum duobus ſequen. lib. 3. Thorus vot. deciſ. 66. numer. 38. & 39. part. 2. Card. de Luca in ſupplemen. tom. 2. titul de dot. diſc. 170. num 12. & ſequen. & in puncto Rot. in Auenionen. dotationis 2. Maij 1687. §. non obſtat coràm bo. me. Benincaſa,* cui diſtinctioni non contradicit *Rot. in altera cauſa Auenionen. dotationis 3. Martij 1692. coràm R. P. D. Caprara §. ſatis enim.*

Et perperam ad euitandam dotis ſolutionem recurritur ad tranſactionem, quæ cum ſit inita cum enormiſſima læſione
6 ipſius Mulieris, nullatenus eſt attendenda. Nèc dubitari poteſt de ſupradicta læſione, quià Pater ipſius Dianæ eſt pauper, & ſic ſoluere non poteſt dotem filiæ in tranſactione promiſſam vti benè, & in puncto proſequitur *Rota in dicta Auenionen. 2. Maij 1687. coràm bo. me. Benincaſa à §. in nihilo vſque ad fin.*

R. P. D. CAPRARA.

Auenionen. Dotationis.

Lun. 3. Martij 1692.

GAſpar Tulles de Villafranca, & Maria Thereſa de Donis Coniuges Nobiles Auenionenſes egerunt pro Dote contra Marchionem de Gonult Mariæ Thereſæ Patrem coràm R.P. D. Scotto Eminentiſs. Card. Legati Auenionenſis Auditore, qui ad dotis conſtitutionem, ac reſpectiuè traditionem Patrem condemnauit, reſeruata quibus de iure quantitatis liquidatione. Hinc cauſa appellationis ad Sac. Rotam delata, ac ſubſcripto dubio — *An, & in qua ſumma ſit conſtituenda Dos* — fuit à DD. reſponſum dotem à Patre eſſe conſtituendam, reſeruata declaratione quantitatis particulari diſputationi, ſubminiſtratis interìm per Patrem ſcutis quingen-
7 tis monetæ Romanæ in cauſam declarandam.

Officium enim paternum eſt dotare filiam *l. qui liberos 19. ff. de ritu nuptiarum l. fin. §. Vtramque verſ. neque enim C. de dotis promiſ. Giurb. ad conſuetud. meſſan. cap. 3. gloſſ. 3. num. 3. Fontanel. de pact nup. clauſ. 5. gloſſ. 1. num. 37. Bonaccin ad præcepta Decalogi diſp. 6. §. 1. num. 1. Fragoſ. de Regim Chriſtian Reip part. 3. diſp 5. num. 4. & num. 12. Sanchez de Matrim. lib. 4. diſp. 26. numer. 2.* etiamſi filia Matrimonium
8 abſque conſenſu paterno contraxerit, quia quæcumque Ciuiles ſanctiones indulgentes patribus facultatem, exhæredandi filias, ac etiam excludendi à dotatione nubentes inconſultis parentibus tamquam reſtrictiuæ illius plenæ libertatis in Matrimonijs omninò requiſitæ, fuerunt per Sac. Canones, & Sac. Conc. Trid. abrogatæ,

San-

*Sanchez de Matrim. lib. 4. diſput. 26. nu. 17.
Ippolit. Rimin. conſ. 133. num. 23. lib. 2.
Boſſ. de Matrim. cap. 11. num. 191. & in
tract. de dote cap. 4. de oblig. Patris dandi do-
tem num. 119. & plenius num. 134. Barboſ.
in collect. ad Concil. Triden. ſeſſ. 24. & 26.
num. 27. cap. 1. num. 3. Rot. deciſ. 93. nu.
1. & deciſ. 417. num 1. part. 14. & deciſ.
39. num. 8. & 9. part. 18. recent.* eo fortius
in præſenti vbi Matrimonium fuit initum
cum Viro digno, & æqualis nobilitatis, eo
9 tempore Cruce Hieroſolymitani ordinis
adhuc inſignito, in quo non emiſerat pro-
feſſionem, quia expectabat prolem Fra-
tris primogeniti de Villafranca à multis
annis nupti Mariæ Sorori Marchionis Pa-
tris Thereſæ; ex qua familiarum affinita-
te emicat non ſolum æqualitas nuptiarum,
& familiæ dignitas, ſed vlterius particu-
laris, & genialis approbatio eiuſdem D.
Marchionis de Goudlt erga familiam Gaſ-
paris, ex quo poterat ſperare nuptias
Thereſæ, quas ſuplici præce atque enixis
conſanguineorum, ac affinium officijs ex-
petebat; Immò etiam adhibita Reueren-
diſſimi Archiepiſcopi auctoritate inſtan-
tèr, & inſtantiſſime poſtulabat, ita vt ſi ſu-
perueneriit alienatio animi Marchionis, per
quam poſt ea diſſentire voluit Matrimo-
10 nio; è contra efferueſcente in dies Spon-
ſorum amore, Matrimonium ſi fuerit ſuc-
ceſſiuè contractum abſque conſenſu pa-
terno, hoc non fuit Patre omnino incon-
ſulto, vt in ſimilibus diſtinxit *Sanchez de
Matrim. lib. 4. diſput. 23. num. 10. & 12.
Couar. 4. decret 2. part. cap 3. § 8. num. 1.
verbo honeſtum Petr. de Ledeſma de Matrim.
2. part. 4. quæſt 49.*

Nec iniuria Patris fuit tam grauis, vt
ad dotis ammiſſionem inferatur, immo de-
11 creuiſſe viſa eſt ex eo quia Thereſa Patre
permittente, vt plurimum educaretur pe-
nes Mariam Amitam Gaſparis Fratriam,
& ex cauſa cohabitationis continuo, ac
familiariter Gaſpar, & Thereſa inſimul
verſarentur, potuit hæc facile credere,
quod ad nuptias Gaſparis à Patre deſtina-
retur, vt publicum erat ex ded. *in Sum. Co-
niugum num. 1. litt. D.* ex qua deſtinatione
beneuolentia primo contracta, ſucceſſiue
ex diuturna conuerſatione irrepſit amor
Connubialis, qui ita efferbuit, vt flam-
mam in pectore Virginis in 19. anno con-
ſtitutæ non potuerit extinguere auctoritas
paterna ex abrupto reaſſumpta, & intem-
peſtiuè adhibita.

Defenſores Marchionis de Goudlt ani-
maduertentes, quod filius natus die 5. Au-
guſti fuerit partus vitalis 169. dierum, qui
12 interceſſerunt à tempore Matrimonij ſub
die 19. Febr. initi, & ſic quod non fuerint
completi ſeptem Menſes, vel ſaltem 182.
dies, quos in partu vitali per neceſſe à le-
gibus naturæ requiri prætendunt cum Au-
ctoritate *Hypocratis in tract. de Septimeſtr.
partu in princ.* quem ſequitur antiqua
Schola Philoſophorum, & Medicorum, &
Imperator *in l. ab inteſtato ff. de ſuis, & le-
gitt. hered & in l. ſeptimo Menſe ff. de Stat.
homin.* & videtur etiam ſuppoſuiſſe *Sacr.
Rot. in deciſ. 223. part. 4. rec.* Cum hoc fun-
damentali ſuppoſito certorum termino-
rum naturæ ijdem defenſores arguebant
partum fuiſſe conceptum ante diem 19.
Februarij, quo Matrimonium in faciem
Eccleſiæ fuit celebratum, accuſantes The-
reſam non à marito cognitam, ſed potius
vti Virginem à ſtupratore fuiſſe præuen-
tiuè defloratam, vt refunderent in Gaſ-
13 parem quaſi ſtupratorem pœnas ſtupri,
& pro effectu onus dotandi filiam iuxta
ſanctiones *cap. 1. & 2. de adult.* ex ded *per
Farin. quæſt 147. num. 99. Sperell deciſ. 6.
num. 14. Fontan. de pact. nupt. clauſul. 5.
part. 1. num. 40. Moderniſsimus Nouarien.
in praxi Theologi colegali contractu 16. de
dote diſput 1. § 3.*

Sed cum hodie recentiores Philoſophi,
& Medici interuertant dari certum termi-
num ad vitalis partus natiuitatem, & con-
14 ſtanter defendant prò legitimo, & vitali
partum non ſolum in ſexto Menſe lunari,
ſed etiam in quinto natum ex late *ded. ab
Alphonſo Caranza de partu natur. & legitt.
cap. 9. de quinquemeſtr & ſemeſtr. fol. 432.
num. 2. & num. 46.* vbi improbat eos qui
partus quinquemeſtres à ſucceſſionibus
excludunt, *Carpzouius in Iuriſp Eccleſiæ lib.
2. de fin. 22. numer. 3.* de natis quinto, &
ſexto Menſe legitimis, *Armannus in Me-
dic. Critica caſ. 1. fol. 13.* vbi refert deci-
ſiones facultatis Medicæ Lypſienſis Col-
legialiter emanatæ 26. Octobris 1564. &
pluribus rationibus, & exemplis oſtendit
eſſe naturale, & poſſibile infantem quin-
to, & ſexto Menſe naſci, & viuere, quod
clarius declarauit eadem facultas Lypſien-
ſis de anno 1656. vt refert idem *Armannus
fol.*

Digitized by Google

fol. 450. *Valler. de Sacra Philoſophia cap.* 18.
de puella quinquemeſtri agente 12. anniſ
Hieronymus Montuus in Anaſceue morbo
40. & 41. fol. 519. vbi de Pincerna Henri-
ci Quarti Regis Chriſtianiſſimi nato in
quinto menſe, *Ferd Mena comm. ad* 4. *cap.
de ſeptimo menſe Hyppocr de eod. Pincerna
quinquemeſtr. Stokamen. de noua animalium
generatione fol. mihi* 215. *vbi Auctore Adria-
no Spigellio refert Tabellarium in ætate* 40.
annorum natum in principio ſexti menſis, &
indiſtinctè quod non ſit homini ad naſcen-
dum certum tempus *Augeneus*, qui tracta-
tum conſcripſit, & *in lib. de humano partu
tom.* 2. *epiſt. lib.* 6. *epiſt. vltima Torreblanc.
in Epitom. ſeu de magia cap.* 43. *nu.* 72. *lib* 2.
num. 25. *& num.* 26. *Tozzius de medicina
par.* 6. *de partu fol.* 51. *Speron. in ſemeſtr. Dia-
log de temp. partu*, vbi quod perfectio par-
tus reſpuit certos dierum limites, *Santa-
crux de Hyppocr. Philoſophia ſuper textu* 71.
*vbi plura de partu in quinto menſe, & ex no-
ſtris Renatus Choppinus de priuilegijs ruſtico-
rum lib.* 3. *cap.* 8. *num* 5. *fol. mihi* 152. *Torr.
de pact. futur. ſucceſſ. lib.* 1. *cap* 27. *num.* 42.
& 43. *Rot. in Romana filiationis* 4. *Februarij*
1689. *coràm R P. D Molines.*

Ex quibus ſi non euertitur probatio ad
Stuprum per Defenſores patris allegata,
certè ſaltem offuſcatur, quod ſufficit cum
15 in delictis probandis, & pœnarum exa-
ctione probationes requirantur luce meri-
diana clariores, *Rot. in Romana, ſeù Cremo-
nen. hæreditatis* 23. *Februarij* 1680. *coràm
Eminentiſs. Card. Vicecomite, & in Romana
fideicommiſsi de Griſonibus* 5. *Maij* 1682.
*§. qui generaliter coràm bo. me. Rondinino,
& in Romana filiationis* 4. *Februarij* 1689.
coràm R. P. D. Molines.

Atquè hæc licet ſint alterius meſſis
percurrere licuit ad tuendam honeſtatem
nobilis mulieris, & ad præſeruandam eius
nominis, ac prænobilis familiæ, in qua
nata eſt, dignitatem, relicta earum decla-
ratione Philoſophorum, & Medicorum iu-
dicio.

Satis enim viſum fuit DD. agi de Con-
iugibus inter quos præceſſerant ſponſalia,
in quibus pactio coniugalis præcedens,
ſtuprum excludit, dum concubitus ſubſe-
16 quutus tunc imputatur impatientiæ ſponſi,
vt reſcripſit *Gelaſius Papa in Can. lex illa* 36.
quæſt. 1. *Turrecrem. ibidem, & Gregorius II.
in Synodo Romana in Can. ſi quis Virginem* 36.
quæſt. 2. *Fagnan. in cap. qui fidem num.* 15. *de
Sponſalibus*, vbi refert Sac. Congregatio-
nem Eminentiſſimorum Interpretum Sac.
Concilij reſpondiſſe non intrare pœnam
ſtupri, vt in reſolutione impreſſa *in Sum-
mario Marchionis num.* 3. ſed tantum extra-
ordinariam arbitrio Epiſcopi, *& in cap.
cum cauſa de raptoribus Nouar. quæſt. forenſ.*
165 *lib.* 1. *& fuit dictum in Auenionen Do-
tationis* 19. *Iunij* 1682. *§. in præſenti, & §.
ex duplici coràm bo. me. Albergato*, vbi diſ-
17 puncta materia diſtinguit inter ſtuprum
ſimplicem; & mixtum ſub præcedenti fide
18 matrimonij initum, in quo caſu ceſſant
pœnæ *capit.* 1. *&* 2. *de Adult.* à qua di-
ſtinctione non receſſit *Rota in deciſionibus
reuocatorijs ſub die* 2. *Maij* 1687. *&* 30.
Aprilis 1688. *coràm R. P. D. Benincaſa*, per-
mittendo, quod aliter agatur cum illis, qui
fide ſponſalium impatientia mutui amo-
ris, quo viciſſim flagrabant, ſe coniun-
gendo præuenerunt benedictionem nu-
ptialem, & matrimonium de præſenti, ad
quod poterant æquè bene cogi alitèr verò
cum eo, qui ad extorquendam defloratio-
nem in actu proximo copulæ puellam al-
licit ſub promiſſione ficta futuri matrimo-
nii, virgineum florem decerpturus, in quo
caſu procedunt pœnæ in *capit.* 1. *&* 2. *de
Adult.* non habentes locum vbi ſponſalia
longe præceſſerunt, vbi anticipata deflo-
ratio dicitur ad matrimonium, non ad ſtu-
prum procurata.

Nec eliditur vis Anctoritatum, quaſi
nitantur iuri antiquo Canonum, quo ma-
trimonij promiſſiones accedente copula
tranſibant in verum matrimonium, quod
ex Concilio Tridentino fuit moderatum,
quia nihilominus prædictæ pœnæ in cor-
pore iuris inſertæ ceſſant in ſtupro quali-
ficato ſub fide nuptiarum, quidquid eſſet
in ſimplici ſtupro vt diximus ex *ded. in di-
cta Auenionen. dotationis coram Albergato §.
ex duplici.*

Quo ad factum ſponſalium præceden-
19 tium, Domini nullatenus dubitarunt de
illorum veritate ex depoſitione duorum
Teſtium, quorum primus eſt Sacerdos, &
Canonicus Hebdomadarius Eccleſię Col-
legiatæ S. Petri, & vndequaque qualifica-
tus, & vtrique partium acceptus, qui re-
tulit ſe fuiſſe præſentem promiſſioni, &
repromiſſioni matrimonij cum flagranti
ſponſorum beneuolentia emiſſæ ſub die

29. Se-

29. Septembris 1687. in viridario Domus
eiuſdem de Villafranca, ad quod Gaſpar,
& Thereſa cum ipſo Teſte acceſſerant, vt
in *dicto Summario Coniugum num. 1. littera B.*
ſecundus vero Teſtis eſt Notarius, qui in
Aula magna eiuſdem Domus de Villafran-
ca ſub die 2. Octobris 1687. & ſic in tem-
pore proximo diei 19. Septembris antece-
dentis inuenit ſponſos, & ab illis fuit acci-
tus in Teſtimonium promiſſioni, & repro-
miſſioni ſponſalium, quam tunc ipſo præ-
ſente emiſerunt pro futura celebratione
ſolemnis matrimonij in faciem Eccleſiæ
Catholicæ celebrandi, vt idem retulit in
dicto Summario coniugum littera I, ad quo-
rum confirmationem accedit etiam Teſti-
monium Presbyteri, & Canonici Eccleſiæ
Parochialis S. Gineſij teſtantis audiuiſſe à
Thereſa, quod in Caſtro paterno de Gouult
multo ante matrimonium ſponſalia inierat
rat cum Gaſpare, cui additur vlterius ma-
xima veriſimilitudo horum ſponſalium,
cum confeſſio Thereſæ emanauerit præ-
ſente prædicta Amita, ſub cuius directione
degebat, & continuò verſabatur, quæ vti
20 fratria Gaſparis non fuiſſet paſſa Neptem
adeo familiariter cum Gaſpare verſari,
niſi fuiſſet conſcia ſponſalium, neque præ-
ſumendum eſt nobilem mulierem paſſam
fuiſſe ſe cognoſci à Gaſpare, niſi fuiſſet
vinculo ſponſaliũ ſibi alligatus, & certa de
matrimonio futuro, vt reſpondit *Sanchez
de Matrim. lib. 1. diſput. 22. num. 6. in fin.
Ciarlin. controu. 174. num. 66. & animaduer-
tit Rot. in ſæpe citata Auenionen. dotationis*
19. *Iunij* 1684. *in §. nec obeſſe coràm bo. me.
Albergato*, & demum concurrit celebratio
matrimonij ex poſt in faciem Eccleſiæ ſub-
21 ſequuta, ſtatim ac (referente Reueren-
diſſimo Archiepiſcopo) fuit deſperata im-
petratio conſenſus paterni, quæ omnem
dubietatem legittimitatis ſponſalium re-
mouet ex relatis a *Ciarlin. contr.* 174. *n.* 64.
& in Auenionen dotationis 2. Maij 1687. *&*
30. *Aprilis* 1688. *coràm R. P. D. Benincaſa*,
vbi quod in hoc caſu pater non eximitur à
dotis præſtatione, quid quid eſſet in caſu
non impletæ fidei.

Nec veritati ſponſalium detrahit, quod
eorum probatio deducatur ex duobus Te-
ſtibus loco, & tempore ſingularibus, dum
primus deponit de die 29. Septembris, ſe-
cundus de die 2. Octobris, hic de Aula
Domus, ille de Viridario cohærenti Do-
mui, quia hæc differentia temporis pro-
22 ximi, & loci cohærentis eſt nimis exigua,
itaut dicta Teſtium facilè iungantur, vbi
actus ſunt reiterabiles, & multiplicatiui,
& ſingularitas non eſt obſtatiua, & contra-
dictoria, ſed potius accumulatiua, & ad-
miniculatiua, quæ patitur dicta Teſtium
coniungi ad faciendam plenam probatio-
nem *Farin. de Teſtibus quæſt. 64. num. 85.
Antonel. de temp legal lib. 1. cap. 69. num. 2.
Guttierez de Sponſal. cap. 44. num. 52. verſ.
Tertia ſingularitas Rota in dicta Auenionen.
Dotationis coràm Albergato §. abſque* ac etiam
veriſimilitudines, ac præſumptiones rela-
tæ *in §. vrgente, & ex ded. apud Ciarlin.
d. contr.* 174. *num.* 64. *&* 65. *Buratt. deciſ.*
182. *num. 4. & num.* 12.

Hæc eadem ſpecificatio temporis in die
29. Septembris, & 2. Octobris euincit
ſponſalia longe præceſſiſſe concubitum ad
mentem partis elicitum ex natiuitate par-
tus ſub die 5. Auguſti, quæ eo magis dicen-
da ſunt, vbi neuter ex ſponſis renuit ad-
fuiſſe ſponſalia, in quo caſu vrgere nõ po-
teſt iniuria patris, & familiæ, vt in caſu *dec.
Auenionen.* 30. *Aprilis* 1686. §. *quoniam co-
ram R P. D. Benincaſa*.

Quibus omnibus rimatis DD. cenſue-
runt eſſe locum conſtitutioni dotis, relicta
eius quantitate particulari diſcuſſioni, ſub-
miniſtratis interim Scutis 500. in cauſam
declarandam.

Et ita vtraque, &c.

ARGVMENTVM.

ÆDificatio nouorum Monaſterio-
rum, ſiue Conuentuum quando
ſit permiſſa Religioſis. Regulares an,
& quando poſſint exercere Aromata-
riam. Præcedentia competens fratri-
bus de Obſeruantia Sancti Franciſci
debetur etiam Fratribus ſtrictioris Ob-
ſeruantiæ eiuſdem Ordinis.

SVMMARIVM.

*Regularibus non licèt ædificare noua Monaſteria
niſi relicto ſpatio* 140. *cannarum ab alijs Con-
uentibus num.* 1.

*Noui Conuentus non poſſunt erigi niſi adſit aſſi-
gnamentum prò duodecim Religioſis num.* 2.

Tàm Parochi, quam alij Mendicantes poſſunt

ſe op-

ſe opponere fundationi nouorum Conuentuum num. 3.

In augumento veteris Conuentus non eſt relinquenda diſtantia ab alijs Monaſterijs, quæ requireretur in ædificatione noui Conuentus numer. 4.

Religioſi poſſunt extollere lodiam etiamſi habeat proſpectum in vicinos num. 5 6. & 7.

Nec ſunt apponendæ craticula num. 7.

Obſeruantia inſeruit prò declaratione conſtitutionis num. 8.

Regularibus an ſit licitum exercere aromatariam num. 9. & 11.

Patribus Diſcalceatis Strictioris Obſeruantiæ Sãcti Franciſci competit eadem præcedentia, quæ debetur alijs Fratribus de Obſeruantia nu. 10. & 12.

VOTVM CXXIV.

ADmittebam in hac cauſa diuiſa in
plura dubia, quod non liceat nouos Conuentus, & Monaſteria ædi-
1 ficare niſi relicto ſpatio cũ diſtantia 140.
cannarum ab alijs Monaſterijs *vigore Bullæ Bonifatij VIII. & Clementis VIII. de quibus tract. Ricc collect. 2756.*

Imò addebam nouos Conuentus non
eſſe erigendos niſi adſint aſſignamenta
2 prò duodecim Religioſis latè *Rota deciſ.
54. num. 9. 21. & ſeq. part 13* cum copulatiua licentia tàm Pontificis, quàm Ordinarij *Zerol in prax. Epiſcop. part. 1. verſ. Monaci §. 2. Roderic. de Regular. tom. 1. quæſt. 23. artic. 3. & Rot. deciſ. 115. numer 3. & 231. num. 9. part. 13. recent.* quæ opinio procedit etiã in fundatione hoſpitiorum, dummodò in iſtis celebretur ianuis apertis, & adminiſtrentur Sacramenta *Rota dicta deciſ. 231. numer. 11. & 12. part. 13.*

Et hæc ſunt adeò vera vt tàm Parochi,
3 quàm alij Mendicantes, & Religioſi poſſint opponi fundationi nouorum Conuentuum *Lotter. de re benefic. quæſt. 26. num. 10. lib. 1. cum alijs apud Rot. dicta dec. 115. n. 7. part 13.*

His tamèn non obſtantibus in præſenti
4 caſu, credidi licere PP. Reformatis Sancti
Franciſci ædificationem eorum Conuentus, quia non verſamur in hypotheſi ſimplicis ædificationis noui Conuentus, in qua procederent regulæ ſupra expreſſæ, ſed benè in caſu ampliationis veteris Conuentus, nam prohibitio nè circà ſepta Monaſterij pius locus, vel Conuentus ædificetur non comprehendit augumentũ Monaſterij præcedentèr ædificati *Tambur. de iur. Abbat. tom. 3. diſput. 5. quæſt. 1. num. 9. Barboſ. de iur. Eccleſ. vniuerſal. lib. 2. cap. 12. num. 78. Rot. deciſ. 272. num. 16. part. 19.*

Nec cenſui dictis PP. eſſe prohibendam
eleuationem nouæ Lodiæ, cum vnicuiq; li-
5 citum ſit ædificare in proprio ſolo, & altiùs ædificia extollere, & in eis feneſtras aperire, quoties non docetur de contraria ſeruitute, etiamſi inferatur aliquod præiudicium vicino, dummodo non adſit æmulatio *Cepol de ſeruit cap. 62. per tot. Rot. deciſ. 61. par. 17. & deciſ. 172. par. 19. vtrobiq; num. 1. & 2.*

Non obſtante Bulla *Sa. mem. Clementis
6 VIII. Bullar. tom. 3. conſt. 60.* quia per illam
prohibetur paſſiuus proſpectus in Regularium Cõuentus, à quo liberando Monaſteria emanaſſe præfatam conſtitutionem nouiſſimè firmatum fuit *à Rota in fundana fabrica 2. Maij 1693. coràm R. P. D Molines §. nec prohibitio, & §. etenim,* & in iſtis terminis loquitur etiàm *Rota in deciſ. 171. nu. 12. & 13. par. 19.*

Minùs releuat, quod ſaltem in dicta
noua Lodia ſint apponendæ craticulæ vulgò Geloſia nuncupatæ proùt practicatum
7 fuit à *Rota in dicta Fundana Fabrica 2. Maij
1693. coràm R. P D. Molines.* Quia obiectum procederet ſi hæc Lodia eſſet nimis proxima domibus vicinorum proùt erat in caſu dictæ deciſionis, ſecùs verò in præſenti, quia agitur de Lodia valdè remota iuxtà obſeruantiam paſſim receptam in
8 alijs Monaſterijs tàm Vrbis, quàm aliarum Ciuitatum, quæ declarat etiam conſtitutionem Pontificum *Rota coràm Celſo deciſ. 7. num. 6. & in recent. deciſ. 266. num. 1. cum ſeq part. 15.*

Quo verò ad ſecundum dubium, an dictis
Patribus liceat retinere, & exercere Aro-
9 matariam, me remitto ad deciſionem poſt
hoc votum impreſſam in Barchinonen. Aromatariæ, in qua fuit latè diſcuſſa materia, de qua quæritur.

Et paritèr parum inſiſtendum putaui
in tertio dubio, an Patres Diſcalceati Stri-
10 ctioris Obſeruantia, ſeu Reformati Sancti
Franciſci debeant habere eamdem præcedentiam, quæ competit Fratribus de

Obſeruantia, cum caſus iam fuerit deciſus fauore Patruum Seriċtioris Obſeruantiæ in ſequenti deciſione emanata in *Hiſpalen. præcedentia 21. Aprilis 1690. coràm bo. me. Emerix.*

R. P. D. M A N V E L.

Barchinonen. Aromataria.

Vener. 2. Iunij 1690.

ORta contentione inter PP. Conuentus S. Catharinæ Martiris Ordinis S. Dominici Barchinonę, & Collegium Aromatariorum eiuſdem Ciuitatis ſuper vendi-
11 tionē Pharmacorū, quæ à prædictis Patribus palam fiebat, duo propoſita fuerunt dubia in Sac. Congregatione Concilij ſub die 12 Nouembris 1671. primum nempè. An prohibenda eſſet dd. Regularibus facultas exercendi publicè Aromatariam vniuerſaliter pro ſecularibus; Secundum an concedenda eſſet pro Religioſis, Pauperibus, & Benefactoribus; quibus quoad primum reſponſum fuit affirmatiuè, quoad ſecundum itidem affirmatiuè non ſolum pro prædictis, ſed etiam pro alijs dummodo vendunt iam parata bona fide, & non lucri cauſa; Quibus tamen reſcriptis emanatis paululum acquieuerunt Partes, quia noua inter eaſdem excitata fuit controuerſia ſuper illorum exequutione, pro qua cum ſententiam tulerit R. P. D. meus Caprara in Tribunali A. C. tunc Locumtenens fuit per appellationē cauſa ad Rotā deuoluta, in qua coràm bo. me. Rondinino propoſitum fuit dubium: quomodo decreta dictæ Sac. Cōgregationis ſint ſeruanda, & litteræ Apoſtolicæ exequendæ, ſed quia ob conceſſionem remiſſoriæ hoc non fuit reſolutum, ego hodie in locum dicti Defuncti Auditoris ſubrogatus, illud iterum propoſui reportata affirmatiua reſolutione iuxta hunc modum videlicet, quod remoueatur Aromataria à loco præſenti, & collocetur in ſecretiori loco Monaſterij, itaut non pateat aditus, niſi per portas interiores; & non poſſint vendi medicamina cum receptis medicorum, ſed tantum medicamina ad vſum generalem, & non niſi bona fide parata.

Fuit autem ita reſponſum, quia talis viſa fuit implicita intelligentia; quam præſeferunt relata decreta Sac. Congregationis, quæ hoc noſtrum Sac. Tribunal reuerenter veneratur: ex eorum quippe lectura deprehenditur aliud præ oculis EE. DD. nō extitiſſe niſi publico religioſorum mercimonio occurrere, & indiſtinctam venalitatem prohibere, quam expreſsè in omnibus artibus etiam ſecularibus Clericis vetant Canonicæ ſanctiones per *Text. in l. cap ſed nec 4. verſ. diſtrictius ne Cler. vel Monach. & in ſpecie de exercitio Aromataria decreuit Sac. Congregatio viſit. Apoſtolic. vt refert Peyrin. de ſubdit. regular tom 3. Pignattel conſ. 84. num. 26. lib. 5. Fagnan. in cap nimis prauam num. 59. de exceſſibus Prælator. Raynald oper. moral tom 20 in diſcep. de relig negotiat. § 8. de Cauſis Pharmacopol. Religioſ. per tot & præſertim num. 119. & ſeqq & clare diſponit Conſtitutio Sa. me. Vrbani VIII. 33 colum. penult. §. ad hac tollatur Bullar. non tom. 5.*

Hinc igitur primo ad tollendam publicitatem merito reſpondendum dictum fuit pro dicta remotione à loco, in quo nunc Aromataria dictus Cōuentus exiſtit, dum ex teſtibus formiter examinatis; & ex deſignatione ſitus oculariter exhibita in Typographica plāta, DD. certiores facti ſunt hanc Aromatariā eſſe publicè expoſitam, & eam vnicuique, & cuiuſcumq; ſexus patere liberum acceſſum, quod videtur repugnare intentioni Sac. Congreg. Concil.

Nec obſtat quod ex eadem plancta appareat Aromatariam ſitam eſſe in interiori parte magni Atrij, præcludentis aditum ad Eccleſiam, & Monaſterium, quia vt apertis verbis deponunt dd. teſtes ob anguſtiam viæ publicæ, quæ extat circa murum huius Atrij, & varia impedimenta, ex quibus eadem via impedita remanet, publicus, & communis tranſitus habetur per d. Atrium, per quod nedum homines, verum etiam Plauſtra, Rhedę, & alia Vehicula Ciuium traijciunt, quod ſufficit ad hoc vt locus dicatur publicus §. *conſequens Inſtit. de ſuppoſit. Tutor. & leg. 1. §. penult. ff. eodem.*

Quantum vero attinet ad ſecundam partem reſolutionis, quæ reſpicit venditionem medicaminum, moti pariter fuerunt DD. ex eodē fundamento vitandi publicum mercenarium in Religioſis à iuribus improbatum iuxta ſuperius allegata, & quamuis in prænotata reſolutione ſecundi

quæ.

quæſiti Sac. Congregatio Concilij videatur permittere præfatum exercitium non ſolum pro Religioſis pauperibus, & Benefactoribus, ſed etiam pro alijs, hæc tamen permiſſio ſtatim modificatur, & reſtringitur ex ſequentibus verbis nimirum, dummodo vendant iam parata bona fide, & non lucri Cauſa, quæ ſicuti qualificant totam præcedentem conceſſionem ad quam referuntur *l. 2. §. Filius ff. de lib. & poſth. l talis ſcriptura §. fin. de legat. 1. l. fin. ff de reb. dub. leg. 1. C. de liber pret. Caſanat. conſ. 53. num. 24. & ſeqq. Andreol. contr. 277. num. 10. & ſeqq. Rot. in Romana Dotis 13. Iunij 1663. §. & reſponſio coràm bon. mem. Albergato*, ſic etiam declarant modum, quo permiſſio intelligenda venit, eam vid. licet applicando ſolis medicaminibus, quæ continnò, & in promptu ſeruari ſolent in huiuſmodi Aromatarijs pro ſeruitio Religioſorum ipſius Conuentus pauperum, & Benefactorum, quæ idcirco dicuntur bona fide parata ex eo, quia iſta de nouo parare non debent mediante noua confectione, & mixtura à Medicis in eorum receptis demandata, in quo verè conſiſtit artificium, & quæſtus Pharmacopolæ à Religioſis minimè exercendum.

Atque hinc euitatur etiam præiudicium, quod dd. PP. opponebant ex quo plura medicamina ſeruando ſeruare non valeant, ſed alia recentiora ſemper in locum antiquiorum opus ſit ſubrogare, quia præſuppoſita prouiſione de ijs facta, iuxta probabilem indigentiam, ſeu neceſſitatem id, quod ſupererat reducitur ad quid minimum, vt teſtificant Aromatarij locorum piorum Vrbis *Summ. Aromatariorum num. 21.* quod propterea non eſt habendum in conſideratione, & in omnem caſum ex permiſſione venditionis faciendæ modo ſupra relato habent PP. facilem viam ſubſtituendi noua Pharmaca in locum venditorum, & vendendi ſucceſſiuè ea, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, vt de ſe patet.

Et ità vtraque &c.

REVERENDISS. D. EMERIX DECANO.

Hiſpalen. Præcedentiæ.

Ven. 21. Aprilis 1690.

Contendentibus Fratribus Ordinis S. Auguſtini quatuor Ciuitatem Prouinciæ Hiſpalen. videlicet Portus S. Mariæ, Xeres, Sanlucar, & Arcos vindicare ſibi præcedentiam in Proceſſionibus, alijſque pu-
12 blicis functionibus ſupra Fratres Diſcalceatos Strictioris Obſeruantiæ, ſeù Reformatos Ordinis Sancti Franciſci, quotieſcumque iſti non incedunt mixti, ſeù interpolati cum Fratribus de Obſeruantia, ſeù de Familia nuncupatis, inſtructaque deſuper lite coràm Prouiſore Hiſpalen. pronunciatum fuit, manutenendos eſſe Fratres Diſcalceatos in quaſi poſſeſſione præcedendi Fratribus Auguſtianis, ſolùm in caſu quò incedunt vniti, ſeù incorporati cum Fratribus Obſeruantibus. Sed Iudex Synodalis ab Eminentiſſimo Domino meo Cardinale Millino, tunc Hiſpaniarum Nuncio delegatus in gradu appellationis tulit ſententiam prioris reuocatoriam, deinceps ab eodemmet Eminentiſſimo D. Nuncio confirmatam, decernentem eiſdem Fratribus Diſcalceatis manutentionem etiam quando incedunt ſoli ſub propria Cruce. Vndè deuoluta tandem Cauſa ad Curiam, eaque mihi commiſſa, dedi dubium ſub die 2. Decembris anni proximè præteriti, *An præfatis Fratribus Diſcalceatis, accedentibus ad Proceſſiones, & alias functiones publicas ſolis ſub propria Cruce abſque Fratribus eiuſdem Ordinis nuncupatis de Obſeruantia, ſeù de Familia, competat præcedentia ſupra Fratres Sancti Auguſtini?* Et Domini, nulla tunc capta reſolutione, hodiè re meliùs enucleata, reſponderunt, *Præcedentiam competere Fratribus Diſcalceatis.*

Fundamentum reſolutionis conſtitutum fuit in Bulla ſa. me. Clementis VIII. *inter eius impreſſas 92. Bullar. nou. tom. 3.* per quam declaratum fuit Fratres Diſcalceatos profiteri eamdem Regulam, quam profitentur Fratres de Obſeruantia, ipſoſque eſſe veros filios, & indubitatos Fratres Ordinis Sancti Franciſci, ac potiri debere

vbique locorum; omnibus, & ſingulis gratijs, ac priuilegijs, & præſertim præcedentia in Proceſſionibus, alijſque actibus, tam publicis, quàm priuatis, proùt gaudent Fratres de Obſeruantia, addita clauſula ſublata, & decreto irritanti. Vndè cum certum ſit, quod in locis, de quibus agitur, Fratres de Obſeruantia in Proceſſionibus, alijſque publicis functionibus gaudent præcedentia ſupra Fratres Sancti Auguſtini, conſequens eſt, vt eadem gaudere debeant etiam Fratres Diſcalceati, non ſolùm in caſu, quò incedunt vniti, ſeù interpolati cum ipſis de Obſeruantia (qui hodiè non cadit in controuerſiam) verùm etiam in caſu, quò (proùt in dubio) incedunt ſoli ſub propria Cruce, nam in vtroque viget ratio præfata Bullæ, quod videlicet ipſi conſtituunt vnum, & identificum Ordinem Sancti Franciſci, ac proindè ſemper, & vbique debent locum eidem Ordini debitum occupare, ne aliàs contingat abſurdum, quod membra ſeparentur à corpore, ac vnus, & idem Ordo, modò vno, modò autem alio iure cenſeatur, vt in puncto perpenſo tenore ipſius Bullæ inter eoſdemmet Fratres decreuit Congregatio Sacrorum Rituum, ac Decreta huiuſmodi Sacræ Congregationis confirmauit, & approbauit, atque impoſterum ſeruari iuſſit ſa. me. Vrban. VIII. proùt liquet ex ipſiſmet Decretis, ac Breuibus exhibitis per Informantes.

Non obſtat, quod huiuſmodi Decreta, ac Breuia Apoſtolica fuerint per ſubſequens Breue ſan. mem. Innocentij X. reducta ad terminos Iuris, & Conſtitutionis per fælic. record. Gregorium XIII. æditæ ſuper præcedentijs in Proceſſionibus, quæ eſt *inter eius impreſſas* 84. *Bullar. non. tom.* 2. Siquidem Breue non fuit generaliter promulgatum pro quibuſcumque cauſis, ac locis, ſed particulariter pro cauſa loci de Vinaros, & alijs ſimilibus, vt clarè præſeferunt illius verba ibi -- *præfatas dicti Vrbani Prædeceſſoris litteras ad terminos iuris non ſolùm in præſenti, ſed etiam in quacumque ſimili cauſa tàm in dicto loco de Vinaros, quàm in alijs in ijſdem litteris contentis Apoſtolica auctoritate tenore præſentium reducimus, & vbique terrarum ſeruandam eſſe eamdem dicti Gregorij Prædeceſſoris Conſtitutionem declaramus, ſtatuimus, & ordinamus &c.* Quò fit vt cum ex deductis in poſitione ipſius cauſæ loci de Vinaros conſtet, quod in eo non aderant antiquiora Monaſteria Fratrum de Obſeruantia, ex quibus metiri poſſet præcedentiam Familia Diſcalceatorum, proùt extra controuerſiam adſunt in locis de quibus agitur. Decreta, ac Breuia de quibus ſupra, reſpectu huiuſmodi locorum perſeuerent in ſuo robore. Quod enim nõ mutatur quid ſtare prohibetur? vt inquit *Iuſtinian. in l. ſancimus 27. in princip. Cod. de Teſtam.*

Et nihilominùs præſcindendo etiam per modum diſcurſus à præallegatis Decretis, ac Breuibus Apoſtolicis, & procedendo cum reſcripto Gregorianæ Conſtitutionis, adhuc iſta perſpecta præcedentia debetur Fratribus Diſcalceatis. Conſtitutio ſiquidem mandat, præcedere debere primùm illos, qui reperiuntur in quaſi poſſeſſione præcedendi, ac deinceps eos, qui in locis habent antiquiores Conuentus, ſeù Monaſteria, horum autem vtrumque militat in hac hypotheſi fauore ipſorum Diſcalceatorum, nam quaſi poſſeſſio præcedendi in hoc ipſo caſu, quò contingat, illos incedere ſub propria Cruce abſque Fratribus de Obſeruantia probatur, tùm ex actibus poſſeſſorijs relatis in eorum *Summario præteritæ poſitionis num.* 4. & 6. Tùm etiam ex pluribus mandatis de manutenendo nuper obtentis à Iudicibus Nunciaturæ Hiſpanæ, *dicto Summario num.* 7. non attento contrario mandato de manutenendo vſque de anno 1637. relaxato fauore Fratrum Auguſtinianorum, ac depoſitionibus Teſtium datis in eorum *Summario num.* 4. & 5. quia mandatum fuit deindè per ſupradicta Decreta, ac Breuia Apoſtolica reuocatum, & depoſitiones Teſtium loquuntur de præcedentia in Concionibus, ac circulis diſputationum, non autem in Proceſſionibus de quibus eſt quæſtio.

Antiquioritas vero Conuentuum, ſeù Monaſteriorum in confeſſo èſt apud partes; Et parum refert, quod illa verificetur ſolum reſpectu Conuentuum, ſeù Monaſteriorum Fratrum de Obſeruantia, non autem reſpectu particularium Conuentuum Fratrum Diſcalceatorum. Quia quoties in locis exiſtunt plures eiuſdem Ordinis Conuentus diuerſis temporibus fundati, antiquioritas vnius influit, & communicat præcedentiam omnibus alijs

eiuſ-

Digitized by Google

eiuſdem Ordinis quomodolibet poſterioribus, vt expræſsè diſponit eadem Bulla ibi -- *Si contingerit noua Monaſteria, aut Domus alienius Ordinis Mendicantium in loco, in quo alterius Ordinis ex dd. Mendicantibus Monaſteria, aut Domus prius erecta, & inſtituta ſint, ille Ordo, qui prius Monaſterium, ſeù Domum in loco habuerit, præcedat*, & inhærendo illius diſpoſitioni tradunt *Card. de Luca de Praemin diſcurſ.* 25. *Lanuſc. in Theatr. Regular. verb. Præcedentia num.* 11. & 19. *in fine Nouar. in Summ. Bullar. Comment.* 96. *num.* 11. *Berdon. Oper. moral. in Theatr. Præcedent. num.* 478. ac reſpondit Sacra Rituum Congregatio in *Salernitana Præcedentiæ ſub die* 3. *Iunij* 1617. Et ſumma quidem ratione, nàm alias ſcinderetur vnitas Ordinis, ac non leuia ſcandala, & confuſiones orirentur in Populo, vt aduertit *Card. de Luca d. diſc.* 25. *de Præmin.*

Nec iuuat replicare, quod Papa in fine præfatæ Conſtitutionis declarauerit præſeruare Iura Fratrum Capuccinorum, incedentium ſub Cruce Fratrum de Obſeruantia ibi -- *Nolumus per præſentes &c. Fratribus Capuccinis nuncupatis, qui in Proceſſionibus publicis, ſub Conuentualium Sancti Franciſci, aut Minorum de Obſeruantia Fratrum nuncupatorum, Cruce, vt ſolent incedere poſſint, aliquod praiudicium generari &c.* & ſic contrarium videatur ſenſiſſe reſpectù eorumdemmet Fratrum incidentium ſub propria Cruce, quia vel id non pertinet ad rem noſtram ſtante diuerſitate inſtitutionis Ordinis, vel ſolum poteſt, ac debet intelligi in caſu, qui deinceps eueniſ, quò ſcilicet Fratres Capuccini, accedentibus etiam Fratribus de Obſeruantia, voluerunt erigere propriam Crucem, & ſic ex propria voluntate, ac facto conſtituere corpus diſtinctum, & ſeparatum à Fratribus Obſeruantibus. At in præſenti Fratres Diſcalceati, accedentibus Fratribus Obſeruantibus, profitentur non ſolum incedere velle ſub eorum Cruce, verum etiam mixti, & incorporati cum ipſis, prout adhæc vſque tempora inconcuſsè ſemper ſeruarunt; ac ſolum in caſu quò ipſimet Obſeruantes nollent, vel non poſſent interuenire, intelligunt erigere propriam Crucem, ac tenere locum ſupra Fratres alterius Ordinis, quem aliàs tenuiſſent, ſi ijdem Obſeruantes interueniſſent, quod planè videtur iuſtum, & rationabile, cum per non interuentum Fratrum de Obſeruantia, totus Ordo conſolidetur in ipſis interuenientibus, vt de Iurepatronatus reſidente penès plures patronos tradunt *gloſſ. & DD. in cap. primo de Iurepatr. Rota dec.* 388. *n.* 23. & 24. *coràm Bichio, & in Neapolitana Abbatia* 12. *Decemb. proximè præteriti* §. *Minus releuat coràm me.*

Neque applicabiles viſæ ſunt plures reſolutiones Sacræ Rituum Congregationis in oppoſitum cumulatæ. Nam Decretum in dicta Salernitana Præcedentiæ in fine vbi dicitur, ſeruandam eſſe anterioritatem fundationum, etiam inter eiuſdem Ordinis Monaſteria, debet intelligi, reſpectu Præcedentiæ inter Familias, ſeù Monaſteria eiuſdem Ordinis, non autem reſpectu præcedentiæ inter Familias, ſeù Monaſteria Ordinis diuerſi, nàm alias implicaret contradictionem cum præcedenti diſpoſitione, vt tradit *Nouar. in Summ. Bullar. Comment.* 96. *num.* 11. alia Decreta collecta per modern. *Salentin. conſult.* 19. *tom.* 4. loquuntur de Reformatis aliorum Ordinum, qui vel non recognoſcunt eumdem Superiorem cum Fratribus non Reformatis, prout recognoſcunt Obſeruantes, ac Diſcalceati, vel volunt erigere propriam Crucem, etiam in concurſu eorumdem non Reformatorum, vel demum carent antiquioribus Conuentibus Fratrum eiuſdem Ordinis non Reformati, vt videre eſt ex eorum lectura. Ac denique Decretum in *Cartaginen. Præcedentiæ* 17. *Iunij* 1689. prodijt inter Conuentus aliorum locorum, in quibus Fratres Diſcalceati non conſueuerant incedere in Proceſſionibus mixtim, ſeù interpolatè cum Fratribus Obſeruantibus, qui modus incedendi eſt ſignum omnimodæ vnionis, & incorporationis, nec fuerunt in eo caſu ſuppoſitæ Iudicio Eminentiſſimorum Patrum ponderationes, ſeù circumſtantiæ, ex quibus hodie compertum fuit, Breue ſan. mem. Innocentij X. non fuiſſe generaliter reductorium priorum Decretorum Sacræ Congregationis, ac Breuium ſan. mem. Vrbani VIII. ſed particulariter prò Cauſis, & locis, in quibus non aderant antiquiora Monaſteria Fratrum de Obſeruantia, vt conſtat ex poſitione ipſius Cauſæ data in hodierno Summario Fratrum Diſcalceatorum.

Et ità deciſum fuit vtraque &c.

AR-

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

QVando detur appellatio à denegata iuſtitia non elapſo biennio à die inchoati iudicij in cauſis tàm Ciuilibus, quàm Criminalibus agitatis in foro Epiſcopali.

SVMMARIVM.

Licet appellare à denegata iuſtitia num 1.

Declara quod in foro Eccleſiaſtico requiratur lapſus bienniј num. 2.

Imò non ſufficit lapſus bienniј ſtantibus legitimis impedimentis num. 3.

Amplia quod requirantur interpellationes num 4.

Amplia quod requirantur interpellationes cum præfixione noui termini num. 5.

Amplia quod interpellationes facta Anteceſſori non præiudicent ſucceſſori num 5.

VOTVM CXXV.

DVodecim delictis Inquiſitus fuit Nicolaus Sacerdos in Curia Epiſcopali Albinganenſi, & deindè ſpatio trium Menſium fuit in carceribus detentus, ac poſtea eidem præuia fideiuſſione Epiſcopus aſſignauit Ciuitatem prò carcere. Tam ratione faciendi probationes, quàm alijs legitimis impedimentis cauſa ſupradicti Inquiſiti ſpatio ſexdecim Menſium terminari non potuit, vndè antè aliquod Decretum appellauit à denegata iuſtitia præfatus Inquiſitus ad Curiam Archiepiſcopalem Ianuenſem, à qua non ſolum obtinuit inhibitionem, ſed vlteriùs remanſit liberatus. Propterea habito recurſu per Reuerendiſſimum Epiſcopum ad Sacram Congregationem Concilij fuit ab iſta declaratum, nullam fuiſſe appellationem, & cauſam ſpectare ad Epiſcopum.

Licèt enim detur appellatio à denegata
iuſtitia, ſi Iudex nimis cauſam protra-
1 hendo illam non terminet *Lotter. de re benefic. lib. 1. quæſt. 22. num. 83. Barboſ. de poteſt. Epiſcop. alleg. 81. num. 6. Oliua de for. Eccleſ. part. 2. quæſt. 44. num. 16. Scac. de appellat. quæſt. 3. ampl. 16.* Nihilominus
cum per Sacrum Concilium Tridentinum
2 fuerit aſſignatus terminus biennij Epiſco-
pis ad terminandas cauſas. Sequitur vt
dicto tempore non elapſo Epiſcopus non poſſit redargui de negligentia, & ideò non intrat appellatio à denegata iuſtitia *Scac. de appellat quæſt. 15. num. 277. Marcheſan. de commiſ. appellat. extrà Rom. Cur. part. 1. cap. 6. num. 127. cum ſeq. Ventrigl. de iur. Archiep. cap 112. num. 9.* Quæ concluſio procedit etiamſi reus detineretur mancipatus in carceribus *Genua in prax. cur. Arch. Neapol. cap. 88. numer. 4.* fortiùs in
3 præſenti in quo aderant legitima impedi-
menta, quibus ſtantibus nèc etiàm currere biennium firmarunt *Gennen. in prax. Cur. Archiep cap. 88. num. 5. Ventrigl. dict. cap. 112. num 9. Leo Theſaur. for. Eccleſ. part. 2. cap. 1. num. 72.*

Nec in hac materia agitur tàm prici-
4 pitantèr, ſed poſt elapſum biennium re-
quiruntur plures interpellationes, & de-
5 nunciationes, & quidem eidem Iudici,
cum non ſufficerent, ſi eſſent factæ Anteceſſori, etiàm cum præfixione noui termini ad cauſam terminandam *Ric. deciſ. cur. Archiep. 120. per tot. Marcheſan de commiſ. part. 2. §. 4. num. 54. & 55. & part. 1. cap. 6. num. 129. & 132. de commiſ. extr. Rom. Cur. Ventrigl. d. cap. 112 n. 9.* & ita reſolutum fuit à Sac. Congregatione Concilij in hac cauſa Albinganen. 28. *Nou.* 1693.

ARGVMENTVM.

IOcalia, gemmæ, & ſuppellectilia quando præſumantur adeſſe penes Vxorem, & declaratur deciſio Rotæ in Romana iocalium 14. Aprilis 1690. coràm Reuerendiſs. Vrſino.

SVMMARIVM.

Iocalia conſignata Vxori præſumuntur remanſiſſe penes eamdem vſque ad mortem Viri, & de eis tenetur reddere rationem nu. 1. 4. & 8.

Limita quando adſunt indicia in contrarium numer. 2.

Referuntur coniecturæ, & indicia num. 3.

Exiſtentia gemmarum penes Vxorem ex quibus probetur num. 5. 6. & 7.

Ratio eſt reddenda de bonis ſibi conſignatis numer. 9.

Mulier tenetur reddere rationem de iocalibus ſibi conſignatis etiàmſi de eius ordine alteri traditis num. 10.

In

In materia difficilis probationis admittuntur Teſtes etiàm cum exceptionibus num. 11.
Adminicula ſupplent defectus Teſtium num. 12.
Amicus præſumitur diligentèr exequi mandatum num 13.
Iocalia præſumuntur remanſiſſe apud Vxorem, ſi nullam emiſit lamentationem num. 14. & 15.
Bonus præſumitur ſempèr talis num 16.
Coniecturæ ſunt vnitim conſiderandæ num. 17.
Exiſtentia iocalium pænes Vxorem ex quibus non excludatur num. 18.

VOTVM CXXVI.

ADmittebam ego regulam, quod probata ſemel exiſtentia gemmarum, iocalium, & ſuppellectilium penes Vxorem præſumantur continuo remanſiſ-
1 ſe penes eamdem, itaut de eis rationem
reddere debeat *gloſ. in leg. ſi ego §. dotes autèm in verb. commiſsis ff de iur dot. cum alys cumulatis in Romana Iocalium* 14. *Aprilis* 1690. §. *euidens ratio coràm R. P. D. Vrſino*.
Sed dicebam regulam prædictam non procedere in noſtra controuerſia, quia exiſtentia gemmarum penes Mulierem fuit pro-
2 bata in initio matrimonij nempè de anno
1683. quæ non præſumitur continuata, quando adſunt indicia, & coniecturæ in contrarium *Rot. decis* 266. *num.* 11. *& decis.* 297 *nu.* 6. *& ſeq. par.* 6. *recent. & coràm Bich decis.* 292. *num.* 6.

Quod autèm in præſenti adſint vrgentiſſima indicia prò excludenda ſucceſſiua exiſtentia gemmarum penes Vxorem deſumitur ex atteſtatione iurata Reuerendi
3 Dominici Floriani, qui aſſeruit de anno
1691. maritum vendidiſſe omnes gemmas Vxoris, ac illarum pretio emiſſe prædium in Communi Quarti, proùt in effectu de eo tempore fuit facta emptio ſupradicti predij, quodque vlteriùs adminiculatur ex depoſitione Proxenetæ teſtantis de eo tempore, quamplurimas adhibuiſſe diligẽtias prò venditione dictarum gemmarum, licèt concludat contractum non habuiſſe effectum proptèr pretij diſcrepantiam, quibus additur depoſitio alterius teſtis deponentis ipſum aſportaſſe de ordine mariti dictas gemmas Venetias, ac illùc fuiſſe venditas Iſach Hebreo; quæ omnia in hac materia domeſtica, & difficilis probationis exuberant ad excludendam exiſtentiã gemmarum, vti relictis generalibus in puncto, & in fortioribus terminis firmauit *Rot. coràm Bichio decis.* 292. *num.* 6 vbi agebatur de ſola pragmatica prohibente vſum iocalium mulieribus, & de ſucceſſiua emptione prædij facta per maritum.

Quibus firmatis euidentèr apparet nullatenus applicari ſequentem deciſionem in Romana iocalium, quæ coràm me prò punctuali adducebatur, nàm in ipſa agebatur de exiſtentia gemmarum iàm probata penès Vxorem cum illarum ſucceſſiua retentione; quæ notabiles circumſtantiæ in præſenti deficiunt pròut ſupra probaui.

R. P. D. VRSINO.

Romana Iocalium.

Veneris 14. *Aprilis* 1690.

A Sententia R. P. D. Paracciani Iudicis ab A. C. deputati condemnante Dominam Marchioniſſam Mariam Tereſiam Lanciam ad reſtitutionem plurium argentorum, gemmarum, aliarumq; ſupellectilium in ea ſpecificatarum, vna cum proportionabili rata fructuum ſpectan. ad hæreditatem bo. mem. Marchionis Camilli de Maximis eius Viri; prouocauit ipſa D. Marchioniſſa ad Sac. Rotam, cauſaq; appellationis mihi in ſecunda inſtantia commiſſa, dubium de more dedi, an, & ad quæ teneatur, & DD. ad formam præfatæ Sententiæ eamdem D. Marchioniſsam teneri authumarunt.

Euidens ratio reſolutionis fuit præexiſtentia gemmarum, iocalium, & ſuppellectilium, de quibus agitur penès D. Marchioniſſam Lanciam, conſtante matrimonio non controuerſa, quæque ampliùs cõeludenter fuit ex parte hæredis probata; Tum ex præſumptione iuris, qua attenta gemmæ, & alia, quæ ad ornatum Vxoris inſeruire ſolent, cenſentur penès eam fuiſ-
4 ſe conſtante matrimonio, ipſoque ſoluto,
retenta, niſi contrarium probetur, iuxtà tradita per *gloſſ. in l. ſi ego §. Dotes autem in verb. cõmiſſ. ff. de iur. dot Fontanell. de pact. nuptial. tom.* 2. *clauſ.* 6. *gloſſ* 2 *par* 7. *nu.* 18. *& Rot. decis.* 225. *num* 15. *& ſeqq. par.* 6. *& decis.* 44. *à num.* 7. *vſque ad* 10. *par.* 9. *& decis.* 281. *num.* 8 *par.* 18 *recent. & decis* 131. *num.* 18 *& ſeq. coràm Bichio, & in Romana dotis, & fructuum* 22. *Maij* 1687. §. *Quibus omnibus coràm bo me. Rondinino*. Tum ex de-

Digitized by Google

depoſitionibus quinque Teſtium formitèr
5 deponentium de præexiſtentia dictarum rerum penès eamdem D. Marchioniſſam viuente viro, quæ in hac materia difficillimæ inueſtigationis plenè probant, tametſi aliquas patiantur exceptiones famulatus, & affectionis, attento ſcilicèt numero, & concurrentibus adminiculis, de quibus inferiùs, vt optimè firmauit *Rota in dicta Romana dotis, & fructuum* 28. *Iunij* 1680. §. *Verumtamen, & 26. Februarij* 1681. §. *Verum ſupradictis, &* § *Nec ad elidenda cum ſeq. coràm bo. me Cardinali Taya, & eadem die* 28. *Iunij* § *Sortem autem coràm Reuerendiſſimo D. meo Decano, & 12. Maij* 1687. §. *Imò ſi quæ apparens eorùm bo. me Rondinino.* Tum ex inuentario bonorum hæreditariorum cla. me. Cardinalis de Maximis, ex quo apparet notabilem quantitatem gemmarum, & ſuppellectilium pretioſorum perueniſſe ad Marchionem Camillum
6 virum dictæ D. Marchioniſſæ, earumque plura verſa deindè fuiſſe in ipſius vſum, & ornatum muliebrem, conſtat ex depoſitionibus aliorum Teſtium à dicto Marchione Camillo inductorũ de anno 1681. in Tribunali Theſaurarij Reuer. Cameræ: qui etſi fuerint examinati in cauſa diuerſa, & inter aliàs perſonas, eùm tamen depoſuerint longè ante præcogitatam, nedum motam hanc litem, releuans faciunt adminiculum ad conuincendam præexiſtentiam gemmarum penès dictam vxorem, vt probat *gloſ. in l. ſi duo Domini in princip. verb. habituram ff. de iureiur. & Rot. deciſ.* 62. *num.* 4 *lib.* 2 *coràm Put. & deciſ.* 488. *num.* 3. *coràm Buratt.* Tum demùm ex quo in confectione inuentarij bonorum hæreditariorum Marchionis Camilli per D. Marchioniſſam Iuliam illius hæredem, & filiam ſolemniter facta, citata ipſa D. Marchioniſſa Lancia, nulla iocalia, nul-
7 læ gemmæ, quibus abundabat familia iſta de Maximis deſcripta fuerunt; Ex hoc enim vrgens exoriri adminiculum contra vxorem, in his terminis aduertit *Rota in dicta Romana dotis, & fructuum* 28. *Iunij* 1680. § *Quapropter, & 26. Februarij* 1681. §. *Quia verum coràm bo. me. Cardinali Taya, & in altera coràm Reuerendiſſ. D. meo Emerix* §. *Sortem autem, & 5. Maij* 1683. §. *Vrgens pariter coràm Cardinali Matthæio, & in poſtrema* 12. *Maij* 1687. §. *Inter coniecturas coràm bo. me. Rondinino.*

Data autem ex his præexiſtentia gemmarum, & iocalium penès D. Marchioniſ-
8 ſam Lanciam conſtante matrimonio, apud eamdem remanſiſſe cenſentur poſt obitum viri, & conſequenter dicta D. Marchioniſſa tenetur de illis rationem reddere hæredi, eaque reſtituere, ſiue exhibere, vt decìſum teſtatur à Senatu Cataloniæ. *Fontanell. de pact. nuptial. tom.* 2. *clauſ.* 6. *gloſ.* 2. *part* 7. *num.* 18. *& Rot. deciſ.* 225. *num.* 15. *&* 16. *par.* 6. *& deciſ.* 44. *n.* 10. *par.* 9. *rec.*

Et quamuis ex ſerie facti conſtet, quod ipſa D. Marchioniſſa Lancia audito infauſto Nuncio deſperatæ ſalutis Marchionis Camilli eius viri, è Ciuitate Neapolis repentè, & ex abrupto diſceſſerit verſus Caſtrum Arcis Siccæ, vbi ille ægrotabat, nilque ſecum aſportauerit, ſed omnia iocalia, & argenta, vnà cum mobilibus, &
9 ſuppellectilibus reliquerit in domo viri ſub cuſtodia Stephani Maccij Praefecti Domus, ſiue familiaris eiuſdem viri: indeque inferatur iſtum, non autem illam teneri ad redditionem rationis rerum hæreditariarum deficientium ex *Text. in l prima* §. *officio ff. de tutel. & rat. diſtrahend.* & ex traditis per *Munoz. de ratiocin. cap.* 1. *num.* 5. *& cap* 3. *num.* 1. *& ſeqq. Altograd. conſ.* 21. *num.* 2. *&* 3. *lib.* 1 *Gob conſult.* 7. *num.* 24. *& ſeqq & Rota deciſ.* 436. *num.* 4. *& ſeqq. part* 9. *& deciſ.* 349 *num.* 2. *&* 3. *par.* 15. *& deciſ.* 32. *num.* 1 *&* 4. *par.* 19. *recent.*

Nihilominùs quia in facto paritèr conſtitit dicta iocalia, & ſuppellectilia fuiſſe per Stephanum Maccium de ordine, &
10 mandato ipſius D. Marchioniſſæ conſignata D. Ioſepho de Aghir; intrat de plano iuris diſpoſitio, quod ipſa teneatur ad reſtitutionem, ſiue ea rehabita fuerint, ſiue etiam deperdita, ex firmatis per *Rot. in Ciuitatis Caſtellana manutentionis* 27. *Iunij* 1672. §. *Porrò in fine coràm cla. me. Card. Taya.*

Huiuſmodi autem ordo, ſicut mandatum D. Marchioniſſæ, & ſubſequuta in illius vim gemmarum conſignatio remanent hic concludenter iuſtificata ex depoſitionibus quatuor Teſtium, qui ſunt conteſtes de loco, & de tempore, quando ſcilicet D. Marchioniſſa dedit ordinem, vt om-
11 nia argenta, & iocalia conſignarentur eidem D. Ioſepho de Aghir, & concorditer etiam deponunt de immediata conſignatione, vt conſtat ex *Summario Actricis num.* 8.

num. 8. Neque co: um dicta deſtruuntur ex contrarijs exceptionibus, aduerſus illorum perſonas propoſitis; nam cum agatur de re geſta inter domeſticos parietes, ſicque difficilis probationis, in qua regulariter nõ interſunt, niſi domeſtici, & familiares; exceptiones ex iſto, vel alio ſimili capite non adimunt illis fidem; cùm in hoc caſu ius leuioribus, ac minùs rigoroſis contentetur probationibus, & admittat Teſtes aliquas etiam patientes exceptiones, ex notatis per *Bartol. in l. ſi quis ex Argentarijs §. penul. ff. de edend. & Rota coram Pamphil. deciſ. 166. num. 7. & deciſ. 369. num. 11. part. 19. recent.* & optimè *in Romana dotis, & fructuum 5. Maij 1683. §. Omiſſa namque verſ. quorum Teſtium coràm Cardinali Matthaio.*

Minuſque obſtat, quod duo ex dictis Teſtibus vltrà exceptionem familiaritatis, habeant intereſſe in cauſa, & deponant; Alter nempè Stephanus Maccius ad ſe exonerandum à reſtitutione gemmarum, & iocalium, quæ ſub eius cuſtodia remanſerunt; Alter autem Ioannes, ſcilicet Antonius Maccius dicti Stephani pater ad exonerationem proprij filij: Tum quia nõ ſumus verè in exoneratione propria ipſius Teſtis, dum non probatur Stephanum fuiſſe Præfectum Domus, nec vnquam habuiſſe controuerſa iocalia ſub eius cuſtodia, de quibus rationem reddere teneatur, ſed verſamur veriùs in exequutione mandati, ſibi commiſſi de conſignando dicto D. Ioſepho de Aghir controuerſa iocalia relicta in ea parte Domus, in qua aſſeruari ſolebant; in quibus terminis Teſtis non dicitur deponere ad ſui exonerationem, ſed potiùs de facto proprio, ſecundùm notata per *Farinac. de Teſtib. quaſt. 60. num. 26. cum alijs ibi allegatis*; Tum quia vltrà præfatos duos Teſtes adſunt totidem alij, nempè tertius, & quartus, qui nec ſunt familiares, neque aliquod habent intereſſe, & maximè Tertius eſt primariæ Nobilitatis de Domo Carafa; ex quibus, cum aliorum duorũ fides coadiuuetur, omneſque inſimul, & ad inuicẽ adminiculentur, & deponant de auditu ab ipſa D. Marchioniſſa, quod ad ordinẽ conſignandi, & de viſu quoad ſubſequutam conſignationem immediatam, & ſint numero plures plenè probant, vt aliàs dixit *Rota in deciſ. 143. num. 12. coràm Buratt.* & in his terminis *in ſæpè citata Romana dotis, & fructuũ 28. Iunij 1680. §. Verumtamen coràm cla. me. Cardinali Taja, & 12. Maij 1687. §. Imò ſi qua apparent coràm bo. me. Rondinino.*

Potiſſimum cum eorumdem depoſitiones verificentur ex pluribus adminiculis, & veriſimilitudinibus mandatum, & ordinem prædictum D. Marchioniſſæ ſua-
12 dentibus, quæ perſonas, & dicta Teſtium à contrarijs exceptionibus, quibus illi redarguuntur, vindicant, & defectus omninò ſupplent, quemamdodum aduertit *Rot. in deciſ. 135. num. 6. coràm Pamphil. & in praallegata Romana Dotis 28. Iunij 1680. §. Sortem autem verſus finem coram Reuerendiſs. D. meo Decano, & 5. Maij 1685. §. Eoque magis verſ. qua certiora redduntur coram Card. Matthaio.*

Adminicula autem ſunt vrgentiſſima, illorumque primum reſultat ex reſponſione ab ipſa D. Marchioniſſa Lancia data poſitionibus, in quibus faſſa fuit Maccium conſignaſſe nonnulla argenta eidem D. Ioſepho de Aghir per hæc verba præciſa: *Crede di alcuni Tondini laſciati in mano del Sig. D. Gioſeppe d'Aghir datigli dal Sig. Macci, e ſtanno per ſicurezza di eſſa Signora riſpondente, e di chi hà preſtati alcuni danari al Sig. Marcheſe Camillo.* Ex quibus cum verificetur depoſitio Teſtium in notabili quãtitate circa conſignationem poſitiuam argentorum, & iocalium, validiſſimum exoritur argumentum ſuadens veritatem totius depoſitionis, etiam quoad reliqua: maximè cum ex verbis illis: *Stanno per ſicurezza di eſſa Signora riſpondente*; verificetur vel ordo præcedens conſignationem, vel ſaltem ſubſequuta approbatio conſignationis, tamquam reſpicientis proprium intereſſe, & cauthelam ipſius D. Marchioniſſæ ad tradita per *Manſ. conſul. 11. n. 116.* ibique concordan.

Secundum depromitur, ex quo dictus ordo eſt valde probabilis, & veriſimilis; Cum enim dicta Marchioniſſa Lancia è Ciuitate Neapolis diſcedens, ibique reliquerit argenta, iocalia, & ſuppellectilia pretioſa ſine Cuſtodia in Domo Viri defuncti apud familiam, quæ ſtatim pariter erat diſceſſura, credi veriſimiliter debet, quod ordinem dederit vt dicta argenta, & gemmæ, quæ ſunt pretioſiores conſignarentur D. Ioſepho de Aghir, qui ex fauore cl. me. Marchionis del Carpio tunc Pro-

regis Neapolitani, cuius erat intimus familiaris, Vir erat in illa Ciuitate præpotens, atque defuncti D. Marchionis Camilli, & D. Marchioniſſæ Amicus familiaris, vt colligitur ex reſponſionibus ab iſta datis poſitionibus, & præſertim poſitioni 70. & vlterius clarè comprobat Epiſtola D. Marchionis Lanciæ Fratris directa Ioanni Antonio Maccio Auditori Marchionis Camilli data in *Summar. Actricis num.* 14. ibi -- *E ſe le robbe di Napoli non ſono partite, ſaria bene che ſi traſportaſſero ſotto la protettione del Sig. D. Gioſeppe d'Aghir, che lui ſi prenderà la cura di inuiarle à ſuo tempo.* Ex hac enim veriſimilitudine, ſiue probabilitate efficax naſcitur coniectura manda-
13 ti, quodque ab amico ſimilis præpotentiæ, & auctoritatis illius fines, non fuerint neglecti, ſed ad vnguem ſeruati, *Dec. conſ.* 36. *num.* 8. *Gozzadin. conſ.* 11. *num.* 5. *&* 13 *Mantic. de tacit. lib.* 7. *tit.* 6. *num.* 2. *Caſar. de Graff. deciſ.* 2. *de reb. Eccleſ. non alienand. & Mart. Medic. examinat. Senen.* 35. *num.* 103.

Tertium conijciendi locū ſimiliter præbet, quod D. Marchioniſſa mediante opera, & exequutione dicti Stephani Maccij rehabuit nedum omnia mobilia, & ſuppellectilia onerata ſuper Cymbam, ſed etiam Equos, Rhedam, & alia de quibus in poſitionibus, & reſponſionibus *in d. Summ. numer.* 4. & quod plus eſt recepit nonnulla argenta, nec non plura iocalia, & ſuppellectilia, quæ in poſitionibus præſuppoſita ipſius propria, quæque inter alias gemmas fuerunt in diſceſſu relicta in Domo Neapolis; Vnde ſicuti D. Marchioniſſa omnem adhibuit diligentiam ad conſequendam reſtitutionem rerum minoris pretij; Ita eamdem, imo maiorem adhibuiſſe ſedulitatem dicendum omninò eſt quoad gemmas, & iocalia magis pretioſa; Creſcitque argumenti robur, ex quo per ſpatium 30. menſium, & vltra illa nullas emiſit lamentationes, ſiue conquæſtiones de non ſequuta conſignatione, ſiue reſtitutione earundem gemmmarum, nec aduerſus Maccium, neque etiam aduerſus
14 D. Ioſephum de Aghir, quas vtique non prætermiſiſſet, ſi dicta iocalia non fuiſſent conſignata de ipſius mandato D. Ioſepho de Aghir, vel ad ipſam directè, vel indirectè nequaquam reuerſa per eamdem viā, qua reſtituta fuerunt argenta, & alia, de quibus ſuperius dictum fuit, ſecundum ea, quæ à contrario ſenſu traduntur per *Grat. conſ.* 95. *num.* 12. *verſ. Præmittitur autem, Pariſ. conſ.* 156. *num.* 35. *verſ. Aliud inditium lib.* 4. *& Farinac. de Inquiſit. quæſt.* 2. *num.* 17.

Eoque magis dum dicta D. Marchioniſſa poſt mortem Viri remanſit cum Ventre prægnante, cuius deinde ſequutus fuit abortus; adeoque tam ex obligatione iu-
15 ſtitiæ, quam ex motiuo charitatis tenebatur omnem adhibere conatum pro recuperandis iocalibus hæreditarijs magni valoris, in quibus vel ſucceſſurum ſperabat partum Poſthumum, ſub propria Tutela victurum, vel etiam ſe ipſam quatenus dictus Partus prædeceſſiſſet.

Quartum denique argumentum promanat, ex quo Maccius, in cuius cuſtodia præſupponuntur remanſiſſe dictas gemmas, fuit ſemper familiaris bonæ, ac probatæ fidei tam in præteritum, quam reſpectu integræ conſignationis mobilium, & ſuppellectilium è Ciuitate Neapolitana hic
16 tranſmiſſarum; neque vlla nota Epiſtola, aut coniectura in contrarium affertur ſuadens eumdem vafrum, ſubdolum, aut infidelem euaſiſſe in exequenda voluntate D. Marchioniſſæ circa conſignationem gemmarum, quibus in contrarium deficientibus facilius intrat præſumptio, quod ipſe cum eadem fidelitate exequutus fuerit ordinem, & mandatum D. Marchioniſſæ ex tradit. per *Menoch. de præſumption. lib.* 2. *præſumpt.* 33. *in fin. & Mart. Medic. examinat. Senen.* 35. *num.* 12.

Quæ quidem omnes coniecturæ, & probabilitates inſimul vnitæ, tametſi ex naturali diſcurſu, & ex hominis ſenſu dedu-
17 cantur non ſunt tamen inæqualis virtutis, ac roboris, quam præſumptiones, & coniecturæ iuris; atque ex his benè ſequi poteſt ſententia condemnatoria ad *Text. in cap. afferte mihi gladium de præſumpt. Maſcard. de probat. concl.* 1126 *num.* 6. *& Rota deciſ.* 29. *per tot. apud conſil. Farinac. vol.* 1. & latè *Oſaſch. deciſ. Pedemont.* 42. *num.* 2.

Quibus ſic poſitis non aduerſantur tres inueriſimilitudines, ſiuè coniecturæ in contrarium adductæ ad excludendam cōſignationem dictorum iocalium, vt ſupra factam de mandato D. Marchioniſſæ Lanciæ D. Ioſepho de Aghir; Etenim prior deſum-
18 pta, ex quo Stephanus Maccius nullum repor-

reportauerit recapitum, ſiue receputam à dicto Don Ioſepho, futilis omninò detegitur, attenta, & ponderata qualitate, & auctoritate perſonæ, cui conſignatio facta fuit; necnon confidentia, & familiaritate, quæ intercedebat inter eumdem, & q. Marchionem Camillum, D. Marchioniſſam, eiuſque Fratrem D. Marchionem Lanciã ob quam, ſicuti reportata non fuit quietautia de alijs mobilibus, argentis, & ſuppellectilibus, de quibus dicta D. Marchioniſſa nunquam conquæſta eſt non recepiſſe; ita ceſſat exagerata inueriſimilitudo conſignationis Iocaliũ abſq; receputa.

Minus vrget altera ex eo deducta, quod D. Marchioniſſa Iuliæ de Maximis filia, & hæres q. Marchionis Camilli, non neglexiſſet huiuſmodi gemmas, & iocalia petere, ſiue recuperare per ſpatium 30. menſium, & vltra, niſi illa rehabuiſſet à Stephano Maccio, quem vna cum Ioanne Antonio eius Patre ſtatim poſt apertam ſucceſſionem paternam ad ſui ſeruitium recepit: Quoniam hæc dilatio, ſeu negligentia petendi proceſſit ex iuſta credulitate, quam habuit, quod D. Marchioniſſa Lancia d. iocalia retinere voluiſſet in cauſam ſui crediti dotalis; ideoque ſtatim ac iſta petijt reſtitutionem ſuę Dotis D. Marchioniſſa Iulia oppoſuit reſtitutionem earumdem rerum.

Neque plus demum valet poſtrema, quod ſcilicet D. Marchioniſſa Iulia non neglexiſſet dicta Iocalia repetere à Don Ioſepho de Aghir, vel de tempore, quo moram traxit Neapoli, vel quo acceſſit ad Vrbem: Nam cum huic ea conſignatã non fuiſſent de mandato D. Marchioniſſæ Iuliæ, inanis fuiſſet petitio, cum ille non teneretur ea reddere, & reſtituere niſi illi, qui conſignationem demandauit.

Et ita vtraque &c.

ARGVMENTVM.

ECcleſia quando teneatur inueſtire vltimi Emphyteute proximiorẽ, & hæredem finita emphyteuſi.

SVMMARIVM.

Eccleſia tenetur concedere nouã inueſtituram hæredi vltimi emphyteutæ finita emphyteuſi n. 1.

Limita num. 2. 3. 4. 5. 6. 8. & 9.

VOTVM CXXVII.

DEnegandam eſſe cenſui nouam inueſtituram Dominico Zeffirino in bonis emphyteuticis non obſtante, quod ipſe eſſet proximior, & hæres vltimi Inueſtiti, ad cuius fauorem renouationem
1 concedendam eſſe ex æquitate firmat *Bart. in leg. 1. §. permittimus ff. de acq. quotid. & eſtin. quem communitèr ſequuntur Gabriel. de iur. emph. concluſ 1. num 14. Gratian. diſcept. 477. num. 17. Mareſcott. variar reſolut. lib. 1. cap. 3 num. 6. Rot. deciſ. 11. num. 5. part. 2. & deciſ. 46. num. 13. part. 10.* itaùt ſi ea denegari contigerit liceat appellare tamquàm à grauamine, & Iudex appellationis compellere teneatur Dominum directum ad illam concedendam *Alex. in leg. ſi mihi, & Titio ff. de verbor. oblig Iaſon conſ. 227. num. 20. lib. 2. Gennen. practicab. Eccleſ. quæſt. 78. num. 1. & ſeq Mantic. de tac. lib 22. tit. 35. num. 1. Rot. coràm Seraph. deciſ. 610. num. 1.*

Quoniam obiectum non procedit, quan-
2 do Eccleſia Domina directa iam terminata emphyteuſi bona prò ſe retinere intendit *Tancredin. conſ. 53. num. 40. Valaſc. de iur. emphyt quæſt. 2. num. 7. Afflict. deciſ. 238. num. 3. Gizzarel. deciſ. 6. num. 13. Rot. coràm Cerro deciſ. 701. num. 4. & deciſ. 56. num 1. part. 15. recent.* Nulla ſiqui-
3 dem æquitatis ratio patitur, quod de proprio alteri beneficium conferatur, cum ordinata Charitas ſemetipſum primum reſpiciat *l. præſes C. de ſeruit. Abb. in cap. benè in 2 notabili num. 28 in verſ. hoc dictum de poſtulat Prælat. Ruin. conſ. 152. num. 3. Trentacinq. var. reſol. lib 3. tit. 1. reſol. 5. num 7. Rot. coràm Bich. deciſ. 402. num. 17. & deciſ. 201 num. 15. part. 7. recent. & in Romana renouationis Inueſtituræ 20. Aprilis 1693. §. veriùm coràm bon. mem. Benincaſa.*

Nec turbat, quod agatur de bonis, dili-
4 gentia, & induſtria Emphyteutæ melioratis, quo caſu concedi debet renouatio fauore illius hæredum, ne lugeant amiſiſſe fructuum laborum ſuorum *Ber. conſ. 98. num. 14. lib. 1. Cæphal. conſ. 463. num. 26. Gratian. diſcept. 813. num. 38. Sanfelic. deciſ. 109. num 6. Rot. coràm Mantic. deciſ. 17. num. 3. & deciſ. 11. num. 5. part. 2. recent.* etiamſi Eccleſia alienare nequeat, abſque iuſta cauſa, & ſolemnitate, vt di-

ctum fuit in vna *Peruſina bonorum corâm Meltio 9. Martij 1653. §. Præterea.*

Quia hæc regula limitatur ſtante pa-
5 cto, quod melioramenta cenſeantur remiſſa, quo caſu Dominus directus poteſt illa prò ſe retinere, & conſeruare *Caſtren. conſ. 189. circa fin. lib. 2. Menoch. de recup. remed. 5. num. 504. Rot corâm Duran. deciſ. 329. num. 6. corâm Coccin. dec. 2311. num. 14. & deciſ. 115. nu 11. part. 12. rec.* ratio eſt, quia in hoc caſu non excluditur emphyteuta à fructu laboris ſui per Dominum, ſed ex pacto, & ſic ex proprio conſenſu *Fulgin. de iur. emphyt. tit. de renunc. quaſt. 1. num. 24. Pacion. de locat. cap. 62. num. 21. Rota corâm Dunoz. Iun. deciſ. 498. num. 8. & corâm Vbago deciſ. 37. numer. 15. & ſeq.*

Et paritèr non releuat, quod remiſſio
6 melioramentorum conuenta ſit tantum in caſu caducitatis incurſæ ob non ſolutos canones, quia contrarium apparet ex lectura Inſtrumenti ibi -- *finita locatione, & emphyteuſi melioramenta ad quamcumq; ſummam aſcendant cedere debeant vtilitati Eccleſia*, vti in his terminis conſideratur per *Rotam in deciſ. 1496. num. 5. corâm Seraph. & in Romana renouationis Inueſtitura 20. Aprilis 1693. corâm bo. me. Beninecaſa §. nonſubſiſtente.*

Eiuſdem irreleuantiæ eſt alterum obie-
7 ctum deſumptum ex Statuto diſponente, eſſe concedendas renouationes emphyteuſis ad fauorem proximiorum, quia cum ſtatuentes nullis vſi ſunt verbis, denotantibus comprehenſionem Eccleſiæ præſumi ſempèr debet eam ſub exceptione reliquiſſe *Adden. ad Buratt. decis 880. num. 6. Rot. poſt Pich. ad Statut. Vrbis deciſ. 8. per tot corâm Penting. deciſ. 280. num. 20. & ſequen. & corâm Bich. deciſ. 401. num. 14. & decis 38. num. 29. part. 9. recent. & in dicta Romana §. hinc parum.*

8 Perperam etiâm recurritur ad prætenſam conſuetudinem Eccleſiæ circà renouationem emphyteuſis, quia non ſufficit probatio, quod fuerit ſolita concedere nouas inueſtituras, niſi concludatur, quod non potuerit prò ſe retinere, cum non releuet id, quod ſpontè conceſſit *Fulgin. de renouat. quaſt. 1. num. 29. Rot. corâm Mantic. deciſ. 10. num. 10. & corâm Dunoz. Iun. deciſ. 498. num. 34. & proſequitur in dicta Romana §. multoque minus.*

9 Demùm idem dicendum eſt de conuentione, ſeù pacto de renouando emphyteuſim de 29. in 29 annos, quia cum non extendatur niſi ad tertiam generationem ſequitur, vt non poſſit habere locum deſectis perſonis Inueſtitis *leg. ſi vnus §. antè omnia ff. de pact. l. ſi ità ſtipulatus §. Griſogonus in fin. ff. de verb. oblig. Bald. in cap. 1. in princ. num. 9. de fæud. cogn. quem ſequitur Genuen. practicab. Eccleſ. quaſt. 69. in fin. Rot. corâm Cerro deciſ. 358. num. 20. & in dicta Romana §. & tandèm.*

ARGVMENTVM.

Quomodo ſit cogendus, qui fidem datam in ſponſalibus adimplere recuſat. Refectio expenſarum an, & quando debeat practicari, quando ab vno fuit receſſum à ſponſalibus.

SVMMARIVM.

Recedens à ſponſalibus non tenetur ad aliquam pœnam pecuniariam num. 1.

Recuſans adimplere ſponſalia quomodo ſit cogendus num. 2.

Quid quando adſit cânonicum impedimentum num. 3.

Obtenta diſpenſatione requiritur nouus conſenſus in ſponſalibus num. 4.

Refectio expenſarum quando ſit practicanda contrà illum, qui recuſat adimplere ſponſalia n. 5.

In ſponſalibus quando dicatur conſenſus contemporaneus num. 6.

VOTVM CXXVIII.

Contraxit Domina Clara ſponſalia per verba de futuro cum Giſberto de Tanis, qui immemor fidei iàm datæ per verba de præſenti corâm Parocho, & Teſtibus Matrimonium iniuit cum Franciſca Pina, vndè D. Clara iàm deluſa introduxit corâm me iudicium contrà Giſbertum prò refectione expenſarum, ab eadem factarum prò obtinenda diſpenſatione Apoſtolica prò Matrimonio contrahendo, dùm intèr ipſam, & præfatum Giſbertum aderat impedimentum in quarto gradu conſanguinitatis.

Scribentes enim prò Giſberto deduce-
1 bant non eſſe locum refectioni expenſarum,

rum, cum recedens à ſponſalibus non de-
beat ſubire aliquam pœnam pecunia-
riam, ſiuè conuentam intèr partes, ſiuè à
Iudice imponendam *Text. in leg. Mulier*
C. de ſponſal. & cap. Gemma eodem tit. Abb.
in conſ. 49. *in fin. lib.* 1. *Vermigliol. conſ.*
372 *num* 22. *Boſſ. de Matrim. cap.* 11. *nu.*
454. *& ſeqq. & num.* 432. *Bonden. collect.*
legal. 7. *num.* 14. *&* 17. *cum alijs, quos re-*
cenſuit Rota in Vladislauien. Sponſalium im-
preſſa in recent. deciſ. 142. *num.* 6. *& ſeqq.*
part. 15. *confirmata* 28. *Iunij* 1669. *coràm*
bo. me. Beuilacqua, & in Colonien. Matrimo-
nij 11. *Martij* 1686. *coràm bo. me. Beninca-*
ſa §. *etenim.*

Fortiùs quia in præſenti non deerant
2 opportuna remedia, vt fides data adim-
pleretur, vti in ſpecie de cenſuris firmatur
per *capit ex litteris il ſecondo, & cap. requi-*
ſiuit de ſponſ. Sanchez de Matrim diſput 29.
ſub num. 4. *lib.* 1. *Boſſ. eodem tract. cap* 11.
ex num 35 *Tondut. quæſt Canon.* 55. *num.*
20. *tom* 1. *Thomat. deciſion. Maceraten.* 4.
num. 3. *& ſeqq Rot coràm Seraph. dec.* 1112.
num. 1. *&* 2. *& coràm Caualer. deciſ* 415.
num. 1. *& deciſ.* 421. *num.* 2. *& deciſ.* 526.
num. 1. quod ſine vllo diſcrimine admit-
tunt præcitati Doctores, & Rota, ſiuè
ſponſalia ſint iurata, ſiuè non; Licèt ſi
iuramentum deficiat leuior cauſa ſufficere
poſſet, vt Eccleſia mitiùs agat, & vice coa-
ctionis ſolùm prò reatu violatæ fidei pœ-
nitentiam iniungat ad formam *Text. in*
cap. ſi intèr Virum 31. *de ſponſ. & in cap.* 1.
de ſponſ. duorum Abbas in dicto cap. requiſi-
uit in fine de ſponſ. Franch Marc. deciſ. 744.
num. 4. *tom.* 2. *Rot. coràm Caual. deciſ* 447.
& deciſ. 468. *num* 3. *& coràm Pænia deciſ.*
517. *num.* 7. *iuxtà Lugdunen. impreſſ.*

Tantò magìs quia aderat canonicum
3 impedimentum conſanguinitatis, & per
conſequens promiſſio vſque ab initio fuit
inualida *cap. non debet de conſanguin. & af-*
fin. Clem. Vnica vbi Gloſſ. eodem titulo, ea ra-
tione quià contrahentes in hoc caſu non
4 eſſent cogendi ad diſpenſationem obti-
nendam, iuxtà inconcuſſam Rotæ ſenten-
tiam, de qua in *deciſ.* 107. *num.* 4. *poſt pri-*
mum tom. Conſil. Farinac. & latiùs in deciſ.
2222. *ex num.* 17. *vſque ad* 37. *coràm Coc-*
cin. imò etiàm obtenta diſpenſatione re-
quirebatur nouus conſenſus *Guttier. canon.*
quæſt. cap. 22. *num.* 18. *lib.* 1. *Vrſell. con-*
cluſ. 85. *num.* 245. *Conciol. alleg.* 19. *num.*
16. *& ſeqq. Card. de Luca de dot diſc.* 79.
num. 9. *Adden. ad Pamphil. deciſ.* 96. *ſub*
num. 12. *&* 13. *Rot. deciſ.* 107. *num.* 1. *&*
per tot. part. 8. *& deciſ.* 227. *num.* 21. *&* 22.
part. 12. *recent. & coràm Cerro deciſ.* 785.
num. 5. *&* 6. *& in dicta Colonien.* §. *fortiùs.*

5 His tamèn non obſtantibus contraria
mihi placuit opinio, quià regula eſt certa,
quod pœna pecuniaria ob fidem non ſer-
uatam non ſit ſoluenda à recedenti à ſpon-
ſalibus, etiamſi eſſet intèr contrahentes
conuenta, vti ſuprà fuit probatum; ſed
etiàm certum eſt dictam regulam limitari,
quando recedens à ſponſalibus conueni-
tur, vt reficiat damna ob fidem non ſer-
uatam, hoc caſu omnis æquitas poſtulat,
vt fidei violator teneatur reficere expen-
ſas, & ità diſtinguendo firmant *Barboſ. in*
dicto cap gemma de ſponſalibus num. 9. *&* 10.
Maceraten. var. reſol. cap. 2. *ſub num.* 14.
lib. 1. *Sanchez de Matrim lib.* 1. *diſput.* 30.
ex num. 14 *Peret. eodem tract. diſput. ſect.* 1.
in princip. & num. 7. *in fin. Caſtropal. oper.*
moral. tom. 3. *diſput* 11. *punct* 9. *ſub num.*
11. *& Rot. in dicta Colonien. Matrim.* 5. *Iu-*
lij 1688. §. *neque Articulorum coràm bo. me.*
Benincaſa, præſertim quia pactum obti-
nendi diſpenſationem aderat in ipſa apo-
cha ſponſalium, & ideò eſſet nimis ab
æquitate alienum, vt Sponſa ex propria
diligentia, & adimplemento fidei dam-
num reciperet, prout conſideratum fuit
per *Rot. in dicta Colonien. Matrimonij* 5. *Iu-*
lij 1688. *coràm bo me Benincaſa* §. *neque Ar-*
ticulorum, & §. *quoniam.*

Et demùm non aduerſatur, quod ſupra-
6 dicta ſponſalia fuerint inualida ex defe-
ctu contemporanei conſenſus, cum Giſ-
bertus non ſtatim repromiſit, quià ſufficit
vnum ex Sponſis repromittere etiàm poſt
temporis interuallum, dummodò ille, qui
fidem dedit perſiſtat in eadem voluntate
de tempore repromiſſionis, maximè quià
donèc non fuerit iſtius conſenſus reuoca-
tus, ſempèr dicatur durare, itaùt ſuper-
ueniens conſenſus alterius reputetur ſi-
multaneus, vti relictis generalibus in pun-
cto reſpondit *Rot. deciſ.* 142. *num.* 4. *&* 5.
part. 15. *recent.*

AR-

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

Mandatum ſuſpicionis fugæ an, & quando poſſit relaxari ad inſtantiam Socij contrà alterum conſocium antè redditam rationem.

SVMMARIVM.

Mandatum ſuſpicionis fuga relaxatum ad inſtantiam Socij contrà alium conſocium, ante redditam rationem quando ſubſtineatur num. 1.

Creditum etiàm ſummariè iuſtificatum ſufficit prò obtinendo mandatum ſuſpicionis fuga dicto num. 1.

Deteriorationis probatio requiritur prò validitate mandati ſuſpicionis fuga num. 2.

Probatur ex iuramento Creditoris ſecundum Statutum Bononia num. 3.

Ac ex alijs recenſitis num. 4.

Iuramentum eſt de eſſentia validitatis mandati ſuſpicionis fuga num. 5.

Et debet apparere ex actis cum non ſufficiat enunciatiua Notarij dicto num 5.

Iuramentum quando dicatur præſtitum num. 6.

Dictio ac repetit, & connectit num. 7.

Teſtis vnicus ſufficit ad interpretandum verba dubia num. 8.

VOTVM CXXIX.

Non obſtantibus tribus obiectis, quæ prò parte Bartholomæi de Sanzanis deducebantur prò nullitate mandati ſuſpicionis fugæ, contra eumdem à me relaxati ad inſtantiam Io. Dominici de Muratoribus, cenſui reſpondendum eſſe prò validitate mandati, & capturæ.

Non enim releuat primum obiectum deſumptum ex deficientia crediti, præſertim quia agebatur de mandato ſuſpicionis fugæ, relaxato ad inſtantiam Socij contrà alium conſocium, quorum nemo poteſt conſtitui debitor, vel creditor, niſi priùs diſpunctis rationibus, maximè quia Muratorius antè redditam rationem, & ſic antè liquidationem expediuit mandatum prò ſumma certa.

1 Quoniam ſi totus tenor mandati legatur, apparet fuiſſe petitam aſſecurationem ad effectum, vt redderetur ratio de adminiſtratis, licèt dictum mandatum fuerit expeditum prò certa ſumma, vti bene, & in puncto reſponſum fuit ad fauorem alterius conſocij, qui ſimilem aſſecurationem petierat per *Rotam in Bononien. aſſecurationis Iudicij* 23. *Iunij* 1684. *coràm R. P. D. Hernaults* §. *parum obſtante*, & quidem maxima ratione, quia in mandato adeſt relatio ad acta, in quibus expreſsè legitur fuiſſe principalitèr petitum mandatum ad effectum petendi redditionem rationum, & propterea in hac hypotheſi attendenda potiùs ſunt acta, quàm cortex verborum ipſius mandati, vti bene proſequitur *Rota in dicta Bononien aſſecurationis Iudicij* 23. *Iunij* 1684. *coràm R. P. D Hernaults dicto* §. *parum obſtante*; Nec ad effectum relaxandi mandatum ſuſpicionis fugæ ſunt exquirendæ probationes concludentiſſimæ prò iuſtificatione crediti, ſed ſufficiunt etiàm reſultantes ex ſummario examine *Rot. in Romana Domus* 20. *Iunij* 1685. §. *nullo quidem, &* 5. *Decembris eiuſdem anni* §. *in nihilo coràm bo. me Benincaſa, & in Bononien. aſſecurationis iudicij* 11. *Decembris* 1686. *coràm bo. me. Rondinino* §. *creditum*, fortiùs quia non verſamur in mandato expedito, vt debitor ſoluat, ſed tantùm vt caueat de ſiſtendo in iudicio, & iudicatum ſoluendo, quo caſu ne reddatur eluſorium futurum iudicium redditionis rationis etiàm antè iſtam redditam, mandatum ſubſtineri debet *Scanarol. de viſit. carcerat. lib.* 3. §. 8. *num* 27. *& ſeq. Fontanel. deciſ.* 235. *per tot. & deciſ.* 331. *num.* 11. *part* 16. *recent & in dicta Bononien aſſecurationis iudicij* 5. *Maij* 1684. *coràm R. P. D. Hernaults* §. *nàm hac*.

2 Pariterque non aduerſatur ſecundum obiectum defectus non probatæ deteriorationis debitoris ad formam *deciſ.* 361. *num.* 5. *& ſeq. coràm Card. Celſo*, quià ſecundum Statutum Bononiæ ſufficit ſolum 3 iuramentum creditoris ad probandam prædictam deteriorationem debitoris, vti in puncto proſequitur *Rota in dicta Bononien. aſſecurationis Iudicij* 23. *Iunij* 1684. *coràm R. P. D. Hernaults* §. *debitoris*, & quod hoc iuramentum non fuerit temerè, & ca4 lumnioſè præſtitum per creditorem, ſatis deſumitur ex depoſitionibus teſtium præfatam deteriorationem comprobantibus, & faciunt tradita per *Rotam in deciſ.* 940. *num.* 1. *& ſeq. coràm Dunoz. Iun. & in dicta Bononien. dicto* §. *debitoris &* 11. *Decembris*

1686.

1686. coràm bo. me. Rendinina §. *deteriorationem.*

Et tandem non officit tertium obiectum
ob iuramentum non præſtitum, & quod
5 iſtud debeat apparere in actis, cum non
ſufficiat enunciatiua Notarii in mandato
emiſſa iuxta opinionem *Scanarol. de viſit.*
6 *carcerat. lib.* 3. §. 8. *cap* 3. *num.* 21. Quia
hæc ſolemnitas iuramenti neceſſaria in
mandato ſuſpicionis fugæ non defecit in
præſenti cōſiderando illa verba ibi — *ideo
dictus Io. Dominicus tactis*, &c. *ad delationem
mei &c. iurauit de calumnia, & de deterioratione
ad formam Statuti, & Conſtitutionis
Bononiæ, & eſſe creditorem ac allegauit ſuſpectum
de fuga*; non aduerſante, quod iuramentum
cadat dumtaxat ſuper deteriorat.one, non autèm ſupèr ſuſpicione fugæ,
quoniam cum verſemur in materia de ſui
natura requirente iuramentum in eadem
oratione, & periodo, & inter eaſdem perſonas
cum dictione *ac*, quæ coniungit, ac
repetit qualitates antecedentes, pernecesſe
eſt dicendum, vt iuramentum cadere
7 etiam debeat ſupèr ſuſpicione fugæ ibidem
connexa, & colligata *Barboſ. de diction. diction.* 110. *num.* 7. *&* 29 *Bonden.
collect.* 34. *num.* 114. *volum.* 1. *Rota coràm
Coccin. deciſ.* 2122. *num*, 7. maximè quia
Subſtitutus Fabri Notarij teſtatur vidiſſe
8 Muratorium iuraſſe etiàm ſupèr ſuſpicione
fugæ, qui Subſtitutus licèt vnicus teſtis
ſufficit ad interpretanda verba quatenùs
eſſent dubia vti probaui in *vot.* 60. *nu.* 34.
& vot. 119. *num.* 33.

ARGVMENTVM.

Profeſſio tacita an poſſit dari in Religioſo, qui non habuit notitiam nullitatis profeſſionis expreſſæ.

SVMMARIVM.

Profeſsio emiſſa antè decimum ſextum annum completum eſt nulla num. 1.

Profeſsio tacita quando poſsit dari in eo, qui neſciebat nullitatem ſuæ profeſsionis num. 2. 3. 4. *&* 5.

Profeſsio tacita excluditur ex animo contrario Religioni num. 6.

VOTVM CXXX.

Cenſui profeſſionem Patris Ioannis
Baptiſtæ de Sicchis fuiſſe nullam,
nàm ipſe natus de anno 1674. putans
ſe natum de anno 1673. cum erronea
1 fide Baptiſmatis emiſit profeſſionem in
ætate quindecim annorum, quæ profeſſio
prò ſua validitate requirit in profitente
completum decimum ſextum annum ad
formam Concilij Tridentini *ſeſſ.* 25. *de regular.
cap.* 15. *Barboſ. ibidem num.* 1 *& de
poteſt. Epiſc. alleg.* 100. *num* 3. *& ſeq. Adden
ad Pamph. deciſ.* 552. *num.* 8.

Non aduerſante, quod cum dictus Pater
Ioannes Baptiſta poſt factam profeſſionem
geſſerit per annum habitum Religioſum,
alioſq; actus ad profeſſos ſpectantes exer-
2 cuerit, dicendum ſit nouam tacitam profeſſionem
emiſiſſe præuia ratificatione primæ
nullitèr factæ, quæ concluſio procedit
etiamſi profeſſus ignorauerit nullitatem
præcedentis profeſſionis expreſſæ,
Fagnan. in cap ſignificatum ex num. 19. *vſque
ad finem de regular. & tenent Spad conſ.*
94. *lib.* 3. *Barboſ de offic. & poteſt. Epiſc. p.* 3.
alleg. 104. *nu.* 12. *Ventrigl tom.* 1. *annot* 47.
§. *vnico nu.* 3. *Antonell de temp. legal lib.* 2.
cap. 63. *n.* 3. *Dian. reſol. mor. par.* 6. *tract.* 7.
reſol. 56. *in fine, Hurtad. de reſid tom.* 2. *lib* 2.
reſol. 8. *ſub reſol.* 5. *num.* 43. *Pignatel. conſult.
canon.* 88. *num.* 5. *& conſult.* 146. *num* 53.
lib. 1. *Panimol. deciſ.* 29. *adnot.* 3. *num.* 3.
Adden. ad Rot. deciſ. 179. *num.* 8. *par.* 4. *recent.
Rot. deciſ.* 39. *num.* 15. *& deciſ.* 178.
num. 24. *coràm Carillo, ac pluries reſoluiſſe
videtur Sacra Congregatio Concilij, vt in Romana,
ſeù Sorana* 25. *Maij* 1578 *in Nullius*
13. *Ianuarij* 1583. *in Romana* 13. *Ianuarij*
1618. *in Neapolitana* 3. *Aprilis* 1621. *& in
Carinen.* 14. *Decembris* 1624. & has reſolutiones
viuæ vocis oraculo laudaſſe, & approbaſſe
Sa. mem. Vrban. VIII. teſtatur
Cardinalis Paulutius tunc ipſius Sacræ
Congregationis à ſecretis in eius Voto.

Quoniam quando adeſt in Religioſo
probabilis, & iuſta ignorantia nullitatis
3 profeſſionis præcedentis, præſertim prout
in præſenti nata ex erroneitate fidei baptiſmatis,
quæ omnes quamuis ſagaces
potuiſſet decipere, contraria ſententia eſt
amplectenda, & in his terminis non intrare
tacitam profeſſionem firmarunt tàm
Theologi, quam Iuriſtæ, *Caietan. in D.
Thom.*

Digitized by Google

Thom. 2. 2. q 189. art. 5. Rodriquez par. 2. Summ. cap 8. nu. 5. Sanchez de matrim. lib. 1. diſp. 16. num. 7. & lib. 2. diſp. 36. num. 3. lib. 7. diſp. 37. n. 59. Bonacin. q. 2. de clauſ. par. 10. difficult. 1. n. 3. Suarez de Religion. tom 3. lib. 7. cap 1. n 3. Layman. lib. 4. tract. 5. cap 5. n. 9. Leſſ. de Iuſtit. & iur. lib 2. cap. 40. dub. 7. n. 60. Caſtropal. tom. 3 tract. 16. diſp 2. punct. 5. n 3. Portel. dub Regul. verb. profeſsio num. 5. Mirand. in manual. Prælat. tom. 1. quæſt. 30. art. 3. concluſ. vnic. Coton. controu. lib. 4. controu. 4 cap. 2. n. 6. à S. Fauſt. lib. 5. q. 291 n. 1. Pieryn de Prælat. quæſt. 3. cap. 1. n. 144. Bordon. controu 32. de ratific. Profeſſ. n. 19. Santarel. var. reſolut. 48. n. 40. Scrof. reſol moral. q. 8. Caſaing de priuil Regul. tract. 4 cap. 6. propoſit. 7. §. Reclamatio Piſtach. de vot tom. 1. tract. 5. cap. 4. num. 6. Donat. rer. regular. tom. 2. tract. 8. q. 5. nu. 2. Nauar. conſ. 23. n. 2 conſ. 31. n. 4. conſ. 89. n. 5. verſ. Septimo profeſsio de Regular. lib 3. & in cõment. 4. cap ſtatuimus de Regul. lib 3. & in manual. cap. 12. n. 7. Zoeſ. lib 3. Decretal. tit. 31. n 39. Zipæus in Analytic. iur. Pontific lib 3. de Regular n. 25. Piringh. in Decretal lib. 3. tit. 31. ſection. §. 9. n 149. Spad. conſ. 93. n. 13. lib. 3 Vermigliol. conſ. 484. n. 14 Altograd conſ. 63. n. 67 lib. 2. Gratian. diſcept. 440. n 22. Ciarlin. contr. 108. n 61. Ciriac. contr. 371. n. 23. & ſeqq. Paſqualig. quæſt moral. iuredic. 22 nu. 6. & q. 35. nu. 6. Dulph controu. 138. n. 3. & ſeq. Tamburin. de iur. Abbat tom. 3. diſp 6. quæſt. 17. n 5. & quæſt. 23. num 4. Capon. controu. 14. num. 22. & ibi Episc. Brun. in ſuo voto ex nu. 28. & in addit. n 20. Auendan. de met. lib. 2. cap. 10. n. 40. Graff. deciſ. aur. par. 1. lib. 3. de Regular. cap. 5. n. 22. Sperell. deciſ. 8. n. 30. tom. 1. Camerat reſponſ. deciſ. 1. n. 107. Tondut. reſol. benef. lib. 1. cap. 78. nu. 10. Paſſerin. de ſtat. homin. tom. 3. q. 189. art. 10. inſpect. 8. n. 375. & ſeqq Card. de Luca de reg. diſc 40. ſub n. 19. diſc. 42. n. 4. & diſc. 43. n. 14. ac ſepiùs probauit Rota, vt in deciſ. 370. n. 10. par. 9. deciſ. 116. n. 26. & deciſ. 134. n. 7. & 8 par. 14. recent deciſ. 421. n. 8. coràm Royas deciſ. 277. n. 13. coràm Vbald. deciſ. 227. n. 23. coràm Priolo, & nouiſſime diſputato articulo priùs in Sacra Congregatione Concilij, & poſtea de ordine Sa. mem. Alex. VIII. in Sacra Rota fuit hæc opinio canonizata in celebri cauſa Mediolanen. nullitatis profeſſionis 3. *Martij* 1690. *coram bo. me. Emerix.*

Ratio autèm eſt euidens, quia ad indu-
4 cendam tacitam profeſſionem, ſeù ratificationem eſt neceſſarius profitentis conſenſus *cap. ſignificatum, caput ſicùt tenor, & cap. conſulti de regular.* idcircò cum profeſſus ignorauerit nullitatem ſuæ profeſſionis ſequitur, vt non potuerit ratificare id quod neſciebat, quia voluntas non fertur ad incognita ſecundum *Ariſtotel. lib. 3. de animal. comen. 39.* fortiùs dùm nihil magis repugnet conſenſui, quam error, & ignorantia *l. ſi per errorẽ ff. de iuriſdict. omn. iudic. l. non idcircò C. de iur. & fact. ignorant.*

Et licet adſit differentia inter ignorantiam antecedentem, & concomitantem, & quamuis à multis firmetur ignorantiam concomitantem non excludere tacitam ratificationem profeſſionis nullitèr emiſſæ, eo fundamento, quod Religioſus etiamſi ſciuiſſet nullitatem ſuæ profeſſionis præſumatur voluiſſe illam ratificare, ac continuare in eodem propoſito voluntatis declaratæ in ipſo actu ſuæ profeſſionis non validè factæ.

Tamèn in materia tacitæ profeſſionis non ſufficit excludere inuoluntarium, ſed vlteriùs requiritur voluntariũ prænio nouo cõcurſu, qui non poteſt cadere ſuper re non cognita vti benè, & ſubtilitèr explicant *Caietan. in D. Thom. 2. 2. quæſt. 89. art. 5. Paſſerin. de Stat. homin. tom. 3. q. 189. art. 10. inſpect. 8. num. 375. Suarez de Relig. tom 3. lib. 7. cap. 1. num. 21.*

Quibus firmatis non aduerſantur decreta Sacræ Congregationis Concilij in
5 contrarium allegata, quoniàm procedunt in terminis vel ignorantiæ facti proprij, contrà quam militat iuris præſumptio, vel ignorantiæ iuris, quæ neminem excuſat, non autem in præſenti, in quo agebatur de erroneitate fidei baptiſmatis, quę valuiſſet decipere quoſcumque etiàm ſagaces, vti benè diſtinguendo proſequitur *Rota in dicta Mediolanen. §. denique.*

Quæ omnia facilius procedunt in hac
6 hypotheſi, quia Frater Ioannes tempore, quo permanſit in clauſura ſempèr habuit animum auerſum Religioni, & ſepè conquerebatur cum ſuis Amicis de ſtatu, in quo reperiebatur, ex quibus actibus excluditur tacita profeſſio, quæ fundatur in ſimplici præſumptione iuris *gloſ. in cap. tuarum V. ſignatos, & ibi Abb. num. 6. & Dec. num. 33. de Priuileg. Innoc. in cap. relatum num. 3.*

num 3. ibiq; Hoſtien. num.12. Imol. num. 16. Io. Andr. num 9. & Butr num. 25. de his, qua vi met. Cauſ. Silueſter. in verb. Religio. n. 19. Cyriac. contr. 371. num. 36. Suarez de Religion. tom. 3. quaſt. 17. art. 15. in princ. Adden. ad Gregor. deciſ. 385. ſub num. 6. verſ. excluditur, Rot deciſ. 94. nu. 4. par. 9. tom. 1. recent. deciſ. 3. num. 8. poſt Tamburin. de iur. Abbat. deciſ. 229. num. 3. coràm Carill. deciſ. 552 num. 18. & 19. coràm Vbaldo, & deciſ. 9. nu. 34. deciſ. 25. nu. 10. coràm Arguelles.

ARGVMENTVM.

VSus Camini quando non poſsit impediri à Domino in parte ſuperiori, etiàm ſub prætextu fumi, ac timoris ignis.

SVMMARIVM.

Dominus domus in parte inferiori debet manuteneri in vſu Camini num. 1.
Contrà num. 2.
Declara num. 3. & 5.
Aqua proueniens à parte ſuperiori domus, quando debeat tollerari à Domino domus in parte inferiori num. 4.

VOTVM CXXXI.

CVm in parte inferiori Palatij ſemper Franciſcus Viuius in ſua apotheca habuerit Caminum cum ſuis tubis,
1 & cappis, ſequitur vt eidem ſit concedenda manutentio, proùt in puncto fuit reſolutum per *Rotam in Romana vſus Caminorum* 10. *Decembris* 1691. *coràm R. P. D. Caprara per tot.*

Non obſtante, quod Dominus in parte ſuperiori ex hoc Camino maximum præ-
2 iudicium ſibi reſultare prætendat tàm ex fumo, quàm ex periculo ignis, quo caſu eſſe locum remotioni Camini tradiderunt *Adden. ad Dec. in l. nullus, vbi Cagnol. nu. 4. ff. de regul. iur. Surd. conſ 233. ſub num. 12. Sperel. deciſ. 55. num. 54. & Rot. in recent. deciſ. 820. num. 8. par. 18. tom. 2.*

Quoniam obiectum procederet in Camino nouiter constructo, ſecùs tamèn in
3 antiquo, quo caſu ſi in eo fiat ignis ſolitus prò vſu familiæ non eſt aliquid innouandum, etiamſi Dominus partis ſuperioris haberet incommodum fumi, & timorem ignis, vt diſtinguendo tradiderunt *Ioann. de Amic. conſ. 104. num. 5. Sperel. deciſ. 55. numer. 55. & 56. & Rot. deciſ. 820. num. 12. par. 18. tom. 2. recen. & in dicta Romana vſus Caminorum* 10. *Decembris* 1691. *coràm R. P. D. Caprara §. conſtat enim.*

Et ſicuti Franciſcus Viuius non poteſt
4 prætendere, vt aqua prò vſu Coquinæ Palatij ſuperioris non deſcendat in partem inferiorem iuxtà conſuetum, ità Dominus partis ſuperioris tollerare debet hanc ſeruitutem ignis, & fumi, ad ſeruandam æqualitatem ad tradita per *Rotam in dicta deciſ. 820. num. 8. & 12. tom. 2. par. 18. recent.*

Et quod Caminus, de quo agitur, ſit an-
5 tiquus, & constructus vſque ab initio ædificationis Palatij, deſumitur ex oculari inſpectione, ac ex acceſſu iudicialitèr facto, & depoſitione teſtium, proùt conſideratum fuit à *Rota in dicta Romana vſus Caminorum* 10. *Decembris* 1691. *coràm R. P. D. Caprara §. conſtat enim.*

ARGVMENTVM.

STatutum diſponens, quod in concurſu ſit potiùs attendendum ius ciuile, quàm ius canonicum, an ſit validum.

SVMMARIVM.

Bononia adeſt Statutum, quod ſit attendendum ius ciuile, vbi per Statutum non fuit diſpoſitum num. 1.
Bononia eſt in Terris Eccleſia, ibique ſeruandum eſt ius canonicum num 2.
Statutum mandans eſſe potiùs attendendum ius ciuile, quàm canonicum, eſt inualidum numer. 3.
Amplia etiamſi fuiſſet confirmatum à Pontifice in forma communi num. 4.
Statutum Bononia non eſt confirmatum in forma ſpecifica num. 5.
Teſtamentum factum Bononia cum ſolemnitatibus iuris canonici ſubſtinetur num. 6.
Obſeruantia contraria libertati Eccleſiaſtica non eſt attendenda num. 7.

VOTVM CXXXII.

IN Statuto Bononiæ *lib.6. tit. concluſ. Statuter.* intèr alia diſponitur, vbi ius municipale non adeſt, ſit ſeruandum in quoli-
1 bet caſu ius commune ciuile, hinc ſępè coràm me fuit dubitatum de validitate ſupradicti Statuti, & an eſſet ſeruandum ius canonicum, vel potiùs ius ciuile.

Dicebam enim ego Bononiam eſſe in
2 Terris Eccleſiæ, & propterea in ea ſeruandum eſſe ius canonicum *cap. 1. de nou. oper. DD in cap. Eccleſia S. Mariæ de conſtit. Imol. in cap. canonum Statuta de conſtit. vbi Felin. num. 8. Alciat. in cap. cum contingat num. 50. de iur. iuran.*

Proindeque aſſerebam eſſe inualidum
3 Statutum diſponens, quod in concurſu ſit ſeruandum potius ius ciuile, quàm canonicum, cum nimis lædat libertatem eccleſiaſticam, vti in puncto Statuti Bononię reſpondit *Rot. Bonon. apud Poſt. deciſ. 33. num. 219.*

Et licèt Statutum Bononiæ fuerit con-
4 firmatum à diuerſis Summis Pontificibus, tamèn cum confirmatio ſit dumtaxat in forma communi, non ſufficit ad ſubſtinendam derogationem iuris canonici *gloſ. in cap. Paſtoralis §. præterea in verb. ex certa ſcientia de offic. deleg. Dec. in cap. porrecta num. 15. de cōfirmat. vtil. vel inutil. Gabriel. conſ. 183. num 14 lib. 2. Rot. in recent. deciſ. 192. num. 3. par. 1. & deciſ. 126. num 31. part. 6.*

Minuſque releuat Statutum Bononiæ
5 fuiſſe confirmatum in forma ſpecifica, quia hoc obiectum poteſt procedere in aliquibus capitulis eiuſdem Statuti, non autem in omnibus, vti iam plenè obſeruaui in *vot. 109. num. 10. & latè Poſt. in dicta deciſ. 33. num 215.*

Et hoc eſt adeò verum, vt Bononiæ te-
6 ſtamentum ſubſtineatur, licet non ſeruatis ſolemnitatibus iuris ciuilis, ſed tantùm iuris canonici ad formam *cap. cum eſſet de teſtam. Dulph. contr. 71. nu. 94 Vrceol. conſult. 88. nu. 9. Rot Bonon. apud Poſt. deciſ. 33. nu. 219. & Rot. in recent. deciſ. 556. nu. 6. tom. 3. part. 4.*

Et demùm non officit, quod per Mon-
7 terentium in allegata rubrica Statuti Bononiæ aſſeratur, prædictam diſpoſitionem ſtatutariam derogantem iuri canonico eſſe in viridi obſeruantia. Quoniam contrarium apparet ex ſupra recenſitis reſolutionibus, quæ excludunt omnino allegatam obſeruantiam, quæ etiamſi adeſſet vti abuſiua, & contraria libertati Eccleſiaſticæ nullatenus eſſet attendenda, vti abrogata in quolibet anno in Bulla Cœnæ.

ARGVMENTVM.

PAtrimonium ad effectum ſuſcipiendi ſacros ordines poteſt conſtitui in bonis fideicommiſsi, ſed dicta bona prò patrimonio aſsignata, mortuo Sacerdote, reincidunt in fideicommiſſum.

SVMMARIVM.

Bona fideicommiſſo ſubiecta poſſunt alienari prò dote, ac prò omnibus illius appendicibus numer. 1.

Amplia etiam in matrimonio ſpirituali num. 2.

Declara quod ſi Virgo moriatur antè profeſsionem eius dos reuertitur ad ſubſtitutum num. 3.

Patrimonium ad effectum conſequendi ordines ſacros poteſt conſtitui etiàm in bonis fideicommiſsi num. 4.

Ordinari poteſt ad titulum patrimonij ob deficientiam beneficij, & quando num. 5.

Quantitas patrimonij quomodo ſit táxanda numer. 6.

Nemo eſt ordinandus ad titulum inſignis litteraturæ, vel alterius licitæ profeſsionis num. 7.

Quando poſsit ordinari ad titulum beneficij, quod habet onera Miſſarum num. 8.

Bona extracta ex fideicommiſſo, & prò dote aſsignata licèt reuertantur ad dotantem non reincidunt in fideicommiſſum num. 9.

Bona aſsignata prò patrimonio ſacro Ordinando, mortuo ipſo Ordinato, reincidunt in fideicommiſſo num. 10.

VOTVM CXXXIII.

IAm omnibus notum eſt vigore celebris diſpoſitionis *Auth. Reſqua C. commun. de legat* bona fideicommiſſi ordinati ab
1 Aſcendentibus, non autèm à Tranſuerſalibus poſſe obligari, alienarique tàm prò dotibus conſtituendis, quam reſtituendis, ac etiàm prò antefato dotario, quarto, lucro, acconcio, donatione proptèr nuptias, ac omnibus alijs dotis appendicibus, de qua materia latè traditur per *Cutel. de donat.* diſc.

Digitized by Google

diſc. 1. ſpecial. 18. num. 10. tom. 2. Card. de Luca de dot diſc. 145. per tot. Rot. coràm Otthobon. deciſ. 83. & in recent. deciſ. 39. part. 14. & in Romana dotis 12. Maij 1687. coràm R. P. D. Molines, & in Vrbeuetana dotis 9. Februarij 1693. coràm bo. me. Emerix §. ac proindè.

Et dicta diſpoſitio auth. reſque non ſo-
2 lum habet locum in Matrimonio carnali, ſed etiàm in ſpirituali *Fuſar. de ſubſtit. quaſt. 531. num. 28. Menoch. de præſumpt. lib 4. præſumpt. 189. num. 89. Rub. contr. forenſ. cap. 68. num. 12. Rot. deciſ. 147. nu. 22. part. 6. & deciſ. 30. num. 14. part. 7. & deciſ. 451. num. 16. part. 9. tom. 2.* Cum
3 hac tamèn declaratione, quod ſi puella moriatur antè profeſſionem, tunc eius dos deducta ex fideicommiſſo reuertatur ad ſubſtitutum, licèt Virgo in articulo mortis vigore priuilegiorum profeſſionem emiſeſerit, vti reſponſum fuit per Sac. Congregationem Concilij 3. Decembris 1627. *Lezzana in Sum. quaſ. regul. cap. 25. num. 39. Anton. de Marin. variar. reſolut. 138. num. 8. & ſeq. lib. 2. cum alijs apud Mell. ad Caſtil. de alimen. cap. 36. num. 8.*

Propterea dubitandum non eſt, quod
4 etiàm in bonis fideicommiſſi poſſit conſtitui patrimonium, vt deſcendens poſſit ordinari in Sacris; Nam ex diſpoſitione Sa. Concilij Tridentini habetur, vt patrimonium ſit conſtituendum Ordinando, ne ipſe in dedecus Sacerdotalis Ordinis mendicare cogatur, hinc ob deficientiam be-
5 neficij, & concurrente vtilitate, ac neceſſitate, vèl Eccleſiæ Parochialis, vel Diœceſis eſſe ordinandum aliquem ad titulum patrimonij, nouiſſimè fuit reſolutum à Sa. Congregatione Concilij in vna Nucerina in ſecundo dubio die 5. Maij 1696. & cir-
6 ca quantitatem patrimonij prò Ordinandis ſtatur conſuetudini locorum, remota tamèn diſtinctione intèr Nobiles, vel non Nobiles, cum omnes in ordine Sacerdotali ſint æqualitèr conſiderandi *Ventrigl. in ſua prax. adnot. 42. nu. 30. Pignatel. conſult. 2. tom. 3. à num. 20. vſque ad 27.* & adeò in hac materia attentè eſt inſiſten-
7 dum, vt quis non poſſit ordinari, nèc ad titulum inſignis litteraturæ, vèl alterius licitæ profeſſionis, vèl beneficij tenuis, de qua materia latè tradit *Ventrigl. in ſua prax. adnot. 42. tom. 1. ferè per tot.* vndè in Sacra Congregatione Concilij in vna Si-gnina Ordinationis die 14. Aprilis 1696.
8 fuit propoſitum dubium, an quis ordinari poſſit ad titulum beneficij, quod habebat onera Miſſarum, & Sacra Congregatio reſpondit, quod daretur Decretum in Tiburtina Ordinationis 8. Iulij 1690. in qua cauſa fuit reſolutum, poſſe ordinari etiam ad titulum beneficij cum onere Miſſarum, ſi Ordinandus interim habeat vndè viuere, & ſi Miſſæ ex mente fundatoris non ſint celebrandæ per alium in caſu infirmitatis.

Cum itaque patrimonium pro Ordinando deſcendēte poſſit conſtitui in bonis
9 fideicommiſſi, prima facie dicendum videtur, quod dictum patrimonium conſtitutum in bonis fideicommiſſi, etiàm mortuo Sacerdote, debeat remanere liberum prò illius hæredibus, quemadmodum practicatur in bonis fideicommiſſi prò dote in Matrimonio carnali aſſignatis, quæ licèt reuertantur ad dotantem, tamèn non reincidunt in fideicommiſſum, vti fuit dictum per *Rotam in Romana cenſus 22. Iunij 1689. coràm Reuerendiſs. Vrſino*; his tamèn non obſtantibus contraria ſententia eſt am-
10 plectenda, nàm diſpoſitio auth. reſque regulatur iuxta limites neceſſitatis, ita ut tàm in Matrimonio carnali, quàm prò dotandis virginibus Monaſterium ingredientibus permittatur plena alienatio bonorum fideicommiſſi, quia prò illarum dote requiritur aſſignatio alicuius corporis tàm in fructibus, quàm in proprietate, at ſecùs eſt dicendum in patrimonio prò Sacerdote ordinando, cui non aſſignatur plena proprietas, ſed tantum commoditas percipiendi ex illo fructus ad effectum ſe congruè manutenendi, & propterea mortuo Sacerdote, quod corpus prò patrimonio aſſignatum reincidat in fideicommiſſum firmarunt *Ramon. conſ. 1. in fin. Cenſal. ad Peregrin. de fideicom. articul. 42. verſ. hac concluſio, Mell. ad Caſtil. de alimen. cap. 36. num. 2. §. 8.*

ARGVMENTVM.

PActum redimendi, ſeù francandi cum clauſulis ſempèr, & quandocumque etiàm iuramento firmatum quatraginta annorum ſpatio præſcribitur.

SVMMARIVM.

Pactum francandi ſempèr, & quandocumque etiàm iuramento firmatum praſcribitur ſpatio quatraginta annorum num. 1. 3. & 5.

Contrà num. 2.

Pactum francandi elapſo termino non ampliùs prodeſt num. 4.

Fideicommiſſarijs an, & quando competat ius redimendi bona fideicommiſſaria data in dotem oblato pretio num. 6.

In pacto redimendi, ſeù francandi tempus currit etiàm contra haredes minores num. 7.

Sententia data ſub conditione ea non adimpleta non releuat num. 8.

Elapſo tempore ad redimendum quando adeſt laſio eſt locus redemptioni ſub num 3. verſ. & demum.

VOTVM CXXXIV.

FLorianus de Sauis vſq; de anno 1640. prò dote ſuæ filiæ aſſignauit prædium in Communi Medicinæ adiecta conditione illud francandi ſempèr, & quandocumque pretio 12. m. librarum. De anno 1697. Felix dicti Floriani Nepos, & hæres introduxit coràm me iudicium prò obtinenda francatione ſupradicti prædij, & quia à die facti contractus iàm elapſi erant 56. anni, cenſui dicto Felici non amplius competere ius redimendi.

Obſtat enim Actori præſcriptio 30. vel
1 40. annorum, quæ ſecundum veriorem
ſententiam excludit ius francandi, etiamſi
in pactum deductum cum clauſulis ſempèr,
& in perpetuum *Surd. conſ. 52. num. 2., & 28. & deciſ. 1. num 2. per tot. Rot. in recent. deciſ. 31. num. 2. cum ſeq. par. 10. & coràm Priolo deciſ. 58. num. 6. & deciſ. 158. num. 1. & in Bononien. fideicommiſsi 13. Aprilis 1693. coràm R. P. D. Pio §. ſed quid.*

Nec releuat, quod contrariam ſenten-
2 tiam multi ſunt ſequuti, & ſignantèr *Prat.*
obſeru. 36. per tot. Ceual. commun. contra commun. quaſt. 707. Fachin. contr. iur lib. 6. cap. 13. Fontanel. deciſ. 75. Rot. coràm Card. Celſo deciſ. 194. num 4. fortiùs quando adeſt iuramentum ſpeciale cum hypotheca omnium bonorum *Theſaur. quaſt. forenſ. lib. 2. quaſt. 72. num. 3. Oſach. deciſ. 69. nu. 12. Viu. deciſ. 434. nu 27. & ſeq.*

Quoniam etiamſi adſit iuramentum, ad-
3 hùc ius redimendi præſcribitur ſpatio 40.
annorum, vti benè ſecundum veram, & communem opinionem firmatur per *Rot. coràm Priolo in dicta deciſ. 58. & 158. & in dicta Bononien. fideicommiſsi* 13. *Aprilis* 1693. *coràm R. P. D. Pio §. ſed quid.*

Et demùm non officit, quod dos fuerit exceſſiua, & propterea debeat intrare ius redimendi, etiam elapſo termino ab homine vèl à iure præſcripto, quià ex actis non apparet allegata læſio maximè attento pacto redimendi, quod de ſua natura diminuere ſolet pretia rerum, tùm quià in terminis, de quibus agitur læſio debet eſſe conſiderabilitèr exceſſiua *Mantic. de tacit. lib. 4. tit. 3. num. 41. verſ. Verùm planè Antonell. de temp. legal. lib. 2. cap. 89. num. 11. Cyriac. contr. 257. num. 31. Pacion. de locat cap. 10. num. 120. & ſeq. Conſta de fact. ſciens. centur. 2. diſt. 100. ſub num. 6. Menoch. de arbitr. caſ. 217. ſub nu. 3.* & ex iſto pacto redimendi abeſſe læſionem dixit *Rot. in deciſ. 301. num. 7. & 8. part. 18. recent. & in Romana iuris redimendi 26. Ianuarij 1693. coràm R. P. D. Caprara §. minus aduerſatur.*

R. P. D. PIO.

Bononien. fideicommiſsi.

Ven. 13. Aprilis 1693.

IN hac triangulari quæſtione, quæ vertitur intèr fratres de Muccia, Marchionem Ioannem Ioſephum de Vrſis, & Vincentium Caſarengum, ſuffectus ego in locum bon. me. Rondinini, coràm quo ſub die 16. Iunij 1681. prodijt deciſio Vrſio, & Caſarengo reſpectiuè fauorabilis, conſuetum dubium partibus dederam, *An ſit ſtandum in deciſis*, cui prædicti fratres de Muccia agnoſcendo, quod vlterius inſiſtere ſupèr articulo Immiſſionis, in qua non ſemèl coram noſtro tribunali ſuccubuerunt, eſſet deſperatam aggredi prouinciam, curarunt ſuperaddi, *ſiue potius ſit àdmittenda oblatio.* At incaſſum laborauerunt, eo enim hodie propoſito, DD. affirmatiuè quoad priorem illius partem, negatiuè autem quoad poſtremam reſpondentibus, in omnibus cecidere.

Et quidèm ſummo iure, nàm quod attinet ad deciſa, nitebantur Dominorum ſuffragia geminis fundamentis emanatæ

de-

Digitized by Google

deciſionis, quorum primum eſt, quod cum
ijdem fratres cauſam habeant ab Alie-
nantibus prædium controuerſum, repel-
luntur ab actione proponenda pro illius
vindicatione ex regulari cenſura *Text. in
leg. cum à Matre C. de rei vindicat.* Et alte-
rum, quod cum prædium pro neceſſaria
conſtitutione dotis Vrſinæ eorum Sororis
diſtractum extiterit, nequeunt proindè
iuuari fideicommiſſo à Iacobo Auo ordi-
nato, quod in vim *Authen. res quæ* ſubiacet
oneri dotationis deſcendentium, vt latiùs
firmatur in approbata deciſione; Quam
vti inconcuſſis fulcitam rationibus Acto-
res amplius non impugnabant.

Quò verò ad denegatam oblationis
admiſſionem, reſolutio fundabatur ſupèr
litterali partium placito, per quod fratri-
bus de Muccia Conductoribus dicti præ-
dij *dell' Acqua*, tribuebatur ius illud fran-
candi, durante termino locationis ad de-
cemnium reſtrictæ; Cumque ergò hu-
iuſmodi pactum ob effluxum ſtatutum
tempus expirauerit, in clarum conſequens
ſuccedit, quod oblatio nimis ſerotina non
ſit attendenda, nàm aliàs fruſtratoria vn-
diquè eueniret temporis adiectio, ſi ela-
4 pſo termino conuentionali, facultas re-
dimendi eſſet adhùc exercibilis, vt opti-
mè dixit *Rota coràm Gregor. deciſ. 559. nu.
1. cum ſeqq. vbi Adden. num. 8. coràm Card.
Cerr. deciſ. 48. num. 4. deciſ. 683. num. 5.
& nouiſſimè in Romana iuris redimendi 23.
Ianuary 1692. confirmata 26. eiuſdem Men-
ſis currentis anni coràm R. P. D. meo Ca-
prara.*

Sed quid vltra? cùm redēptio expoſtu-
5 letur poſt annos 50. à die, qua fuit impar-
tita francandi facultas, remanſit reſoluta,
reſiſtit actoribus legalis præſcriptio tri-
ginta, & quadraginta annorum, quæ iux-
tà veriorem Doctorum ſententiam, ſub-
mouet ius francationem obtinendi, etiam
in fortioribus terminis, vbi pactum ro
boratum legeretur iure iurando, clauſu-
liſque effrenatiſſimis, *ſempèr, quandocum-
que, & in perpetuum, Grattan. diſcept. for.
cap. 2. num. 1. & cap. 207. num. 1. & ſeq.
Surd. conſ. 52. num. 23. & 28. & deciſ. 1.
& 2. per tot. latè Hodiern. in add. ad d. d. 2.*
vbi vtramque opinionem refert *Taraquell.
de retract. conuent. gloſ. 2. §. 1. Polidor. Ri-
pa obſeruat. 162. Mantic. de tacit. lib. 4. tit.
31. num. 34. ad 41. Rota in recent. deciſ. 31.
num. 2. cum ſeqq. part. 10. & coràm Priol.
deciſ. 58. num. 6.*

Abſque eo, quod refragetur Concluſio,
6 quod fideicommiſſatijs competat actio
iſta redimendi bona fideicommiſſo ſuppo-
ſita, quæ in dotem tradita fuerunt, ſiqui-
dem officere poſſet quotieſcumque de præ-
ciſo tempore aſſignationis doceretur de
Iniuſtitia pretij, quæ modo in hac hypo-
theſi ob tot annorum decurſum redditur
improbabilis, quamque concludere non
eſt ſufficiens æſtimatio Periti de anno
1611. illa enim vltra reſponſiones aſſi-
gnatas ab informantibus ad verum valo-
rem ſtatuendum non meretur conſiderari,
vtpotè facta non quanti res communitèr
vendi poteſt, ſed tantùm occaſione diui-
ſionis intèr fratres dotantes initæ, ad
quem effectum pretium plèrumque ad
pompam, & honorificentiam ſolet adau-
geri, quo circà circumſcripta Iniuſtitia,
nullatenùs redemptio permittitur, ſed aſ-
ſignatio penitùs remanet irreuocabilis,
vt ad rem diſtinguit *Card de Luc. de fideic.
diſc. 145. num 99. & reſpondit Rot. coràm
Merlin. deciſ. 687. num. 23. & in recen. de-
ciſ. 312 num. 24. part. 6.*

Proùt non aduerſatur, quod vnus ex
7 hiſce fratribus ſit in minori ætate conſti-
tutus, adeòque ſuffragetur beneficium
reſtitutionis in integrum, tùm quia tem-
pus conuentionale terminauit, Patre au-
ctore ætatem agente: Tùm præterea quià,
vbi etiam præſcriptio in vita parentis,
qui contraxit, minimè fuiſſet completa,
nihilominùs minoritas filij ſucceſſoris il-
lius curſum retardare non valuiſſet. Illud
enim ſpeciale in his terminis habemus,
quod pupillo in integrum reſtitui deſide-
ranti Iura noſtra non ſuccurrant ad *Text.
expreſſ. in leg. Emilius Largianus* ibi puta-
bam benè iudicatum, quod Pater eius
non ipſa contraxerat &c. *ff. de minor. Ber-
trand. conſ. 184. in fine lib. 1. part. 1. Natt.
conſ. 492. num. 2. Cancer var. reſol. cap 13.
titul de empt. & vendit. numer. 57. lib. 1.
Add. ad Buratt. deciſ. 410. numer. 18.
Rot. deciſ. 58. num. 8. coràm Priol. & d. de-
ciſ. 48 num. 20. coràm Card. Cerr.*

Eiuſdem itidèm irreleuantiæ reputata
fuit ſententia Auditoris Vicelegati, quę fa-
8 cultatē francandi memoratis fratribus de
Muccia concedit, quoniam cum eadem
non ſimplicitèr, ſed ſub conditione prola-
ta

ta fuerit quatenùs nimirùm intrà ſex menſes rationem reddiderint de omnibus hæreditatibus, profectò præſcripta conditione non adimpleta, nullum ex ea actores conſequi poſſunt adiumentum, quia habetur acſi non fuiſſet deprompta egregiè *Rot. coràm Pamphil. deciſ.* 56. *num.* 12. *& ſeqq.*

Et ità Partibus auditis reſolutum fuit &c.

ARGVMENTVM.

STantibus coniecturis attéditur proximitas grauantis, & non grauati. Hodie fructus ſtabilium taxantur ad rationem quatuor prò centenario, licet olim taxabantur ad rationem quinque.

SVMMARIVM.

Regularitèr attenditur proximitas grauati, & non grauantis num 1.

Limita quando adſunt coniectura in contrarium num 2.

Fructus ſunt reſtituendi à die mota litis num. 3.

Fructus ſtabilium olim taxabantur ad rationem quinque prò centenario num. 4. *&* 9.

Præſertim Bononiæ ob particularem conſuetudinem num 5.

Sed hodie fructus ſtabilium ſunt taxandi ad rationem quatuor num. 6. *&* 10.

Statutum Vrbis de duabus conformibus, quæ habent vim trium procedit intèr forenſes Romæ habitantes, quando contractus eſt factus Romæ num. 7.

Mandatum expeditum prò maiori ſumma poteſt exequi prò ſumma debita num. 8.

Fructus ſtabilium aliquando fuerunt taxati à Rota ad rationem trium num. 11.

Ex domo non præſumuntur percepti fructus niſi probetur locatio num. 12.

Limita quando domus eſſet ſolita locari num. 13.

VOTVM CXXXV.

ADmittebant ſcribentes in hac cauſa prò Illuſtriſſimo Marchione Gregorio regulam inconcuſsè à Rota Romana amplexam ſcilicèt, quod in ſuc-
1 ceſſionibus fideicommiſſarijs ſit attendenda proximitas grauati, & non grauantis iuxtà multas auctoritates congeſtas per *Ridolph. allegat.* 113. *num.* 13. *Poſt. deciſ.* 63. *num.* 18. *Rot. coràm Priolo deciſ.* 315. *& deciſ.* 406. *vtrobique num.* 1.

Solumque limitabant regulam in caſu,
2 in quo adeſſent contrariæ coniecturæ, ſuadentes attendendam eſſe potiùs proximitatem grauantis *Poſt. deciſ.* 63. *numer.* 41. *Rot. coràm Card. Celſo deciſ.* 33. *num.* 6. *& coràm Priolo deciſ.* 70. *num.* 2.

Concurrebat in caſu præſenti prò limitatione regulæ clara voluntas Teſtatoris, qui poſt deficientiam Filiorum, ac Nepotum, & eorum deſcendentium maſculorum, vocauit maſculum conſanguineum, ſibi proximiorem, quo caſu attendendam eſſe proximitatem grauantis communitèr ſcribunt *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.* 484. *num.* 19. *&* 51. *Poſt. deciſ.* 63. *num.* 41. *& Rot. deciſ* 70. *num.* 2. *coràm Priolo*, *vbi firmatur num.* 3. *&* 5. hanc opinionem procedere etiàm in primogenituris, in quibus eſſet faciendus tranſitus de vna ad alteram lineam, & quamuis Teſtator declarauiſſet ſuccedendum fore iuxta iuris diſpoſitionem, ſeruatis ſempèr prælatione, & prærogatiua intèr lineas, & ſexus.

Et cenſui eſſe reſtituendos omnes fructus
3 d. D. Marchioni, perceptos à Comite Gaſpare à die motæ litis *Rot. deciſ.* 5. *num.* 4. *part.* 17. *recent. & in Bononien. fideicommiſſi Caroli de Pepulis* 5. *Maij* 1679. *coràm bo. me. Rondinino, & in Pontentina cenſus* 26. *Nouemb.* 1691. *coràm Eminentiſs. Cauallerino*.

Circa verò quantitatem dixi eſſe calculandos fructus ſtabilium ad rationem quatuor prò centenario, non obſtante quod ſecundum taxam legalem calculari
4 ſoleant bona immobilia ad rationē quinque prò centenario *iux. gloſ. in auth. perpetua verb. iuxta C. de Sacroſan. Eccleſ & Rota coràm Duran. deciſ.* 192. *num.* 2. *& in recent. deciſ.* 570. *num.* 1. *part.* 2 *& deciſ.* 523. *num.* 3. *part.* 5. præſertim Bononiæ vbi vi-
5 get conſuetudo, quod fructus Stabilium ſoleant liquidari ad rationem quinque prò centenario, de qua materia latè *Rot. coràm cla. me. Card. Celſo deciſ.* 253. *num.* 4.

Quoniàm olim communitèr fructus ſta-
6 bilium calculabantur ad rationem quinque prò centenario, cum regularitèr adeſſet præſumptio, vt bona immobilia tantum redderent, ſed quia pretia rerum hodie

Digitized by Google

die ſunt immutata, & in praxi compertum
eſt fructus ſtabilium eſſe diminutos; credidi
dictos fructus taxandos fore ad rationem
quatuor, prout nouiſſimè practicauit *Rota
in Romana cambiorum 7. Maij 1688. §. neque
coràm bo me. Emerix, & in Aeſina Manu-
tentionis ſuper liquidatione 27. Aprilis 1693.
coràm R.P.D. Vrſino §. receſſerunt, & in Ful-
ginaten. pecuniaria 8. Iunij 1693. coràm R.P.
D. Molines §. prout.*

R. P. D. MOLINES.

Fulginaten. Pecuniaria.

Luna 8. Iunij 1693.

ADuerſus mandatum exequutiuum, ab
A. C. relaxatum fauore quondam Iu-
ſtiniani Iunioris de Orphinis mediati hæ-
redis quondam Ceciliæ de Elmis, pro me-
dietate crediti Scut. 905. vnà cum fructi-
bus recompenſatiuis, contra Bona hæredi-
taria Mutij Orphini hæredis pro medie-
tate quondã Alexandri orignalis Debito-
ris, quod mandatum præuijs duabus de-
ciſionibus ſub diebus 10. Octobris 1688.
& 3. Iunij 1689. cenſuit hoc ſupremum
Tribunal coràm Reuerendiſſimo Hiſpa-
niarum Nuntio exequendum eſſe; & ſub-
indè corã R.P.D. meo Manuel ſub die 10.
Decembris 1691. procedendum ad eius
legitimam exequutionem, cum nuper Si-
gnatura Iuſtitiæ appellationem in deuolu-
tiuo tantum admiſerit, hodiè dubitaui,
an conſtet de re iudicata, vel potiùs de
cauſis reſtitutionis in integrum, & DD.
conſtare de re iudicata reſponderunt.

Concurrunt enim, vt dictum eſt, tria
conformia iudicata decernentia conſtare
7 de credito q. Iuſtiniani auctoris Cæciliæ
Venditricis pro medietate Scut. 905. con-
tra q. Mutium, ex quibus tribus decretis
procul dubio reſultat res iudicata, quando
etiam ſufficerent duo tantum deffinitiua
decreta, vigore Statuti Vrbis de duabus
conformibus, cum agatur de contractu in
Vrbe celebrato, & inter contrahentes
Romæ commorantes.

Præſertim concurrente prædictorum
decretorum validitate, & iuſtitia. Validi-
tas ex actis reſultare viſa eſt, & iuſtitia
ex tribus citatis deciſionibus huius cauſæ,
quarum fundamenta Scribentes prò hæ-
redibus dicti Mutij adeò ſolida recogno-
uerunt, vt nouis tantùm Iuribus de iniu-
ſtitia redarguere dicta decreta ſatage-
bant, ſed neque has nouas oppoſitiones
ſuffragari ad dd. Decretorum iniuſtitiam
demonſtrandam DD. exiſtimarunt.

Non enim releuare viſum eſt, quod
exceſſum fuerit in calculando creditum di-
ctæ Ceciliæ in Scut. 905. cum re vera illud
cõſtaret in ſolis Scut. 805. quia & ſi verum
8 ſit creditum conſtare in hac minori ſum-
ma, non indè tamèn reſultat exceſſus ad
effectum infringendi, & annullandi man-
datum expeditum cum ſuppoſito crediti
Scut. 905. & eius mandati exequutionem,
nam mandatum, & ſi relaxatum prò maio-
ri ſumma ſubſtinetur prò ſumma debita.
Exequutio autèm, & deliberatio cum fue-
rit facta regulando creditum ad rationem
Scut. 805. non poteſt dici exceſſiuè facta,
vt de ſe patet.

Proùt non conſtat de exceſſu reſpectu
fructuũ recompenſatiuorum, qui deſumi
prætenditur ab incertitudine quantitatis
illorum, nàm non probatur fuiſſe exactos
vltrà iuſtitiam, & debitum; Etenim iuxtà
9 taxam legalem regulandi forent ad ratio-
nem quinque prò centenario iuxtà *gloſ. in
l. præterea Cod de Sacr. Eccleſ. Rot. deciſ.* 154.
num. 11. *part.* 18. ſeù iuxtà illud, quod ſer-
10 uatur de ſtylo noſtri Tribunalis, taxatio
erat facienda in Scut. quatuor prò cente-
nario, *vt in Aeſina dotis 23. Februarij cur-
rentis anni §. prò hac autem coràm me*, in
præſenti autem caſu calculati fuerunt ad
11 rationem Scut. trium prò centenario, quæ
calculatio vti rationabilis, & nimis æqua
non poteſt vllo modo de exceſſu redargui,
vt in bonis ſtabilibus Territorij *Fulgina-
ten. dixit Rot. in deciſ.* 415. *num.* 15. *coràm
Priolo*, tantò magis quia nulla prò parte
debitoris affertur concludens probatio in
contrarium, quod ex re vendita percepti
fuerint fructus in maiori quantitate.

Et demùm non obſtat, quod in vendi-
tione comprehenſa fuerint bona vrbana
12 conſiſtentia in domibus, & Apothecis,
quæ tantum ſunt in fructu, in quantum
probetur fuiſſe locatas, & fructus perce-
ptos. Nàm ferè omnia bona per Ceciliã
13 poſſeſſa cõſiſtunt in predijs ruſticis, vt cõ-
ſtat ex *Sum. Additi. Alexandri n.* 11. & vni-
ca Domus, cum Apothecis, quæ contine-
tur in dicta venditione, cum ſita ſit in foro
pu-

Digitized by Google

publico, vbi Mercatores negotiantur præſumptio ſtat, quod non caruerit Inquilino. Et ita vtraque, &c.

ARGVMENTVM.

SVbſtitutio cum conditione ſi ſinè filijs deceſſerit, expirat exiſtentibus filijs iuxtà celebre conſilium 21. Oldrad. Receditur ab iſta regula, quādo adſunt coniecturæ in contrarium. Prælegatum quando veniat in reſtitutione fideicommiſſi.

SVMMARIVM.

Subſtitutio ſi ſine filijs expirat exiſtentibus filijs num. 1.

Limita quando adſunt coniectura in contrarium num. 2.

Enumerantur coniectura à num. 3. vſque ad numer. 7.

Declarantur auctoritates in contrarium num. 8. & 9.

Ex onere perpetuo inducitur perpetuum, & reciprocum fideicommiſſum num. 7.

Prælegatum an, & quando veniat in reſtitutione fideicommiſti num. 10. & 11.

Ius patronatus an, & quando ſit comprehenſum in fideicommiſſo num. 12.

VOTVM CXXXVI.

IN vltimo cum quo deceſſit elogio Franciſcus Bullus ſic diſpoſuit: *Inſtituiſco miei heredi vniuerſali li Signori Doroteo, e Giacomo miei fratelli carnali, e morendo vno d eſſi ſenza figli, ſoſtituiſco l' altro, e morendo tutti dui ſenza figli, ſoſtituiſco il più proſsimo della mia Famiglia, & in caſo che non vi foſſe niuno della Famiglia, ſucceda il più proſſimo Parente dell' vltimo grauato, con peſo di prendere, e ritenere il Cognome della mia Famiglia, prohibendo à tutti i ſopradetti ogni ſorte di alienatione, perche voglio che i miei beni ſi conſeruino ſempre nella mia Famiglia, intendendo, che in queſta mia diſpoſitione ſiano ſempre escluſe le femine, e voglio che tutti gli Eredi, e Soſtituiti in perpetuo debbano pagare Scudi 50. ogni anno alli Padri di S. Domenico per lo mantenimento della Cappella del Santiſs. Crocifiſſo da me fondata nella Chieſa di detti Padri.*

Cum itaque hæredes inſtituti deceſſe-
1 rint cum filijs prætendebatur, vt expiraſſent cæteræ ſubſtitutiones iuxta celebre *conſ.* 21. *Oldrad.* paſſim à Rota canonizatū *Bich deciſ* 46. *num.* 5. *Dunoz. Iun. deciſ.* 50. *num.* 1. Sed mihi viſum fuit eſſe potiùs in caſu limitationis, cum cōmunitèr receptū
2 ſit *conſ.* 21. *Oldrad.* non procedere quando aliud ſuadeant verba, & coniecturæ deſumptę ex teſtamēto *leg.* 1. *C. de condit. inſert. De Luca de fidei. diſc.* 83. *Rot. deciſ.* 385. *num.* 20. *part* 9. *coràm Sa. me. Alex. VIII. deciſ.* 113. *num.* 3. *& deciſ.* 138. *num.* 1. *cum alijs in Carpentoraten. hæreditatis, ſeù fideicommiſsi* 14. *Martij* 1687. *coràm R. P. D. Molines* §. *ſiquidem.*

Adeſt enim in pręſenti digreſſus ad plu-
3 res gradus ſubſtitutionſi, quam coniecturā in his terminis ponderant *Ancharan. conſ.* 74. *Adden. ad deciſ.* 632. *num.* 35. *part.* 4. *tom.* 3. *& Rot. in Romana fideicommiſsi de Vrſinis* 7. *Februarij* 1681. §. *accedit digreſſus coràm bo. me. Albergato, & in dicta Carpentoraten.* §. *ſecunda.*

Obſeruando non eſſe veriſimile, quod
4 Teſtator voluerit grauare potiùs ſuos fratres proximiores, magiſque dilectos, quam remotiores, & minùs dilectos, & hanc coniecturam prò receſſu à *conſil. Oldradi* expendunt *Actolin. reſolut.* 106. *num.* 19. *Rot. coràm Otthobon. deciſ.* 113. *à num.* 12. *ad* 14. *& in recent. deciſ.* 361. *num.* 12. *part.* 1. *& in dicta Carpentoraten* §. *tertia.*

Quibus additur perpetua fœminarum
5 excluſio, quam circumſtantiam prò inducendo fideicommiſſo in noſtra hypotheſi ponderauit *Rot. coràm Priolo deciſ.* 344. *num.* 16. *& in recent deciſ.* 142. *num.* 44. *&* 45. *par.* 10. *& in dicta Carpentoraten.* §. *vltima.*

Maxime accedente enixo voto conſer-
6 uandi agnationem addita prohibitione alienationis, & quidem ea ratione, vt bona ſempèr remanerent in familia *Rot. coràm Sa. Me. Alex. VIII. deciſ.* 113. *num.* 16. *&* 21. *& in recent. deciſ.* 163. *numer.* 10. *par.* 10. *& in dicta Carpentoraten.* §. *quinta.*

Quæ omnia fortiùs procedunt, cum omnes ſubſtituti fuerint grauati in perpe-
7 tuum onere ſoluendi Scuta 50. annua Patribus Sancti Dominici, ex quo perpetuo legato induci perpetuum fideicommiſſum, imò reciprocum ſcripſerunt *Bart. in leg. annua* §. *auia ff. de ann. legat. Anchar. conſ.* 27. *n.* 7. *Pariſ. conſ.* 30. *n.* 3. *Rot. coràm Bich. deciſ.*

deciſ. 608. num. 4. & in recent. deciſ. 481. num. 21. part. 18. & in dicta Carpentoraten. §. *quarta.*

Nec releuant auctoritates in contra-
rium allegatæ nempè *Palm. Nepos alleg.*
8 *90. num. 46. de Luca de fideicom. diſc. 83 per
tot. Rot. deciſ. 486. nu. 20. par. 1. recent. Ad-
den. ad deciſ. 632. num. 35. ad 52. part. 4.
tom. 3. & deciſ. 95. poſt Fenzon. ad Stat. Vrb.* §. *nàm ad primam.*

Quoniàm ſi ſupradictę coniecturę ſeor-
9 ſim ponderatæ, fuerint aliquando à Rota
reiectæ, tamèn ſimùl iunctæ concedendũ
eſt, quod inducant fideicommiſſum, vti
benè diſtinguendo firmatur per *Rotam in
dicta Carpentoraten. hæreditatis, ſeù fideicō-
miſſi 14 Martij 1687.* §. *exindè, qua deci-
ſio fuit confirmata 23. Iunij, & 24. Nouem-
bris 1690. coràm Priolo.*

Quod autèm in hoc fideicommiſſo ſint
10 comprehenſa etiam pręlegata facta Vxo-
ri, non eſt dubitandum cum in puncto, &
latè fuit firmatum per *Rotam in ſequenti de-
ciſione firmana fideicommiſſi 6. Iunij 1687.
coràm R. P. D. Heruault*, in qua reſponde-
tur omnibus, quæ in contrarium per In-
formantes ſubtilitèr adducebantur.

R. P. D. HERVAVLT.

Firmana fideicommiſſi.

Veneris 6. Iunij 1687.

MIchael Angelus in ſupremis tabulis inſtitutis hæredibus Stephano, & Decio Nepotibus cum reciprocis ſubſtitutionibus, inter eorum lineas perpetuo duraturas, ne in diuiſione hæreditatis controuerſia vlla ſuboriri poſſet, præuentiuè eiſdem deſtinauit viriles partes aſſignando vnicuiq; certa corpora hæreditaria, cumque idem Teſtator iure Legati reliquiſſet Sophonisbę Vxori habitationem Domus, in qua ipſe obijt, & vſufructum duorum prędiorum ſubſtitutis eidem in caſu obitus, vel tranſitus ad ſecundas nuptias dd. Nepotibus, alia ſimili deſtinatione partium prouidit, quod domus, & alterum prædium nuncupatum del Canale peruenire deberet ad Primogenitum Stephani, & in altero prædio appellato di Pozzomaſſio ſuccederet Decius, qui mortua iam pridem Sophonisba nuper obijt abſque filijs inſtitutis hæredibus PP. Oratorij Firmi. Renuentes autem iſti reſtituere Stephano, eiuſque filijs d. Prædium, quoddam Iuſpatronatus, & nonnullos cenſus, & credita, à dicta Michaelis Angeli hæreditate prouenien. ſuccubuerunt coràm Iudice primæ Inſtantiæ, à cuius ſententia interpoſita appellatione cauſam mihi committi curarunt, vndè cum hodie quæſiuerim An, & in quibus bonis Antonio, & Michaeli Angelo Iun. Stephani filijs danda ſit immiſſio.

DD. primo reſponderunt illam dandam eſſe ad controuerſum prædium, quia ſiuè ſpectemus fideicommiſſum perſonale, & reſtitutorium primo loco conditum, ſiue aliud reale ſuper ſtabilibus in alia ſeparata oratione ordinatum vtriuſque vinculis ſubiectum dignoſcitur.

Et incipiendo à primo, cum illud ſit vni-
11 uerſale comprehendit Legatum factum
Vxori, quod proindè venit in reſtitutio-
ne, iuxta doctrinam *Bald. l. cum Virum n. 5.
C. de fideicommiſſ.* non obſtante diuiſione,
per quam Teſtator ad euitandas lites hæ-
reditatem diſtribuit inter hæredes Legato
quorumdam corporum vſufructu Vxori,
quia ille efficere nequit, quod quælibet
ex portionibus diuiſis cenſeri debeat ad
inſtar prælegati contradiſtincti, & præ-
libati ab vniuerſa hæreditate: ſed tam-
quam vniuerſalis diuiſio, per quam Teſta-
tor vniuerſam hæreditatem partitus fuit
operatur, vt ſingulæ partes diuiſoriæ ve-
niant in reſtitutione fideicommiſſi, vt pro-
ſequitur idem *Bald. dicto loco num. 9. Pere-
grin. de fideicommiſſ. art. 7. num. 61. Card. de
Luc. eodem tit. diſc. 133. num. 15. verſ. &
propterea.*

Huiuſmodi verò vniuerſalitas fideicommiſſi deprehenditur ex clara mente Teſtatoris, vnicè attendenda in ſimili cōtrouerſia per *Text. expreſſum in l. cogi poterit 16.* §. *1. verſic. Cæterum ſi de vniuerſitate ff. ad Trebellian.* qui in omnibus Teſtamenti partibus ſemper expreſſit enixam voluntatem ſubijciendi dicto fideicommiſſo non ſolum bona præſentia, & iam acquiſita, ſed etiã in futurum acquirenda ex pecunijs, penès ipſum tempore mortis extituris, & honorando Nepotes à ſe inſtitutos, hæredum nomine diſpoſuit de vniuerſo eius patrimonio, & hæreditate, quæ verba cum ſint vniuerſalia, & præſeferant ſucceſſionem

in vniuerſum ius quod defunctus habet *iuxtà regulam Iuris 62. ff. de regul. Iur.* reſtringi nequeunt ad ſola bona in principio Teſtamenti per Teſtatorem diuiſa, ſed cætera etiam bona non diuiſa, aliaque prælegata comprehendunt.

Quæ comprehenſio apertiùs demonſtratur ex alia parte Teſtamenti, in qua Teſtator poſt ordinatum primum fideicõmiſſum, cæteraſque diſpoſitiones memoratas per caput omninò ſeparatum, & ſtans independenter per viam perſonalis diſpoſitionis, prohibuit bonorum omnium ſtabilium alienationem per hæc verba: *E perche detto Sig. Teſtatore hà particolar affetto alli beni ſtabili, quali di preſente ſono nel ſuo Patrimonio, e quelli deſidera, che per ſempre ſi conſeruino nella ſua Famiglia, perciò prohibiſce, che detti ſuoi heredi non poſsino per alcun tempo quelli vendere, impegnare, diſtrarre, ò alienare*; vndè cum inter bona ſtabilia patrimonij Teſtatoris adeſſent res prælegatæ Vxori, poſt huius mortem ad hæredes peruenturæ, vtique ſubiectæ remanſerunt huic reali, & abſoluto fideicommiſſo, in ſeparata prohibitione alienationis ordinato, vt in noſtris præciſis terminis reſpondit *Card. de Luca dicto diſc. 133. ſub num. 14.* & relatis concordantibus firmauit *Rot. deciſ. 358. à num. 1. par 16. recent. & deciſ. 356. part. 19. confirmata 11. Martij. currentis anni §. fideicommiſſ. coràm R. P. D. Rondinino.*

Neque hoc nouum fideicommiſſum conſiderari valet relatiuè ad terminos alterius præcedentis, quia præterquam quod ex iam dictis ob illius vniuerſalitatẽ huiuſmodi relatio non obſtaret, nihilominus tamen hæc excluditur non ſolum ex amplitudine verborum, & rationis, atque independentia prohibitionis alienationis, verum etiã ex diſcretiua contradiſtinctione, facta ab ipſo Teſtatore in alio §. in quo mandauit vendi frumentum, vt eius pretium inueſtiretur in Cenſibus, vel ſtabilibus, *perche reſtino nell' Eredità di detto Teſtatore, e nel ſopradetto, & infraſcritto fideicommiſſo.*

Hæc omnia validiſſimè confirmãtur ex ipſo facto Decij, qui iuxtà præceptum Teſtatoris antequam hæreditati ſe immiſceret omne, & totum id, quod quamuis de cauſa libere habere, & conſequi potuiſſet, eidem fideicommiſſo ſuppoſuit, quamobrem cum illi controuerſum etiam prædium ex mente Teſtatoris ſubijci debere agnouerit, nequeunt modò illius hæredes qualitatem hanc fideicommiſſariam ab eorum Auctore approbatam impugnare *Rota deciſ. 429. num. 5. part. 12.*

Quibus non obſtat, quod in medietate d. prælegati ſubſtitutus fuerit Primogenitus Stephani, qui non erat inſtitutus, quia in reuerſione legati poſt mortem Legatarij ad hæredem facienda attenditur magis Ius hæreditarium, quam perſona hæredis, idemque eſt ſubſtitutum eſſe hæredem, ac hæredem hæredis, vt in noſtris terminis tenet *Soccin. Sen. conſ. 102. numer. 10. lib. 3.* & generaliter tradunt *Peregrin. de fideicommiſſ. art. 32. num. 76. & Bellon. de iur. accreſcendi cap. 7. quaſt. 19. num. pariter 76.*

Ex iiſdem rationibus DD. cenſuerunt competere immiſſionem quoad reliqua bona, præſertim quia illorum reſtitutio litteraliter demandata etiam appareat in codicillis.

12 Nec obſtat, quòd Iuſpatronatus regulariter non veniat in reſtitutione fideicommiſſi, quia hæc regula non procedit, quandò fideicommiſſum ob eius vniuerſalitatem extenditur etiam ad Iura, & actiones *Priol. deciſ. 136. num. 1.* quæ omnia certè complectitur fideicommiſſum ordinatũ ſuper vniuerſa hæreditate, vt in noſtris terminis notat *Mox citata. deciſ. num. 12. & ſeqq.*

Et ità omiſſis leuioribus obiectis ab informantibus ſublatis reſponſum fuit vtraque.

ARGVMENTVM.

HAbens facultatem diſponendi per vltimam voluntatem inter filios, an poſſit iſtos grauare fideicommiſſo fauore Nepotum.

SVMMARIVM.

Habens facultatem diſponendi per vltimam voluntatem poteſt conſtituere fideicommiſſum numer. 1.

Qui poteſt diſponere intèr filios, poteſt iſtos grauare fideicommiſſo fauore Nepotum num. 2.

Filiorum appellatione veniunt Nepotes; quando fuit contemplata agnatio num. 3.

Plu-

pluralitas reſoluitur in ſingularitatem ad effectum, vt admittatur ſubſtitutus num. 4. Limita num. 5. 6. 7. & 8.

VOTVM CXXXVII.

AD dirimendam litem diù agitatam intèr Ignatium, & Baſilium fratres de Giſmundis, fuit intèr eos inita tranſactio, in qua ab Ignatio fuit relaxatum prædium dictum *di Belmonte* ad fauorem Baſilij, cum hac tamèn conditione, quod dictus Baſilius numquam præfatum prædium vendere, alienare, & hypothecare poſſet, ſed ſolummodò de eo valeret diſponere per vltimam voluntatem ad fauorem filiorum ſuorum, vt ſplendor familiæ conſeruaretur.

Baſilius in exequutionem facultatis ſibi tributæ condidit Teſtamentum, & reliquit in eo dictum prædium ſuis filijs, eoſque grauauit fideicommiſſo ad fauorem Nepotum. Hinc introducta lite coràm me fuit dubitatum, an Baſilius habuerit facultatem grauandi filios fideicommiſſo ad fauorem Nepotum, & affirmatiuè reſpondendum eſſe credidi.

Nam Baſilius habuit facultatem diſponendi per vltimam voluntatem, & ideo potuit conſtituere fideicommiſſum, quod
1 dicitur vltima voluntas, vti telictis generalibus in puncto reſpondit *Rot. in Vrbeuetana fideicommiſſi* 10. *Maij* 1690. *coràm Reuerendiſs. Vrſino* §. *ex amplitudine*.

Maximè quia legitur prohibita alienatio, & data ſola facultas diſponendi per vltimam voluntatem ad fauorem Filio-
2 rum, vt ſplendor familiæ conſernaretur, & proindè intrat regula, quod quando fuerit contemplata agnatio, & ſucceſſiua
3 familiæ conſeruatio nomine filiorum veniant etiam Nepotes, & propterea Teſtator potuit grauare filios ad fauorem Nepotum, adimplendo pinguiùs facultatem diſponendi ſibi datam, proùt in puncto firmatur per *Rotam in dicta Vrbeuetana* 10. *Maij* 1690. *coràm Reuerendiſs. Vrſino ferè per tot. & ſignantèr* §. *& quidem, &* §. *nèc vocatio*, vbi agebatur etiàm in fortioribus terminis, nempè de facultate data in tranſactione diſponendi intèr filios cum dictionibus taxatiuis, & faciunt etiàm tradita per *Peregrin. de fideicom. articul.* 40. *numer.* 54. *Gratian. diſcept.* 80. *numer.* 23. *Manz. conſult.* 249. *ſub numer.* 18. *verſicul.* 1.

Firmata itaque validitate fideicommiſſi, dixi non eſſe admittendum Dominicum Nepotem in portionem patrui vltimo loco defuncti, ſed eſſe expectandam mortem Rugerij alterius patrui, cum dictus
4 Dominicus ſubſtitutus legatur poſt obitum vtriuſque, non obſtante, quod pluralitas reſoluatur in ſingularitatem iuxta celebre reſponſum *Papiniani in leg. heredes mei* 57. §. *cum ità ff. ad Trebellian.* quia
5 ab iſta regula receditur quando ſupereſt perſona Teſtatori magis prædilecta, quàm ſubſtitutus *Bart. & DD. in dict. leg. heredes mei* §. *cum ita Rodulph. allegat.* 6. *num.* 6. *Rot. deciſ.* 183. *num.* 8 *part.* 15. *& deciſ.* 92. *num.* 8. *&* 142. *num.* 12. *& deciſ.* 244. *num.* 6. *part.* 17. *cum alijs in Bononien. fideicommiſſi de Mareſcottis* 3. *Decemb.* 1691. *coràm R. P. D. Molines* §. *& his*.

Hæc enim prædilectio deſumitur, quia patruus ſuperſtes præſumitur magis dilectus, vti proximior, & priùs honoratus, ac in oratione legitur coniunctio re, & verbis, quas circumſtantias ad excludendam reſolutionem pluralitatis in ſingularitatem ponderat *Rota in dicta Bononien.* §. *& his poſitis*; fortiùs quia adſunt in præſenti dictiones reſtrictiuæ ibi — *tunc, & eo caſu, & non alias ſubſtituit*, vt benè obſeruatur per *Rodulph. allegat.* 132. *num.* 3.

Quæ omnia indubitantèr procedunt in
8 hac hypotheſi, in qua non agitur de bonis, de quibus Teſtator habuiſſet plenum dominium, ſed tantum facultatem limitatam diſponendi intèr filios; Et ſolùm Nepotes hoc caſu ſunt comprehenſi appellatione Filiorum ex quadam extenſione interpretatiua, vndè cum filij fuerint principalitèr conſiderati; dicendum eſt fuiſſe prædilectos, & proindè non eſſe locum reſolutioni pluralitatis in ſingularitatem iuxtà auctoritates ſuprà allegatas.

ARGVMENTVM.

QVando agitur de Barone, ſeù alia perſona potenti, tunc pertinentia iuriſpatronatus ad illius fauorem quomodo ſit probanda.

SVMMARIVM.

Iuſpatronatus eſt probandum à Barone, vèl alia perſona potens cum inſtrumento fundationis, vèl dotationis, vèl ſaltèm cum immemorabili cum præſentationibus effectum ſortitis per ſpatium quinquaginta annorum num. 5.

Amplia vt non ſufficiant enunciatiua, vel ſententia Ordinariorum num. 2.

Declara num. 7.

Amplia vt non ſuffragaret præſentato poſſeſsio triennalis num. 2. in fine.

Amplia præſertim ſi adſint collationes factæ ab Ordinarijs num. 3.

Iuſpatronatus etiàm quando agitur ad fauorem perſonæ potentis quomodo iuſtificatur num. 4.

Teſtes Vaſſalli quando probent fauore eorum Domini num. 5.

Teſtes probant etiàm examinati abſque interrogatorijs, quando pars citata recuſauit illa tradere num. 6.

Præſentationes præſumuntur effectuatæ ſi fuerint plures, & ſucceſsiuæ num. 8.

Si præſentatus tranſegerit cum prouiſo ab Epiſcopo, & remanſit in poſſeſsione non præiudicat patrono num. 9.

Actus contrarij non interrumpunt immemorabilem iàm completam num. 10.

Præſentatus à patrono, ſi clandeſtinè obtinuerit etiam prouiſionem à Sede Apoſtolica, non præiudicat patrono num. 11.

VOTVM CXXXVIII.

SCribentes prò Reuerendiſſimo Archiepiſcopo plura deducebant impugnando iuſpatronatus antiquum familiæ Excellentiſſimi Principis, & ſignantèr quod quando agitur de Barone, ſiuè alia perſona potenti, in qua cadit ſuſpicio vſurpationis, iuſpatronatus ad Illius fauorem ſit iuſtificandum cum claro Inſtru-
1 mento fundationis, vèl dotationis, vèl cum, immemorabili, cum præſentationibus effectum ſortitis, ſaltèm per ſpatium quinquaginta annorum ad formam diſpoſitionis *Concil. Trid. ſeſſ. 25. de reformat. cap. 9.* de qua materia diffusè etiam tradunt *Viuian. de iur. patr. lib. 11. cap. 5. nu. 72. & ſeq. Rot. deciſ. 197. num. 10. part. 3. & deciſ. 6. num. 2. part. 19. recent. & in Marſicana beneficij 26. Nouembris 1691. coram bo. me. Benincaſa §. nec obſtare.*

Et adeò ſupradicta ſunt vera, vt prò concludenda pertinentia iuriſpatronatus
2 non ſufficerent ad fauorem Baronis, ſeù alterius Perſonæ potentis enunciatiuæ, ac etiam ſententiæ Ordinariorum *Rot. deciſ. 383. num. 2. coràm Put. & deciſ. 9. nu 3. & deciſ. 53. num. 8. poſt Viuian. de iur. patronat. & deciſ 192. num. 12. part. 16. recent. & in Marſicana beneficij 26. Nouembris 1691. coràm bo. me. Benincaſa §. multo minùs* vbi firmatur etiàm non ſuffragare in his terminis, nèc minus poſſeſſionem triennalem præſentato à Barone.

Quæ omnia maximè procedunt in præſenti caſu, dum fuerunt allatæ duæ pro-
3 uiſiones factæ de hoc beneficio vti de libero, quæ omnem qualitatem patronalem excludunt *Rot. deciſ. 51. ex num. 9. par. 6. deciſ. 6. num. 3. part. 10. deciſ. 6. num. 8. part. 19. & in dicta Marſicana beneficij 26. Nouembris 1691. coràm bo. me. Benincaſa §. ſed vrgent.*

His tamèn non obſtantibus contraria mihi placuit opinio, nàm licèt verſemur in Barone, in quo cadit ſuſpicio vſurpationis iuriſpatronatus; tamèn concurrit in præſenti ſufficiens probatio requiſita à Sac. Concilio Tridentino, cum iàm per
4 Excellentiſſimum Principem fuit in facto iuſtificata immemorabilis præuia depoſitione teſtium, vna cum præſentationibus per quinquaginta annos effectuatis *Theod. de Rub. in Rot. ſingular. part. 2. ver. Iuſpatr. §. 5. pag. 59. Barboſ. in annot. ad Concil. cap. 9. num. 32. ſeſſ. 25. de reformat. Rot. deciſ. 444. num 12. & ſeq part. 14. recent. & in Cuſentina Abbatia 4. Maij 1693. coràm bo. me. Benincaſa §. validitas.*

Nec releuat quod Teſtes vti Vaſſalli dicti Excellentiſs Principis ratione amoris, vèl timoris erga eumdem non probent
5 ad illius fauorem; quià cum verſemur in materia exteris nullatenus, vèl difficiliùs nota debent admitti etiam Vaſſalli ad teſtificandum præſertim, quando eorum dicta ſunt adminiculata *Card. de Luca de iur. patronat. diſc. 3. nu. 8. Rot. coràm Peutinger. dec. 317. nu. 26. & in rec. dec. 187. nu. 22. p. 12. & dec. 444. n. 8. p. 14. & in dec. 136. n. 15. par. 19. & in d. Cuſentina Abbatia 4. Maij 1693. coràm bo. me. Benincaſa §. huiuſ-*
6 *modi*, in qua traditur ſufficere, quod teſtes fuerint examinati abſque interrogatorijs Procuratoris fiſcalis, dummodò tamèn iſte fuerit citatus, & illa dare non curauit.

Admi-

Adminicula namque deſumitur ex duabus ſententijs Archiepiſcoporum Ante-
7 ceſſorum, quæ valdè ſunt attendendæ tamquam emanatæ poſt Concilium Tridentinum, quidquid eſſet dicendum ſi eſſent prolatæ antè Concilium, vti benè diſtinguendo tradunt *Lotter. de re benef. lib. 2. quæſt. 13. numer. 140. Gonzal. ad regul. cancellar. 8. gloſ. 18. numer. 26. Barboſ. ad Concil. cap. 9. numer. 29. ſeſſ. 25. de reform. Card de Luca de iur. patronat. diſc. 4. num. 6. vſque ad fin. & diſc. 58. ſub numer. 20. Rot. deciſ. 197. num 58. part 5. & in dicta Cuſentina Abbatia §. concurrente.*

Quod autèm præſentationes per ſpa-
8 tium quinquaginta annorum, & vltra fuerint effectuatæ conſtat ex diuerſis publicis documentis, tùm quia de iure etiam præſumuntur effectuatæ, cum vnus clericus fuerit poſt mortem alterius nominatus per longum temporis ſpatium iuxtà *conſil. Oldrad. 229. paſſim à Rot. receptum, & præcipuè in deciſ. 19. num. 3. part. 9. & deciſ. 444. num. 13. part. 14. coràm Pentinger. deciſ. 317. num. 2. & ſequen.*

Minùs officit quod de anno 1611. fuerit de hoc beneficio vti de libero prouiſus
9 Franciſcus Dolea, quia introducta deindè lite, & poſtea compoſita per tranſactionem, remanſit in poſſeſſione eiuſdem beneficij præſentatus ab Aſcendentibus moderni Excellentiſſimi Principis; tranſactio namque non inducit nouum titulum, ſed ſolum præcedentem ex cauſa præſentationis confirmat, vti relictis generalibus in puncto reſpondit *Rot. in dicta Cuſentina*
10 *Abbatia 4. Maij 1693. coràm bo. me. Benincaſa §. excluſo,* vbi etiàm traditur iſtos actus contrarios non interrumpere immemorabilem iàm completam.

Et demum non aduerſatur, quod Ioannes de anno 1659. ab Excellentiſs. Prin-
11 cipe præſentatus etiàm clandeſtinè obtinuerit prouiſionem de hoc beneficio à Sede Apoſtolica, quia iſte actus clandeſtinus non præiudicat Patrono *Rot. deciſ. 53. nu. 7. & ſeq. coràm Arguel.*

ARGVMENTVM.

Mater dotando filiam de bonis proprijs præſumitur donaſſe dotem eidem filiæ, quamuis iſta conſequi potuiſſet dotem ex bonis paternis.

SVMMARIVM.

Filia aliundè dotata non poteſt conſequi dotem ex bonis fideicommiſſi num. 1.

Mater dotando filiam an præſumatur dotem donaſſe, vèl potiùs habuiſſe animum illam repetendi num. 2. 3. 4. 5. & 6.

Extraneus dotando alicuius filiam præſumitur dotem donaſſe num. 3.

VOTVM CXXXIX.

CVm D. Domitilla fuerit congruentèr dotata à Matre de bonis maternis, mihi viſum fuit, illam non poſſe agere prò conſequenda dote, & bonis fideicommiſſi ex remedio ſubſidiario auth.
1 reſquæ *C. commun. de legat.* & communitèr notant ibi ſcribentes ex *Tex. in leg. Mulier 22. §. cum proponeretur ff. ad Sen. Conſ. Treb. Rot. coràm Dunoz. Iun. deciſ. 836. num. 6. & ſeq. & deciſ. 891. coràm Card Cerro deciſ. 907. num. 1. & in recent. deciſ. 331. num. 8. & ſeq part. 17. & in Narnien. fideicommiſsi de Capitonibus 2. Aprilis §. & Domini, & 25. Iunij 1685. §. primo coràm R. P. D. Hernauult.*

Nec releuat, quod cum D. Domitilla conſequuta fuerit dotem à Matre, cuius hodiè ipſa eſt hæres, intret regula, quod ſicuti Mater dotans poſſet repetere ſolu-
2 tam dotem filiæ ex bonis fideicommiſſi, ità etiam D. Domitilla eiuſdem Matris hæres poterit hanc actionem experiri, præſertim quià Mater non tenebatur dotare filiam de proprio, exiſtentibus bonis fideicommiſſi auiti, ex quibus erat dotanda eius filia ad *Tex. in leg. Neſennius 36. ff. de negot. geſt. Boſ. de dot. cap. 3. num. 110.*

Quoniàm fuit obſeruatum, quod Extraneus dotans Mulierem nullo præſeruato iure per ſtipulationem dicatur donaſſe,
3 etiàm quando adſit alius, qui huiuſmodi onus ſubire debebat *tex. in leg. vnica §. accedit C. de rei vxor. action. Mangil. de imputat. quæſt. 25. per tot Gratian. diſcept. 769. num. 66. & ſeq Fontanell. de pact. nuptial. clauſ. 5. gloſ 1. part. 3. num. 2. Coſta de red. dit. rat. quæſt. 220. num. 6. Rot. coràm Bich. deciſ. 41. num. 1. & ſeq. & in Narnien. fideicommiſsi de Capitonibus 2. Aprilis 1685. §. verùm contraria coràm R. P. D. Hernauult.*

Quæ concluſio procedit etiàm in Matre, ſeù Fratre dotante, licèt iſtæ perſonæ

in

4 in ſubſidium tenerentur dotare Filiam, &
Sororem reſpectiuè, cum huiuſmodi ſe-
cundaria, & remota obligatio dotandi
non excludit animum exercendi liberali-
tatem, & donandi *Hond conſ. 91. numer.
38. & ſeq. lib. 1. Cephal. conſ. 398 num. 10.
Altograd. conſ. 59. num. 14. lib. 1. Paitel. in
exped cauſ. ciuil. 90. num. 41. Menoch. de
præſumpt. præſumpt. 31. num. 1. lib. 3. Rot.
coràm Merlin. deciſ. 433. numer. 15. coràm
Bich. deciſ. 41. num 1. & ſeq. & in recent.
deciſ. 269. num. 9 part. 8. & deciſ. 45. in
fin. part. 17. & in Narnien. fideicommiſſi de
Capitonibus 2. Aprilis 1685. §. verùm coràm
R. P. D. Hernauult.*

Nec releuante, quod Mater aſſignaue-
rit dotem vti Adminiſtratrix bonorum fi-
liæ, quo caſu cum ratione officij ad do-
5 tandam filiam proceſſit, excluditur ani-
mus donandi *Barboſ. in leg. 1. part. 4. num.
149. ff. de ſolut. Matrim. Maſcard. de pro-
bat. concluſ. 571. num. final.* quia ſupradi-
cta concluſio recipit limitationem, quan-
do adminiſtratrix declaranit dare dotem
nomine proprio, ac ex pecunijs, boniſque
proprijs *Surd. conſ. 534. numer. 16. & ſeq.
Menoch. conſ. 771. num. 2. & 3. Mangil. de
imputat. quæſt. 25. numer 13. Michalor. de
fratribus part. 3. cap. 34 numer. 74. & ſeq.
Paitel. in annot. ad expedit. cauſ. ciuil. 90.
num 45. Rot. in dicta Narnien. 2. Aprilis,
§. nèc huic, confirmata 25. Iulij 1685. coràm
R. P. D. Hernauult.*

Nec minus aduerſatur, quod cum Ma-
ter dederit filiæ in dotem proprium fun-
6 dum dotalem, in quo conſiſtebat ferè tota
illius ſubſtantia inueriſimile ſit, quod ha-
buerit animum donandi, & erogandi om-
nia ſua bona prò dote filiæ abſque vlla
ſpe repetendi. Quia hæc coniectura vr-
geret, ſi ageretur de dote conſtituta ab ex-
traneo, at ſecus vbi tractatur de Matre,
cui eſt permiſſum à iure poſſe donare om-
nia ſua bona prò dotanda filia *Cutel. de do-
nat. contemplat. Matr. tom. 1. diſc. 3. part. 4.
num. 24.* & in puncto ità fuit reſolutum à
*Rot. in Narnien. fideicommiſſi de Capitonibus
2. Aprilis §. minùs etiàm, & 25. Iunij 1685.
§. ex qua quidem coràm R. P. D. Hernauult.*

Quæ omnia maximè procedunt in præ-
ſenti; in quo adſunt variæ coniecturæ de-
7 monſtraotes Matrem habuiſſe animum
donandi dotem; Nam dicta Mater in ca-
pitulis Matrimonialibus conuenit, vt dos
in caſu diſſolutionis Matrimonij eſſet re-
ſtituenda filiæ, attento etiam quod in In-
ſtrumento renunciationis fuit à filia dicta
dos acceptata loco legitimæ, quæ cum ſit
immunis ab omni onere, per conſequens
cenſetur data abſque animo repetendi
*Barz. deciſ. 102. num. 2. 8. 14. & 19 & pro-
ſequitur Rot. in dicta Narnien. fideicommiſſi
de Capitonibus 2. Aprilis §. atque demùm, &
25. Iunij 1685. §. hac autem, & §. ſecundo
coràm R. P. D. Hernauult.*

ARGVMENTVM.

PActum futuræ ſucceſsionis ſupèr re
particulari ſubſtinetur.

SVMMARIVM.

*Immiſsio etiàm contrà tertium datur ſubſtituto
in fideicommiſſo facto in contractu numer. 1.
& 2.*

*Pactum futuræ ſucceſsionis an, & quando ſubſti-
neatur num. 3. 4. & 5.*

VOTVM CXXXX.

CVm conſtet de fideicommiſſo, & eius
purificatione, ac de identitate bo-
norum non eſt deneganda immiſſio
D. Franciſco Sangiorgio in vim *l. final. C.
de edict. Diu. Adrian. tollen.* vel ex reme-
dio vtilis ſaluiani interdicti, non refra-
gante quod agatur de fideicommiſſo facto
in contractu, in quo non adeſt obligatio
bonorum, ſeù expreſſa hypotheca, & pro-
pterea non intret immiſſio, ſed ſolum da-
1 tur actio perſonalis, ſiuè condictio ex lege,
quæ contrà tertium nequaquàm eſt exer-
cibilis *Ger. Spin. conſ. 49. per tot. lib. 2. Fa-
chin. controu. lib. 8. cap. 88. Merlin. de pi-
gnor. lib. 3. cap. 1. quæſt. 15. num. 2. Cald.
quæſt. forenſ. lib. 1. quæſt 1. nu. 11. Magon.
deciſ. Florentin. 71. nu. 8. & dec. 102. n. 16.*

Quoniam contraria opinio communi-
2 tèr eſt recepta, quàm ſequuntur innumeri
Doctores relati per *Andreol. contr. 68. nu.
16. Merlin. Pignatel. centur. 1. contr. 60.
per tot. Card. de Luca in ſupplemen. tom. 16.
tit. de donat. diſc. 65. per tot. & Rot. in Nar-
nien. fideicommiſſi de Capitonibus 2. Decem-
bris 1682. coràm R. P. D. Vrſino §. etenim con-
firmata 2. Aprilis 1684. coràm bo. me. Pan-
lutio §. vltra.*

Nec

Nec ad retardandam immiſſionem ſuf-
3 ficiens mihi viſa fuit exceptio nullitatis fideicommiſſi conuentionalis facti in contractu, cum reprobetur à iure tamquàm continens pactum futuræ ſucceſſionis *leg. pactũ quod dotale* 15. *leg. licet* 19. *C. de pact.* & magiſtraliter conſuluit *Bart. conſ.* 112. *per tot lib.* 1.

Quia diſtinguendum eſt, aut pactum
4 futuræ ſucceſſionis reſpicit vniuerſalem hæreditatem, vel eius quotam, & hoc caſu conuentionem non ſubſtineri communitèr admittitur; aut pactum concernit ſucceſſionem in re particulari, proùt in præſenti, in quo agitur de prædio dumtaxat, & hoc caſu conuentionem eſſe ſeruandam tradunt *Michalor. de fratrib. part.* 3. *cap.* 12. *num.* 18 *Turr. de pact. futur. ſucceſſ lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 8. *Card. de Luca de fideicom. diſc.* 141. *per tot. nu* 20. *&* 30. *Andreol contr.* 27. *num.* 11. *& contr.* 312. *nu.* 7. *Rot. coràm Card. Celſo deciſ.* 36. *nu.* 7. *coràm Peutinger. deciſ.* 174. *nu.* 17. *coràm Roias deciſ.* 283. *nu.* 16.

Quæ opinio procedit indiſtinctè in pa-
5 cto futuræ ſucceſſionis in certo fundo, ſiuè dictum pactum directum ſit in rem, ſiuè in perſonam *Pariſ. conſ.* 26. *num* 84. *& ſeq. lib.* 2. *Hond. conſ.* 40. *num* 15. *& ſeq lib.* 1. *Marcian. diſput.* 87. *num.* 5. *& duob. ſequen. lib.* 2. *Gabriel. conſ.* 132. *num.* 17. *Cancer. var. reſolut. tom.* 2. *cap.* 7. *de pact. num.* 151. 152. *Turr. de pact. futur. ſucceſſ. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 56. *Hortoman. Piſtor. q. iur. lib.* 4. *q.* 3. *num.* 15. *& latè diſcuſſo articulo fuit firmatum per Rotam in Narnien. fideicommiſsi de Capitonibus* 2. *Decembris* 1682. *coràm R. P. D. Vrſino* §. *ſiquidem confirmata* 3. *Martij* 1684. *coràm bo. me. Paulutio* §. *nec tanti* §. *at verò.*

ARGVMENTVM.

Agitur de iuriſdictione Epiſcoporum in exemptos, pluresque caſus reſoluuntur iuxtà opinionem Sacræ Rotæ Romanæ, et Sacrarum Congregationum.

SVMMARIVM.

Epiſcopus habet intentionem fundatam procedendi contra quoſcumque exiſtentes in ſua Diœceſi in cauſis ſpectantibus ad eius forum n. 1.

Exemptus tenetur oſtendere Epiſcopo priuilegia ſua exemptionis num. 2.

Priuilegia ſunt recognoſcenda iudicialitèr ab Epiſcopo num. 3.

Inferior non poteſt iudicare ſuper priuilegijs Sedis Apoſtolicæ num. 4.

Declara num. 5.

Epiſcopus vti delegatus Sedis Apoſtolicæ habet iuriſdictionem in Eccleſijs Parochialibus exemptis in his, quæ reſpiciunt curam Animarum num 6.

Epiſcopus vti delegatus, Sedis Apoſtolicæ debet declarare in dubio, an delictum concernat curam Animarum num. 7.

Delegatus debet cognoſcere, an materia ſpectet ad ſuam iuriſdictionem num. 8.

Epiſcopus habet intentionem fundatam, quod Monaſterium exemptum ſit in ſua Diœceſi non comparente alio Epiſcopo viciniori num. 9.

Locus licet exemptus, quando dicatur in Diœceſi exiſtere num. 10.

Hiſtoricis, & Geographicis eſt deferendum numer. 11.

Ad inducendum territorium ſeparatum, quæ requirantur num. 12.

Ex ſingularibus prærogatiuis conceſsis Monaſterio, non benè infertur ad ſeparationem territorij num 13. *&* 14.

Prò ſeparatione territorij priuilegium debet eſſe clariſsimum num. 15.

Ex iuriſdictione, & territorio ſeparato in profanis non benè arguitur ad iuriſdictionem ſpiritualem num. 16.

Vnicus actus iuriſdictionis exercita per Epiſcopum ſufficit, vt ipſe obtineat manutentionem in iuriſdictione vniuerſali num. 17.

Exemptio competens Monaſterio principali debetur omnibus illi annexis num. 18.

Abbas quamuis exemptus non poteſt dare licentiam Confeſſarijs audiendi confeſsiones numer. 19.

Exemptio competit ſolum familiaribus Monaſterij, qui habent requiſita Sacri Concilij Tridentini num. 20.

Ius decimandi intèr Eccleſiaſticas perſonas quanto tempore præſcribatur num. 21.

Stante immemorabili non eſt probandum requiſitum petitionis, & denegationis cum acquieſcentia num. 22.

Epiſcopus poteſt cognoſcere cauſas criminales ſinè Adiunctis num. 23.

Priuilegium ob non vſum amittitur num. 24.

Limita ſtante decreto irritanti num. 25.

Declara num. 25.

Ne-

Negligentia Anteceſſorum non præiudicat Succeſſoribus num. 26.
Declara num. 27.
Vniuerſitas non mutatur licèt mutentur perſonæ dicto num. 27.
Epiſcopus non poteſt immutare ſtatum beneficij num. 28.
Epiſcopus non poteſt vnire beneficia plena, & reſeruata Eccleſiæ Parochiali, vel Seminario ſtante neceſsitate num. 29.
Epiſcopus non poteſt in actu viſitationis facere decretum abſque citatione partis, quando tractatur de priuando aliquem iure præheminentiarum num. 30.

VOTVM CXXXXI.

IN hac cauſa reſoluendum primo loco ponitur, an prætenſus Exemptus teneatur exhibere priuilegia exemptionis
1 Ordinario, & affirmatiuè reſpondendum eſſe cenſui, nam Epiſcopus habet intentionem fundatam contra quemlibet Diœceſanum vti ſubditum *cap. Paſtoralis de offic. ordinar. can. in memoriam 19. diſtinct.* proindè ad illam declinandam, qui ſe dicit
2 exemptum debet coràm illo de ſua exemptione docere *cap. cum perſona de priuil. in 6. cap. cum Epiſcopus de offic. ordinar. in 6. cap. cum contingat de for. competen. Tamburin. de iur. Abbat tom. 1. diſp. 15. quæſt. 6. num. 1. Cochier. de iuriſdict. in exempt. par. 1. quæſt. 8. à num. 10. ad 15. Vrrutig. in Paſtor. Regul. part. 2. quæſt. 3.*

Quoad ſecundum, dubium an exhibitis
3 priuilegijs exemptionis poſſit Epiſcopus illa recognoſcere iudicialitèr, & paritèr affirmatiuè reſpondendum eſſe putaui, quia non ſufficit ſola exhibitio priuilegiorum, ſed vlteriùs ſunt recognoſcendæ qualitates, quæ conſtituunt priuilegiatum, & præcipuè tria requiſita determinata à *Sac. Concil. Tridentino ſeſſ. 24. de reformat. cap. 11. verſ. exceptis tamèn, & à Bulla 67. Sa. me. Gregorij XIII.* ad faciendã enim hanc recognitionem non ſufficit ſola exhibitio priuilegiorum, ſed requiritur vlteriùs iudicialis cognitio ſaltèm ſummaria *gloſ. in dicto capit. cum perſona verb. Ordinarys ibi Barboſ. nu. 2. & 8. Sanch. conſ moral. lib. 6. cap. 9 dub 4. num. 1. Rebuf. in tract de priuileg Scholaſt priuileg. 53. §. idem in mendicantibus verſ. his caſibus Franceſ. in Paſtoral. dict par. 2. quæſt. 3. n. 41. & 42. Fuſens de viſitat. lib 2. cap. 20. nu. 6. Mar. Anton. var. reſolut. lib. 1. reſolut. 18. n. 5. verſ. nec dubitandum, & num. 8.*

Nec releuat, quod hoc caſu Inferior iudicaret ſupèr priuilegijs Sedis Apoſtolicę, quod de iure eſt improbatum *cap. cum veniſſet 12. de iudic. Innoc. in cap. venerab. n. 3. & 4. de cenſibus, & in cap. ex parte il primo num. 1. verſ. Prælatus de verbor. ſignif. Abb. & Felin. in cap. ſuper litteris de reſcript. Cochier. de iuriſdict. p. 2. q. 12. & 13. Rot. deciſ. 47. n. 5. par. 15. rec.* Quoniam obiectũ procederet, quando ageretur de inter-
5 pretanda ſubſtantia, & validitate priuilegij, quæ ab Epiſcopo, vt Inferiore Papæ decidi non poſſunt; ſecùs vero quando Epiſcopus intendit recognoſcere, an aſſertus priuilegiatus polleat illis qualitatibus in priuilegio expreſſis; nàm hoc caſu Epiſcopus licèt Inferior Papæ poteſt recognoſcere ſupradictas qualitates, quia in iſta hypotheſi potiùs de priuilegiato, quàm de priuilegio iudicatur, & ità reſolotum fuiſſe à Sacra Congregatione, & approbatũ à Sa. me. Innocentio X. teſtatur *Franceſ. Vrritig. in Paſtoral. Regul. par. 2. quæſt. 1. in princip fol. 38. verſ. quarto, an in caſu,* & nouiſſimè fuit deciſum *à Rota in Toletana iuriſdictionis 11. Decembris 1690. §. verum §. nec abſurdum §. & hæc coràm R. P. D. Molines.*

Quoad tertium dubiũ, an Epiſcopus vti delegatus Apoſtolicus in Eccleſijs exemptis poſſit in dubio declarare, an delictum
6 commiſſum reſpiciat curam Animarum; affirmatiuè credidi eſſe reſpondendum. Nam Epiſcopus vti delegatus Sedis Apoſtolicæ in Eccleſijs Regularibus, & exemptis, quoad curam Animarum poteſt viſitare, corrigere, & punire, promulgare ædicta independentèr à quocumque alio Superiore Regulari *iuxta Decreta Sac. Congregat. Concilij relata per Ceſped. de exempt. cap. 22. dub. 321. n. 5. verſ. ſexto quod Epiſcopus, & verſ. ad ſextum Rot. coràm Priolo deciſ 240. n 6. & in recent. deciſ. 69 n. 17. par. 19. & in Toletana iuriſdictionis 11. Decembris 1690. coràm R. P. D Molines §. ha-*
7 *ctenus,* & propterea idem Epiſcopus vti delegatus Sedis Apoſtolicæ declarare debet in dubio, an delictum concernat nec nè curam Animarum ea ratione, quod quando naſcitur lis ſupèr juriſdictione intèr Delegatum, & Iudicem ordinarium debet

decidi

Digitized by Google

decidi à Delegato, qui declarare debet, an
ſua ſit iuriſdictio nec nè *Innocen. in cap. Pa-
ſtoralis nu. 7. ad med. de reſcript. Anguiranus
de legibus lib. 3. cont. 33. n. 51. Marta de iu-
riſdict. par. 4. caſ. 120. n. 14. Merlin. Pigna-
tel. contr. iur. tom. 2. cap. 64. n. 25. Fontanel.
de pact. nupt. clauſ. 4. gloſ. 13. par. 3. num. 2.
Cortiad. deciſ. 34. num. 1.* & in puncto con-
trouerſiæ, de qua agitur reſpondit *Rot. in
Toletana iuriſdictionis 11. Decemb. 1690. §.
ex quibus coràm R. P. D. Molines, in qua age-
batur de Eccleſijs ſubiectis Sacra Religioni
Hieroſolimitana.*

Quoad quartum dubium, an Abbas in
caſu, de quo agitur, habeat omnimodã iu-
riſdictionem, & territorium ſeparatum,
dixi negatiuè eſſe reſpondendum, cum
9 Epiſcopus vicinior alio non comparente
habeat fundatam iuriſdictionem, quod
Monaſterium etiàm exemptum ſit in ſua
Diœceſi *Rot. coràm Buratto deciſ. 578. n. 30.
coràm Caril. deciſ. 126. nu. 3. cum ſeq. & in
Brixien. iuriſdictionis 4. Iulij 1685. coràm
bo. me. Benincaſa, & 5. Iulij 1688. coràm R P.
D. Caprarara §. & omnem*, fortiùs in præ-
ſenti, in quo prò parte Epiſcopi dantur iu-
ſtificationes quamplurimæ prò probanda
10 ſua iuriſdictione, & ſignantèr conſtat ex
pluribus antiquis enunciatiuis, quod de
anno 1512. Epiſcopus exegerit ſubſidium
charitatiuum à dicto Monaſterio, ſicut ab
omnibus aliis Eccleſijs ſituatis in ſua Diœ-
ceſi, quibus adduntur enunciatiuæ emiſſæ
in vetuſtiſſimis litteris Pontificijs conceſ-
ſionis indulgentiarum, in quibus dictum
Monaſterinm denominatur ſub Diœceſi
Reuerendiſſimi Epiſcopi, & vltra ſupra-
dictas enunciatiuas concurrunt facta poſi-
tiua Abbatum, qui ſupplicarunt Epiſcopo
prò facultate benedicendi ſacras ſupelle-
ctiles, & abſoluendi caſus reſeruatos, mit-
tendique Monachos ad ſuſcipiendos Ordi-
nes Sacros ab eodem Ordinario, quæ om-
nia exuberant ad probandum, quod præ-
fatum Monaſterium ſit in Diœceſi; vti latè
materiam examinando firmauit *Rota in
Brixien. iuriſdictionis 4. Iulij 1685. coràm
bo. mem. Benincaſa, & 5. Iulij 1688. coràm
R. P. D. Caprara §. ſiuè cumulantur §. ſiuè
enunciatiuis §. facta.* Attentis maximè
publicis Hiſtoricorum, & Giographorum
documentis, ex quibus apparet Monaſte-
11 rium eſſe in Diœceſi Reuerendiſſimi Epi-
ſcopi, quibus Hiſtoricis plurimum defe-
rendum eſſe teſtatur *Rot. in Leodien. iuriſ-
dictionis 23. Ianuarij 1679. coràm bo. mem.
Emerix, & in alia deciſione ſuper bono iure
ſub die 9. Decembris 1682. coràm bo. me. Al-
bergato, & 13. Martij 1684. coràm Eminen-
tiſs. Caccia, & in dicta Brixien. iuriſdictio-
nis 5. Iulij 1688.*

Nec turbant ampliſſima priuilegia per
12 Abbatem deducta, quia ad effectum in-
ducendi ſeparationem territorij debercõ-
ſtare de plena iuriſdictione in Clerum, &
Populum laicum, & Eccleſiæ Parochos
omninò excluſo Ordinario, & verba pri-
uilegiorum non debent eſſe æquiuoca, ſed
clara, & indubitata *Fagnan in cap. ſignifi-
caſti num. 17. de offic. Archidiac. Rot. deciſ.
70. nu. 29. par. 13. recent. & poſt Tamburin.
de iur. Abbat. deciſ. 55. & in Leodien iuriſ-
dictionis ſupèr bono iure 9. Nouembris 1682.
§. probata coràm bo. me. Albergato, & in Bri-
xien. Iuriſdictionis 5. Iulij 1688. §. aut verò.*

Minuſque aduerſatur, quod Abbates
13 huius Monaſterij interuenerint antiquis
Concilijs, & habeant vſum Mitræ, & gau-
deant alijs prærogatiuis ſolitis impertiri
magnis Abbatibus; quia ex iſtis actibus
inferri nequit ad iuriſdictionem, & ſepa-
rationem territorij, cum ſimiles conceſſio-
nes paſſim fiunt in honorem Eccleſiarum,
& non in amplitudinem Officij *Ioan. Andr.
in cap. vt Apoſtolico de priuileg. in 6. Tam-
burin. de iur. Abbat. tom. 1. diſp. 21. quaſt. 9.
num 4. Rot. coràm Millin. deciſ. 48. num 4.
& in Leodien. iuriſdictionis 13. Martij 1684.
§. ex vſu coràm Eminentiſſimo Caccia, & in
Brixien. iuriſdictionis 5. Iulij 1688. §. in
præſenti.*

Eiuſdem ponderis ſunt ordinationes
14 Clericorum ſubiectorum, erectiones Cõ-
fraternitatum Laicalium, excommunica-
tiones pronunciatæ contrà Monachos, &
Miniſtros, aut ſimiles, quia dicti actus de
per ſe conſiderari non ſufficiunt ad indi-
candam ſeparationem territorij, cum po-
tuerint fieri in vim priuilegiorum à diuer-
ſis Summis Pontificibus conceſſorum mul-
tis antiquis Religionibus, de quibus lo-
quitur *Tamburin. de iur. Abbat. tom. 1. di-
ſput. 23. quaſt. 4. num. 3. & ſequen.* Ad con-
15 cludendum enim quod Monaſterium ſit
nullius Diœceſis requiritur vel clarum, &
indubitatum priuilegium, vel immemora-
bilis probata cum ſuis notis requiſitis,
cum in hac materia per *Rotã aliquando fuit*

reiecta. obſeruantia 100. *annorum vti recognoſci poteſt in deciſ.* 334. *num.* 18. *part.* 13. *& in dicta Brixien. iuriſdictionis* 5. *Iulij* 1688. §. *conſecrationes coràm R. P. D. Caprara.*

Et tandem non ſunt attendendæ dona-
16 tiones Regũ, ac Imperatorum factæ huic
Monaſterio cum iuriſdictione etiàm in Po-
pulum, quia hæc temporalis iuriſdictio
nil commune habet cum ſpirituali, vti in
his terminis reſpondit *Rot. in deciſ.* 70. *nu-*
mer. 52. *par.* 13 *recens & in Leodien. iuriſ-*
dictionis 12. *May* 1684. §. *ſed etiàm coràm*
Eminentiſs. Caccia, & 14. *Maij* 1685. §. *nec*
etiàm declarationem coràm bo. me. Rondinino,
& in Brixien. iuriſdictionis 5. *Iulij* 1688. §.
Donationes coràm R. P. D. Caprara.

Præſertim quia prò parte Reuerendiſſi-
17 mi Epiſcopi allati ſunt multi actus con-
trarij, & ſuprà recenſiti, quando ad eius
fauorẽ cũ aſſiſtentia iuris ſufficeret vnicus
actus iuriſdictionis exercitæ prò habenda
manutentione in cætera vniuerſali iuriſdi-
ctione, vti proſequitur *Rot in dicta Leodien.*
iuriſdictionis 13. *Martij* 1684. *coràm Emi-*
nentiſsimo Caccia, & in dicta Brixien. §. *&*
fruſtra.

Quoad quintum dubium, an exemptio
18 competens Monaſterio debeatur etiàm
omnibus alijs locis illi annexis, dixi affir-
matiuè eſſe reſpondendum, cum commu-
nitèr receptum ſit exemptionem compe-
tentem Monaſterio, ſeù Eccleſiæ principa-
li competere etiàm omnibus eius mem-
bris, grancijs, ac alijs dependentibus,
ſeù acceſſoriè vnitis, dùm reputantur res,
& prædia eiuſdem Monaſterij, ſeù Eccle-
ſiæ principalis ad *tex. in cap. primo de priui-*
leg. in 6. *vbi gloſ. Soc. Inn. in cap. recipimus*
num. 97. *de priuileg. Card. de Luca de iuriſ-*
dict. diſc 25. *num.*4. *Rot. deciſ.* 54. *num.* 11.
*par.*2. *diuerſor. coràm Merlin deciſ.*8. *num.* 3.
& deciſ. 30. *num.*4. *cum ſeq. part.* 11.

Quoad ſextum dubium, an Abbas præ-
19 dicti Monaſterij vigore priuilegiorũ poſſit
dare licentiam Confeſſarijs audiendi con-
feſſiones, reſpondi negatiuè, quia priui-
legia approbandi Confeſſarios fuerunt ge-
neralitèr reuocata *à Sacro Concilio Tridenti-*
no ſeſſ. 23. *cap.* 15. *de reformat.* ibi priuile-
gijs, & conſuetudine quacumque etiàm
immemorabili non obſtantibus, & tradunt
Lauret. de Franch. ſupèr cõtrouer. inter Epiſc.
& Regul. tit. de approbat. confeſſar. num. 147.
*fol.*35. *Fagnan. in cap. ſanè il* 2. *num.* 22. *&*
23. *de offic. & poteſt. iudic. delegat. Nouar. in*
*ſum. Bullar. comment.*102. *num.*2. *& ita plu-*
ries reſpondit S. Congregatio Concilij in vna
Vulteranen. ſeù nullius 5. *Iunij* 1655. *& Rota*
in Brixien. iuriſdictionis 5. *Iulij* 1688. *co-*
ràm R. P. D. Caprara §. *etenim.*

Quoad ſeptimum dubium, an exemptio
20 competat etiàm Colonis, Furnarijs, alijſ-
que familiaribus Monaſterij exempti, pari-
tèr negatiuè cenſui eſſe dicendum, quia
ſuppoſito, quod Monaſterium ſit in Diœ-
ceſi, vti ſuprà latè probaui in quarto du-
bio, ſequitur, vt exemptio competat ſo-
lum illis, qui habent copulatiuè illa tria
requiſita *Sacri Concilij Tridentini ſeſſ.* 24.
cap. 11. *& conſtitutionis* 67. *Sa. me. Grego-*
rij XIII. ſcilicèt, quòd inſeruiant Monaſte-
rio, & viuant ſub immediata obedientia
Abbatum, & maneant intra Clauſtra, &
plenè firmatur per *Rotam in dicta deciſ.* 70.
num. 42. *&* 43. *part.* 13. *recens. & in dicta*
Brixien. iuriſdictionis 5. *Iulij* 1688. § *Cæte-*
rum coràm R. P. D. Caprara, quæ requiſita
eſſentialia omninò deficiunt in præſenti,
in quo agitur de familiaribus exiſtentibus
extrà clauſtra.

Quoad octauum dubium, an ius deci-
21 mandi ſpectet ad Epiſcopum ſicuti in tota
Diœceſi practicatur vel ad Abbatem, cre-
didi ſpectare ad Abbatem in quibuſdam
prædijs, & locis particularibus iuxtà con-
ſuetudinem fauore Monaſterij, iàm conclu-
denter per plures teſtes probatam; quan-
do enim agitur de iure decimandi intèr
duas Eccleſias, vel perſonas Eccleſiaſti-
cas ſufficit conſuetudo quadragenaria ad
effectum conſequendi ius decimandi *cap. de*
quarta de præſcription. cap. ad Apoſtolicã 20.
cap. ſupèr 34. *de decimis Moneta de decimis*
cap. 5. *quæſt.* 4. *num.* 95. *&* 96. *& quæſt.* 5.
num. 106. *&* 107. *Card. de Luca de decimis*
diſcurſ. 1. *num.* 31. *in fin. Rota coràm Coccin.*
deciſ. 485. *num.* 7. *& in recent. deciſ.* 10. *à*
num. 11. *ad* 16. *par.*10. *& deciſ.*35. *num.*9.
part. 19. *& in Toletana iuriſdictionis ſupèr*
decimis 21. *Aprilis* 1690. *coràm R. P. D. Mo-*
22 *lines* §. *adhuc*, quæ omnia indubitantèr
procedunt in præſenti, in quo fuit prò par-
te Monaſterij probata etiàm immemora-
bilis; nec in iſtis terminis eſt neceſſarium
concludere requiſita petitionis, & dene-
gationis cum acquieſcentia Epiſcopi, cum
in tàm antiquiſſima poſſeſſione iàm per

Mo-

Monaſterium ad ſui fauorem iuſtificata
præſumuntur omnia interueniſſe, vti be-
nè pluribus relatis firmatur per *Rotam in*
dicta Toletana §. abſque eo quod.

Quoad nonum dubium, an Epiſcopus
debeat cognoſcere cauſas criminales cum
Adiunctis in Oppido Bellimontis ad for-
23 mam priuilegij, etiàm confirmati à Sede
Apoſtolica mandantis per Epiſcopum ad-
hiberi Adiunctos. Negatiuè reſponden-
dum eſſe cenſui, habet enim Epiſcopus
fundatam intentionem cognoſcendi cau-
ſas ſine Adiunctis nedùm in antiqua iuris
diſpoſitione in *canon. conquerente* 16. ſed
etiàm in noua ſanctione Sa. Conc. Triden-
tini *ſeſſ.* 24. *de reformat. cap.* 20. *verſ. ad hæc*
Rot. deciſ. 491. *num.* 1. *cum ſeq. part.* 1. *re-*
cent. & coràm Coccin deciſ. 860. *numer.* 1.
cum ſequen. apud Poſt. de manutent. dec. 382.
in prin. cum num. ſeq. apud Pacif. de Saluian.
deciſ. 39. *num.* 1. *&* 2. *& in Gerunden. co-*
gnoſcendi cauſas criminales 12. *Iunij* 1693.
coràm R. P. D. Manuel §. & iure.

Non obſtante allegato priuilegio in
contrarium prò parte Communitatis, quia
illud per ſpatium centum, & vltrà anno-
rum non fuit obſeruatum, & ſempèr Epiſ-
copus exercuit iuriſdictionem ſine Adiun-
ctis. Vndè intrat regula, quod priuile-
24 gium per non vſum amittatur, & rema-
neat inallegabile *cap. penultim. de conſue-*
tud. in 6. *cap. accedentibus de priuileg. gloſſ.*
in leg. 1. *& ibi Bart. ff. de nundin. Barboſ. de*
Epiſcop. alleg. 26. *num.* 10. *cum ſeq. Card.*
de Luca de preheminent. diſc. 2. *ſub num.* 22.
de penſion. diſc. 22. *num.* 5. *Rota in dicta Ge-*
runden. §. neque huiuſmodi.

Parum releuante, quod per non vſum,
25 aùt vſum in contrarium non amittatur
priuilegium, quando ſit munitum decreto
irritanti *Felin. in cap. cum acceſſiſſent num.*
30. *verſ. limita de conſtit. Rot. coràm Peu-*
tinger. deciſ. 30. *num.* 2. *&* 13. Quià cum
dictum decretum inſitam habeat condi-
tionem, ſi ille ad cuius fauorem legitur
appoſitum vti voluerit priuilegio, ſequi-
tur, vt in iſtis terminis non vſus reddat
inefficax priuilegiũ vti in puncto reſpon-
dit *Rot. in dicta Gerunden. §. nullatenus*.

Et tandem non aduerſatur, quod ne-
26 gligentia Presbyterorum Anteceſſorum
in non vtendo, vèl patiendo vſum contra-
rium, non potuit præiudicare Succeſſori-
bus venientibus ex propria perſona *Anto-*
nel. de tempor. legal. lib. 2. *cap.* 80. *num.* 6.
quia dictum priuilegium fuit conceſſum
Communitati, & Presbyteris præſenti-
bus, & futuris vti ipſam Communitatem
rappreſentantibus, non autèm vti ſingu-
27 lis diſtinctis ab ea, & propterea non vſus
Anteceſſorum præiudicat etiàm Succeſſo-
ribus, cum Vniuerſitas eadem maneat, li-
cèt perſonæ varientur *leg. ſicùt munici-*
pium 7. *§. decurionibus ff. quod cuiuſque vni-*
uerſ. nominat. Lotter. de iur. vniuerſit. part.
1. *cap.* 20. *num.* 29. *Cancer. variar. reſolut.*
lib. 3. *cap.* 3. *de priuileg. num.* 27. *Fontanel.*
de pact. nuptial. clauſ. 4. *gloſ.* 10. *par.* 2. *nu.*
62. *&* 63. *& in puncto Rot. in Gerunden. iu-*
ris cognoſcendi cauſas criminales 12. *Iunij*
1693. *coràm R. P. D. Manuel. §. demum*.

Quoad decimum dubium, an Epiſcopus
potuerit in actu viſitationis grauare bene-
ficiatos (qui habent ſolum onus celebran-
di Miſſas per ſe ipſos in Eccleſia Paro-
chiali ad formam mentis fundatoris) no-
uo onere inſeruiendi in diebus feſtiuis di-
ctæ Eccleſiæ Parochiali; negatiuè mihi
viſum fuit eſſe reſpondendum, cum cer-
29 tum ſit Epiſcopum non habere faculta-
tem immutandi ſtatum beneficij, noua-
que onera imponendi *Felin. in cap. in no-*
ſtro num. 4. *de reſcript. cum alijs in Auguſta-*
na beneficij 12. *Ianuar.* 1693. *coràm bon. me.*
Benincaſa §. non ſolum.

Non aduerſante, quod Epiſcopus ſu-
pradicta onera impoſuerit ratione neceſ-
ſitatis Eccleſiæ Parochialis, quia hæc aſ-
ſerta neceſſitas vſque adhùc non fuit iuſti-
ficata in facto, & multo minùs releuat in
iure, quia licet Epiſcopus ob neceſſitatem
Eccleſiæ Parochialis, vèl Seminarij ha-
beat facultatem vniendi beneficia ſimpli-
cia tàm Eccleſiæ Parochiali, quàm Semi-
29 nario, nihilominùs non poteſt vnire vel
beneficia plena, nec etiàm vacantia, quan-
do ſint affecta Sedi Apoſtolicæ, de qua
materia dixi in *Vot.* 94. *num.* 14. & late fir-
matur per *Garz. de benefic. part.* 12. *cap.* 2.
num. 98. *& ſeq.*

Quoad vndecimum, & vltimum dubium,
An Epiſcopus in actu viſitationis potue-
rit priuare familiam Francham iure hono-
rifico retinendi ſcamnum magis eleuatum
in Eccleſia Parochiali abſque citatione
partis, negatiuè reſpondendum eſſe affir-
30 maui, licèt enim Epiſcopus in actu viſita-
tionis poſſit procedere ſummariè ac de

plano,& extraiudicialitèr in his, quæ concernunt morum correctionem, tamen quando agitur de priuando aliquem Iure ſcamni ab antiquo in Eccleſia retento etiàm in actu viſitationis requirebatur citatio. *Card. de Luca ad Conc. Tridentin. tom. 14. diſ. 5. ſub num. 5. Thomat. deciſ. 219. num. 8. & ſeq. Rot. deciſ. 285. à num 1. cum tribus ſequent. poſt Poſth. de manut. & deciſ. 294. per tot. coràm Rembold. & deciſ. 330. num. 1. & ſeq. coràm Peutinger. & in Imolen. vocis actiua, & paſſiua 26. Iunij 1693. coràm R. P. D. Molines §. nullitas autèm.*

ARGVMENTVM.

IN materia reſeruationum Apoſtolicarum in collatione beneficiorum, menſis quando incipiat præſertim ſtante diſcrepantia horologiorum. Ex cantu gallorum àn arguatur tempus mediæ noctis.

SVMMARIVM.

Dies quando incipiat, & quando terminet numer. 1.

Quid in materia beneficiali num. 2.

Media nox quando ſit num. 3.

In horologiorum diſcrepantia quid ſit faciendum num. 4.

Atteſtatio Epiſcopi vti habentis intereſſe in hac materia parum eſt attendenda num. 5.

Ex cantu gallorum an arguatur tempus mediæ noctis num. 6.

VOTVM CXXXXII.

COnſtat Reuerendum Franciſcum Gomeſium obijſſe die prima Aprilis, vndè beneficium S. Petri Martiris poſſeſſum per eum dum viuebat remanſit affectum Sedi Apoſtolicæ; quod autem dictus Reuerendus Franciſcus obierit in prima die Aprilis non poteſt controuerti, dum eius mors euenerit poſt mediam noctem vltimi diei Menſis Martij.

Et quamuis apud Doctores ſæpè diſputari ſoleat, quando incipiat Menſis ad effectum reſeruationum Apoſtolicarum in materia beneficiali, & licèt apud multos fiat differentia intèr diem naturalem artificialem, & lucis, & ciuilem, nàm aliqui
1 calcularunt diem ab occaſu ad occaſum, alij ab ortu ad occaſum ſolis, de qua materia ſubtiles, eleganteſque quæſtiones excitantur à Doctoribus, & ſignantèr Canoniſtis in *cap. treguas vbi Bald. & Faguan. de tregua, & pac. Gonzal. in cap. conſuluit de offic. delegat. num. 4. Ripa de nocturno tempore cap. 3. per tot. Scac. de iudic. lib. 2. cap. 3. num. 295.*

Tamèn quidquid ſit de his differentijs
2 apud Manicheos, Hebræos, Arabes, & Italos, certum eſt hodiè apud Beneficialiſtas, quod dies computandus ſit de media ad mediam noctem, itaut in ſpatio 24. horarum eius curſus compleatur ad *text. in leg. more Romano ff. de ferijs Caſtracan. de ſocietat. cap. 62. num. 4. Lara de Cappellan. lib. 1. cap. 9. num. 25. Scac. de iudic. lib. 2. cap. 3. num. 303. Rot. deciſ. 333. numer. 1. part. 4. diuerſ. & deciſ. 19. num. 3. & 4. coràm Card. Celſo*, proindeque, id quod ſuccedit poſt mediam noctem ſequenti die peractum dici debet *Gonzal. ad regul. 8. cancel. gloſ. 11. numer. 9. & 10. Caſtropal. oper. moral. tom. 2. tract. 13. diſp. 3 punct. 22. §. 2. nu. 1. Card. de Luca de benefic. diſc. 15 num. 4. & 5. Rot. coràm Celſo deciſ. 19. numer. 5. & coràm Dunozet. Iun. deciſ. 804. num. 5.*

Minuſque releuat opinio firmantium mediam noctem in quocumque menſe, &
3 parte anni eſſe sempèr in ſexta hora noctis *leg. ideoque ff. de vſucap. leg. qua atate ff. qui teſtam. facer. poſ. leg. prim. ff. de manumiſ. Auli Gell. noct. Attic. lib. 3. cap. 2. Macrob. Saturn. lib. 1. cap. 3.* quia iſtorum opinio repugnat vario curſui ſolis, & inconſtanti tempori noctis, vndè in Equinotio media nox eſt in ſexta hora iuxta horologium italicum, quod metitur diem per quatuor ſenarios; ſed media nox non ſempèr ſuccedit in fine ſenarij, vti explicando tradunt *Ripa de nocturno tempore cap. 3. per tot. & cap. 6. Garz. de benefic. part. 5. cap. 1. num. 525. Barboſ. de poteſt. Epiſcop. alleg. 57. num. 184. Rot. coràm Dunoz. Iun. deciſ. 804. num. 4.*

Quoad autèm obitus Reuerendi Franciſci ſucceſſerit poſt mediam noctem, concluditur per tres teſtes hoc deponentes,
4 & quidem cum fundamento duorum horologiorum ſcilicet Cathedralis, & Palatij Prioralis, quæ in Ciuitate ſolent eſſe magis ordinata. Nec hæc probatio extenua-

Digitized by Google

nuatur, & *infringitur* ex horologio Pa-
latij Epiſcopalis, ſecundum quod dictus
Reuerendus Franciſcus *obijſſet* antè me-
diam noctem, quia ex publica voce, & fa-
ma in Ciuitate iàm orta conſtat ex ordine
Epiſcopi fuiſſe dictum horologium in ſuo
curſu impeditum, ad effectum excludendi
reſeruationem Apoſtolicam in beneficio
dicti Franciſci, qui iam laborabat in ex-
5 tremis, tùm quià horologium Epiſcopi,
iſtiuſque atteſtatio fuit in hac materia ha-
bita pro ſuſpecta nouiſſimè à *Sacra Rota in*
Palentina Abbatia 27. *Aprilis* 1693. *coràm*
R. P. D. Muto §. *ſed omnia*, tùm etiam quia
huic horologio inordinato non eſt ſtandum
in concurſu aliorum benè ordinatorum ad
tradita per *Rotam deciſ.* 19. *num.* 8. *coràm*
Card. Celſo, præſertim ſtantibus tot proba-
tionibus in contrarium.

Parumq; obſtant depoſitiones teſtium,
6 ad inſtantiam Prouiſi ab Epiſcopo exa-
minatorum, deponentium dictum Reue-
rendum Franciſcum obijſſe antè cantum
gallorum, dùm media nox per gallicinium
deſignari firmatur per *Bald. in cap. conſu-*
luit de offic. delegat. quoniam obſeruatum
fuit gallicinium non eſſe certum inditium
mediæ noctis, cum hæc diuidatur in decem
partes ſcilicèt crepuſculum, primam fa-
ciem, concubium, noctem intempeſtiuam,
ad mediam noctem, de media nocte, gal-
licinium, conticinium, & diluculum, ſe-
cundum *Cruſium de noctur. offic. cap.* 3. *per*
tot. Ripa dicto tract. cap. 3. *num.* 31. proin-
de gallicinium ſuccedere ſolet in ea parte,
quæ inclinat ad diem *Angel. in leg.* 1. *num.*
2. *C. de cuſtod. reor.* & ideo vana Gentilitas
Euſculapio Phæbi filio gallum ſacrifica-
bat vti diei, ſoliſque nuntio *Tiraquel. de no-*
bilit. cap. 31. *num.* 26. & galli etiàm cane-
re ſolent ob letitiam *Cicer. lib.* 2. *de diui-*
nat. & propterea in his terminis prouiſio-
nis Apoſtolicæ, quod cantus gallorum tri-
buatur diei ſequenti tradunt *Gonzal. ad re-*
gul. 8. *cancellar. numer.* 16. *&* 17. *Garz. de*
benefic. part. 5. *cap.* 1. *numer.* 526. *Barboſ. de*
poteſt. Epiſc. alleg. 57. *num.* 187. *Pax. Ior-*
dan. in prax. lib. 10. *tit.* 12. *num.* 50. *An-*
tonel. de tempor. legal. lib. 3. *cap.* 1. *num.* 3.
& Rot. in Palentina Abbatia 27. *Aprilis*
1693. *coràm R. P. D. Muto* §. *imò etiam*, in
qua firmatur vlterius hoc procedere,
quamuis teſtes deponerent, quod eorum
galli canere ſempèr ſoleant in eadem ho-
ra, cum ſimilis aſſertio videtur nimis au-
dax, & ſapit ſpeciem Alectryomantiæ,
quæ eſt diuinatio per galli cantum, vt
apud *Caramuel. in apparat. omnium ſcientia-*
rum lib. 1. *cap.* 109. & loquitur *tex. in can.*
igitur 26. *quaſt.* 3.

ARGVMENTVM.

Legatum factū Ieſuitis an, & quan-
do ſit irreuocabile. Legatum ſo-
lutum à Teſtatore dum viuebat an, &
quando ſit irreuocabile.

SVMMARIVM.

Legata, & donationes cauſa mortis facta Ieſuitis,
quando ſint irreuocabiles num. 1. *&* 3.
Legata ſoluta à Teſtatore dum viuebat præſertim
fauore piæ cauſa, quando euadant irreuocabi-
lia num. 2. 4. *&* 5.

VOTVM CXXXXIII.

IOannes Dominicus Corradus Anno
1694. in ſuo teſtamento reliquit ſcuta
mille PP. Societatis Ieſu prò ornatu
Cappellæ Sancti Franciſci Xauerij; iſtud-
que legatum fuit etiàm ab ipſo Teſtatore
in eius vita ſolutum dictis PP. Sed quia
ambulatoria eſt voluntas hominum, con-
didit præfatus Ioannes Dominicus Cor-
radus de Menſe Nouembris anni 1696.
aliud Teſtamentum, in quo reuocauit in
ſpecie legatum ſcutorum mille iàm fa-
ctum dictis PP. Societatis Ieſu, iſtiſque
dum viuebat ab eodem vt ſuprà ſolutum.

Hinc introducta lite coràm me dice-
bant Patres Societatis Ieſu præfatum le-
gatum factum ad eorum fauorem fuiſſe ir-
reuocabile, & fundabantur in Conſtitu-
1 tione 4°. Sa. Me. Pauli III. *in* §. 24. ibi --
ac bona quæcumque prò Collegiorum dote, ſeù
Scholarium prò tempore commorantium ſub-
ſtentatione, per quoſcumque Chriſti fideles,
prò tempore donata relicta, & legata eo ipſo
Apoſtolica auctoritate perpetuò applicata, &
appropriata eſſe, & cenſeri, niſi aliàs ad colla-
tionem Sedis prædicta pertinerent.

Quibus addebant, quod legatum licèt
reuocabile, ſi à Teſtatore viuente fuerit
2 ſolutum, euadat irreuocabile, iuxtà ori-
ginalem ſententiam Dyni relatam à *Bart.*
in

in l. leg atum 37. ſub num. 2. & ſequen. ff. de legat. 2. quæ concluſio præſertim procedit fauore piæ cauſæ ad tradita per *Amoſtaz. de cauſis pijs lib. 1. cap. 18. numer. 46.*

His tamèn non obſtantibus contraria mihi placuit opinio, & credidi legatum fuiſſe reuocabile, quoniam obſeruatum fuit eſſe dumtaxàt irreuocabilia illa legata facta prò fundatione, ac erectione alicuius Collegij Ieſuitarum, vti apertè deſumitur ex lectura dictæ conſtitutionis Sa.
3 Me. Pauli *III.* at ſecus in noſtris terminis, in quibus non fuit factum legatum prò fundatione Collegij, prout bene diſtinguendo firmatur per *Rot. in deciſ. 533. nu. 35. part. 4. tom. 3. recent. & coràm Vbaldo deciſ. 868. num. 1. & ſeq. & in Auenionèn. pecuniaria 17. Martij 1692. §. ſpeciale coràm Eminentiſs. Archiepiſcopo Mediolanen.*

Minuſq; releuat alterum obiectum deſumptum ex ſolutione legati, facti à Teſtatore adhùc viuente; quoniam quidquid
4 ſit, an ſolutio pecuniæ legatæ per Teſtatorem præuentiuè facta operetur, quod legatum euadat irreuocabile, cum opinio ſit controuerſa; ceſſat in præſenti omnis difficultas, cum in actu ſolutionis dictus Ioannes Dominicus Teſtator ſe expreſſerit conſignaſſe præfata ſcuta mille Patribus Societatis Ieſu in cauſam legati, ab ipſo in Teſtamento facti ad fauorem dictorum Patruum; Stante igitur hac expreſſione, & animo ſoluendi in cauſam legati intrat regula, quod ſolutio eiuſdem legati non mutet illius naturam, ſed potiùs ſtante hac explicita voluntate ſoluentis, legatum remaneat ſempèr reuocabile, iuxta diſtinctionem *Bart. in d. leg. legatum 37. num. 3. ff. de leg. 2. Conar. in rubric. de teſtam. part. 2. num. 21. in fin. Caſtil. de alimen. cap. 37. num. 5. Gomez. variar. reſolut. tom. 1. cap. 12. num. 4. Grat. diſcept. forenſ. 910. num. 8. Afflict. dec. 275. ſub num. 5. Rot. coràm Cerro deciſ. 139. nu. 22. & ſeq. & in Auenionen. pecuniaria 17. Martij 1692. coràm Eminentiſs. Caccia §. propoſitio.*

Et hæc libentiùs admittenda ſunt in præſenti, quia dicta ſcuta mille licèt Pa-
5 tribus iàm ſoluta, adhùc non fuerunt erogata in ornatum Capellæ; proindeque re integra eo magis retinenda venit opinio, quod legatum etiàm ſolutum in vita Teſtatoris ſit reuocabile, quàndo, vti dixi, ſolutio fuit facta cum declaratione, vt cederet in cauſam legati, quamuis agatur fauore piæ cauſæ vti in puncto reſpondit *Rot. in d. Auenionen. pecuniaria 17. Martij 1692. coràm Eminentiſſimo Caccia dicto §. propoſitio.*

ARGVMENTVM.

Filij in conditione poſiti quando cenſeantur vocati. Statutum nouum quando comprehendat etiàm caſus præteritos.

SVMMARIVM.

Filij in conditione poſiti cenſentur vocati ſtante Statuto ità diſponente num. 1.

Statutum habet locum etiam in forenſe, qui condidit Teſtamentum extra patriam, & quando num. 2.

Lex noua, ſiuè recens Statutum quando comprehendat caſus præteritos num. 3. & 4.

Referuntur coniecturæ ad inducendum, quod filij in conditione poſiti cenſeantur vocati num. 5. & 6.

VOTVM CXXXXIV.

CVm Annibal Tornabonus ſuum vltimum condiderit Teſtamentum in Ciuitate, in qua vigebat Statutum diſponens, quod filij in conditione poſiti cenſeantur vocati, reſpondi præſumendum eſſe Teſtatorem voluiſſe ſe conformare cum diſpoſitione ſtatutaria, & pro-
1 indè in hoc themate filij in conditione poſiti cenſentur vocati *Gabriel. conſ. 115. nu. 2. lib. 1. Ruſticu. de filijs in cond. poſit. lib. 5. cap. 7. num. 15. Adden. ad Buratt. dec. 334. num. 16. Rot. coràm Merlin. deciſ. 445. nu. 11. & ſeq. coràm Sa. Me. Alex. VIII. deciſ. 113. num. 4. & ſeq. & in recent. deciſ. 355. num. 11. & 12. part. 5.*

Non refragante nos verſari in caſu Teſtatoris forenſis, qui præſumitur potiùs
2 ſe conformaſſe cum diſpoſitione iuris communis, vèl municipalis ſuæ Patriæ, quoniam dicendum eſt, Teſtatorem, etiàm forenſem voluiſſe ſe conformare cum Statuto loci, in quo deceſſit, & in quo ſuum vltimum condidit elogium, vti in puncto

firma-

firmatum fuit per *Rot. in Romana, ſeu Cremonen. hæreditatis 15. Iunij 1682. §. cum enim coràm bo. me. Emerix.*

Et paritèr non releuat, quod Statutum
3 fuerit æditum, poſt quam Annibal ſuum condiderit Teſtamentum; quia licet ſit verum, quod lex noua, ſiuè recens Statutum non habeant oculos retrò, ſed ſolum prouideant caſibus futuris, & ſuccedentibus poſt emanationem nouæ legis, nihilominus hæc concluſio procedit in Statutis correctorijs, vel diſponentibus aliquid de nouo, ſecus verò in Statuto declaratorio
4 articuli dubij, & intèr Doctores adeò controuerſi, ſcilicet explicantis, quod filij in conditione poſiti cenſeantur vocati; nam in iſtis circumſtantijs exploratì iuris eſt, quod etiam noua Statuta porrigantur ad præteritas diſpoſitiones, vti in puncto reſpondit *Rota in vna Verulana fideicommiſsi 27. Iunij 1683. §. ſiquidem coràm bo. me. Rondinino, & in Viterbien. donationis 26. Iunij 1690. coràm R.P.D. Herueault §. ſecundo ſuppoſito.*

Quæ omnia indubitantèr procedunt in præſenti, quia examinando materiam,
5 etiam in terminis iuris communis, filij in conditione poſiti cenſentur vocati, ſtantibus coniecturis, nam in teſtamento, de quo agitur leguntur filij nominati cum qualitate legitimitatis, adeſt votum conſeruandi agnationem, & ſunt expreſſi plures gradus ſubſtitutionum, quæ adminicula vti releuantia paſſim admittuntur, *à Doctoribus, & ſignanter ab Angelo Rodulphino in allegat. 8. num. 5. 9. & 11. & à Rota in Romana domus 17. Martij 1679. & in Fulginaten. fideicommiſsi 19. Iunij 1679. coràm clar. me. Card. Taia.*

Maximè quia teſtator vocauit expreſſe
6 ad portionem patrui filios Hieronymi, vndè multò facilius dicendum eſt, eos quoque vocaſſe ad portionem proprij Genitoris *Fuſar. conſ. 53. num. 13. cum duobus ſeq. & conſ. 144. num. 16. Ciriac. contr. 352. num. 8. Rodulphin. alleg. 8. num. 6. alleg. 55. num. 13. alleg. 56. num. 7. Rot. coràm Pen. in deciſ. 1297. num. 9. & deciſ. 1333. num. 11. & 12. & coràm Card. Celſo deciſ. 176. ſub num. 15. & deciſ. 229. nu. 13. & in Maceratensen. fideicommiſsi 29. Ianuarij 1691. coràm bo. me. Benincaſa §. fortius quia.*

ARGVMENTVM.

Reſoluuntur plura dubia concernentia materiam Sacramenti Matrimonij.

SVMMARIVM.

Stante Seuitia Viri eſt locus diuortio num. 1.

Et dato fumo huius ſeuitiæ Maritus tenetur præſtare ſumptus litis Vxori prò lite facienda numer. 2.

Cauſæ faciendi diuortium quales ſint num. 3.

Seuitia Viri probatur teſtibus ſingularibus nu. 4.

Stante magna ſeuitia Viri, eiuſque animi inconſtantia, non eſt locus cautioni de non offendendo, ſed procedendum eſt ad ſeparationem thori num. 5.

Si Vxor, & Vir velint viuere in perfectiori ſtatu eſt locus ſeparationi thori num. 6.

Amplia etiamſi vnus ex eis remanere velit in Seculo, dummodo Vir remanens in Seculo ordinaretur in Sacris num. 7.

Matrimonia hæreticorum cum Catholicis, quando ſubſiſteantur num. 8.

Quales debent eſſe partes Epiſcopi in hac materia dicto num. 8.

Matrimonium quando ſit diſſoluendum ob impotentiam coeundi num. 9.

Matrimonium contractum coràm alieno Parocho in fraudem Parochi proprij domicilij, quando ſubſiſteatur num. 10.

Matrimonium cum Hæretica, & Catholica celebratum in Italia coram non proprio Parocho, & ratificatum coràm Archiepiſcopo per Procuratores, an ſubſiſteatur num. 11.

VOTVM CXXXXV.

IN hoc voto examinantur plura dubia reſoluta in diuerſis cauſis matrimonialibus, & ſignantèr in vna Neapolitana,
1 in qua Vxor intentauit diuortium ob ſeuitiam ſui Viri, & obtinuit; cum communitèr receptum ſit, ſeparationem thori eſſe permittendam ſtante ſeuitia Viri *cap. litteras cap. ex tranſmiſſa de reſtit. ſpol. Sperel. deciſ. 139. num. 38. & Rot. deciſ. 155. num. 1. par. 6. & deciſ. 199. num. 1. par. 13.*
2 *recent.* imò dato fumo de bono iure Vxoris, Maritus tenetur præſtare alimenta, & ſumptus litis eidem Vxori prò lite facienda prò ſeparatione thori, vti nouiſſimè firmauit *Rota in Piſauren. ſeparationis thori ſuper alimentis prima Iulij 1693. coràm R. P. D. Vrſino.*

Quod

Quod autèm in præſenti adeſſet cauſa
diuortij non poterat dubitari, quia Vxor
3 infelix, licèt magna, & illuſtri nobilitate
pollens, ac ſingularibus animi dotibus or-
nata; fuit coacta à Viro inſeruire etiam
ſuis vilibus concubinis, & continuò ver-
bis contumelioſis, ac verberibus affecta
remanſit, quæ omnia exuberant ad ſepa-
rationem thori obtinendam *Aldobrand.
conſ. 71. num. 19. & 21. lib. 1. Sanchez de
matrim. lib. 10. diſp. 18. num. 16. & Rot. de-
ciſ. 199. per tot. par. 13.*

Nec turbat, quod ſupradicta probentur
4 ſolummodò ex teſtibus ſingularibus, & Vir
offerat cautionem de ampliùs non offen-
dendo Vxorem: quoniam cum agatur de
probanda materia difficilis probationis,
admittuntur etiàm teſtes ſingulares, pro-
ùt in puncto reſpondit *Rot. deciſ. 199. n. 12.
par. 13. recent.* præſertim quia agitur de te-
ſtibus pluribus, ac adminiculatis à diuer-
ſis inditijs, & coniecturis, & ſignantèr ex
publica voce, & fama, quo caſu teſtes
etiàm ſinglares fortiùs probant.

Nec viſum fuit eſſe locum cautioni obla-
tæ per Virum, cum Eminentiſſimus Ar-
chiepiſcopus teſtetur de natura ſæua, &
inconſtanti dicti Viri, addendo, iſtius
verbis nullam fidem eſſe præſtandam, &
proindè ſtante hoc capitali odio, & ma-
gna ſæuitia Viri, de quo Vxor legitimè
5 diffidit non eſſe admittendam cautionem,
deſumitur ex reſponſione Alexandri III.
regiſtrata *in capit. ex tranſmiſſa 8. de reſtit.
ſpoliat.* ibi *Abbas nu. 7. Barboſ. rubric. ff. ſo-
lut. matrimon 2. part. num. 26. in fin. cum
alijs apud Sanchez de matrim. lib. 10. diſp. 18.
num. 31.* & cum in iure non ſit determinata
quanta eſſe debeat ſæuitia, & qualis cau-
tio ſufficiat, propterea repoſitum eſt in ar-
bitrio Iudicis, quando ſit locus diuortio,
etiam non attenta cautione de non offen-
dendo Vxorem oblata per Virum, vti benè
proſequitur *Sanchez dicto loco num. 32.*

In alia cauſa Ianuenſi de anno 1690.
Vir, & Vxor volentes in perfectiori ſtatu
viuere, porrexerunt eorum preces S. Con-
gregationi Epiſcoporũ, & Regulariũ prò
obtinenda licentia, vt Vxor ingredi poſ-
ſet Monaſterium, & Vir remaneret in Se-
7 culo, & ordinaretur Sacerdos, *& Ponen-
te clar. mem. Fortunato Cardinali Carafa die
prima Septembris* 1690. obtinuerunt iuxtà
petita; diuortium enim viuendi gratia in
perfectiori ſtatu non prohibetur, etiamſi
vnus ex coniugibus remaneat in Seculo,
dummodo Sacros Ordines ſuſcipiat ſemo-
to periculo incontinentiæ (quæ circum-
ſtantia in præſenti concurrebat, vti teſta-
batur Reuerendiſſimus Archiepiſcopus in
eius litteris) ad tradita *in cap. 5. & 6. de
conuerſ. coniugat. can. Epiſcopo diſtinct. 77.
cum alijs apud Sanchez de matrim. lib. 7. di-
ſput. 39. num. 6.* & ità reſolutum fuit in hac
cauſa Ianuenſi diuortij prima Septembris
1690. Ponente clar. mem. Card. Carafa
à Sacra Congregatione Epiſcoporum, &
Regularium.

In alia cauſa Gandauen. Epiſcopus ex-
poſuit Sac. Congregationi Cõcilij proùt
8 infrà. Licèt parui Subditi Diœceſis ſint
hæretici, multi tamèn à triennio, & vltrà
tempore præſidij hyemalis Copiarũ Prin-
cipum Confederatorum cõfluunt, quorum
plurimis adherent filiæ Diœceſanæ ſub
ſpecie prætenſi matrimonij contracti co-
ràm Miniſtris Acatholicis. Cõſului Theo-
logum Louanienſem, qui reſoluit huiuſ-
modi matrimonia non poſſe ſubſtineri, nec
licita; Sed cum his belli temporibus im-
poſſibile ſit, abuſus hoſce repellere, ma-
ximè quia Conſilium Flandriæ cauſas om-
nes etiàm Eccleſiaſticas ad ſe trahit; hinc
ſupplicat edoceri.

An, & quomodo in hos abuſus ſe gere-
re debeat. Sacra Congregatio Concilij
die 31. Martij 1696. reſpondit matrimo-
nia eſſe nulla, & ad mentem.

Ex reſolutione emanata in hac cauſa
deſumitur matrimonia eſſe nulla, quando
ſunt celebrata abſque interuentu Parochi
in loco, vbi fuit publicatum Concilium
Tridentinum, licèt agatur intèr Milites
forenſes hæreticos, ac Mulieres, quæ il-
los ſequerentur, quoniam hi cum nullam
habeant fixam ſtationem, debent ſeruare
Concilium Tridentinum in loco, vbi fuit
publicatum, de qua materia tradit *Pigna-
tel. conſult 79. num. 34. tom. 5.* Imò Catho-
licus contrahens matrimonium cum hære-
tica peccat mortalitèr *Sanchez de matrim.
lib. 7. diſput. 72. num. 5.* qui limitat hanc
opinionem in eis locis, vbi Hæretici non
denunciati permixti conuiuunt cum Ca-
tholicis, dummodo perſona Catholica
permanere poſſit in fide abſque periculo
peruerſionis; ego enim vlteriùs cenſui in
hac cauſa Gandauenſi Epiſcopum debere
no-

notificare nullitatem ſupradictorum matrimoniorum, & ſe intelligere cum Internuntio Bruxelles, cui putaui particularitèr eſſe ſcribendum, vt aſſiſtat prò remotione talis abuſus, proùt credo fuiſſe à Sacra Congregatione ordinatum.

In cauſa Mediolanenſi. Nata controuerſia ſuper diſſolutione matrimonij intèr Carolum Torellum, & Dianam, ſub præ-
9 textu, quod præfatus Carolus non poſſet matrimonium conſumare, fuit dubitatum, an non elapſa triennali cohabitatione, eſſet locus diſſolutioni matrimonij.

Videbatur prima facie negatiuè reſpondendum, nàm coniugibus frigidis, & impotentibus determinata eſt cohabitatio triennalis prò experienda copula nuptiali, quo termino elapſo prænia inſpectione peritorum indicantium impedimentum eſſe perpetuum, & immedicabile, permittitur diſſolutio matrimonij cum alijs requiſitis *in cap laudabilem, & in cap. final. vbi Canoniſta de frigidis, & maleficiat. Maſcard de probat. concluſ.* 888. *lib.* 2. *nu.* 11. *Antonel. de tempor. legal. lib.* 2. *cap.* 52. *num.* 1. *Rot. deciſ.* 392. & 445. *par.* 4. *tom.* 2. *recent.*

Hoc tamèn non obſtante contraria opinio eſt amplectenda, quia cohabitatio triennalis requiritur quando ſit dubium, an impotentia procedat ex cauſa perpetua, vel temporali; ſecùs tamèn in caſu noſtro, in quo ex iudicio Medicorum, & Obſtetricum incontinenti, apparet de impotentia perpetua; in hoc enim themate non eſt expectandum triennium, ſed ſtatim comperto impedimento ſit locus diſſolutioni matrimonij, *Specul. tit. de frigid. & malefic. n* 3. *Silua in ver. matrimonium* 8. *num.* 16. *verſ. ad hoc autèm cognoſcendum, Bonac. de matrim quæſt.* 3. *punct* 13. 20. *Layman. in Theolog. moral lib.* 5. *tract* 10. *par.* 4. *cap* 11. *num.* 4. & 5. *Candid. de matrim. diſquiſit.* 28. *art.* 13. *dub* 27. & 35. *Maſcard. de probat. dict. concluſ.* 888. *num.* 4. *volum.* 2. *Antonel. de tempor. legal. lib.* 2. *cap.* 52. *n.* 2. & hæc opinio fuit nouiſſimè admiſſa à Sacra Congregatione Concilij in vna Romana matrimonij die 27. Iulij 1697. & 11. Ianuarij 1698. in qua licèt non fuit capta reſolutio ſuper negotio principali, tamèn ex illa apparet Sacram Congregationem ordinaſſe interim inſpectionem faciendam per Peritos etiàm non elapſo triennio, proùt legitur in folijs nupèr ab Vrbe tranſmiſſis, & extenſis felici, ac doctiſſimo calamo à R. P. D. Nuptio illius Congregationis Secretario digniſſimo.

Ad cognoſcendum autèm, an impedimentum coeundi ſit accidentale, vel perpetuum, ſtandum eſſe iudicio Medicorum in puncto firmatur *per Zacchiam quæſt. medic. legal. lib.* 3. *tit.* 1. *quæſt* 1. *n.* 5. qui vlteriùs a prima quæſtione vſquè ad nonam egregiè multa tradit prò demonſtrando qualia ſint impedimenta intrinſeca, vel reſpectiua, qualia ſint perpetua, vel accidentalia, & de eorum effectibus ſignantèr prò diſſoluendo matrimonio, de qua materia etiàm tractant *Farinac. de delict. carn. quæſt.* 143. §. *fœmina num.* 6. *Grilland. de ſortileg. quæſt.* 6. *num.* 14. *Ricc. collect. deciſ.* 222. *part.* 1. *Sanchez de matrim lib.* 7. *diſp.* 93. *nu.* 15. *Maſcard. de probat. concluſ.* 111. *num.* 7. & 8 *tom.* 1.

In alia cauſa Ferrarien. fuit mihi propoſitum dubium circà validitatem matri-
10 monij, contracti coràm alieno Parocho in fraudem Parochi proprij domicilij, & prò reſponſione tranſmiſi decretum Sac. Congregationis Concilij emanatum in vna Bouinen. Matrimonij tenoris ſeqnentis.

Marcus Atello natus in Ciuitate Bouini poſt defunctam primam eius Vxorem in Ciuitate S. Seueri, conſuetudinem habere cæpit in Oppido Foggiæ Diœceſis Troianæ cum Ioanna Spera muliere coniugata, quam in ſtatu concubinatus ibidem retinuit ſpatio annorum ſeptem. Reuerſus poſtmodum ad Patriam vna ſimul cũ dicta Ioanna continuauit in eodem concubinatu per alios quindecim annos, venditans apud omnes dictam Ioannam eſſe ſibi in matrimonio iunctam. comperto autem per Decanum Curatum Cathedralis nullum intèr eos extare matrimonium, iniunctaque per Epiſcopum ſeparatione, decreuerunt intèr ſe ad illud realitèr deuenire; At non habentes ſidem obitus primi Viri præfatæ Ioannæ, ambo de menſe Octobris 1692. Foggiam ſe contulerunt animo contrahendi inibi matrimoninm, eoquè ſequuto illicò repetendi Bouinum, vt coràm Teſtibus fide dignis, & tota vicinia declararunt, ſed poſt quàm cômorati fuerant per paucos dies in dicto loco, ſimulata per Marcum mortali infirmitate, præuio examine trium Teſtium ſuper ſtatu libero vtriuſque, præmiſſiſque duabus tantum denun-

 cia-

ciationibus, fuerunt de licentia Epiſcopi in matrimonium copulati ab Archipreſbytero illius loci.

Biduò poſt reuerſi ad Ciuitatem Bouini exhibuerunt fidem huiuſmodi matrimonij coràm Decano Cathedralis, qui dubitans de illius validitate tamquam contracti in fraudem Parochi proprij Domicilij, recurſum habuit ad hanc Sac. Congregationem prò declaratione, datiſque litteris ad Epiſcopos Troianum, & Bouinen. cum eorum relationes intèr ſe diſcordarent, aſſerente primo dictos Coniuges Domicilium contraxiſſe in Terra Foggiæ per decennium, & vltrà inibi habitando, & vlteriùs dictam Ioannam nunquàm alteri Viro iunctam fuiſſe: Altero verè referente illos habere domicilium Bouini, à quindecim annis, & vltrà, & præſertim de tempore contracti matrimonij, & inſuper dictam Ioannam in Virum habuiſſe Franciſcum Rampam de cuius obitu non conſtabat, neceſſarium fuit ad eruendam veritatem, exquirere informationem Epiſcopi Aſculani in Apulia, qui ex ore proprio eiuſdem Ioannæ confirmauit in omnibus relationem Epiſcopi Bouinen. Ortaque ex dictis relationibus Poligamiæ dubitatione, cauſa remiſſa fuit ad Sacram Congregationem ſupremæ Inquiſitionis, quę poſtquam factis varijs diligentijs compertum habuit Virum præfatæ Ioannæ, iàm deceſſiſſe vſque de anno 1673. cauſam denuò remiſit ad hanc Sacram Congregationem. Quarè hodiè ad inſtantiam dicti Decani Bouinen. vtroque Coniuge monito, ſed ratione paupertatis non informante d:cernendum ſupereſt.

An præfatum matrimonium intèr Marcum, & Ioannam, vt ſuprà contractum ſubſtineatur in caſu &c.

Sacra Congregatio Concilij die 28. Septembris 1697. reſpondit Negatiuè.

Et faciunt etiàm tradita in alia cauſa Taurinen. Matrimonij iuxta nouiſſimam reſolutionem Sacræ Congregationis Concilij, quam per extenſum hic refero.

Princeps Carolus Philippus ex Marchionibus Brandemburgenſibus Anno 1695. in Italiam Profectus, occaſione nouiſſimi Belli Pedemontani, Palatium conduxerat in Ciuitate Taurini ſub Parochia S. Euſebij ad trimeſtre prò ſui, & familiæ habitatione, volenſque Matrimonium contrahere cum nobili Muliere Maria Catharina Balbiana Comitiſſa de Salmur, poſt paratum ſolemne Epulum ad Palatium Veneriæ tribus milliaribus diſtans ab eadem Ciuitate, die Feſto Sanctiſſimæ Trinitatis Parochum eiuſdem loci Veneriæ accerſiri fecit, coràm quo Princeps aduocatis Comitiſſa, Equite Ioanne Antonio Parella, & Abbate Alexandro de Auria ità eos affatus eſt: *Eſtote Teſtes, quod ego coràm Parocho in Vxorem accipio Comitiſſam Mariam Catharinam Balbianam de Salmur hic præſentem*; ad quæ Comitiſſa annuens reſpondit: *Ego quoque volo vos eſſe Teſtes, quod in Sponſum accipio coràm Parocho Principem Carolum Philippum de Brandemburgh hic præſentem*: Et licèt Parochus nouitate caſus perculſus renuiſſet illos deſponſare, aſſerens non habere ad id facultates neceſſarias, quodque talis actus inſeruire non poterat, niſi prò ſponſalibus de futuro, nihilominùs Princeps, & Comitiſſa concorditèr reſponderunt, ipſos non ſponſalia, ſed verum matrimonium contrahere intellexiſſe, ac re vera contraxiſſe, vt plenè conſtat ex depoſitionibus Teſtium matrimonialium, quamuis Parochus nupèr examinatus, aſſerat ſe non recordari, nec de verbis à Sponſa prolatis, nec quod ſibi ab eis datum fuerit aliquod reſponſum. Poſt hæc Sponſis ad Ciuitatem reuerſis, Comitiſſa tamquã legitima Coniux traducta fuit ad Palatium Principis, vbi tribus diebus continuis cum eo publicè, & palam cohabitauit.

Exorta autèm ſtatim dubitatione inualiditatis huiuſmodi Matrimonij, tùm ob notam diſparitatẽ Religionis intèr Sponſum, & Sponſam, tùm ob defectum præſentiæ proprij Parochi vtriuſque contrahentis, decreta fuit ab Archiepiſcopo ſeparatio, & recluſio Sponſæ in Monaſterium. At Princeps, & Comitiſſa ad omne ſcrupulum circà hoc dirimendum non valentes inſimùl ampliùs conuenire, deputarunt ſpeciales Procuratores per apochas propria manu, & ſigillo ſignatas, Princeps nempè Angelum Franciſcum Mellam, Comitiſſa verò Marchioniſſam Balbianam eius Matrem, cum facultate comparendi, & denuò contrahendi ipſorum nomine Matrimonium, & præſtandi, ac reſpectiuè acceptandi conſenſum *coràm*

Pa-

Digitized by Google

Parocho legitimo, aut coràm Archiepiſcopo, ſeù eius Vicario Generali, pròut de facto ijdem Procuratores die feſto S. Ioannis Baptiſtæ, dùm Vicarius Generalis in Eccleſia Metropolitana Sacrum agebat, & ad Populum conuerſus protulerat illa verba: *Orate Fratres*: eodem Vicario interpellato nomine vtriuſque Sponſi mutuum conſenſum præſtiterunt, vocatis adſtantibus in Teſtes, & ſignantèr tribus ex illis, & ſucceſſiuè relicta ſupèr Altari copia ſuorum mandatorum, rogarunt eumdem Vicarium, vt illam recipere, & legere dignaretur.

Et quià Vicarius Sacrificio intentus aſſeruit non intellexiſſe, quæ coràm ipſo peracta fuerant, ſed tantùm reſponſo dato, quod ſilerent, & diſcederent, nè ſcandalum Populo inferretur, iuſſit Clerico, vt ſcripturas ab Altari amoueret; hinc Princeps, & Comitiſſa ad maiorē actus firmitatem, per binas alias ſcripturas ſubſcriptas, & ſigillatas ad formam præcedentium, & Archiepiſcopo directas ratificarunt totum id, quod ab eorum Procuratoribus geſtum fuerat coràm Vicario, & ſi quid ampliùs deſiderabatur, iterùm coràm eo mutuum conſenſum præſtabant. Quæ quidem ſcripturæ fuerunt coràm Teſtibus lectæ, & inſinuatæ Archiepiſcopo à fratribus Comitiſſæ, & ſubindè in proceſſu exhibitæ, ac recognitæ.

Delato ſupèr his examine primi contractus ad ſupremum Tribunal Sacræ Inquiſitionis, ſuperueuit poſt paucos dies obitus præfati Principis, ſed licèt per illius obitum ceſſaſſet, ſpiritualitatis cauſa, nihilominus Com. Coniux ad proprij honoris, & famæ tuitionem recurſum habuit ad SS. prò obtinenda declaratione validitatis Matrimonij; Cum autèm placuerit Sanctitati ſuæ per Organum Secretariæ Status præces ad hanc Sac. Congregationem remittere, datæ fuerunt litteræ ad Nuncium Apoſt. cum facultate examinandi Teſtes, & recipiendi quaſcumque alias probationes prò parte Comitiſſæ exhibendas, coràm quo proindè compilato proceſſu, eoque ad Sac. Congregationem tranſmiſſo, eadem Comitiſſa dumtaxàt informante exquiritur modo ab EE VV.

An conſtet de validitate Matrimonij in caſu &c.

Sacra Congregatio Concilij in hac cauſa Taurinenſi die 28. Septembr. 1697. reſpondit Affirmatiuè, impoſita tamèn Oratrici pœnitentia ſalutari arbitrio Ordinarij.

ARGVMENTVM.

IN delictis læſæ maieſtatis ob crimen commiſſum à Parentibus imponitur etiàm pœna eorū filijs, quàmuis innocentibus. Examinatur in hoc voto, an dicta pœna comprehendat filios etiàm natos antè delictum paternum.

SVMMARIVM.

In delictis læſæ maieſtatis commiſsis à Parentibus, puniuntur certis pœnis etiàm eorum filij innocentes tàm nati ante, quàm poſt delictum paternum num. 1.

Filiorum appellatione veniunt omnes filij in quocumque tempore nati num. 2.

In crimine hæreſis puniuntur filij ob delictum paternum, ſiuè ſint nati antè, vèl poſt delictum Patris num. 3.

Contrà num. 9.

Filiorum appellatione veniunt etiàm fœminæ, quando agitur in materia criminis læſæ maieſtatis num. 4.

Filij in multis caſibus fuerunt à Deo puniti ob delicta parentum num. 5.

Amplia vſque ad quartam generationem dicto num. 5.

Filius non eſt puniendus ob delictum Patris numer. 6.

Multo minus debet excommunicari ob delictum paternum dicto num. 6.

In crimine læſæ maieſtatis ob delictum paternum puniuntur ſolùm filij nati poſt delictum Patris num. 7.

Adam ſi habuiſſet filium antè peccatum, iſte filius non amiſiſſet gratiam per ſubſequens peccatum Adæ num. 8.

VOTVM CXXXXVI.

CVm de Anno 1648. ob crimen læſæ maieſtatis fuerint capitaliter banniti aliqui Ciues Firmani; & ad formam diſpoſitionis *Textus in l. quiſquis C. ad leg. Iul. maieſt.* extiterint etiàm illorum

filij innocentes declarati inhabiles, inca-
paceſque ad conſequendum omnes digni-
tates, honores, beneficia tàm eccleſiaſti-
ca, quàm profana, ac ad exercendum
omnes actus legitimos, tàm in iudicio,
quàm extrà; fuit dubitatum die prima
Octobris 1693. in Congregatione ſupèr
negotijs Gubernij Firmi, illiuſque Status,
an in ſupradicto banno eſſent comprehen-
ſi filij dictorum Ciuium nati antè delictum
paternum.

Et videbatur affirmatiuè reſponden-
1 dum, nàm *tex. in leg. quiſquis §. filij C. ad*
leg. Iul. maieſt. puniens etiàm filios inno-
centes ob delictum læſæ maieſtatis com-
miſſum à Patre, indiſtinctè comprehendit
filios natos tàm antè, quàm poſt delictum
paternum vti firmarunt *Hoſtienſ. Goffred.*
Philip. Franch. Ioan. Andreas, Anton. de Butr.
Geminian. Abbat. Alberic. Salicet. Decian.
Cepolla, Angel. Aretin. alijque relat. per Fab.
de Anna conſ. 9. num. 45. Guttierez lib. 2.
canon. quæſt. cap. 3. num. 37. Mart de ſucceſſ.
legal. p. 1. quæſt. 8. articul. 1. ſub nu. 9. verſ.
denique Conciol. alleg. criminal. verb. læſa
Maieſtas reſolut. vnic. num. 12.

Et ratio videtur euidens, cum nomine
2 filiorum veniant omnes filij in quocum-
que tempore nati indiſtinctè ad *tex. in leg.*
1. §. generalitèr ff. de leg. præſtan. præſer-
tim quia ſicuti in crimine hæreſis filij nati
antè delictum afficiuntur certis pœnis, ità
3 etiàm debet practicari in crimine læſæ
maieſtatis humanæ, cum ab vno ad aliud
benè arguatur *cap. cum ſecundum de hære-*
tic. lib. 6. fortiùs quià crimen læſæ maie-
ſtatis eſt facinus adeò à legibus damna-
tum, vt illius pœnæ ſint potiùs amplian-
dæ, quàm reſtringendæ, vndè bannum
4 publicatum contrà miſeros delinquentis
filios in materia læſæ maieſtatis extendi-
tur etiàm ad filias fœminas, vti pluribus
relatis traditur per *Martam de ſucceſ. legal.*
part. 1. quæſt. 8. articul. 1. num. 19. nàm
non eſt nouum, ob grauia delicta paren-
tum eſſe puniendos etiam illorum filios
5 indiſtinctè, & ideò prò peccato Sodomi-
tarũ fuerunt celeſti ignè conſumpti etiàm
eorum paruuli filij, qui beneficio ætatis
paterna flagitia neſciebant; Ac legimus
prò peccato Amalechitarum non ſolum
eorum paruuli, ſed etiàm bruta fuerunt
iuſſu Domini deleta; vlteriùs Dathan, &
Abiron auctores ſchiſmatis contrà Moy-
ſen, & Aaron vna cum eorum ſubſtantia
deſcenderunt ad Inferos; & Dominus ait
ad Moyſen: *Ego ſum Deus Zelotes viſitans*
peccata patrum in filios vſque in tertiam, &
quartam generationem.

His tamèn non obſtantibus cenſui in
caſu, de quo agitur negatiuè eſſe reſpon-
6 dendum, & filios innocentes natos antè
delictum læſæ maieſtatis commiſſum à Pa-
tre non eſſe comprehenſos in banno, de-
ſumitur ex verbis Ezechielis ibi — *Anima*
quæ peccauit ipſa morietur; filius non portabit
iniquitatem Patris; Et Diuus Auguſtinus
non approbat opinionem illorum, qui ob
crimina Parentum anathemizabant etiàm
illorum filios vti recognoſci poteſt *in can.*
ſi habes 24. quæſt. 3.

Quæ omnia indubitantèr procedunt in
terminis noſtris, nàm pœna impoſita filijs
ob delictum Patris non eſt extendenda ad
7 filios natos antè crimen paternum, ſe-
cundum equiorem opinionem, quam ſunt
ſequuti *Io. Croſius in leg. adoptiuum num. 3.*
& ſeq. l. emancipatum ff. de ſenator. Molin.
de maiorat. in 2. part. lib. 4. cap. 11. nu. 55.
& de primogen. cap. 11. num. 55. Tiraquel.
de primogen. quæſt. 29. num. 20. Emanuel.
Rodriquez in ſua ſumma cap. 129. numer. 5.
Anton. Galeaz. conſ. 40. num. 19. Queſada
in tract. de confiſcat. quæſt. 24. Ceual. in pract.
quæſt. volum. 2 quæſt. 653. Marta de ſucceſ.
legal. part. 1. quæſt. 8. art. 1. ſub n 9. Adden.
ad Paſchal. de patr poteſt. p. 4. cap. 5. n. 9. Rot.
coràm Seraph dec. 830. nu. 8. & deciſ. 62. poſt
volum. conſil. Farinac. dec. 366. n. 4. p. 11. rec.

Et filij nati antè delictum paternum
tamquàm in lucem æditi antèquam pater-
na radix inficeretur, non ſunt puniendi,
cum in eis nulla macula paterni criminis
8 inueniri poſſit, quod non procedit in filijs
natis poſt delictum patris, tamquàm pro-
uenientibus ex radice iàm infecta; vndè
euidens eſt, quod ſi Adam habuiſſet fi-
lium antea quàm peccaſſet, iſte filius na-
tus tempore gratiæ per peccatum pater-
num, gratiam non amiſiſſet, nec fuiſſet
ſubiectus pœnis, à quibus præmitur in-
fœlix Adæ poſteritas ex ſententia *Diui*
Auguſtini ſupèr Deuteronomio quæſt. 42. Ma-
giſtri Sententiarum ſupèr Pſalm. 50. articul.
6. cum alijs apud Iacobum Simancam in tract.
de canonic. aſſert. tit. 26. n. 23. vſq; ad n. 34.

Nec turbat quod ob crimen hæreſis à
9 Patre patratum, puniantur indiſtinctè tàm
filij

Digitized by Google

filij nati antè, quàm poſt delictum paternum, quoniàm contraria opinio eſt communior, & verior, vti multis relatis firmatur per *Martam de ſucceſ. legal. dicta quaſt. 8. num. 14.*

ARGVMENTVM.

TEſtamentũ Amantis fauore Amaſiæ an, & quando ſubſtineatur.

SVMMARIVM.

Teſtamentum conditum à ſtulto, & mente capto eſt nullum num. 1.

Iura loquentia de Amentibus procedunt etiàm in Amantibus num. 2.

Teſtamentum Amantis fauore Amaſiæ an ſubſtineatur à num. 1. vſque ad 7.

Notario aſſerenti Teſtatorem fuiſſe ſanæ mentis creditur num. 5.

VOTVM CXXXXVII.

DIonyſius in ætate annorum 2 adeo ardebat amore ergà nobilem Virginem, vt quotidiè de ea loqueretur, & continuò vagaretur per Ciuitatem, præcipuè in diebus feſtiuis ad effectum illius pulchritudinem contemplandi. Creſcentibus flammis præſertim nutritis ex reciproca beneuolentia, procurauit illam in Vxorem habere opera Amicorum, ac etiam Magnatum, ſed labor remanſit inefficax, cum ſempèr fuerit ab illius Patre repulſus. Vnde infœlix Amans incidit in maximum merorem, qui dedit cauſam febri, quæ habens originem ab animi paſſione, diligenti Medicorum arte curari nequiuit.

Triduum antè quàm moreretur condidit Teſtamentum, in quo hæredem ſcripſit in medietate bonorum ſuum fratrem, & in altera medietate Amaſiam hiſce verbis — *E perche io in vita non hò potuto hauer la ſorte di conſeguir per Moglie la Signora Tereſa da me ardentemente amata; hò voluto inſtituirla herede nella metà della mia heredità per dargli contraſegno del mio grandiſſimo amore anche morendo.* — Dicto Dionyſio defecto fuit coràm me dubitatum, an præfata diſpoſitio Amantis fauore Amaſiæ ſubſtineretur.

Dicebam enim ego Teſtamentum con-

1 ditum à Stulto, & mentè capto eſſe nullum per *Tex. in leg. 2 & leg. 17. ff. de teſtament. leg. furioſum 9. qui teſtam.* quòd au-
2 tèm iura loquentia de Amentibus procedant etiàm in Amantibus latè ſcripſerunt *Maſcard. de probat. concluſ. 1427. num. 6. Card. Mantic. de coniect. tit. 15. lib. 11. nu. 14. Caroc. deciſ. 20. nu. final. Zacch. quaſt. Medic. legal. lib. 2 tit. 1. quaſt. 10. nu. 98. Nouar. de elect. for. quaſt. 35. num. 4. & 5. per tot. & Felician. de ſocietat. cap. 7. numer. 11. cum ſeq.*

Non obſtat quod nouiſſimè S. Rota fir-
3 mauerit *in vna Senogallien. legatorum 13. Iunij 1697. coràm R. P. D. Molines*, legatum factum ab Amaſia fauore Amantis ſubſtineri; quoniàm ibi agebatur de Muliere, quæ reliquerat legatum cuidam Viro non cauſa amoris immoderati, ſed potiùs beneficiorum receptorum cum onere ſuſcipiendi etiàm tutelam filiorum; & licèt in caſu illius deciſionis aderat ſpes futuri Matrimonij, nihilominùs amor non erat exceſſiuus, vti conſtabàt ex depoſitionibus teſtium, qui vlteriùs addebant dictam Mulierem obiiſſe refectam Sanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento, ſempèr cum Patribus Spiritualibus colloquendo de Regno cœleſti, & ſunt verba ipſorum teſtium ibi — *morì come vna Santarella*.

At ſecùs in præſenti themate, in quo
4 amor fuit immoderatus, qui dedit cauſam ingenti melanchonici humoris copiæ, ex qua ſuccenſa eſt inſania, ſeù melanchonicum delirium, de quo latè *Zacch. quaſt. medic. legal. lib. 2. tit. 1. quaſt. 10. numer. 1. cum ſeq.*

Nec minùs officit, quod Notarius aſſe-
5 rat Dionyſium Teſtatorem fuiſſe ſanæ mentis, & intellectus, cuius Notarij atteſtationi præcipuè ſtandum eſſe reſpondit *Rot. deciſ. 681. num. 6. coràm Cerro deciſ. 166. num 15. coràm Celſo deciſ. 137. num. 5. part. 14. & in Romana, ſeù Veneta Immiſſionis 14. Maij 1696. §. quod autèm coràm R. P. D. Tremouile*. Quoniàm ex ſuperiùs enarrata facti ſerie contrarium deſumitur, & ſignantèr amorem fuiſſe adeò exceſſiuum, vt dederit cauſam morbo inſanabili, tum quià ex lectura Teſtamenti hoc etiàm conuincitur, vbi latè deſcribitur à moribundo, & modo quidèm inſano pulchritudo Amaſiæ, quæ notabiles circumſtantiæ nullatenùs concurrebant in caſu

ſu-

ſupradictæ *deciſionis Senogallien. legatorum*, in qua agebatur de diſpoſitione benè ordinata, vti recognoſci poteſt ex toto contextu illius deciſionis, & præcipuè *in §. ſeries, §. nec huic, §. taliter quod*.

Et demùm non releuat, quod iura, quæ
6 tollunt facultatem teſtandi Amantibus, procedant quando amor conuerſus ſit in furorem, vti exornando materiam more ſolito multa eruditiſſimè tradit *Tiraquel. de pœn. cauſ. 4. Neuizan. Silu. nuptial. lib. 1. num. 11. cum ſeq. Menoch. de arbitrar. caſ. 326. num. 1. Farinac in prax. criminal. lib. 3. part. 2. quæſt. 98. caſ. 13. num. 78. Bonden. colluctation. legal. cap. 15. numer. 24.* vndè ſemoto furore, & patenti inſania in Congregatione criminali Gubernij Vrbis die 13. Octobris 1692. in cauſa D. Broicardi fuit deciſum amorem illicitum non fuiſſe cauſam ſufficientem ad minuendam pœnam delicto. Quæ omnia libentiùs ſunt accipienda in præſenti, quià agitur de Amante, cuius amor habuit prò obiecto Matrimonium, & nullus adeſt actus, ex quo euidens furor deſumi valeat.

Quoniàm licèt ſit verum, quod in præſenti iſte Iuuenis publicè per Ciuitatem
7 vti mentecaptus non bacchatus ſit, tamèn negari non poteſt, quod non inciderit in maximum merorem, qui fuit adeò vehemens, vt dederit cauſam illius morti, vti ſuprà fuit expoſitum: & proindè concedendum eſt ob imbecillitatem mentis à vaporibus amoris obnubilatæ non ſubſtineri illius diſpoſitionem, quæ vti dixi ex ſola lectura, apparet nimis imprudens, & inſana, & non conueniens morienti, & faciunt tradita per *Rotam in deciſ. 176. num. 16. coràm Card. Celſo, & in Romana, ſeù Fancn. donationis 12. Iun. 1693. §. ex qua aliud coràm R. P. D. della Tremoville, & in dicta Senogallien. legatorum 13. Iun. 1697. §. ſeries.*

ARGVMENTVM.

BEneficium quando ſit clericale, vèl Sacerdotale; qualitas quando requiratur actu, vèl habitu.

SVMMARIVM.

Qualitas an debeat eſſe actu, vèl habitu, deſumitur ex verbis, vel coniecturis num. 1. & 2.

Si fundator non expreſſerit qualitatem beneficij, iſtud præſumitur potiùs clericale, quàm Sacerdotale num. 3.

Declara dicto num. 3.

In beneficijs Sacerdotalibus ſufficit, vt præſentatus ſit in ea ætate, in qua infrà annum poſſit promoueri ad Sacerdotium num. 4.

Declara num. 5.

Confeſſarij qualitas quando requiratur actu, vèl habitu num. 6.

Confeſſarius in vna Diœceſi, in altera reputatur vti ſimplex Sacerdos num. 7.

Si fundator ordinauerit, vt præſenteretur actu Confeſſarius, an poſſit præſentari Confeſſarius in diuerſa Diœceſi, ſe non in ea, vbi ſitum ſit beneficium à num. 6. vſque ad 9.

VOTVM CXXXXVIII.

IN hoc voto examinantur plures caſus, in quibus fuit coràm me diſputatum (& ſignantèr tempore, quo inſeruiebam in qualitate Auditoris clar. me. Cardinali Iulio Spinolæ nunquàm ſatis laudatæ virtutis) an, & quando beneficium dicatur clericale, vèl Sacerdotale, & quando qualitas requiratur actu, vèl habitu.

In vna cauſa Lucana agebatur de Teſtatore, qui fundauit Cappellaniam, & voluit ad illam præſentari ab eius hæredibus ſunt verba teſtamenti — *Vnus conſanguineus ſi adſit quamuis Clericus, & non exiſtente conſanguineo vnus Sacerdos, qui quatuor in hebdomada celebrare debeat Miſſas in Altari Sancti Michaelis.*

Ex quibus verbis ego dicebam, vt non
1 extante conſanguineo, eſſet præſentandus actu Sacerdos, & inueni in puncto ſic fuiſſe deciſum *à Rota in vna Vicen. beneficij 4. Martij 1678. coràm clar. me. Card. Vicecomite* ex dupplici fundamento, & primo quia fundator non ſolùm dixit, vt præſentaretur Sacerdos, ſed vlteriùs addidit, vt Sacerdos præſentatus celebrare deberet Miſſas, & proindè qualitas Sacerdotalis requiritur actu.

Et ſecundo, quia fundator vſus fuit di-
2 ſcretiuo modo loquendi, nàm contradiſtinxit conſanguineum ab extraneo, in primo requiſiuit ſolam qualitatem clericalem, in ſecundo verò Sacerdotalem, & propterea iſta qualitas Sacerdotalis requiſita in extraneo eſt cenſenda actu, &

non

non habitu, vti egregiè obſeruatur à *Rota in dicta Vicen. beneficij 4. Martij 1678. coràm clar. me. Card. Vicecomite §. neque*.

Nec turbat, quod qualitas Sacerdotalis, ſi non actu ſufficiat, vt adſit habitu,
3 dummodò fundator contrarium expresſè non diſpoſuit *Viuian. de iure patronat. par. 2. lib. 6. cap. 6. nu. 36. Rot. in Bononien. iuris patronatus 19. Iunij 1693. corā R. P. D. Caprara §. beneficium*, quia hæc opinio procedit in dubio, ſecùs verò quando vel ex coniecturis, vel ex verbis teſtamenti conſtat fundatorem intellexiſſe de qualitate actuali *ad tradita per Rot. deciſ. 215. num. 13. & 14. part. 19. recent.*

Minuſque releuat, quo etiàm in bene-
4 ficijs Sacerdotalibus ſufficiat, vt præſentatus ſit in ea ætate, in qua infrà annum poſſit ad Sacerdotium promoueri *per text. in cap. 2. de inſtit. in 6. in cap. ſi prò Clericis de preben. eodem libro.*

Quoniàm obiectum procederet in qua-
5 litate Sacerdotali volita à iure; at ſecùs in præſenti hypotheſi, in qua dicta qualitas requiritur ab homine, vti benè diſtinguendo intèr vnum, & alterum caſum firmatū fuit per Rotam in celebri cauſa *Cremonen. iuris patronatus prima Aprilis 1672. coràm Calatain §. poſita igitur, & ſeq. & 11. Martij, & 17. Iunij, & 10. Decembris §. prime 1675. & 9. Maij 1678. §. his firmatis coràm bo. me. Emerix*.

In alia cauſa Lucana legebatur in teſtamento, vt eſſet præſentandus ad Cappellaniam Confeſſarius, qui confeſſiones in
6 diebus feſtiuis audire deberet, ſequuta vacatione de dicta Cappellania fuit à Patronis de anno 1689. præſentatus Sacerdos, qui actu non erat Confeſſarius in Diœceſi Lucana, ſed benè per decemnium, & vltrà fuerat, & erat Confeſſarius in Diœceſi Florentina.

Et cenſui in hoc themate ex rationibus ſupradictis in altera antecedenti cauſa Lucana, quod qualitas Confeſſarij requiratur actu, nec ſufficiat habitu, nō obſtante, quod
7 ageretur de Sacerdote, qui fuerat, & erat Confeſſarius in Diœceſi Florentina, nam Confeſſarius in vna Diœceſi, in altera confiteri non poteſt, itaut iſte Sacerdos licèt Confeſſarius in Diœceſi Florentina, nihilominùs in Lucana conſiderandus ſit, vti ſimplex Sacerdos *Sell. in ſellect. canonic. cap. 13. num. 28. Barboſ. in collectan. deciſ. Apoſtolic. verb. Confeſſarius collect. 202. num. 10. & 14. Garz. de benefic. par. 5. cap. 8. nu. 132. Fagnan. in cap. prò dilectione nu. 65. verſ. quia Sacerdos de pœnit. & remiſſion.*

8 Non aduerſante contrarium fuiſſe deciſum *in vna Firmana Cappellania 26 Martij 1677. coràm bo. me. Rondinino confirmata 1. Iulij 1678. coràm Reuerendiſs. Bourlemont;* in qua Rota reſpondit qualitatem Confeſſarij, licèt exercitam in vna Diœceſi, ſufficere prò obtinendo beneficio, requirente hanc qualitatem in alia, & diuerſa Diœceſi.

Quia in cauſa Firmana agebatur de fundatore, qui voluit, vt eligeretur Confeſſarius ſimpliciter, & non appoſuit onus
9 audiendi confeſſiones; vndè in illis circumſtantijs benè dixit Rota eſſe ſufficientem qualitatem habitualem; ſecùs verò in noſtro caſu, in quo fundator non ſolùm requiſiuit Sacerdotem confeſſarium, ſed vlteriùs eidem iniunxit onus audiendi confeſſiones, & proindè dubitari non poteſt, quod fundator intellexerit de actuali qualitate de tempore electionis in eadem Diœceſi, vbi ſitum erat beneficium, vti benè diſtinguendo firmatur per *Rotam in deciſ. 40. ſub num. 6. part. 19. recent.*

ARGVMENTVM.

Emphitheuſis an, et quando dicatur acquiſita titulo oneroſo, vt primus Acquirens poſſit præiudicare comprehenſis in emphiteuſi.

SVMMARIVM.

In Statu Vrbini bona emphiteutica ſunt redacta ad inſtàr Allodialium num. 1.

Declara num. 2.

Primus acquirens titulo oneroſo poteſt præiudicare cæteris vocatis in emphiteuſi num. 3.

Sed acquiſitio vt dicatur facta titulo oneroſo, quid requiratur num. 4.

Qui notabilitèr melioranit bona emphiteutica, quando poſsit de eis diſponere num. 5.

In emphiteuſi datur ius accreſcendi, & quando num. 6.

Hipotheca conditionalis an incipiat à die contractus, vel à die purificatæ conditionis numer. 7.

VO-

VOTVM CXXXXIX.

NOn potuit Carolus Philippus, licèt primus acquirens, præiudicare vocatis in bona emphiteutica ex pacto, & prouidentia. Non obſtante notiſſima conſtitutione Vrbani VIII. reductiua Bonorum emphiteuticorum in Statu Vr-
2 bini exiſtentium, ad inſtàr Allodialium, quoniàm dicta conſtitutio emanauit longè poſt factam conceſſionem huius emphiteuſis, & ſic illa conſtitutio comprehendere ſolùm poteſt futuras, non autem præteritas conceſſiones *ad text. in leg. leges C. de legib.* tùm quia dicta conſtitutio Vrbana
2 reduxit bona emphiteutica ad inſtar Allodialium in præiudicium Eccleſiæ Dominæ directæ, ne iſta retinere valeret prò ſe præfata bona emphiteutica, non autèm ad effectum præiudicandi vocatis, vti benè explicatur *per Rotam in deciſ.* 208. *nu.* 8. *part.* 16. *& in Foroſempronien. Immiſsionis* 8. *Iunij* 1693. §. *minuſque coràm R. P. D. Manuel.*

Et nec etiàm releuat, quod Carolus
3 Philippus, vti primus Aquirens titulo oneroſo potuerit in eius teſtamento diſponere de dictis bonis emphiteuticis, etiàm in præiudicium vocatorum. Quia vt conceſſio bonorum dicatur facta titulo oneroſo,
4 non ſufficit Aquirentem aliquid ſoluiſſe in actu conceſſionis, ſed requiritur, quod ſolutio fuerit in quantitate notabili, quæ ſaltem medietati valoris rei emphiteuticæ correſpondeat, & adæquet *Soccin. conſ.* 4. *num* 6. *lib.* 3. *Mareſcot. var. reſolut. lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 5. *Rot. deciſ.* 245. *par.* 15. *recent. cum alijs in Foroſempronien. Immiſsionis* 8. *Iunij* 1693. *coràm R. P. D. Manuel* §. *nec ad effectum.*

Minuſque turbat ſaltem dictum Caro-
5 lum Philippum potuiſſe diſponere de melioramentis ab ipſo factis, & quidem in notabili ſumma in mox recenſitis bonis emphiteuſis, quia regularitèr melioramenta cedunt ſolo, & ad commodum Domini Directi *per text. in* §. *cū in ſuo, &* §. *ſeq. Inſtit. de rer diuiſ. Rot deciſ.* 521. *n.* 16. *p.* 13. quæ omnia indubitantèr procedunt in præſenti, ſtante explicita conuentione, quod melioramenta licèt maxima recadere debeant Domino directo, vti proſequitur *Rot. in allegata Foroſempronien. Immiſsionis* 8. *Iunij* 1693. *coràm R P. D. Manuel.*

Et tandem dubitari non poteſt, quòd in hac emphiteuſi habeat locum ius accre-
6 ſcendi, licèt bona emphiteutica tranſierint in plures filios, ita ut deficiente vno ſinè filijs illius portio ſuperſtiti acquiratur, de qua materia tradunt *Bald. in leg. ſi mihi, & Titio num* 4. *de verbor. oblig. Ruin. conſ.* 159. *verſ. ſed quando Mareſcot. variar. reſolut. lib.* 1. *cap.* 75. *num.* 3. *Rot. deciſ.* 176 *num.* 9. *part.* 1. *recent. & in dicta Foroſempronien.* §. *ideoque, &* §. *facit*, vbi ampliatur dictam concluſionem procedere etiamſi adfuiſſet diuiſio, & bona emphiteutica tranſiuiſſent in lineas diuerſas, & faciunt tradita per *Rotam in deciſ.* 373. *num.* 5. *coràm Mantica, & deciſ.* 176 *num.* 12. *part.* 5. *recent.*

Quo verò ad bona libera poſſeſſa per dictum Carolum Philippum fuit excitatū dubium, an hypotheca conditionalis incipiat à die contractus, vel potiùs à die purificatæ conditionis: & ego credidi, obligationem, & hypothecam eſſe menſuranda à tempore contractus; nàm conditio cauſualis, vel mixta purificata retrotrahit ipſam hypothecam ad tempus contractus, perindè ac ſi nulla fuiſſet interpoſita conditio *l. qui balneum* 9. *l. potior.* 11. *ff. qui potior. in pignor. habean. Card. de Luca de dot. diſcurſ.* 143. *num.* 21. *Hortaman. Piſtor. quæſt. iur. quæſt.* 14. *num.* 15. *&* 16. *Salgad. labyrint. creditor. par.* 2. *cap.* 21. *ex numer.* 11. *Cutel. de donat. diſc.* 3. *par.* 6. *nu.* 20. *Rot. deciſ.* 1652. *coràm Coccin. & deciſ.* 41. *num.* 13. *coràm Card. Cerro, & deciſ.* 174. *nu* 36. *&* 37. *p.* 6. *recent. & latè diſputato articulo in Romana dotis* 10. *Maij* 1686. *coràm R. P. D. Hernault ferè per tot.*

ARGVMENTVM.

TEſtamentum conditum ab Infirmo fauore Medici, quando ſubſtineatur.

SVMMARIVM.

Teſtamentum conditum ab Infirmo fauore Medici non ſubſtinetur num. 1.

Contrà num. 4. *& per tot.*

Medicus factus Sacerdos ſi obtinuerit à Pontifice facultatem exercendi ſuam artem, citrà aduſtionem, & inciſionem, gratis, & amore Dei, attenta penuria Medicorum, quomodo debeat contineri num. 2. *&* 3.

Non

Non poteſt in tali caſu recipere aliquid à ſponte dantibus dicto num. 2. & 3.

Contractus facti intèr Medicum, & Infirmum, & Clientes, & Procuratores, Notarios, carcerum Cuſtodes, quando ſubſtineantur num. 4. & 5.

Teſtamentum fauore Medici factum ab infirmo, ſemota fraude, ſubſtinetur à num. 6. vſque ad 9.

VOTVM CL.

CVm Laurentius Corſinus iàm infirmus inſtituerit hæredem D. Antoninm Pretiottum Medicum, hinc fuit acerrimè coràm me diſputatum, an Medicus poſſit inſtitui hæres ab Infirmo. Scribentes autem prò hæredibus venientibus ab inteſtato deducebant regulam quod teſtamentum conditum ab Infirmo fauore Medici ſit nullum *ad text. in leg. Medicus ff. de var. & extraord. crimin. gloſ. in leg. quiſquis verbo contractum C. de poſtulan. Olea de ceſſ. iur. tit. 3. quaeſt. 11. ſub num. 36. cum alijs multis apud Romaguer. ad Conciol. ad Stat. Eug. lib. 1. rubric. 33. num. 16.*

Quæ regula fortiùs procedit in præſen-
ti themate cum agatur de Medico Sacer-
2 dote, qui obtinuit à Pontifice diſpenſa-
tionem prò exercenda arte Medica gratis,
& proindè in his terminis Medicus nō po-
teſt aliquid recipere, etiàm à ſpontè dan-
tibus iuxtà indiuidualem, & nouiſſimam
reſolutionem Sacræ Congregationis Cō-
cilij tenoris infraſcripti in vna Cadurcen.
3 dubium 14. Aprilis *1696.*

Duprius, qui priùs Medicus Sacerdos effectus, obtinuit à Sanctiſſimo facultatem exercendi artem Medicam cum ſolitis clauſulis — *citrà aduſtionem, & inciſionem gratis, & amore Dei ergà omnes attenta penuria Medicorum*, ſuper infraſcriptis dubijs prò ſolatio, & quiete eius conſcientiæ ſapientiſſimum oraculum Sacræ Congregationis Concilij expoſcit.

Primo. An nomine inciſionis veniant etiam ſectiones venarum, aperitio, ſeù diſectio tumorum, & ſinueſitatum in vlceribus, amputatio carnium mortuarum, & ſimilium.

Secundò. An nomine aduſtionis non ſolùm veniat applicatio realis ignis, ſed etiàm alia remedià vrentia, & canterizantia, cuius modi ſunt lapides cauſtici, lapis *infer*nalis, Spiritus, & olea chimica vrentia, & his ſimilia.

Tertiò. An præfata prohibitio intelligenda ſit tàm de inciſione, & aduxtione facienda per ſe ipſum proprijs manibus, quàm de ea, quæ fieret miniſterio alterius ipſo conſulente, vel mandante.

Quarto. An illud gratis, & amore Dei erga omnes ità intelligatur, vt non liceat neque etiàm à ſpontè, & liberalitèr abſque vllo pacto, vel præambula obligatione dantibus recipere, an è contra.

Quinto. An clauſula illa — *Attenta penuria Medicorū* importet prohibitionem in locis, in quibus alij, vel ſaltèm aliquis alius Medicus fuerit, ſi fortè illùc vocatus acceſſerit, vel etiàm in proprio loco, vbi aliquis alius Medicus vocatus adeſſet, & aliquo tempore permaneret.

A Sacra Congregatione Concilij die 14. Aprilis *1696.* quoad primum, ſecundum, & tertium nulla fuit capta reſolutio, quoad quartum fuit reſponſum affirmatiuè, ad quintum intelligi de penuria morali.

Ponderatis omnibus ſupradictis cenſui,
teſtamentum fauore Medici ſubſtineri;
4 quoniam iura ſuperiùs allegata loquun-
tur in terminis contractuum, qui ſunt pro-
hibiti intèr Medicum, & Infirmum, intèr
litigantes, & Procuratores, & Notarios,
& Cuſtodes carcerum, & ſimiles, ſed ſu-
pradicta iura non habent locum in vltimis
voluntatibus vtpotè reuocabilibus quan-
5 documque *Iaſon. in leg non dubium num. 2.*
C. de teſtam. & in leg. principalibus num. 2.
in fin. in octaua limitatione ff. ſi certum peta-
tur vbi Dec. num. 10. Peregrin. de iur. fiſc.
lib. 4. tit. 7. num. 13.

Præſertim quia contractus facti ab In-
firmo fauore Medici in tantùm irritantur,
in quantum lex preſumit illos fuiſſe factos
6 in calore reſultante à deſiderio ſalutis;
quæ ratio adaptari non poteſt vltimis vo-
luntatibus ordinatis per eum, qui credit
ſe moriturum, vti bene diſtinguendo ma-
teriam examinat. *Cla. me. Card. de Luca de*
teſtam. diſc. 51. nu. 7. tùm quia etiàm con-
tractus facti intèr Medicum, & Infirmum
ſubſtinentur ſemota fraude, vti in ſpecie
Chirurghi firmatur per *Afflict. deciſ. 123.*
vbi Vrſil. in addit. & in terminis Medicorum
Rot. in deciſ. 194. num. 18. & 19. part. 19.
recent.

Digitized by Google

Quod autèm in præſenti abſit omnis
7 fraudis ſuſpicio, dubitari nequit, cum
fuerit inſtitutus ab Infirmo ſtante intèr
eos magnæ Amicitiæ vinculo, præſertim
quia teſtator non habebat conſanguineos
proximos, quibus additur teſtamentum
fuiſſe clauſum, & ſigillatum, nec de eo
Medicus habebat aliquam notitiam, quæ
omnia magis ſtringunt attenta ſumma
probitate eiuſdem Medici, vti in pun-
cto ſcripſit *Cardin. de Luca de teſtament. diſcurſ. ſi ferè per tot, & firmat Rot. in dicta deciſ. 194. à num. 15. vſque ad 19. par. 19. recent.*

Non ſuffragante, quod dictus Medicus
8 vti Sacerdos iuxta decretum Sac. Con-
gregationis Concilij nihil accipere poſſet
etiàm à ſpontè dantibus. Quoniam verſa-
mur in caſu, in quo Medicus fuit inſtitutus
hæres non ratione ſeruitij pręſtiti, ſed tan-
tùm intuitu antiquæ Amicitiæ, vti ſuprà
fuit demonſtratum, & ſic non applicatur
decretum dictæ Sacræ Congregationis,
nàm Medicus non debet eſſe inferioris cō-
ditionis quocumque altero Amico, nè il-
lius virtus, quæ debet cauſare meritum,
& præmium, retorqueretur in odium,
reddendo illum incapacem ad ſucceden-
dum, proùt in his terminis ratiocinatur
Cardin. de Luca in dict. deciſ. 51. de teſtam. num. 8.

Maximè quia licèt Medicus Sacerdos
9 nil recipere poſſit etiàm à ſpontè danti-
bus, iuxtà decretum Sacræ Congregatio-
nis, nihilominùs hæc opinio procedit in do-
natione facta quocumque modo ab Infir-
mo ratione ſeruitij præſtiti à Medico; ſe-
cùs tamèn in præſenti, in quo hæres fuit in-
ſtitutus ob antiquam amicitiam cum can-
dore, & bona fide, & agebatur de actu
reuocabili, & quod ſolum debebat habere
ſuum effectum poſt mortem, & faciunt
tradita per *Zacch. de ſalar. quaſt. 75. nu. 82. & meliùs per Rot. in deciſ. 194. num. 18. par. 19. recent.*

ARGVMENTVM.

Epiſcopus an, & quando poſſit ordinare ſuum familiarem non ſubditum ad titulum patrimonij.

SVMMARIVM.

Summarium patet ex argumento.

VOTVM CLI.

Requiſitus ab Epiſcopo Amico, an ipſe poſſit ordinare ſuum familiarem nō Subditum ad titulum patrimonij, eidem prò reſponſione tranſmiſi ſequens decretum Sacræ Congregationis Concilij nupèr emanatum in cauſa Tricaricen. Ordinationis 27. Iulij 1697.

Mandat *Sacrum Concilium in cap. 9. ſeſſ. 23. de reform.* per hæc verba — *Epiſcopus familiarem ſuum non ſubditum ordinare non poſsit, niſi per triennium ſecum fuerit commoratus, & Beneficium quacumque fraude ceſſante, ſtatim reipſa illi conferat.* Cumque huius ſecreti diſpoſitio fuerit nupèr innouata à Sanctiſs. D. N. per eius conſtitutionem ſupèr ordinandis his verbis — *Non poſſe Epiſcopum ſuum familiarem ordinare, niſi ad præſcriptum Sac. Concilij per integrum triennium in ſuo ſeruitio retinuerit, & inſupèr beneficium, quod & ad vitæ ſubſtentationem iuxtà modum ſuperiùs præfinitum ſufficiat, quacumque fraude ceſſante ſtatim, hoc eſt, ſaltèm infrà terminum vnius menſis à die factæ ordinationis re ipſa illi conferat.*

Hinc Epiſcopus Tricaricen. aſſerens pluriès deciſum fuiſſe ab hac Sac. Congregatione licere Epiſcopo, familiarē triennalem ad titulum patrimonij promouere, concurrente neceſſitate, vel vtilitate Eccleſiæ vt apud *Garz. de benef. part. 2. cap. 5. n. 81.* (licèt èconuerſo *Pignatell. conſult. 189. n. 31. lib. 9.* aſſerat id intelligendum eſſe de patrimonio ſupplente inſufficientiam Beneficij) ſupplex modò petit ab EE. VV. declarari.

An ſtante nouiſsima Conſtitutione Sanctiſs. D. N. poſsit Epiſcopus familiarem triennalem ad titulum patrimonij promouere ad Sacros Ordines ob neceſsitatem, vel vtilitatem Eccleſiæ nullo collato Eccleſiaſtico Beneficio.

Sacra Congregatio in hac cauſa Tricaricen. ordinationis die Sabathi 27. Iulij 1697. reſpondit Negatiuè.

AR-

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

IN alienatione bonorum Eccleſiæ
an, & quando requiratur benepla-
citum Apoſtolicum, & quando iſtud
præſumatur interueniſſe ex lapſu tem-
poris, & quando ante exequutum be-
neplacitum, & poſt perfectam vendi-
tionem, ſit locus maiori oblationi.

SVMMARIVM.

*Poſt Conſtitutionem Vrbanam ad præſumendum
beneplacitum Apoſtolicum in alienatione bo-
norum Eccleſiæ requiritur centenaria num. 1.*

Declara num. 2.

*Amplia etiàm in locationibus, & emphyteuſi nu-
mer. 3.*

*Intèr duas Eccleſias in alienatione ad præſumen-
dum beneplacitum ſufficit triginaria num. 4.*

Limita, & declara num 5.

*Poſt factum contractum alienationis bonorum Ec-
cleſiæ, & antè exequutum beneplacitum Apo-
ſtolicum an, & quando ſit locus maiori obla-
tioni num. 6.*

VOTVM CLII.

AGitur in hoc Voto de materia alie-
nationum bonorum Eccleſiæ exa-
minata in cauſis Aſculana, 'Fir-
mana, & Ripana, & queritur primo, an
poſt Conſtitutionem Vrbani VIII. ad præ-
ſumendum beneplacitum Apoſtolicum in
bonorum Eccleſiæ alienatione, iàm facta
ſufficiat obſeruantia, & lapſus 30. vèl 40.
annorum.

Quod autèm ad præſumendum bene-
placitum Apoſtolicum in alienatione bo-
1 norum Eccleſiæ poſt Conſtitutionem Vr-
banam requiratur centenaria completa,
firmatur per *Rot. in deciſ. 354. numer. 10.
part. 17. recent.* Contrariam autèm opi-
nionem ſequitur eadem *Rot. in deciſ. 26.
num. 29. & deciſ. 44. numer. 6. part. 8. &
deciſ. 7. num. 23. part. 15. recent.*

In hac contrarietate diſtinguendum
eſſe putaui, nempè ad præſumendum be-
neplacitum in alienatione bonorum Ec-
cleſiæ eſſe neceſſariam centenariam, hoc
2 tamèn temperamento, vt centenaria ſuf-
ficiat, vt ſit completa antè motam litem,
non autèm antè æditam Conſtitutionem
Vrbani VIII. *Card. de Luca de emphyt. diſc.
60. num. 8. Pacion. de locat. cap. 14. §. 11.
num. 3. & 4.* cum alijs multis apud *Rotam
in Romana Domus 16. Iunij 1690. coràm R. P.
D. Molines §. nèc ex diuturnitate.*

Quod autèm beneplacitum Apoſtoli-
3 cum requiſitum per *extrauagant. Ambitioſæ
de reb. Eccleſ. non alienan.* ſit neceſſarium
etiàm in locatione ad longum tempus, &
in emphyteuſi bonorum Eccleſiæ, præſer-
tim quando alteratur ſolitum, & appo-
nuntur in noua conceſſione pacta diuerſa
ab antiquis, communitèr tradiderunt *Fa-
gnan. in cap. nulli de rebus Eccleſ. non alie-
nan.* & alij apud *Rotam in deciſ. 219. nu.
2. part. 10. recent.* proùt ſecùs eſſet dicen-
dum, ſi locatio eſſet facta iuxta ſolitum
*Rot. coràm Merlin. deciſ. 756. numer. 1. &
15. cum alijs in Romana caſalis veteris 13.
Maij 1671. coràm bon. mem. Albergato §. &
ampliùs.*

Quæritur ſecundo, an centenaria requi-
ſita, vt ſuprà in alienatione bonorum Ec-
4 cleſiæ ſit neceſſaria, quando ageretur intèr
duas Eccleſias, reſpondeo in hoc themate,
quia ceſſat timor vſurpationis ſufficere
triginta annos ad præſumendum bene-
placitum, etiàm poſt Conſtitutionem Vr-
banam. *Roſ. de exequutor. part. 1. cap. 4.
num. 298. Pacion. de locat. cap. 14. num. 8.
Rot. deciſ. 713. numer. 10. coràm Dunoz. &
deciſ. 321. numer. 6. coràm Priolo deciſ. 10.
numer. 12. part. 14. & cum alijs in Romana
Domus 16. Iunij 1690 §. nihil refragatur co-
ràm R. P. D. Molines.*

Sed ſuppoſito, quod bona Eccleſiæ fue-
rint alienata Laico, & deindè à Laico tran-
ſierint ad aliam Eccleſiam, an in iſto caſu
5 ſufficeret obſeruantia triginta annorum
ad præſumendum beneplacitum, licèt age-
retur intèr duas Eccleſias, & negatiuè
cenſui reſpondendum, quià non euitatur
nullitas per mutationem perſonæ, cum in
hac hypotheſi inſpiciatur tempus contra-
ctus, & quod ab initio vitioſum eſt non
conualeſcit, quamuis deuenerit ad eum
ſtatum, à quo initium ſumere poſſet, vti
in puncto examinando egregiè hanc ma-
teriam firmatur per *Rotam in Romana Do-
mus 16. Iunij 1690. coràm R. P. D. Molines
§. obiectum*, vbi declaratur hæc opinio, vt
non procederet, quando Eccleſia poſt ac-
quiſitionem factam à Laico per triginta
annos pacificè poſſediſſet bona, quia tùnc

quando ageretur intèr duas Eccleſias ſufficeret ad præſumendum beneplacitum lapſus triginta annorum.

Quo verò ad tertium dubium, an fauo-
6 re Eccleſiæ poſt factam venditionem antè exequutum tamèn beneplacitum Apoſtolicum ſit locus maiori oblationi, cenſui reſpondendum eſſe affirmatiuè; Et inueni poſt hæc ſcripta ità nouiſſimè fuiſſe reſolutum à Sac. Congregatione Concilij *in vna Neapolitana Beneplaciti die* 28. *Septembris* 1697. *prout infrà*.

Propoſita præſenti cauſa in Congregatione habita 17. Auguſti proximè præteriti ſupèr eo, an in venditione Domus facienda per Conuentum, & PP. S. Antonij Tertij Ordinis Sancti Franciſci admittenda eſſet noua, & maior oblatio Ioſephi Tartaglioni prò Duc. 1602. non obſtante priori venditione concluſa fauore Franciſci Recupidi prò Duc. 1500. antè exequutum Beneplacitum Apoſtol. deſupèr obt. ntum, reſcriptum fuit: *Ad Eminentiſs. Præfectum iuxtà mentem*, mens autèm fuit, vt prælatio concederetur maiori oblatori, habita tamèn ratione ad Recupidum primum emptorem quatenùs voluiſſet augere oblationem ad prædictos Duc. 1602.

Præfatæ reſolutioni neutra ex Partibus acquieuit, prætendente Recupido, tàm ex deductis, quàm ex alijs rationibus, eius venditionem, vti iàm perfectam retractari non poſſe; Tartaglione autèm è conuersò aſſerente, ſibi omninò competere prælationem tamquàm maiori oblatori, nullo habito reſpectu ad augumentum, quod per Recupidum fieri poſſet, vèl in omnem caſum deueniendum eſſe ad nouam Candelæ accenſionem. Cumquè ſuper præmiſſis, relata cauſa per ſummarium in antecedenti Congr. placuerit EE. VV. demandare, eam iterum repropohi debere in folio tàm ſupèr reſolutis, quàm ſupèr articulo prælationis, hinc in præſenti, vtraque parte informante, reſoluendum erit.

Primo *An ſit ſtandum, vèl recedendum à deciſis, & quatenus affirmatiuè quoad primam partem, & negatiuè quoad ſecundam*.

Secundo *An ſit danda prælatio fauore Recupidi, & prò qua ſumma, vèl potius ſit deueniendum ad accenſionem nouæ candelæ in caſu &c.*

Sacra Congregatio Concilij die Sabathi 28. Septembris 1697. reſpondit ad primum in deciſis. Ad ſecundum eſſe locum prælationi fauore Recupidi prò ſumma oblata per Tartaglionum.

ARGVMENTVM.

IVſpatronatus quando dicatur laicum, ſiuè Eccleſiaſticum. Præſentatio facienda ab Incolis, ſeù Parochianis alicuius Parochiæ an ſit valida ſi non fuerit facta ab omnibus ſimùl congregatis. Parochianus an, & quando quis dicatur.

SVMMARIVM.

Confirmatio Epiſcopi in donatione iuriſpatronatus præſumitur interueniſſe ſtante lapſu longi temporis num 1.

In donatione iuriſpatronatus facta ab Eccleſia præſumitur vtilitas, & beneplacitum Apoſtolicum ſtante obſeruantia longiſsimi temporis num. 2.

Patroni laici poſſunt variare antè inſtitutionem, non obſtante præſentatione antecedentèr facta num. 3.

Secùs dicendum eſſet in iurepatronatu Eccleſiaſtico num 4.

Iuſpatronatus quando dicatur Eccleſiaſticum numer. 5.

Hoſpitale quando ſit reputandum laicale num. 6. *&* 7.

Minores, & Viduæ de Parochia ſunt admittendi in præſentatione ſpectante ad Parochianos numer. 8.

Præſentatio facienda à Parochianis, vt ſit valida an requirat, quod ſint ſimùl congregati nu. 9.

Parochianus an, & quando quis dicatur numer. 10. *&* 11.

Parochianus mortuus in aliena Parochia, quando ſit ſepelliendus in ſua Eccleſia Parochiali dict. num. 12.

VOTVM CLIII.

CEnſui non eſſe denegandum inſtitutionem D. Oſtilio Berio in beneficio B. Mariæ Gratiarum, cum conſtet fuiſſe præſentatum à maiori parte patronorum. Iuſpatronatus autèm non poteſt controuerti, cum hoc fuerit donatum omni-

nibus Parochianis prò tempore Eccleſiæ S. Mariæ Virginum ab Officialibus Hoſpitalis Infirmorum vſque de anno 1494.

Nec nullitas huius donationis deſumi valet ex defectu confirmationis Epiſco-
1 pi; quià hæc ex lapſu longiſſimi temporis duocentum, & vltrà annorum præſumitur interueniſſe *Adden. ad Gregor. deciſ. 420. num. 7. & in recent. deciſ. 674. num. 2. part. 2. & deciſ. 206. num. 9. part. 13. recent. cum alijs in Piſana Cappellaniæ 26. Ian. 1688. coràm bo. me. Emerix §. nec hodiè.*

Minuſque aduerſatur alter defectus dictæ donationis, deſumptus ex deficientia
2 vtilitatis Hoſpitalis, ac beneplaciti Apoſtolici; quoniàm tàm vtilitas, quàm beneplacitum Apoſtolicum, ex longiſſimo lapſu duorum ſæculorum præſumuntur paritèr interueniſſe, iuncta præſertim obſeruantia donationis, in cuius exequtionem Epiſcopi de anno 1521. 1543. 1590. & 1614. admiſerunt præſentationes factas à Parochianis, vèl ſi quæ adfuiſſet nullitas ſupradictæ donationis ex curſu conſiderabili tot annorum remanſiſſet præſcripta, vti benè proſequitur *Rot. in dicta Piſana Cappellaniæ 26. Ian. 1688. coràm bo. me. Emerix. §. prout.*

Firmata exiſtentia iuriſpatronatus, apparet D. Oſtilium fuiſſe præſentatum à
3 maiori parte Patronorum, & licèt decem de Parochia priùs præſentauerint D. Georgeum Salimbenum, tamèn variarunt, & præſentarunt præfatum D. Oſtilium. Patronis namque laicis permiſſum eſt variare antè inſtitutionem *clemen. plures vbi gloſ. & DD. de iur. patronat. cap. cum autèm vbi Abbas in 2. notat. & cap. paſtoralis eodem tit. Viuian. de iur. patronat. lib. 5. cap. 1. num. 32. Barboſ. de offic & poteſt. Epiſcop. part. 3. alleg. 72. num. 161. Sperel. dec. 100. num. 4. & Rot. in Oueten. Parochialis, ſeù Iuriſpatronatus 26. Iunij 1693. coràm R. P. D. Manuel. §. viſum autèm.*

Nec turbat nos verſari in terminis iuriſpatronatus Eccleſiaſtici, dùm iſtud an-
4 tè donationem ſpectaret ad Hoſpitale Infirmorum, & per conſequens non intret regula, quod laicis patronis liceat variare ad *tex. in cap. cum autèm de iur. patronat.*

Quoniàm obſeruandum eſt, quod ſicuti
5 iuſpatronatus laicum tranſiens in Eccleſiam efficitur Eccleſiaſticum, ità etiàm iuſpatronatus Eccleſiæ tranſiens in Laicum euadit laicale iuxtà notabilia verba *gloſ. in cap. vnico de iur. patronat. in 6. ibi — mutata perſona mutatur etiàm qualitas beneficij.*

In quam opinionem libentiùs acceſſi conſiderando, quod hoſpitale nunc ſup-
6 preſſum, quod olim donauit hoc iuſpatronatus, ſub regimine laicorum exiſteret, & proindè in iſtis terminis, & in dubio hoſpitale eſſe vti laicum reputandum firmat *Rot. deciſ. 106. num. 1. & deciſ. 122. part. 2. diuerſ.* de qua materia etiàm tradunt *Felin. in cap. de quarta ſub num. 11. de præſcription. Conciol. ad Stat. Eugubin. lib. 1. rubr. 29. num. 2. Rot. coràm Bichio dec. 343. num. 2.*

Accedente præſertim obſeruantia, ac pluribus antiquis enunciatiuis, ex quibus
7 deſumitur qualitas laicalis huius patronatus; obſeruantia namque eſt attendenda ad cognoſcendum qualitatem iuriſpatronatus vti dixi in *Vot. 83. num. 5. & addo Rot. deciſ. 275. num. 8. part. 7. recent. coràm Merlin. deciſ. 870. num. 4. coràm Ninot. deciſ. 27. num. 2.*

Nèc ad minuendum numerum vocum D. Oſtilij demendi ſunt Minores, & Vi-
8 duæ de Parochia, cum in terminis iuriſpatronatus ad Parochianos, ſeù ad Incolas ſpectantis, admittendi ſunt ad præſentandum tàm Minores, quàm Viduæ *Ioan. Andr. in cap. ex eo de elect. in 6. Lambert. de iur. patronat in 2. part. lib. 2. quaſt. 2. articul. 3. num. 2. Caſſador. deciſ. 1. de iur. patronat cum alys in Oueten. Parochialis, ſeù Iuriſpatronatus 26. Iunij 1693. coràm R. P. D. Manuel. §. ſicuti.*

Et paritèr non obſtat, quod præſentatio, ſeù nominatio D. Oſtilij non fuerit
9 facta à Parochianis in Concilio collegialitèr congregatis; quoniàm in iſto themate non videtur fuiſſe neceſſarius ſimultaneus, & collegialis conſenſus Incolarum, ſed vnuſquiſque eorum benè potuit illum ſeparatim, & de per ſe præſtare *Ioan. Andr. in cap. quoniàm de iur. patronat. Lambertin. eodem tract. lib. 2. part. 2. quaſt. 2. articul. 8. num. 5. & 11. Aym. conſ. 63. num. 1. Caſar. de Graſ. de iur. patronat. deciſ. 2. num. 1. & Rot. in Oueten. Parochialis, ſeù Iuriſpatronatus 26. Iunij 1693. §. neque obſtat coràm R. P. D. Manuel.*

Et tandèm non ſunt computandæ voces trium forenſium, qui per accidens de tempore præſentationis habitabant in Pa-

10 Parochia, & præſentarunt D. Iacobum Delphinum alium collitigantem in hac cauſa; cum regula ſit, quod ſimplex breuis habitatio non ſufficiat (quando non adſit animus deliberatus non diſcedendi) ad conſtituendum aliquem Parochianum, nam eo caſu, deficiente animo permanendi, neceſſaria eſſet habitatio in maiori anni parte, de qua materia tradunt *Barboſ. de iur. Eccleſ. lib. 2 cap. 20. nu. 33. de Paroch part. 2. cap. 19. Rot. coràm Seraph. deciſ. 1135. numer 1. coràm Merlin. deciſ. 154. 194. vtrobique numer. 3. & in recent. deciſ. 60. num. 16. part. 15.* & ad ornatum huius Voti, & ad comprobandam ſupradictam opinionem refero per extenſum decretum, nupèr editum à Sacra Congregatione Concilij in vna Romana iuris ſepeliendi.

Laurentius Creſcius à quatuordecim annis circitèr Miles Præſidiarius Arcis
11 S. Angeli, cum de Menſe Auguſti Anni 1695. in morbum incidiſſet, illicò ſe ad propriam domum tranſtulit, vbi Vxor cum familia degebat, ſitam in Parochia SS. Simonis, & Iudæ, ibique poſt paucos dies ex hac vita diſceſſit.

Habita obitus notitia, Parochus Sanctæ Mariæ Tranſpontinæ excitauit prætenſionem tumulandi illius Cadauer, tamquàm ſubditi ratione militiæ eius Parochiali Eccleſiæ, intrà cuius limites exiſtit Caſtrum Sancti Angeli; ſed expedito monitorio coràm Eminentiſſimo Vicario ad inſtantiam Parochi Sanctorum Simonis, & Iudæ, obtinuit iſte prouiſionale decretum ſepelliendi cadauer in ſua Eccleſia *ſinè praiudicio iurium ambarum partium, & cum obligatione de reſtituendo illud, & emolumenta in caſum ſuccumbentiæ*, quod decretum in formali iudicio poſteà proſequuto, fuit confirmatum per ſententiam abſolutoriam fauore Parochi SS. Simonis, & Iudæ ab eodem Eminentiſs. prolatam.

Non acquieuit Parochus S. Mariæ huiuſmodi ſententiæ, ſed habito recurſu ad Sanctiſs. Dominum Noſtrum ſub prætextu euitandi diuturnitatem, & diſpendium longiſſimæ litis, quodque agatur de articulo exemplari, quoad omnes Parochos Vrbis, obtinuit ex decreto Reu. P. Auditoris Sanctitatis Suæ remiſſionem cauſæ ad hanc S. Congregationem, coràm qua propterea, concordato infraſcripto dubio, graue non erit Eminentijs Veſtris ex iuribus vtrimque deducendis declarare.

An cadauer quondam Laurentij Creſcij actualis militis in Arce S. Angeli fuerit ritè, & rectè tumulatum in Eccleſia Parochiali SS. Simonis, & Iuda, vel potiùs ſint reſtituenda emolumenta funeris Eccleſia Parochiali S. Mariæ Tranſpontina, & quid in ſimilibus caſibus ſit ſtatuendum.

Sacra Congregatio Concilij die 17. Auguſti 1697. reſpondit in caſu, de quo agitur negatiuè quoad primam partem; Affirmatiuè verò quoad ſecundam.

ARGVMENTVM.

Filiusfamilias, qui nullitèr contraxit, an poſſit cogere alium contrahentem ad obſeruationem contractus. Conſenſus an ſufficiat ſi interueniat re non integra, poſt inchoatam litem.

SVMMARIVM.

Contrahens cum filiofamilias non poteſt contractum impugnare, ſi filiusfamilias intendit ſtare contractui num. 1.

Contrà num. 2.

Amplia vt conſenſus paternus ſuperueniens non ſufficeret num. 3.

Contrà num. 6.

Nullitas contractus poteſt opponi à ſola Eccleſia, vel minori num. 4.

Et ſolùm poſſit cogi Eccleſia ad obtinendum beneplacitum num. 5.

Filiusfamilias quando validè obligetur num. 7.

Bononia filiusfamilias validè obligatur ratione negotiationis, & mercatura num. 8.

Quando adeſt pactũ de non ſublocando ſubſtinetur ſublocatio ſtante tacito conſenſu locatoris n. 9.

Conſenſus quando ſufficiat, vt ſuperueniat ex interuallo num. 10.

Verbum deficere quid importet num. 11.

VOTVM CLIV.

IN hac cauſa agitata coràm me intèr Ioannem Baptiſtam Antoninum, & Antonium Cauatiam, fuit dubitatum, an filiusfamilias deficiẽte conſenſu paterno, & à Statuto requiſito, poſſit cogere eum, qui ſecum contraxit ad exequutionem contractus.

Ego

Ego enim dicebam, quod contrahens
1 cum filiofamilias non poſſit contractum
impugnare quamuis nullum; nàm hæc ex-
ceptio cum ſit inducta à legibus fauore fi-
lijſfamilias, ſequitur vt ab iſto tantum in
Iudicio allegari valeat ad tradita per *Ti-
raquel. de leg. connub. gloſ.* 8. *in* 8. *&* 10.
quaſt. num. 56. *&* 91. *cum plur. ſequen.*

Non releuante, quod contrarium fir-
metur per *Paſchal. de poteſt. cap.* 6. *part.* 1.
2 *num.* 25. *& ſeq.* qui vlterius tenet, quod
ratificatio Patris ſuperueniens poſt in-
choatam litem, non ſufficeret ad reconua-
3 lidandum contractum in præiudicium al-
terius collitigantis, & impugnantis exe-
quutionem contractus, prout ſuccedit in
præſenti controuerſia.

Quoniàm hæc opinio mihi videtur con-
4 traria illi iuris principio paſſim ab omni-
bus recepto, ſcilicet quod nullitas indu-
cta fauore alicuius, veluti Minoris ſeù Ec-
leſiæ poſſit tantummodò allegari ab ipſo
Minore, ſeù Eccleſia, vti probaui in *vot.*
30. *num.* 5.

Et ſolùm contrahens cum filiofamilias
agente prò obſeruatione contractus, poſ-
5 ſet prætendere ratificationem ab illius
Patre, proùt idem eſſet dicendum in Ec-
cleſia contractum obſeruare volente, quæ
cogi poſſet ad obtinendum beneplacitum
Apoſtolicum ad tradita per *Franch. de-
ciſ.* 35.

Minuſque turbat, quod conſenſus Pa-
6 tris ſuperueniens poſt inchoatam litem nō
ſit attendendus, quia licèt ſit controuerſa
iſta opinio, attamèn crederem communi-
tèr eſſe receptum, vt conſenſus à Patre
præſtitus etiam poſt inchoatum iudicium
ſit ſufficiens, vt filiusfamilias agere poſ-
ſit prò obſeruatione contractus, de qua
materia tradit *Sanfelic. dec.* 180. *n.* 6. *&* 7.

Sed quidquid ſit de ſupradictis ceſſat in
7 præſenti themate omnis dubitatio, quia
filiusfamilias de iure communi excepto
mutuo (quod illi expreſsè interdicitur per
Sac. Conſult. Macedon.) contrahere non
prohibetur *l. filiusfamilias la* 2. *ff. de action.
& obligat. l. tàm ex contractibus* 57. *ff. de iu-
dic. Ciriac. contr.* 387. *num.* 4. *& ſeq Rot.
deciſ.* 54?. *nu.* 8. *& ſeq. & num.* 26. *par.* 18.
& in Bononien. pecuniaria 15. *Iunij* 1685.
coràm R. P. D. Florez §. *minuſque.*

Non refragante Statuto Bononiæ, an-
8 nullante contractum filijſfamilias, quia
diſpoſitio Statuaria non procedit in ter-
minis noſtris, in quibus agitur de contra-
ctu ſubappaltus portus litterarum è Ciui-
tate Bononiæ Venetias, & ſic ex cauſa ne-
gotiationis in ipſo Statuto exceptæ, vti in
puncto ſcripſerunt *Caſtald. conſult.* 302.
num. 3. *&* 4. *Rota coràm Dunoz. Iunior. deciſ.*
734. *num.* 6. *&* 7. *coràm Zarat. deciſ.* 122.
num. 3. *& in dicta Bononien. pecuniaria* 15.
Iunij 1685. §. *minuſq; coràm R. P. D. Flores,
& confirmata* 16. *Maij* 1687. *coràm bo. me.
Rondinino* §. *minus releuat.*

Et demùm non releuat, quod Anto-
9 ninus non potuerit ſublocare dictum ap-
paltum ſinè licentia principalis Locatoris,
quia quamuis conſenſus non interuenerit
expreſsè, ſufficit tamen quod permiſſiuè,
& tacitè concurrat ad actus ſubſtentatio-
nem, dùm tacendo quis conſentire dica-
tur, vt in terminis ſublocationis factæ cō-
tra pactum de non ſublocando ſinè con-
ſenſu Domini loquitur *cla. me. Card. de Luca
de locat. & conduct. diſc.* 20. *n.* 7. *& diſc.* 34.
num. 12.

Maximè quia Locator vltrà tacitum cō-
10 ſenſum, etiàm expreſsè huic ſublocatio-
ni conſenſit non aduerſante, quod re non
integra, & poſt inchoatam litem ſuperuen-
tus conſenſus Locatoris Cauatiæ præiudi-
care nequeat ad tradita per *Gratian. diſcep.*
963 *num.* 4. *& ſeq Saminiat. contr.* 33. *nu-
mer.* 52. quoniam conſenſus ſi requiratur
in ipſo actu per modum ſubſtantiæ, & ſo-
lemnitatis; eo caſu ſi ſuperueniat non ſuf-
fragatur, aut conſenſus nō requiritur prò
ſubſtantia, & ſolemnitate, ſed tantum ad
remouendum præiudiciū intereſſe haben-
tis (proùt eſt in præſenti controuerſia)
& in iſtis terminis reputatur ſufficiens etiā
conſenſus ſuperueniens ex interuallo *Rot.
deciſ.* 7. *num.* 12. 14. *&* 15. *par.* 15. *& deciſ.*
336. *num* 16. *par.* 18. *recent.* vltrà adducta
ſupra *in* §. *minuſque turbat*, vel ſaltèm hæc
exceptio poſſet deduci ab ipſomet Loca-
tore, non autèm à tertio.

Eiuſdem ponderis eſt alterum obiectum
11 deſumptum ex infirmitate Cauatiæ, quia
licèt ſit verum, quod intèr pacta intèr hos
contrahentes inita adſit etiàm ibi — *che in
euento, che per morte, ò per qualſiuoglia cau-
ſa, & accidente mancaſſe il Conduttore, che
Dio guardi, poſsi il Locatore eleggere un' al-
tro in ſuo luogo, & in tal caſo s' intendi fini-
ta la preſente locatione;* adhùc non indè ſe-
qui-

quitur, vt leuis infirmitas Canatiæ ſit ſufficiens prò receſſu à contractu, quia dictus appaltus poteſt exerceri per alium, tùm quia contrahentes intellexerunt de defectu tàm ratione mortis naturalis, ſeù ciuilis, vel alio ſimili, non autèm de infirmitate non perpetua; maximè quia Cauatia licèt bona valetudine non fruatur, adhùc perambulat per Ciuitatem, omnibuſque alijs negotijs incumbit, & ideo hæc infirmitas nullo iure poteſt illum ab obſeruatione cótractus liberare, cóſiderando preſertim illud verbum *deficere*, per quod ſignificatur totalis defectus mortis naturalis, vel ciuilis, non autèm ſimplex impedimentum accidentale.

ARGVMENTVM.

Eſt locus diuortio ob cauſam adulterij. Et iſtud quomodo probetur.

SVMMARIVM.

Eſt locus diuortio ex cauſa adulterij num. 1.
Adulterium quomodo probatur num. 2.
Adulterium ferè numquàm probari poteſt de directo, & perneceſſe num. 3.
Et ideò probatur præſumptionibus, & coniecturis num. 4.
Et admittuntur Teſtes ſingulares, & Socij criminis dicto num. 3. & 4.

VOTVM CLV.

Dixi in hac cauſa Aquilana eſſe locum diuortio intèr Margheritam, & Andream ex cauſa adulterij,
1 pluries ab eodem Andrea conſumati tàm *de iure canonico in cap. ſignificaſti cap. ex litteris cap. gaudemus de diuort. cap ex parte §. quia igitur de ſponſal.* quàm ex diſpoſitione iuris ciuilis Romanorum, & Gentium *in l. conſenſu §. ſi qua igitur C. de repud. §. mitioris auth. de nupt.*

Probatur autèm adulterium ex confeſſione Dianæ, quæ depoſuit pluries habuiſſe rem carnalem cum Andrea, & hoc ad-
2 miniculatur ex Dominico, qui depoſuit vti mediator pluries de ordine Andreæ conduxiſſe ad illius domum prefatam Dianam, quæ omnia magis ſtringunt ob depoſitiones duorum teſtium licèt ſingulariū, aſſerentium vidiſſe Andream, & Meretricem pluries in cubiculo clauſos, quibus additur publica vox, & fama per totam Ciuitatem diffuſa.

Non agitur de probando adulterio criminalitèr ad effectum infligendi pœnam
3 adultero, ſed solùm ciuilitèr prò conſequenda ſeparatione thori, in qua hypotheſi admittuntur leuiores probationes, & in ſpecie de teſtibus ſingularibus, & vilibus perſonis, & Sociis criminis de depoſitione Meretricis, & mediatoris latè firmatum fuit per *Rot. in Barchinonen. diuortij 12. Maij 1687. coràm R. P. D. Vrſino.*

Crimen namque adulterij de directo,
4 & perneceſſe ferè nunquàm probari poteſt, cum in occultò, & clàm committi ſoleat, & proindè illud concluditur ex ſingulis probationum ſpeciebus ſuprà recenſitis, prout in terminis de adminiculis, & coniecturis tradunt *Farinac. de teſtib. quæſt. 64. num. 229. Burſat. conſ. 218. num. 1. cum duob. ſeq. Menoch. conſ. 31. nu. 18. Bertazzol. conſ. criminal. 20. num. 18. & 19. & conſ. 273 num. 7. Ciriac. contr. 281. n. 26. Rot deciſ. 337. num. 4. & 16. par. 12. & deciſ. 818. per tot. par. 18. tom. 2. recent.*

ARGVMENTVM.

Miles qui in bello neminem occidit, vel mutilauit, an ſit irregularis. Bellum quando dicatur iuſtum.

SVMMARIVM.

Summarium patet ex argumento.

VOTVM CLVI.

Propoſito dubio an Miles, qui in bello aliquem non occidit, nec mutilauit ſit irregularis prò delucidatione materiæ, quæ ſæpè diſputari ſolet, putaui diſtinguendos eſſe tres caſus,

Primus namque conſiderari poteſt in
1 bello iniuſto, in quo licèt miles aliquem nec occidit, nec mutilauit, tamèn irregularis euadit, quia ipſe præſtauit conſenſum, & concurſum cauſæ morali, cui ſtrages, & homicidia imputantur.

Secundus caſus reſultat in Milite, qui ſequutus fuit caſtra in bello iuſto, & tunc ſi iſte aliquem non occiderit, vel non mutila-

uerit, nec conſilium, aut mandatum dederit ad aliquem occidendum in particulari, irregularitatem non incurrit; nè innumera hominum multitudo irregularitatis vinculo aſtringatur.

Tertius caſus euenire ſolet in Milite, qui adfuit bello iuſto, & remanet dubius, an ipſe aliquem occiderit, vel mutilauerit, & in iſta dubietate ille reputari debet irregularis, nàm in dubio meliùs eſt abſtinere, quàm temerè celebrare; quæ caſuum diſtinctio deſumitur *ex text. in cap. petitio tua 24. de homicid. vbi gloſ. & canoniſt. Bonac. oper. moral. tom 1. diſp. 7. q 4. punct. 6. nu. 7. Caſtropal. par. 6. diſp. 6. punct. 14. §. 2. Paſqualig. quaſt. moral. quæſt. 293. num. 6. Dian. tract. 2. de irregularit. reſolut. 29. Bellet. diſquiſ. Clerical. part. 1. tit de diſciplin. §. 5. nu. 141. & 142. Barboſ. vot 89. nu. 81. Sperel decis. 67. num. 22. & 23. Rot. in recent. deciſ. 3. ſub num. 5. par. 2. & deciſ. 355. num. 12. & ſequen. part. 14. & deciſ. 148. num. 9. part. 18.*

Quibus firmatis remanet maior diffi-
2 cultas prò cognoſcendo an bellum fuerit iuſtum, vel iniuſtum; de qua materia multa, & doctè tradit *Fagnan. in cap. ne innitaris de conſtitut. num. 306. & 318.* nàm ſi pugnatur contra Turcas, Hæreticos cauſa dilatandi Catholicam Religionem, omnes admittunt, tale bellum eſſe iuſtiſſimum, ac ſemper comendabile, aut bellum verſatur intèr Principes Catholicos, & in iſtis terminis valde difficile erit decidere, an bellum ſit iuſtum, vel iniuſtum; nàm legitur in *can. tertio* 23. *q.* 1. noli exiſtimare neminem Deo placere poſſe, qui in armis bellicis militat, in his erat Sanctus Dauid, & *in can. 5. eiuſdem quaſt.* ſic additur: Militare non eſt delictum, ſed proptèr prædam militare peccatum eſt, *& in can. 6.* habetur. Apud veros Dei cultores etiàm ipſa bella pacata ſunt, quæ non cupiditate, aut crudelitate, ſed pacis ſtudio geruntur, vt mali coerceantur, & boni ſubleuentur, *& in can. primo 23. quaſt. 2.* dicitur; Iuſtum eſt bellum, quod ex edicto geritur de rebus repetendis, aut propulſandorum hoſtium cauſa: *& in can. 5.* apparent regiſtrata ſingularia verba Diui Ambroſij ibi -- Fortitudo, quæ vel in in bello tuetur à barbaris patriam, vel domi defendit infirmos, vel à latronibus Socios; plena iuſtitiæ eſt. Imò aliquando Principes ſe abſtinendo à bello peccant, vndè *in can. 8. Anaſtaſius, & Damaſus Pontifices* ſcripſerunt -- Qui poteſt obuiare, & perturbare peruerſos, & non facit, nihil aliud eſt, quam fauere eorum impietati: Nec enim caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obuiare: Concludo igitur ex parte Populi, ſeu Militum (cum recondita Regum arcana penetrari non ſoleant) bellum in dubio reputandum eſſe prò iuſto, imò qui bellum diceret iniuſtum, probare deberet veluti practicatum fuit à Rota *in Leodien. canonicatus Aquiſgranen. 26. Iunij 1665. coràm bo. me. Albergato*, quæ prò excludenda irregularitate credidit bellum Valencenæ ex parte Hiſpanorum fuiſſe iuſtum, & idipſum denuò firmatum fuit ab eadem *Rot. in Vratislauien. Canonicatus 23. Iunij 1673. coràm bo. me. Rondinino §. hinc opus non eſt*, quæ deciſio eſt impreſſa intèr *recent. deciſ. 148. par. 18.*

ARGVMENTVM.

AGitur de iuriſdictione Archiepiſcopi in Suffraganeos. Ac etiam de materia Concilij, ſeù Synodi Prouincialis.

SVMMARIVM.

Archiepiſcopus poteſt exercere iuriſdictionem metropoliticam in omnibus Eccleſijs Suffraganeis exiſtentibus in ſua Prouincia num. 1.

Archiepiſcopo Salisburgenſi eſt ſubiecta Eccleſia Paſſanienſis num. 2.

Archiepiſcopus poteſt viſitare Eccleſiam Suffraganeam vacantem à num. 3. vſque ad 5.

Archiepiſcopus de iure antiquo valebat viſitare omnes Eccleſias Suffraganeas num. 3.

Sed dicta facultas fuit moderata à Concilio Tridentino num. 4.

Caſus omiſſus remanet ſub diſpoſitione iuris communis num. 5.

Archiepiſcopus non poteſt diſſoluere Concilium Prouinciale ſinè conſenſu Coepiſcoporum numer. 6.

Nec poteſt impedire, quod in Concilio Prouinciali non legantur libelli, & deducantur iura dicto num. 6.

Vicarius Capitularis Eccleſia vacantis habet votum deciſiuum ſicùt cæteri Epiſcopi in Concilio Prouinciali num. 7.

Ad Concilium Prouinciale quis ſit vocandus di-
cto num. 7.
Archiepiſcopus titularis translatus ad Eccleſiam
Suffraganeam in Concilio Prouinciali debet
pracedere cateris Epiſcopis num. 8.
Pracedentia in Concilio Prouinciali quomodo ſit
regulanda num. 9.
Epiſcopus Sancti Seueri, & Epiſcopus Vultura-
rienſis non poſſunt denominari Epiſcopus Tra-
gonarien. num. 10.

VOTVM CLVII.

QVoad primum dubium, an Archiepi-
ſcopus habeat iuriſdictionem in om-
nibus Eccleſijs Epiſcopalibus exi-
ſtentibus in ſua Prouincia, cenſui affirma-
1 tiuè eſſe reſpondendum, præſertim quan-
do non adſit alius Archiepiſcopus vici-
nior, qui in aliqua ex illis Eccleſijs ſupe-
rioritatem exercere valeret, vel relictis ge-
neralibus nouiſſimè reſpondit *Rota in Sa-*
lisburgen. iuris Metropolitici 26. Nouembris
1691. *coràm R. P. D. Priolo*, in qua fuit fir-
2 matum, Eccleſiam Paſſauienſem eſſe ſu-
biectam Archiepiſcopo Salisburgenſi, nõ
obſtantibus varijs enunciatiuis ad fauo-
rem Eccleſiæ Paſſauienſis, quæ etiàm de-
ducebat prò euitanda Archiepiſcopi Sa-
lisburgenſis iuriſdictione, fuiſſe Eccleſiæ
Paſſauienſi vnitum ius metropoliticum ve-
tuſtiſſimæ, & celebris Eccleſiæ Laurea-
cenſis ab Humnis barbarica feritate radi-
citus euerſæ.

Quoad ſecundum dubium, an Archiepiſco-
pus poſſit viſitare Eccleſiã Suffraganeam
3 tempore, quo eſt vacans, dixi affirmati-
uè eſſe reſpondendum. Nàm de iure ca-
nonico, communi, & antiquo certum eſt
Archiepiſcopum poſſe viſitare totam Pro-
uinciam, quamuis Epiſcopi Suffraganèi
non eſſent negligentes in adimplendo eo-
rum munere per *textum clarum in cap. per-*
petuo de cenſibus cum alijs apud *Ventrigliam*
de iuriſdict. Archiep. cap. 63. num. 1.

Non obſtante, quod auctoritas conceſ-
4 ſa Archiepiſcopis viſitandi Prouinciam
fuerit moderata per *Sac. Conc. Tridentin.*
ſeſſ. 24. de reformat. cap. 3. vbi diſponitur,
quod Archiepiſcopi non poſſint viſitare
eorum Prouincias, niſi poſtquàm plenè
viſitauerint eorum Diœceſes, & nonniſi
cauſa cognita, & probata in Concilio
Prouinciali:

Quoniam Sac. Concilium Tridentinum
non diſpoſuit de caſu Eccleſiæ Suffraga-
5 neæ vacantis, & proindè iſte caſus omiſſus
à lege noua remanere debet ſub diſpoſitio-
ne iuris communis, & antiqui *l. commodiſ-*
ſimè ff. de liber. & poſtum. gloſ. in cap. ſi pa-
ter, in verb. Trebellianica de teſtamen. in 6.
& quidem maxima ratione; nàm Eccleſiæ
Suffraganeæ vacanti, licèt à Vicario Ca-
pitulari adminiſtratæ, valdè iuuare poteſt
viſitatio, & aſſiſtentia Archiepiſcopi, præ-
ſertim in caſu præſenti, in quo agitur de
Eccleſia per annum, & vltrà orbata Pa-
ſtore; & ſicuti per Sac. Concilium Tri-
dentinum multa permittuntur Archiepiſ-
copo in caſibus, in quibus ſunt negligen-
tes Suffraganei, etiàm ſinè conſenſu Con-
cilij Prouincialis ità etiàm, & à fortiori
debet permitti Archiepiſcopo ſinè con-
ſenſu Synodi Prouincialis viſitatio Eccle-
ſiæ Suffraganæ vacantis, in qua adeſt non
ſola negligentia, ſed plena deficientia
proprij Sponſi.

Quoad tertiũ dubiũ dixi Archiepiſco-
pum nõ poſſe diſſoluere Synodum Prouin-
ciale ſinè conſilio, & conſenſu Coepiſco-
porum, imò Archiepiſcopus nõ poteſt im-
pedire, vt aliquis non loquatur, & iura
ſua non deducat in Concilio Prouinciali,
vel aliquis libellus in eo non legatur, ſinè
conſenſu Coepiſcoporum, vti ex mente
Sac. Congregationis Concilij firmat *Fa-*
gnan. in cap. ſicut olim 25. de accuſat. n. 98.

Quoad quartum dubium reſpondi Vi-
7 cario Capitulari Eccleſiæ Suffraganeæ
vacantis in Concilio Prouinciali compe-
tere votum deciſiuum, ſicuti alijs Epiſco-
pis Comprouincialibus, & ità in puncto
firmatur à *Ventriglia de iuriſdict. Archie-*
piſcop. cap. 33. nu. 9. qui eodem loco enu-
merat omnes, qui ſunt vocandi ad Con-
cilium Prouinciale, vlteriùs examinan-
do, quibus competant vota deciſiua, vel
conſultiua, & quæ ſint proponenda, &
reſoluenda in Synodo Prouinciali, de
quà materia multa etiàm tradit *Fagnan. in*
cap. ſicut olim de accuſat.

Quoad quintum dubium cenſui Ar-
chiepiſcopum titularem, translatum ad
8 Sedem Suffraganeam in Concilio Prouin-
ciali, debere præcedere omnibus alijs Epi-
ſcopis antiquioribus, ac ſe ſubſcribere
immediatè poſt Metropolitanum *Adden.*
ad Quarant. ſum. Bullar. verb. Concil. Prouin-

ciale

Digitized by Google

riale num. 9. verſ. quid in Archiepiſcopo Vulp. in prax. cap. 34. nu. 6. Ventrigl. de iuriſdict. Archiep. cap. 36. num. 5. quo verò ad alios Epiſcopos ſeruandus eſt ordo deſcriptus
9 in *cap. final. 17. diſtinct. cap. placuit 18. diſtinct.* cum deciſum ſit etiam à S. Congregatione Concilij, præcedentiam eſſe deſumendam à tempore ordinationis Epiſcoporum, non autem à dignitate, vel præheminentijs Eccleſiarum ad tradita per *Fagnan. in dicto cap. ſicut olim de accuſat. num.* 30.

Et demum pro reſolutione ſexti dubij, an Epiſcopus vnius Ciuitatis poſſit denominari Epiſcopus alterius Ciuitatis, omninò dirutæ in ſubſcriptione Synodi prouincialis, refero per extenſum decretum Sacræ Congregationis Concilij, emana-
10 tum occaſione vltimæ Synodi prouincialis Beneuentanæ in controuerſia orta intèr Epiſcopos Sancti Seueri, & Vulturarienſem in ſubſcribendo acta Synodalia.

Interfuit intèr alios Epiſcopos vltimæ Synodo prouinciali Beneuentanæ, per Eminentiſs. Vrſinum celebratę R.P. Mattha Epiſcopus S. Seueri. Cumque ſe eidem Synodo ſubſcripſiſſet vti Epiſcopus S. Seueri, & *Dragonien.* innixus Teſtimonio Vghellij aſſerentis *in ſua Italia Sacra lib. 8. fol. 394. Dragonariam* modò dirutam, ſed olim Ciuitatem Epiſcopali dignitate inſignitam in eius ſuppreſſione vnitam fuiſſe Eccleſiæ S. Seueri: exindè Reuerendiſſimus Epiſcopus Vulturariæ, qui infirmitate detentus eidem Synodo intereſſe non valuit, prætendens huiuſmodi titulum, & denominationem ſibi priuatiuè competere ex eo præſertim, quod parua Cappella, ſeù Eccleſia fæudi *Dragonaria* eius viſitationi ſubiecta ſit, recurſum habuit ad hanc Sac. Congregationem prò abolitione præfatæ ſubſcriptionis ab actis Synodalibus: Sed cum poſteà Partes adijſſent Tribunal A. C. & in eo Epiſcopus Vulturarien. obtinuiſſet mandatum de manutenendo in poſſeſſione, ſeù quaſi percipiendi decimas, actuſque iuriſdictionales exercendi in præfata Eccleſia, ſeù fæudo *Dragonaria* cum ſucceſſiua ſententia titulum, & denominationem Epiſcopi *Dragonien.* ipſi adiudicante, placuit in hoc ſtatu Reu. P. Auditori Sanctiſs. cauſam quoad titulum, & denominationem dumtaxàt ad hanc Sac. Congregationem remittere. Quocircà hodiè vtraque parte monita, & informante reſoluendum proponitur.

An, & ad quem ex Epiſcopis Vulturariæ, & S. Seueri ſpectet titulus Ciuitatis dirutæ Dragonien. in caſu &c.

Sacra Congregatio Concilij die 17. Auguſti 1697. in hac cauſa Sancti Seueri, ſeù Vulturarien. denominationis, reſpondit, neutri denominationem competere ſine præiudicio iurium Partium, quo ad reliqua.

ARGVMENTVM.

Reſoluuntur plura dubia concernentia immunitatem Eccleſiaſticam.

SVMMARIVM.

Hebræus, vel Paganus confugientes ad Eccleſiam gaudent immunitate à num. 1. vſque ad 4.

Hebræi ſunt recepti ſub protectione Eccleſiæ Romana num 2.

Sepulcra Hebræorum gaudent immunitate numer. 3.

Hæreticus confugiens ad Eccleſiam prò alio delicto, quam prò hæreſi, gaudet immunitate n. 4.

Exiſtens extrà Eccleſiam, & occidens aliquem in Eccleſia ictu ſclopi non gaudet immunitate num. 5.

Oratorium an, & quando gaudeat immunitate num. 6.

Hoſpitalia an, & quando gaudeant immunitate num. 7.

Ad cognoſcendum an Oratorium, vel Hoſpitale ſit fundatum auctoritate Ordinarij in dubio recurritur ad coniecturas num. 8.

Palatia Cardinalium extrà Vrbem, & Epiſcoporum gaudent immunitate num. 9.

Palatium Prælati inferioris habentis iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem non gaudet immunitate num. 10.

Mandans committi homicidium in Eccleſia gaudet immunitate num. 11.

Domus, ſeù Apotheca annexa Eccleſiæ quando gaudeant immunitate num. 12. & 13.

Confugiens ad Eccleſiam, illamque clauſam reperiens, ſi manibus tangat parietem, vel apprehendat veſtem oſtij, gaudet immunitate num. 14.

Structura ſilicia, vel via ſilice ſtrata, vel murus ſeſſilis, aut ambulatorius circum Eccleſiam, gaudent immunitate num. 15.

Scala Eccleſiæ ſunt immunes dicto num. 15.

Eccleſia ruralis habet immunitatem triginta paſſuum num. 16.

Occidens aliquem in Eccleſia ex cauſa rixæ, vèl ob ſui, ſuorumque defenſionem, gaudet immunitate num. 17.

Occidens à porta Eccleſiæ exiſtentem in ſcalis ipſius Eccleſiæ, gaudet immunitate num. 18.

VOTVM CLVIII.

PRò clarè decidendo articulum, an Hebræus, vèl Paganus confugiens ad Eccleſiam gaudeat immunitate, neceſſe eſt omnium Doctorum referre opiniones.

Prima namque opinio fuit illorum, qui
1 firmarunt Hebræum, ſeù Paganum confugientem ad Eccleſiam gaudere immunitate, ſi verè, & non fictè appareat, quod dictus Hebræus, ſeù Paganus velint effici Chriſtiani per *Tex. in leg. 1. C. de his qui ad Eccleſ. confug. Innocent. in cap. intèr alia, de immunit. Eccleſiaſt. poſt princip. ibi Hoſtienſ. num. 1. Ioan. Andr. num. 8. Butr. num. 16. Card. num. 5. Ioan. de Anan. num. 7. cum alijs apud Boer. deciſ. 110. num. 4. Couar. var. reſolut. lib. 2. cap. 20. numer. 11. verſ. 13. Mart. Ital. in tract. de immunit. cap. 3 §. 3. num. 32. Farinac. in pract. criminal. part. 1. tom. 2. tit. de carcerib. & carcerat. quæſt. 28. num. 68. Peregrin. de immunit. cap. 12. num. 1.*

Secunda opinio eſt ſcribentium Hebræum, vèl Paganũ non gaudere, quamuis aſſererent velle fieri Chriſtiani, quia ſempèr eorum declaratio eſt præſumenda ſimulata, & emiſſa in fraudem *gloſſ. Cyn. Bart. Salicet. & omnes in dict. leg. 1. C. de his, qui ad Eccleſ. confug. Oldrad. conſ. 54. num. 3. Marſil. in leg. & Senatus conſult. num. 7. & ſeq. ff. ad leg. Cornel. de Sicar. cum alijs apud Clar. in §. final. quæſt. 30. verſ. præterea quæro numquid Iudæi.*

Tertia opinio eſt tenentium Hebræum, ſeù Paganum gaudere immunitate indiſtinctè, etiamſi animum non habeant amplectendi Fidem Chriſtianam *Syluester in ſumma in ver immunitas 3. num. 2. in 3. quæſt. Ion. de Fantuc. & Archidiacon. in cap. definiuit 17. quæſt. 4. & cæteri relati per Fagnan in cap. intèr alia ſub numer. 60. verſic. tu verò de immunit.*

Et hæc tertia opinio tamquàm verior eſt ſequenda, quia priuilegium immunitatis non conceditur intuitu perſonarum, ſed propter reuerentiam, & honorem, qui
2 debetur locis Sacris, tùm quia Iudæi recepti ſunt ſub defenſione, & protectione Eccleſiæ Romanæ *cap. ſicut de Iudæis*, tùm quia ſepulchra Iudæorum gaudent im-
3 munitate *dict. cap. ſicut*; Et veluti in lege veteri aderant Vrbes prò refugio tàm Hebræorum, quàm Aduenarum, & Peregrinorum indiſtinctè, ità etiàm hodiè ſeruandum eſt in Eccleſia Chriſtianorum, in qua eſt translata lex, & Sacerdotium in forma magìs excellenti, vti egregiè more ſuo ratiocinatur *R. P. D. Fagnanus in dict. cap. intèr alia de immunit. num. 63. qui ſub num.* 64. concludit hanc opinionem eſſe indubitatam poſt Gregorianam Conſtitutio-
4 nem. Idemque eſt reſpondendum in hæretico, qui prò alio delicto, quàm prò hæreſi confugeret ad Eccleſiam ex rationibus ponderatis per *Pignatel. tom. 9. conſult. 10. num. 3.* qui dicit ſic fuiſſe reſolutum à Sac. Congregatione Immunitatis in vna Firmana die 27. Aprilis 1655.

Quo verò ad alterum dubium mihi propoſitum, an immunitate Eccleſiæ gaudeat
5 exiſtens extrà Eccleſiam, qui ictu ſclopi interfecit exiſtentem in Eccleſia, cenſui negatiuè eſſe reſpondendum; nàm ibi videtur commiſſum delictum, vbi effectus ſequitur ad *text. in leg. 4. §. hoc autèm edicto ff. de vi bonor. raptor.. Bart. in leg. libellorum num. 7. ff. de accuſat. Abb. in cap. tuarum de priuileg. num. 8. ibi Dec. numer. 46. Felin. in cap. final. numer. 14. de for. compet.* & in terminis Bullæ Gregorianæ firmatur per *R. P. D. Fagnan. in d. cap. tuarum num. 8. de priuileg.*

Ad tertium dubium, an Oratorium gaudeat immunitate, diſtinguendum eſſe cre-
6 didi, aut Oratorium fuit conſtructum auctoritate Epiſcopi, & tunc quia illud dicitur publicum, & Religioſum, nèc poteſt ampliùs ad humanos vſus deputari, debet gaudere immunitate: Aùt Oratorium non fuit conſtructum auctoritate Epiſcopi, & in iſto themate non gaudet *Canoniſt. in cap. Eccleſ. de immunit. cum alijs apud Pignatel. tom. 9. conſult. can. 19. num. 8. Fagnan. in dict. cap. Eccleſia num. 23.* refert ſic fuiſſe reſolutum à Sac. Congregatione Epiſcoporum 27. Nouembris 1617. & à Sac. Congregatione Immunitatis

Men-

Menſe Decembris 1631. Idemquè dicen-
7 dum eſt in terminis Hoſpitalium, quæ ſi
non fuerint conſtructa auctoritate Epiſco-
pi non gaudent *Innocen. in cap. cum intèr*
dilectos n. 4. de donat. Abbas in cap. Eccleſia
de Immunit. num. 7. ibique Fagnan. num. 27.
In dubio verò prò cognoſcendo an Ora-
8 torium, vèl hoſpitale ſit publicum, vèl
priuatum recurrendum eſt ad coniecturas,
nàm ſi in eis adeſſet campana eleuata, &
in eis omnes audire poſſent Miſſam, tùnc
eſſet reſpondendum prò immunitate. *Pi-*
gnatel. tom. 6. conſult. canonic. 40. num. 4.

Ad quartum dubium, an Palatium Præ-
9 lati inferioris habentis iuriſdictionem
quaſi Epiſcopalem gaudeat immunitate,
videbatur prima facie affirmatiuè reſpon-
dendum, cum Palatia Cardinalium extrà
Vrbem, & Palatia Epiſcoporum gau-
deant immunitate etiàm Sede vacante, de
qua materia traditur per *text. & DD. in*
in cap. id conſtituimus 17. quæſt. 4. latè Pi-
gnatel. tom. 4. conſult. 122. numer. 11. ta-
10 mèn dicendum eſt Palatium Prælati infe-
rioris habentis iuriſdictionem quaſi Epi-
ſcopalem non gaudere, niſi adeſſet legiti-
ma conſuetudo in contrarium *Fagnan. in*
cap. Eccleſia de Immunit. num. 35. qui fir-
mat, ità fuiſſe declaratum à Sac. Congre-
gatione Immunitatis die 6. Nouembris
1634.

Ad quintum dubium, an mandans com-
11 mitti homicidium in Eccleſia gaudeat im-
munitate, reſpondi affirmatiuè, nàmpę-
na priuationis Immunitatis lata contrà
homicidas, vèl mutilatores in Eccleſia
non debet afficere mandantes, & Conſti-
tutio Gregoriana eſt intelligenda in ho-
micidio, ſeù mutilatione phyſicè in Ec-
cleſia commiſſis, quam opinionem com-
munitèr ſequuntur *Thoma del Bene de im-*
munit. cap. 16. numer. 19. ſect. 8. Lezan. in
ver. Immunitas num. 11. Bonacin. diſp. 3. de
immunit. quæſt. 7. §. 4. num. 9. Diana part.
1. tract. 1. reſol. 10. Farinac. in Appendic.
cap. 16. nu. 231. Thomaſ. de immunit. tract.
1. tit. 3. num. 238. Pax Iordan. eodem tract.
lib. 11. tit. 3. num. 254. Pignatel. tom. 9.
conſult. canon. 22. à num. 31. vſque ad 37.

Sexto dubio an domus, ſeù apothecæ
12 annexę Eccleſię gaudeant immunitate, di-
xi, diſtinguendum eſſe, aùt agitur de domu,
vèl apotheca, quæ habent ingreſſum in
via publica, & locantur laicis, vel ſint ſo-
litæ locari cuicumque, & in iſtis terminis
cenſui non gaudere, quamuis adeſſet adi-
tus interior in atrium Eccleſiæ *Ricc. deciſ.*
151. num. 8. part. 1. Aponte deciſ. 35. San-
felic. deciſ. 136. cum alijs apud Pignatel tom.
1. conſult. 178. num. 3. tom. 6. conſult. 23.
num. 1. & tom. 9. conſult. canon. 19. Aùt
13 ſumus in domu, quæ habitari ſolet à Cle-
ricis, & Presbyteris Eccleſiæ, vel ſit de-
ſtinata prò ſeruitio ipſius Eccleſiæ, & in
iſtis terminis reſpondendum eſt prò Im-
munitate; quæ diſtinctio, vltrà Doctores
ſuprà allegatos, fuit pluries amplexa à
Sac. Congregatione Immunitatis, & ſi-
gnantèr in Foroſempronien. & in Nar-
nien. & Ariminen. quæ reſolutiones per
extenſum impreſſæ ſunt apud *Pignatel.*
tom. 9. dict. conſult. 19. num. 10. cum plu-
rib. ſeq.

Septimo dubio an gaudeat immunitate
confugiens ad Eccleſiam, illamque clau-
14 ſam reperiens ſi manibus tangat, vèl am-
plectatur parietem, eique adhæret, vèl
apprehendat vectem, aùt catenulam Oſtij
affirmatiuè reſpondendum eſſe putaui ex
latè deductis per *Pignatel. tom. 6. conſult.*
27. per tot. qui aſſerit num. 2. ità fuiſſe reſo-
lutum à Sac. Congregatione *in vna Ame-*
rina 18. Februarij 1632. & in Camerinenſi
13. Iulij 1638.

Octauo dubio, an gaudeat immunitate
15 ſtructura ſilicia, vèl via ſilice ſtrata, vèl
murus ſeſſilis, aùt ambulatorius circum
Eccleſiam, cenſui affirmatiuè reſponden-
dum eſſe; cum areà ſit pars, & membrum
Eccleſiæ, præſertim quando ambitus Ec-
cleſiæ eſt contradiſtinctus à via publica,
quæ non ſit ſtrata ſilice, proùt practica-
tur in ſcalis Eccleſiæ, quæ licèt exiſtant
extrà illius murum adhùc gaudent immu-
nitate *Peregrin. de immunit. cap. 4. num. 24.*
Dian part. 6. tract. 1. reſolut. 1. Donat. de
aſyl. reſol. 47. num. 6. Pignatel. tom. 9. con-
ſult. 19. num. 4. & 5. qui loquitur in ter-
minis ſtructuræ ſiliceæ.

Quæ omnia faciliùs procedunt in præ-
16 ſenti hypotheſi, cum agatur de Eccleſia
rurali, in qua locum habet immunitas tri-
ginta paſſuum (quidquid eſſet dicendum
in Eccleſijs intus Ciuitatem) vndè Sac.
Congregatio Immunitatis in Tiburtina
de Menſe Octobris 1687. maturè diſcuſ-
ſo, & pluries propoſito articulo reſpon-
dit, Eccleſiam ruralem gaudere immuni-
tate

Digitized by Google

tate per triginta paſſus etiàm in via publica *teſte Pignatella tom. 9. dict. conſult. 19. ſub num. 3.*

Quo verò ad nonum dubium, an occi-
17 dens aliquem in Eccleſia ex cauſa rixæ,
vèl ob ſui; ſuorumque defenſionem, vèl
ex alia ſimili cauſa gaudeat immunitate
dixi affirmatiuè reſpondendum *Ioſeph. de
ſeſſe deciſ. Regn. Aragon.* 141. *numer.* 8. *&
ſeq. Carthar. deciſ. criminal.* 74. *num.* 12.
Sperel. deciſ. 59. *num.* 36. & latè diſputato
articulo *Pignatel. tom.* 2. *conſult. canonic.* 38.
vbi in nu. 3. aſſerit ità fuiſſe decifum à Sac.
Congregatione Immunitatis in *Algaren.*
24. *Martij* 1637. *& in Puteolana* 14. *Iunij*
1661. itaut iſta opinio paſſim amplexa à
ſupremis Tribunalibus non ſit ampliùs con-
trouertenda, ſed prò vera ſupponenda.

Et demùm ad decimum, & vltimum du-
18 bium, an occidens à porta Eccleſiæ exi-
ſtentem in ſcalis ipſius Eccleſiæ gaudeat
immunitate, parum inſiſtendum putaui,
cum Sac. Congregatio Immunitatis in
Dortonen. 9. Septembris 1670. reſpon-
dit, quod occidens à porta Eccleſiæ exi-
ſtentem in ſcalis antè ipſam gaudeat im-
munitate.

ARGVMENTVM.

PLura dubia, quoad materiam Hebræorum habitantium intèr Catholicos, examinantur.

SVMMARIVM.

Hebræi ſunt comprehenſi ſub Statutis, & legibus Ciuitatum, in quibus habitant, etiàm in materia odioſa num. 1.

Mulieres Hebrææ habent priuilegia dotalia numer. 2.

Contrà num. 3.

Si conuerterentur ad Fidem Catholicam tunc acquirerent priuilegia dotalia num. 4.

Hebræi qui non poſſident ſtabilia, quando poſſint collectari ſupèr eorum induſtria, & labore numer. 5.

Vniuerſitas Hebræorum Vrbis poteſt imponere collectas num 6.

Decimæ debentur etiàm ex opificio, & labore perſonali num. 7.

Gabellæ poſſunt imponi ſupèr induſtria, & labore perſonali num. 8.

Hebræorum Vniuerſitas poteſt ſtatuere, vt Hebræi non extrahant magnam quantitatem pecuniæ, & Mercium num. 9.

Ciuitas, exiſtente iuſta cauſa, poteſt prohibere ne extrahantùr victualia num. 10.

Priuilegium extrahendi graſciam non habet locum tempore penuriæ num. 11.

Ciuitas poteſt cogere Ciues ad emendùm frumentum publicum corruptum num. 12.

Baro, & Ciuitas habent ius reuocandi Vaſſallos, ſeù Ciues ad Patriam num. 13.

Epiſcopus quando poſſit reuocari ad reſidentiam Presbyteros, qui non habent beneficium reſidentiæ num. 14.

In Ghetto Hebræorum Vrbis quando liceat ædificare ſine licentia Vniuerſitatis Iudæorum numer. 15.

Filij Hebræorum conuerſi ad Fidem Chriſtianam, quomodo ſuccedere debeant in bonis Patris Hebræi num. 16. & 18.

Et quæ bona aſſignanda ſint, & retineri poſſint ab Hebræis conuerſis ad Fidem num. 17.

VOTVM CLIX.

QVoad primum dubium, an Mulier
Hebræa, Pagana, vèl Hæretica
gaudeat priuilegijs dotalibus, ſicùt
aliæ fœminæ Catholicæ in earum doti-
bus, prima facie videbatur affirmatiuè
reſpondendum; nàm leges, & Statuta
ædita prò Ciuibus, & Populo ſuffragan-
tur etiàm Iudæis, ſiuè agatur de materia
oneroſa, & odioſa, ſiuè fauorabili, vèl
1 priuilegiatiua *Alexand. conſ.* 75. *lib.* 5. *nu.*
5. *& ſequen. & conſ.* 99. *num.* 3. *& ſeq. lib.*
6. *Marquad. de Iudæis part.* 2. *cap.* 1. *num.* 6.
Farinac. in fragment. verb. Iudæi num. 635.
Card. de Luca de regal. diſc. 160. *numer.* 32.
Rot. deciſ 269. *part.* 4. *recent. tom.* 2.

Et in ſpecie, quod Mulieribus Hebræis
2 competant priuilegia dotalia, firmarunt
multi collecti per *Merlin. de pign. lib.* 3.
quæſt. 82. *num.* 1. itaùt ſecundùm nume-
rum Doctorum hæc opinio videatur com-
munior.

His tamèn non obſtantibus in hac cau-
3 ſa dixi negatiuè eſſe reſcribendum, ſcili-
cèt Mulieribus Hebræis non competere
priuilegia dotalia, & fundaui meam ſen-
tentiam *in authent. itèm priuilegium C. de
hæretic. & Manicheis* ibi — Item priuile-
gium dotis, quo Mulier Creditoribus tem-
pore prioribus anteponitur, necnon de
tacitis hypothecis, & alia omnia Mulie-
ribus

ribus à lege data clauduntur his, quæ Ca-
tholicam non participant communionem.
Et cum pro hac opinione adſit litteralis
textus, non ſunt attendendi Doctores
ſententiam contrariam amplectentes, vti
in puncto articuli, de quo agitur reſpon-
dit *Rot. in Romana dotis 29. Nouembris 1669.*
coràm Reuerendiſsimo Bourlemont §. quoniã,
4 *& ferè per tot*, quæ deciſio adeſt impreſſa
intèr *recent. deciſ. 214. par. 16.* vbi traditur
etiàm Mulierem hebræam, hæreticam,
ſeù Paganam acquirere priuilegia dota-
lia, ſi conuertatur ad Fidem Catholi-
cam.
Ad ſecundum dubium an Hæbrei, qui
5 non poſſident bona ſtabilia, poſſint col-
lectari affirmatiuè reſpondi, nàm ſtan-
te iuſta cauſa ob bonum publicum, puta
ob cauſam peſtis, belli, & ſimilium de-
bent concurrere ad expenſas neceſſarias
etiam Hebræi, licet non poſſideant bona
ſtabilia, ſed tunc illi ſunt grauandi habito
reſpectu ad illorum induſtriam, opificiũ,
& laborem *Dec. conſ. 334. Nat. conſ. 418.*
num. 3. Bellon. Senior. conſ. 12. num. 16. Ci-
riac. contr. 156. num. 21. & per tot. Menoch.
conſ. 1144. Card. de Luca de regal. diſc. 102.
6 *per tot.* qui concludit in Vrbe, quod Vni-
uerſitas Hebræorum poſſit collectare Iu-
dæos ſupèr eorum induſtria, & ratio eſt
7 euidens quia etiàm decimæ debentur ex
opificio, & labore perſonali *cap. paſtoralis*
vbi Canoniſt. de decim. Barboſ. de Paroch. cap.
28. Card. de Luca de regal. diſc. 102. num.
13. Rot. coràm Burat. deciſ. 572. num. 10.
8 tùm quia gabellæ generalitèr poſſunt im-
poni ſupèr induſtria, & labore perſonali
Alexand. conſ. 68. num. 3. lib. 2. Bertacchin.
meus de gabell. in prælud. num. 11. Bouadill.
in politic. lib. 5. cap. 5. num. 25. & 26. Rouit.
ſupèr pragmatic. in rubric. de appret. Card. de
Luca de regal. diſc. 102. num. 7.
Tertiò dubio an Vniuerſitas Hæbreo-
9 rum poſſit ſtatuere, vt Hebræi non extra-
hant magnam quantitatem pecuniæ, &
mercium in præiudicium cæterorum Iu-
dæorum, qui ſunt taxati in ſolutione ga-
bellarum, cenſui eſſe affirmatiuè reſpon-
10 dendum, nàm Ciuitas, ſeù Vniuerſitas
iuſta exiſtente cauſa prohibere poteſt, ne
extrahantur victualia, & ſimilia *Rouit. ſuper*
pragmat. in rubr. de tract. ſeù extract. à Ponte
de poteſt. Proreg. tit. de var. prouiſion. eadẽ ru-
bric. de tract. Manſon. in tract. de contraban.
poſt tract. de cauſ. exequut. Card. de Luca de
11 *regal. diſc. 103. nu. 7.* imò priuilegiũ extra-
hendi graſciam de loco ad locum eſt intel-
ligendum, vt procedat ſi frumentum, vi-
num, & oleum, & ſimilia ſuperſint Ciui-
tati, & Hominibus loci, ex quo extra-
ctio eſt facienda *Bart. in leg. ſi quis 5. nu. 4.*
C. de aqueduc. lib. 10. Afflict. deciſ. 290. n. 9.
Cobel ad Bull. bon. regim. cap. 50. num. 294.
Conciol. ad Statut. Eugubin. lib. 1. rubric. 41.
12 *num. 3.* nàm prò bono publico multa per-
mittuntur, & in ſpecie, quod frumentum
Ciuitatis corruptum debeat emi propor-
tionabilitèr à Ciuibus pro modo faculta-
tum *Gratian. diſcept. 626. num. 16. Gargiar.*
Iun. conſ. 46. num. 47. lib. 1. Cobel ad Bul.
bon. Regim cap. 21. num. 11. Conciol. ad Sta-
tutum Eugubin. lib. 1. rubric. 30. num. 8. tùm
13 quia in fortioribus terminis, Barones,
& Ciuitates habent ius reuocandi Vaſſal-
los, ſeù Ciues, qui patriam reliquerunt
ſi ex hac deſertione notabile præiudicium
cauſetur Ciuitati *Marin. reſolut. quotidian.*
107. lib. 1. Addit. ad Reuerter. deciſ. 398.
Card. de Luca de regal. diſc. 103. num. 8. qui
14 *in num. 9.* firmat Epiſcopum poſſe reuoca-
re ad reſidentiam Presbyteros, vel Cleri-
cos reſidentiæ beneficium non habentes,
quando Diœceſi ex hac abſentia maxi-
mum præiudicium reſultaret.
Quarto dubio, an liceat ędificare in clau-
ſtro Hebræorum Vrbis ſinè conſenſu Vni-
uerſitatis Iudaicæ dixi negatiuè reſcriben-
15 dum, quia ſicuti dicta Vniuerſitas tenetur
ſoluere penſiones domorum in Ghetto
exiſtentium tempore, quo remanerent
illocatæ, ità etiam requiritur illius con-
ſenſus prò ædificatione nouæ domus in
Ghetto, ne onus recens dictæ Vniuerſitati
imponatur iuxtà *Conſtitutionem Sa. me. Ale-*
xan. VII. 54. tom. 6.
Nec releuat contrarium fuiſſe reſolu-
tum à *Sac. Rota in deciſ. 49. part. 19. recent.*
Quoniàm re melius perpenſa, & pluries
repropoſita cauſa Sac. Rota receſſit à de-
ciſis, vti videre eſt in deciſione ædita in
Romana penſionis domus die 6. Februarij 1688.
coràm R. P. D. Vrſino, vbi latè examinata
fuit materia, de qua agitur.
Et tandem quinto, & vltimo dubio, an
16 & quomodò ſuccedere debeant filij He-
bræorũ, qui ad Fidem Catholicã conuerſi
ſunt in bonis paternis, reſpondeo eſſe ſta-
tim aſſignandam legitimam filio Iudæo,
qui

qui relictis tenebris hæbraicis amplectitur clarum lumen Chriſtianæ Religionis *cap. Iudæi il ſecondo de Iudæis Ferret. cautel.24. in fin. Vrſil. ad Afflict. deciſ.151. nu. 10. Duenna regul. 356. limit. 1. Carpan. ad Stat. Mediolan. cap.485. num. 105. Surd. tract. de alimen. tit.1. quæſt. 4. nu. 5. Marquad. de Iudæis part. 3. cap. 6. num. 3. Vin. commun. opinion. in verb. legitima num. 1.* idemque reperitur ſancitum in dotibus fauore filiarum hebræarum, quæ illas conſequi debent è bonis paternis ſtatim ac, quod Chriſtianæ euaſerunt *l. cognonimus §. ſed ne videamur C. de hæretic. Bald. in leg. neque Mater nu. 2. C. de iur. dot Surd. de aliment. tit. 1. quæſt. 4. num. 1. cum ſequent. cum alijs cumulatis apud Merlin. de legitim. lib. 4. tit. 2. quæſt. 15. num 3.*

17 Cum hoc tamèn temperamento, vt ſupradicta non procedant tàm in dote, quàm in legitima detrahenda ex bonis acquiſitis cum vſuris illicitis, dum neutra deberetur filijs conuerſis ad Fidem chriſtianam de bonis paternis acquiſitis cum vſuris, & fœnore ad ſenſum *gloſ. in cap. Iudæi il ſecondo de Iudæis vbi Abbas Alex conſ.85. lib.4. Campeg. tract. de dot. part. 1. quæſt.47. num. 1. & 4. lo. Fride de Solis in tract. de dote part. 1. quæſt. 12. Merlin. de legitim. lib. 4. tit. 2. quæſt. 15. num. 4.*

Sed hoc temperamentum, ſeù limitatio non eſt ſimplicitèr vera, ſed eſt intelligenda iuxtà declarationem factam à *San. mem. Paulo III. in ſua Conſtitut.* 32. §. *primo ibi* -- & ſi bona ipſa ex vſura aut illicito queſtu fuerint acquiſita ; & notæ ſint perſonæ, quibus eorum fuerit de iure facienda reſtitutio, illa eiſdem perſonis omninò reſtituantur ; perſonis verò non extantibus prædictis bona huiuſmodi eiſdem Iudæis, & alijs Infidelibus, in fauorem ſuſcepti baptiſmatis, tamquàm in pium vſum liberè concedimus, eaque apud ipſos ſic conuerſos Iudæos ; & alios Infideles remanere decernimus.

18 Quibus poſitis examinandum remanet, an filius hebræus conuerſus ad fidem debeat conſequi æqualem portionem cum cæteris ſuis fratribus hebræis in hæreditate paterna, itaùt Pater hebræus debeat æqualiter diſponere tàm fauore filij hebræi conuerſi ad fidem, quàm alterius, qui remanſit intèr tenebras Iudaicas ; hæc quæſtio latè examinatur à *Nauarra lib.3. de reſtam. conſ. 5.* qui perpendendo verba *dict. a conſtit.32. Sa. me. Pauli III.* concludit filium hebræum conuerſum ad fidem nil aliud prætendere poſſe, quam legitimam ; Sed opinio Nauarræ Doctoris eximij, mihi non placuit, nàm Bulla Paulina diſponit ſimplicitèr, quod filijs hebræis cõuerſis ad fidem ſtatim ſequuta conuerſione ſit aſſignanda legitima, non autèm loquitur de ſucceſſione in bonis paternis poſt mortem Patris, ideoque iſte caſus non expreſſus in dicta Conſtitutione Pauli III. remanere debet ſub diſpoſitione iuris communis, per quod diſponitur in *cap. Iudæi il ſecondo de Iudæis*, fauore conuerſi ad fidem per hæc notabilia verba -- Si qui præterea Deo inſpirante ad fidem ſe conuerterint chriſtianam, à poſſeſſionibus ſuis nullatenus excludantur, cum melioris conditionis ad fidem conuerſos eſſe oporteat, quàm antè quam fidem ſuſceperint habebantur, vndè ſi eſſet vera opinio Nauarræ, naſceretur abſurdum, quod filius hebræus conuerſus ad fidem eſſet inferioris conditionis, nàm ipſe excepta legitima remaneret excluſus ab omnibus bonis paternis, quæ per ſucceſſionem deuoluerentur ſolũ filijs hebræis ; Nec releuat, quod ſecundum Nauarram, Pater non teneatur relinquere filio niſi legittimam, etiamſi de cæteris bonis hæreditarijs diſponeret fauore extranei ; quia quæſtio, de qua agitur, verſatur in terminis, in quibus Pater diſpoſuit intèr filios, in quo themate, ſi idem Pater excepta legitima prò filio conuerſo ad fidem de ſua hæreditate diſponat ad ſolum fauorem alterius filij infidelis, quis negari poterit, hoc non fuiſſe factum in odium filij conuerſi ad fidem, qui non debet eſſe inferioris, ſed melioris conditionis in concurſu cum fratribus hebræis, vti ſuprà probaui per clarum textum, & proindè in his terminis mihi videbatur adaptari diſpoſitio *l. fœmina l. hac edictali C. de ſecundes nuptijs,* nempè quod Mater, ſeù Pater binubus non poſſit diſponere inæqualitèr intèr filios tàm primi, quàm ſecundi matrimonij.

Minuſque ſubſiſtit alterum fundamentum Nauarrę ; nempè quod priuilegia ſint reſtringenda, & non amplianda, quia hæc præpoſitio in terminis, de quibus agitur, nimis opponitur *textui in cap. Iudæi il ſecondo de Iudæis, & Extrauagan. vnica eodem tit.*

vbi

Digitized by Google

vbi Clemens V. expreſsè diſponit priuilegia conuerſorum ad fidem eſſe amplianda, proteſtaturque Fonte Baptiſmatis renatos eſſe gratijs, fauoribuſque cumulandos.

ARGVMENTVM.

Aſſecuratio nauis promiſſa in quocumque caſu ſiniſtri euentus, debetur ſecluſo caſu doli, & barattariæ. Quælibet notitia etiàm poſſibilis naufragij ſequuti, irritat contractum aſſecurationis.

SVMMARIVM.

Aſſecurata naui, & ſequuta illius amiſsione debetur pretium promiſſum num. 1.

Naufragium, & deperditio mercium ex quibus probantur num. 2.

Aſſecuratio non debetur ob caſum incogitatum à partibus num. 3.

Limita num. 4. & 7.

Exceptio firmat regulam in caſibus non exceptis num. 5.

In contractu aſsecurationis quando ſit exclnſus dolus, & barattaria num. 6.

Aſſecurationis contractus deſumit ſuam iuſtitiam ab incertitudine maris, & ventorum num. 8.

Ita vt ſola notitia poſsibilis naufragij iàm ſequuti irritet contractum num. 8.

Notitia in hac materia quomodo præſumatur, vel excludatur num. 9. & 10.

Eſt de eſſentia contractus aſſecurationis, quod merces ſint propria Aſſecurati num. 11.

Capitula Conſulatus Barchinonenſis obſeruantur vbique locorum in aſſecuratione maritima dicto num. 9.

VOTVM CLX.

CVm Franciſcus Sianus aſſecurauerit nauem diuerſis mercibus onuſtam, omneque periculum in ſe aſſumpſerit Maris, repreſaliarum, rubariarum tàm ab Amicis, quàm ab Inimicis, & om-
1 nium aliorum caſuum à ſiniſtro euentu dependentium, excepta tantùm barattaria, ſequitur vt ipſe teneatur ad ſummam, per eum iàm aſſecuratam, naufragio nauis deinde ſequuto *Angel. conſ. 290. nu. 5. Rot. deciſ. 24. par. 6. & deciſ. 420. nu. 5. p. 16. rec.*

Apparet amiſſio mercium, & Nauis à
2 gemina procella in Adriatico Mari, reſultante ex depoſitione teſtium, quibus cum ſint Nautæ, & interfuerint tempeſtatibus, deferendum eſſe firmarunt *Strac. de mercatur. tit. de naut. & nauig. par. 5. not. 2. nu. 1. Maſcard. de probat. concluſ. 272. nu. 15. & 16. Rot. deciſ. 480. num. 4. in fin. part. 3. & deciſ. 420. num. 7. part. 16. recent.*

Præſertim quia naufragium eſt materia difficilis probationis, & proinde ad illud concludendum admittuntur leuiores probationes, proùt nouiſſimè firmauit *Rota in Romana aſſecurationis* 28. *Ianuarij* 1696. *coràm R. P. D. dell Olmo, & in alia Romana aſſecurationis* 28. *Iunij* 1697. *coràm R. P. D. Pio §. de naufragio.*

Nec turbat, quod Franciſcus aſſecura-
3 uerit nauem cum ſuppoſito, quod iſta à Brunduſio peruenire deberet Venetias recto tramite, quando conſtat eamdem nauem priùs attigiſſe Inſulam Cretæ, ex qua diſceſſit cauſa redeundi Venetias, & proinde huiuſmodi caſus tamquam à contrahentibus non cogitatus, aùt præuiſus, non intelligatur comprehenſus in contractu ſupradictæ aſſecurationis, vti in ſimilibus terminis tradiderunt *Ric. collect.* 2620. *in fin. Caſtil. deciſ. Sicil. 3.* Quoniàm hoc
4 obiectum tollitur ex lectura apocæ, ex qua apparet Aſſecurantem in ſe aſſumpſiſſe periculum omnium caſuum excepta baratteria, quæ exceptio firmat regulam in contrariũ in omnibus caſibus non exce-
5 ptis, vti relictis generalibus in puncto cõtractus aſſecurationis ſcripſerunt *Loccen. de iur. marit. lib. 2. cap. 5. §. 5. verſ. principalibus Strac. de aſſecurat. gloſ. 5. ſub nu. 9. & ſequen. & ſub num. 13. Monac. deciſ. Florent. 1. nu. 88. cum alijs in deciſ. 420. nu. 13. par. 16.* in qua agebatur in fortioribus terminis de naui ob contrabandum alibi abducta indeque ob naufragium paſſum deperdita.

Nec conuinci poteſt Nauarchus de dolo, & baratteria, quæ interfuiſſet, quando ipſe in fraudem aſſecurantium, & aſſecuratorum ad merces interuertendas in Inſulã Cretæ perueniſſet iuxtà terminos, de quibus loquuntur *Locren. de iur. maritim. lib. 2. cap. 5. num. 10. Monac. deciſ. Florentin. 1. num. 44. Rot. in recent. deciſ. 54. num. 4. par. 14. & deciſ. 420. num. 7. par. 16.* qui ſanè dolus in præſenti omninò defecit,

quia Nauarchus non ſe obligauit recto tramite à Brunduſio peruenire Venetias, & ſolū naue in Inſulā Cretæ appulit, dùm eidem Nauarcho orta fuit occaſio à Raguſeis tributa illùc vendendi aliquas ſuas merces, & proindè excluſo dolo, & concurrente bona fide omninò remanet excluſa baratteria, vti in fortioribus terminis ratiocinatur *Rot. in dicta deciſ.* 420. *num.* 9. *cum plur. ſequen. par.* 16. *recent.*

Auctoritates verò in contrarium alle-
7 gatæ loquuntur in terminis valdè diuerſis, nempè firmant, quod aſſecurans nauem, in qua adſunt merces, ſi iſtæ ſint translatæ in aliam nauem, & contigerit naufragium, ad aliquod non teneatur; qui caſus omninò differt à præſenti controuerſia.

Minuſque turbat, quod Iacobus Ber-
8 tonus aſſecuratus de tempore contractus aſſecurationis habuiſſet iàm notitiam naufragij nauis iàm ſequuti, & propterea aſſecurans non remanſerit obligatus, cum ſpeciale ſit in hoc contractu, ab incertitudine maris, & ventorum ſuam iuſtitiam aſſumente, vt ſola poſſibilis notitia euentus iam ſequuti in vno ex contrahentibus ſit ſufficiens ad illum inualidandum *Scac. de commer. & camb. quaſt.* 7. *par.* 2. *ampliat.* 10. *nu.* 20. *Leſſ. de iuſt. & iure lib.* 2. *cap.* 28. *num.* 25. *verſ. ſequitur Rot. coràm Gregor. deciſ.* 126. *num.* 4. *coràm Merlin. deciſ.* 597. *num.* 33. *& in recent. deciſ.* 373. *part.* 19. *num.* 15. *&* 20.

Quoniam computatis etiàm tribus mil-
9 liaribus in qualibet hora, iuxtà capitula Conſulatus Barchinonenſis, quæ vbique locorum obſeruanda eſſe in cauſis aſſecurationum teſtatur *Rot. in dicta deciſ.* 373. *num.* 12. *&* 18. *par* 19. *recent.* nihilominùs impoſſibile apparet, vt ſpatio triginta horarum Nuncius potuiſſet perficere curſum centum, & triginta milliarum.

Et paritèr non releuat, quod naufra-
10 gijū ſequutū fuerit die 10. Menſis Aprilis 1695. hora decimaſexta propè littus Portus Firmani, quia contrarium conuincitur ex depoſitione aliorum teſtium, aſſerentium naufragium eueniſſe hora vigeſima quarta eiuſdem diei, ſed dato etiàm, quod nauis perierit hora decimaſexta, tamèn ſecundum dicta capitula Conſulatus Barchinonenſis ſpatio triginta, & octo horarum à Portu Firmano Nuntius peruenire non potuit ad Vrbem, in qua fuit facta aſſecuratio.

Et tandèm non aduerſatur, quod mer-
11 ces aſſecuratæ non fuerint propriæ dicti Iacobi Bertoni, proùt requiritur prò validitate contractus aſſecurationis, quæ irritatur quoties merces ſpectent ad alium, quàm ad aſſecuratum, vndè inualuit conſuetudo intèr Mercatores exprimendi nomen perſonæ aſſecuratæ, quæ vlteriùs iurare tenetur non adeſſe ſupèr mercibus alias aſſecurationes, de qua materia tradunt *Strac. de aſſecurat. gloſ.* 10. *num.* 7. *&* 12. *Maſtril. deciſ.* 182. *num.* 31. *Mut. deciſ. Sicil.* 3. *num.* 5. *Gam. deciſ. Luſitan.* 181. *numer.* 3. *Rot. in recent. deciſ.* 571. *num.* 15. *p.* 5. *cum alijs in deciſ.* 373. *num.* 41. *par.* 19.

Quia ex tribus teſtibus examinatis nihil deſumitur, tùm quia ſunt ſingulares, tùm quia ſunt contrarij in ſubſtantialibus, tùm etiam quia deponunt vel de auditu, vel de credulitate, & ideò nihil probant ex vulgatis, & ità iudicaui in hac cauſa vti Iudex compromiſſarius.

ARGVMENTVM.

PRæceptum Teſtatoris, quod in exequutione Legatorum piorum non ſe intromittant Miniſtri Reu. Fabricæ Sancti Petri, an ſubſtineatur.

SVMMARIVM.

Diſpoſitio Teſtatoris, quod in Legatis pijs non ſe ingerant Miniſtri Reu. Fabrica Sancti Petri, ſubſtinetur num. 1.

Contrà num. 2.

Et hac contraria opinio approbata oraculo Pontificio, hodie in praxi ſeruatur num. 3.

Praceptum Teſtatoris, quod Tutores, Adminiſtratores, & ſimiles non debeant conficere inuentarium, & reddere rationem, non eſt validum num. 4.

VOTVM CLXI.

HYacintus Gratianus in ſuo, cum quo deceſſit elogio, poſt diuerſa Legata pia cum onere Miſſarum, ordinauit, vt nullo tempore, & caſu Reuer. Fabrica S. Petri de Vrbe ſe intromittere valeret in exequutione dictorum Legato-

gatorum piorum, imò eo caſu, in quo Miniſtri Reu. Fabricæ ſe ingerere vellent in ſupradicta exequutione, voluit vt bona deuoluerentur Eccleſiæ S. Mariæ Conſolatricis abſque vllo onere Miſſarum.

1 Scribentes autèm contrà Reu. Fabricam Sancti Petri deducebant tale præceptum eſſe ſeruandum, proùt in puncto, & latè examinatur à *Rodulphino in plena*, & *docta allegatione 75.* vbi plures Doctores, pluraque ſubtilia fundamenta deducit prò ſua opinione comprobanda.

2 Ponderatis tamèn fundamentis ab vtraque parte allegatis, credidi hodiè eſſe certum, ſimilia præcepta Teſtatorum contrà auctoritatem Miniſtrorum Reu. Fabricæ non ſubſtineri, eo ineuitabili fundamento, quod non ſit permittenda Teſtantibus diſpoſitio contra leges, & canones, & ſi relinqueretur in arbitrio hæredum exequutio piorum legatorum, dubitari non poteſt, quod piæ diſpoſitiones remanerent eluſoriæ, & numquàm Miſſæ celebrarentur; hinc experientia docuit, quod non obſtante Zelo Epiſcoporum, & cura Miniſtrorum Reu. Fabricæ vix diſpoſitiones defunctorum adimpleantur; idcircò euidens eſt, quod ſemoto Zelo Epiſcoporum, & cura Miniſtrorum Reu. Fabricæ piæ diſpoſitiones remanerent omninò inutiles, & ſine effectu; proindeque ſimilia præcepta Teſtatorum quocumque modo, & verbis concepta contrà Reu. Fabricam non ſubſtineri optimè ſcripſerunt *Ronit. in pragmat. de legat. pijs num. 3. Thor. priuileg. pia cauſa 127. ad fin. Donat. Anton. de Marin. cap. 224. n. 7. lib. 1. Vulp. in prax. iudic. cap. 10. n. 11. Nouar. quæſt. forenſ. 91. n. 10.*

3 Et quamuis in Rota circà huius ſæculi initia fuerit diſputatus ſupradictus articulus, ac etiam reſolutus contrà Reu. Fabricam, nihilominùs perpenſa denuò, & examinata materia ab Eminentiſſimis Patribus Sac. Congregationis Reu. Fabricæ fuit reſolutum, quod ſimilia præcepta, & diſpoſitiones non ſubſtineantur, tamquàm contrà bonos mores, & præbentia occaſionem peccati in protrahendo adimplementa legatorum piorum; quæ reſolutio Sacræ Congregationis Pontificio oraculo remanſit comprobata, ideoque iſta opinio hodiè in praxi ſeruatur, *teſte clar. mem. Card. de Luca in relatione Romana Curia diſc. 29. num. 30.*

4 Et quidèm maxima ratione, cum Teſtatores non poſſint liberare Tutores, & Adminiſtratores à confectione inuentarij, & redditione rationis *Conar variar. reſolut. lib. 2. cap. 14. num. 2. & ſeq. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. alleg 82 num. 28. & in collect. cap. tua nobis in princip. de Teſtam. Rot. coràm Pamph decif 442. num. 3. vbi Adden. num. 7. & decif. 22. num. final. apud Eſcobar. de ratiocin cum alijs in Maceceraten. fideicommiſſi 29 Ianuarij 1691. coràm bo. me. Benincaſa §. in nihilo.*

ARGVMENTVM.

Dominus fundi ſuperioris quando non poſſit diuertere curſum aquarum in præiudicium Domini fundi inferioris.

SVMMARIVM.

Dominus fundi ſuperioris poteſt diuertere aquam in præiudicium fundi inferioris non obſtante lapſu longiſsimi temporis num. 1.

Limita num. 2 3 4 5. & 6.

VOTVM CLXII.

Dixi Dominum Petronium de Felicibus manutenendum eſſe in ſolito curſu aquarum, prouenientium à fundo ſuperiori, non obſtante, quod Dominus fundi ſuperioris poſſit eas diuertere, & ducere quocumque voluerit in præiudicium Domini fundi inferioris, etiamſi
1 fauore iſtius adeſſet longiſſimi temporis diuturnitas *Pariſ. conſ. 112. numer. 29. & ſeq. lib. 1. Hond. conſ. 79. numer. 19. lib. 1. Burſat. conſ 41. num. 12. lib. 1. Mart. conſ. 124. num. 6. Altograd. conſ. 97. num 55. & 92. lib. 2. Rot. diuerſ. decif. 163 numer. 1. part. 2. & in recent. decif 425. numer. 1. & ſeq. par 4. tom. 2. coràm Merlin. decif. 261. num. 6.*

2 Quoniàm hæc regula nõ procedit quando aqua deſumitur à flumine, ſed ſolum quando naſceretur in ipſo fundo ſuperiori, vti diſtinguendo firmatur per. *Cancer. variar. reſolut. part. 3. cap. 4. de ſeruit. num. 247. & 250. Theſaur. decif. 245. numer. 7. Rot. coràm Manzanedo decif. 882. numer. 6. & 7.*

Maximè quia aqua defluit per opus
3 manufactum, quo caſu concurrente facto hominis præſumitur, quod fluxus aquarum à fundo ſuperiori non prouenerit ex ſimplici conceſſione facultatiua, & quandocumque reuocabili, ſed benè iure ſeruitutis, ex qua quæſitum fuit Domino fundi inferioris ius impediendi diuerſionem aquarum *Cepol. de ſeruit. ruſtic. prædior. nu.* 57. *&* 58. *Menoch. conſ.* 467. *num.* 48. *Riminal. Iun. conſ.* 86. *num.* 3. *Burſat. conſ.* 87. *num.* 57. *Rot. deciſ.* 425. *numer.* 14. *&* 15. *part.* 4. *tom.* 2. *recent. & coràm Manzaned. dicta deciſ.* 882. *num.* 7.

Nec officit, quod dictum opus manu-
4 factum fuerit conſtructum tempore, quo prædium ſuperiùs erat locatum, & per conſequens inſcio Domino, cui conductor non potuit præiudicare, vti in puncto firmatur per *Rot. deciſ.* 415. *num.* 16. *& ſequen. part.* 16. *recent.*

Quoniàm ex Teſtibus contrarium deſu-
5 mitur, ac etiàm ex oculari inſpectione, dùm murus non eſt nouitèr factus, ſed valdè antiquus; imò iuſtificatum fuit Dominum fundi inferioris ſempèr concurriſſe in expenſas prò expurgatione aquæductus, & reaptatione murorum, ex qua circumſtantia benè deſumitur aquam defluere in fundum inferiorem non ex permiſſione facultatiua, ſed verè ex iure ſeruitutis *Giurb obſer.* 60. *numer.* 13. *verſ. imò ſi riuum Cyriac. contr.* 310. *num.* 160. *Cancer. variar. reſolut. part.* 3. *cap.* 4. *de ſeruit. num.* 245. *Rot. deciſ.* 32. *num.* 7. *&* 425. *num.* 19. *part.* 4. *tom.* 2. *recent.*

Quæ omnia libentiùs ſunt admittenda,
6 quià ex acceſſu facto, & oculari inſpectione mihi apparuit ex hac prætenſa diuerſione aquarum nullam vrilitatem reſultare Domino fundi ſuperioris, ſed ſolum præiudicium alteri Domino fundi inferioris, & proindè iſta innouario non poteſt referri niſi ad ſolam emulationem, ad quam amputandam diuerti non debet antiquus decurſus aquarum per *tex. in l.* 3. *§. ſi quis nouum ff. de riu. l. ſi manifeſtè ff. de ſeruit. & aqua Rot. apud Poſth. de manut. deciſ.* 213. *num.* 5. *cum ſequent.*

ARGVMENTVM.

IVs offerendi an competat ſecundo creditori, quando primus, prędium communis debitoris vtrique hypothecatum, acquiſiuit tamquàm licitator per ſubhaſtationem.

SVMMARIVM.

Summarium patet ex Argumento.

VOTVM CLXIII.

LIcèt ſit quæſtio anceps (*teſte Sacra Rota in deciſ.* 445. *coràm Durano*) an ius offerendi ſuperſit ſecundo creditori,
1 quando primus prædium communis debitoris vtrique hypothecatum iàm acquiſiuit tamquàm licitator, cui per ſubhaſtationem publicam à Iudice fuerit adiudicatum.

Negatiuam namque ſententiam poſt antiquiores ſequuti fuere *Felic. de cenſ. lib.* 2. *cap.* 2. *ſub nu.* 15. *tom.* 2. *Poſt. de ſubhaſt. inſpect.* 66. *ſub num.* 27. *Rot. dec.* 445. *num.* 86. *coràm Durano*, & iſta opinio firma, & in Curia recepta dicitur à *clar. me. Card. de Luca de credit. & debit. diſc.* 165. *num.* 4. *in ſupplem. & diſc.* 31. *de emption. & venditione* ea præcipuè ratione, quod Creditor non debeat eſſe conditionis deterioris quolibet alio extraneo licitatore, cui pecunia offerri nequit ab alijs creditoribus.

2 Affirmatiua tamèn opinio hodiè præualet, & eſt magis communis, & vera, ac à ſupremis Tribunalibus amplexa, vti teſtis antiquioribus firmarunt *Morot. de iur. offeren. num.* 12. *de Marin. var. reſolut. lib.* 1. *cap.* 219. *num.* 8. *Mangil. de ſubhaſt. quæſt.* 82. *nu.* 12. & ita iudicatum fuit apud *Luſitanos in deciſ.* 70. *Pereira*, ſic etiàm deciſum eſt à Senatu Pedemontano apud *Theſaur. deciſ.* 157. idemque ſæpè fuiſſe deciſum tàm in Sicilia, quàm in Regno Neapolitano apparet ex *deciſ.* 201. *Maſtril. & deciſ.* 9. *num.* 91. *lib.* 2. *Pilaiæ, & deciſ.* 69. *de franch.* & ità maturè diſcuſſo articulo demum definiuit *Sac. Rot. Romana coràm Bichio deciſ.* 95. *per tot. & in recent. deciſ.* 243. *num.* 16. *part.* 11. *& deciſ.* 186. *num.* 9. *&* 10. *& deciſ.* 289. *num.* 16. *part.* 13. *& deciſ.* 364. *num.* 3. *part.* 16. *& in Piſauren. iuris*

iuris offerendi 26. Iunij 1671. coràm Calataiu, & in Narnien. iuris offerendi 25. Iunij 1677. §. validitas coràm Reuerendiſs. Bourlemont, & in Aſculana iuris offerendi 2. Martij 1688. coràm Reuerendiſs. Heruanult ferè per tot.

3 Et potiſſimum huius opinionis fundamentum ponitur in præſumptione, quod primus creditor licitando dederit pecuniam principalitèr cauſa ſeruandi pignoris, vndè in ipſum reuocabilitèr transfertur dominium pignoris affecti hypothecæ ſecundi creditoris, & per conſequens oneri iuris offerendi, nec illius conditio euadit deterior, cum ſtante noua oblatione totum ſuum creditum conſequatur, & eodem tempore cum ſumma æquitate conſulatur etiàm ſecundo creditori, qui ſuum creditum conſeruat, ſi pignus venditum plus valeat, vti benè ratiocinatur *Rot. in dicta Aſculana iuris offerendi 27. Martij 1688. §. præcipuum coràm Reuerendiſsimo Heruanult*.

4 Quibus poſitis non aduerſatur *Rota in Cornetana iuris offerendi 22. Martij 1697. per tot. coràm R. P. D. Lancetta*, quia in caſu illius deciſionis agebatur de ſecundo creditore, qui fuerat iam citatus in adiudicatione bonorum, vnde ſibi imputet, ſi congruo tempore neglexit offerre; at ſecus eſt in caſu noſtro, in quo creditor non fuit citatus, neque tacitè conſenſum dedit dictæ adiudicationi bonorum; tum quia *Rota in dicta Cornetana* loquitur in caſu, in quo ſecundus creditor offerendo nihil acquirebat, dum prædium erat iam adiudicatum pro congruo prætio, & ſic ceſſabat illa æquitas ſupra expreſſa, ſcilicet, vt ſit ſecundo creditori permittendum ius offerendi, quando noua, & maiori oblatione tàm anterioris, quàm poſterioris creditoris indemnitati conſultum ſit, vti bene explicatur ab eadem *Rota in dicta Cornetana §. & ex his, & §. quæ omnia*.

ARGVMENTVM.

Emphyteuta ob alienationem factam rei emphyteuticæ incurrit caducitatem; prò qua euitanda admittitur ad purgationem moræ, & ſufficit prò huiuſmodi effectu, vt requirat conſenſum Domini directi.

SVMMARIVM.

Summarium patet ex Argumento.

VOTVM CLXIV.

Admittebam, ab Illuſtriſs. Marchione Dionyſio fuiſſe incurſam caducitatem ob alienationem factam

1 rei emphyteuticæ irrequiſito Domino directo tàm ex iuris diſpoſitione in *leg. final. C. de iur. emphyt. & in cap. potuit de locat. & conduct. Hond. conſ. 55. num. 31. lib. 1. Redoan. de reb. Eccleſ. non alienan. rubric. de caducit. ob rei alienat. cap. 2. num. 1. & 2. Rot. deciſ. 69. num. 3. 7. & 9. coràm Peutinger*, quam ob ſpecialem prohibitionem alienationis in inſtrumento inueſtituræ appoſitam, quæ erat omninò ſeruanda *Rot. deciſ. 298. num. 1. coràm Vbald. & coràm Peuting. deciſ. 69 num 4. & ſeq. & in Mediolanen. bonorum 3. Decembris 1691. coràm Eminentiſs. Caccia*.

2 Solumque affirmabam, quod licèt alienatio, Domino directo irrequiſito, facta de re emphyteutica, ſeù fœudali de rigore iuris inducat caducitatem, nihilominus huiuſmodi rigore poſthabito, mitiùs eſt agendum admittendo quameumque cauſam ad excuſandum emphyteutam, ſeù fœudatarium à pœna caducitatis incurſæ, hinc numquàm procedi ſolet ad declarationem caducitatis, niſi priùs congruo tempore dato ad moram purgandam, vèl conſenſum petendum *Rot deciſ. 165. in fin. part. 10. & deciſ. 255. à num. 7. vſque ad 12. part. 19. recent. & in Mediolanen. bonorum 3. Decembris 1691. coràm Eminentiſs. Caccia §. verumtamèn*.

3 Proindequè ſequendo dictam æquitatem à S. Rota Romana admiſſam, relaxaui mandatum de aſſociando fauore Reuerendiſsimi Abbatis Domini directi niſi infra quadrimeſtre Emptor bonorum emphyteuticorum illum recognoucrit in Dominum, & ab eodem obtinuerit aſſenſum, vti in his terminis practicanit *Rot. in deciſ. 255. num. 9. & 10. part. 19. recent.*

Et in præſenti themate Dominus directus denegare non debet ſuum aſſenſum ad formam antiquarum inueſtiturarum ſoluto eidem laudemio debito Domino directo, quando laudat, & approbat alienationis contractum perſonamque noui acqui-

quirentis *Afflict. in cap. 1. §. illud primo numer. 14. de prohibit. alienat. per Federic. Iaſon. in leg. final. num. 43. C. de iur. emphyt. cum alijs apud Hortman. Piſtor. in eius paruo tract. de laudem. num. 2. & 3. impreſſ. intèr tract. diuer. de laudem. fol. mihi 275. & Rot. & decif. 255. num. 11. & 12. part. 19. recent.*

ARGVMENTVM.

QVando capitula diſcordant ab inſtrumento, an ſit attendendum potiùs inſtrumentum, quàm capitula. Beneficium deducto ne egeat quando competat, & quando amittatur.

SVMMARIVM.

Si diſcordent capitula ab inſtrumento, debent attendi potiùs capitula, quàm inſtrumentum n. 1.
Declara num 2.
Pater gaudet beneficio deducto ne egeat tàm reſpectu filiæ, quàm Generi num. 3. & 4.
Beneficium deducto ne egeat an intret ſtante obligatione in forma Cameræ num. 5.
Beneficium deducto ne egeat ceſſat ſtante dolo numer: 6. & 7.
Occultatio bonorum probatur etiam à Teſtibus habentibus exceptiones num. 8.
Clericus admiſſus ad beneficium cap. Odoardus non eſt infamis num. 9.
Et ideo eſt legitimus teſtis num. 10.

VOTVM CLXV.

IN capitulis Matrimonialibus intèr alia fuit conuentum intèr Patrem D. Luciæ Sargardæ, & D. Cæſarem Cimarram, vt ſequuta celebratione Matrimonij in facie Eccleſiæ intèr præfatos D. Luciam, & Cæſarem prò dote eſſet aſſignandus ſponſo fundus *di Beluedere* tutus, & ſecurus.

Sequuto deindè Matrimonio, celebratoque intèr Partes inſtrumento fuit aſſignatus dicto Cæſari prò dote præfatus fundus *di Beluedere*, quem Pater memoratæ Luciæ in eodem inſtrumento promiſit eſſe liberum, immune, exemptum à quocumque canone, cenſu, liuello, grauamine, reſponſione, & ſeruitute, nec ſubiectum alicui fideicommiſſo, nèc alteri generi caducitatis, ſeù deuolutionis.

Aſſignatione facta dicti prædij apparuit illud eſſe obnoxium ſolutioni canonis tercentum librarum annuarum fauore Eccleſiæ Sancti Iacobi, vndè Cæſar inſtetit coràm me prò liberatione à ſupradicto onere ad formam memorati inſtrumenti, & ſententiam fauorabilem obtinuit.

Non obſtante, quod in capitulis Matri-
1 monialibus non fuerit dictum, quod prædium deberet eſſe liberum à canone, & licèt hoc pactum adiectum legatur in inſtrumento, nihilominùs intrat regula communitèr recepta, quod in diſcrepantia inter inſtrumentum, & capitula, ſint potiùs attendenda iſta, quàm illud, nàm capitula vti continentia verba Partium præferri debent inſtrumentis, quæ continent verba Notarii *Addent. ad Gregor. deciſ. 168. num. 8. Rot. deciſ. 1237. num. 28. & ſequen. coràm Pania, & deciſ. 77. num. 29 & ſeq coràm Arguel. & in Spoletana bonorum 9. Ianuarij 1682. §. ſed quod dicta coràm bo. me. Paluccio, & in Romana dotis 26. Iunij 1690. coràm bo. me Emerix §. nec quidquàm.*

Quoniàm obiectum vrgeret, quando
2 adeſſet contrarietas inconciliabilis intèr capitula, & inſtrumentum, quo caſu certum remaneret, eſſe potiùs attendenda capitula, quàm inſtrumentum, at ſecus in præſenti themate, cum benè poſſint ſtare ſimùl tàm inſtrumentum, quàm capitula, & hæc ab illo declarantur *Rot. in dec. 137. num. 13. part. 9. & deciſ 98. ex num. 15. part. 18. & coràm Alexand. VIII. in dec. 135. num. 18. coràm Celſo deciſ. 59. num. 3. & in puncto noſtræ controuerſiæ in Romana dotis, & fructuum 15. Ianuarij 1691. coràm R. P. D. Heruanult §. nèc obſtat.*

Nèc releuat, quod ſtante paupertate
3 Patris conueniri iſte non potuerit, nèc à filia, nèc à genero, cum in honorem perſonæ beneficium habeat, quod conueniri nequeat, vltrà quam facere poteſt, vt de patre reſpectu filiæ ſunt *tex. in § ſi quis inſtit. tit. de action in leg. ſunt qui ff. de re indic. Caſtagn. in tract. de benefic. deducto ne egeat quæſt. 5. in princ. Scanarol. de viſit. carcerator. lib. 3. §. 7 cap. 2. num. 1. Rot. deciſ. 318. num. 6. part. 18. recent* Et de Soce-
4 to reſpectu generi *tex. in leg. rei iudicatæ §. Socero ff. ſolut. Matrimon. Barboſ. in leg. Maritum num. 65. ff. eodem tit. Gomez. ad l. Tauri 50. num. 49. verſ. quod primò extende Mantic. de tacit. & ambig. lib. 12. tit. 11. num.*

*num. 13. Paſchal. de vir. patr. poteſt. par. 2.
cap. 9. & ſeq. Rot. in Romana dotis, & ali-
mentorum prima Iulij 1686. §. ſecunda verò
partis coràm bo. me. Benincaſa, & in Romana
dotis 26. Iunij 1690. coràm bo. me. Emerix
§. ſiuè enim.*

Nam quidquid ſit, an beneficium de-
5 ducto ne egeat habeat locum, ſtante obli-
gatione camerali, de qua materia diffusè
traditur à *Conciol. alleg. 27. num. 7. cum plur.
ſequen. & à Rot. deciſ. 385. num. 1. par. 2. &
deciſ. 594. à num. 3. & ſeq. par. 4. tom. 3* hoc
6 vnum certum eſt, quod dictum beneficium
deducto ne egeat ceſſat ſtante dolo, & frau-
de *Scanarol. de viſit. Carcerator. §. 7. cap. 3.
num. 28. lib. 3. Caſtagn. de benef. deduct. ne
egeat par. 1. Fallen. 2. Gratian. diſcept. 799.
num. 37. Giurb. deciſ. 43. nu. 3. Rot. deciſ. 62.
num. 5. par. 17. recent.*

Dolus autèm eſt euidens, quia à Te-
7 ſtibus formitèr examinatis conſtat dictum
Patrem, & Socerum reſpectiuè abſcondiſ-
ſe omnes gemmas, & argenta, & quidem
in maxima quantitate, ac etiàm conſide-
rabilem pecuniarum ſummam ad effectum
colludendi creditores, & cum iſtis ſe com-
ponendi ſaltèm prò medietate crediti, ex
quibus euidentèr reſultat, & fraus, &
dolus.

Et quamuis dicti teſtes patiantur ali-
quas exceptiones in eorum perſonis, nihi-
8 lominus cum agatur de probanda occulta-
tione bonorum, clam facta non ſunt at-
tendendæ ſimiles exceptionès, vti obſer-
uaui *in vot. 126. num. 11. & vot. 155. nu-
mer. 4.*

Vltrà quod licèt vnus ex præfatis teſti-
9 bus admiſſus fuerit, vti Clericus ad bene-
ficium *cap. Odoardus de ſolut.* nihilominus
ipſe non euenit infamis itaùt repellatur à
teſtificando, vti in puncto firmatur *à Rota
in deciſ. 703. num. 6. & 7. part. 18. recent.
10 tom. 2.* quia dictum beneficiũ cap. Odoar-
dus fuit conceſſum ad tollendam, non au-
tèm ad irrogandam infamiam, nempè,
nè Clericus cogatur mendicare in oppro-
brium totius Ordinis Clericalis ad tradita
per *Leoncil. de priuileg. pauper. part. 2. pri-
uileg. 49. & R. P. D. Fagnan. in dicto cap.
Odoardus de ſolut. num. 63.*

ARGVMENTVM.

SVbhaſtatio, & deliberatio facta pecunia non præſente, quando ſubſtineatur. Subhaſtatio facta ſinè extimatione bonorum, & tribus Oblatoribus, an ſit valida. Tempus quod debet precedere intèr edicta de ſubhaſtando, & deliberationem, an debeat eſſe vtile, vel continuum.

SVMMARIVM.

Deliberatio facta non præſente pecunia eſt nulla num. 1.

Amplia etiamſi appareret factum depoſitum moneta poſt deliberationem num. 2.

Amplia etiamſi ſuperueniret conſenſus creditoris dicto num. 2.

Subhaſtatio ſubſtinetur etiàm non præſente pecunia præuia conſignatione ordinis, ſeù cedula, & quando num. 3.

Tempus quando debeat eſſe vtile, vel continuum num. 4.

Quando credatur Officiali num. 5.

Subhaſtatio quando ſit valida ſinè præcedenti æſtimatione, & tribus Oblatoribus num. 6.

VOTVM CLXVI.

PVtaui deliberationem prædij ſubſti-
neri, non obſtantibus pluribus nulli-
tatibus ad impugnandam ſubhſtatio-
tionem adductis.

Non enim prima deſumpta ex defectu
1 pecuniæ in actu celebrati inſtrumenti de-
liberationis, quæ deficientia monetæ de
ſubſtantia requiſitæ annullat actum, cum
in his terminis neque Iudex, neque Exe-
quutor poſſint habere fidem de pretio *tex.
in leg. à Diuo Pio §. ſed ſi emptor ff. de re iu-
dic. Rot penes Poſt. de ſubhaſt. deciſ. 89. nu. 6.
coràm Duran. deciſ. 157. à n. 10. vſque ad 15.
coràm Bichio deciſ. 477. num. 2. & ſeq. & in
recent. deciſ. 9. nu. 15 par. 12. & deciſ. 289.
nu. 21 par. 13. cum alijs in Romana Caſalium
4. Februarij 1684. coràm cla. me. Card. Mat-
theio, & 21. Iunij 1688. coràm Eminentiſ-
ſimo Caccia Archiepiſcopo Mediolanen.* in qua
2 fuit vlteriùs firmatum per Sacram Rotam
fuiſſe nullam ſubhaſtationem, & delibera-
tionem, licèt apparuiſſet factum integrum
depoſitum etiàm in Sacro Monte Pietatis
poſt

Digitized by Google

poſt inſtrumentũ deliberationis, & quamuis interueniſſet etiã conſenſus ipſius Creditoris, ſed poſt conſumatam deliberationem vel recognoſci poteſt *in dicta deciſione in præfata Romana Caſalium 21. Iunij 1688. coràm Eminentiſs. Caccia §. defectus §. qua deficientia*.

Quoniam non impugnabam veritatem ſupradictæ theoricæ, ſed dicebam non eſſe neceſſarium ad ſubſtinendam deliberationem, vt interueniat in ipſo actu inſtrumenti phiſicè pecunia, ſed quod ſufficiat, vt hæc forma adimpleatur per æquipollens nempè vel per ordinẽ alicuius ſecuri Mercatoris, vel etiàm ipſius principalis Oblatoris directum alicui publico Banco, ſeù publico, & tuto Mercatori, penes quos præcedentèr, & antè inſtrumentũ deliberationis pecunia depoſitata appareat, vti benè explicatur per *Card. de Luca de feud. diſc. 73. de credit. & debit diſc. 126. de iudic. diſc. 40. num. 68. Rota in dicta Romana Caſalium 21. Iunij 1688. §. quatenùs verò coràm Eminentiſs. Caccia.*

Nec aduerſatur ſecunda nullitas de-
4 ſumpta ex eo, quod non fuerit elapſum tempus præſcriptum à Statuto inter edicta de ſubhaſtando, & inſtrumentum deliberationis prætendendo, quod dies feſtiui, & Meſſis, vti feriati non eſſent computandi.

Quia apparet ad vnguem fuiſſe elapſum terminum ſtatutarium, cum tempus ſiuè à iure communi, ſiuè à Statuto præſcriptum in terminis ſubhaſtationis intelligatur de diebus continuis, non autem vtilibus *Poſt, de ſubhaſt. inſpect. 17. num. 156. cum alijs in Ferrarien. fideicommiſsi 2. Maij 1692. coràm bo. me. Emerix §. & ſecundus.*

Minùs releuat tertia nullitas ob non fa-
5 cta bannimenta, & publicationes tàm in loco Iudicij, quàm in Villa, in qua ſita ſunt bona ſubhaſtanda, iuxtà ſtatutariam diſpoſitionem, quia hoc obiectum tollitur ex accurata relatione Præconis atteſtantis obſeruaſſe omnia præſcripta in Statuto, vti in puncto deciſum fuit à *Rota in dicta Ferrarien. fideicommiſsi 2. Maij 1692. coràm bo. me Emerix §. tertius.*

Non obſtante exceptione, quod non credatur Officialibus teſtantibus de ſolemnitatibus neceſſarijs in ſubhaſtationibus, quia concluſio procedit in atteſtationibus ſolemnitatum, non ſpectantium ad munus Officialis atteſtantis, at è contra quando præfatus Officialis refert, & atteſtatur de ſolemnitatibus ſpectantibus ad proprium munus *Roman. conſ. 197. num. 5. Vbert. de citation. cap. 7. num. 68. Rot. coràm Merlin. deciſ. 391. num. 7. verſ. præterea coràm Bichio deciſ. 289. num. 26. & in Romana, ſeù Alben. bonorum 23. Martij 1685. §. nullitas enim, & 29. Aprilis 1686. §. ſanè coràm bo. mem. Rondinino, & in Ferrarien. fideicommiſsi 2. Maij 1692. coràm bo. me. Emerix §. tertius.*

Eiuſdem irreleuantiæ eſt quarta nulli-
6 tas ob non factam æſtimationem bonorum ſub haſta poſitorũ, & defectum trium Oblatorum, quia tàm æſtimatio, quàm tres Oblatores non ſunt neceſſarij, quando proùt in noſtra hypotheſi, creditor admiſſus fuerit ad licitandum, eique deliberatio facta ſit prò iuſto pretio *Pigant. ad Statut. Ferrar. lib. 2. rubr. 25. num. 26. & 69. de Oblatoribus Ridolph. in prax. iudic par. 1. cap. 15. num. 136. & 137. Rot. deciſ. 388. num. 8. & 9. par. 14. & in dicta Ferrarien. fideicommiſsi 2. Maij 1692. coràm bo. mem. Emerix §. proùt etiam.*

ARGVMENTVM.

PArs conditionalis regulatur à præcedenti parte diſpoſitiua, niſi eſſet amplior, & comprehenderet nouas perſonas, & quando qualitas expreſſa in diſpoſitiua cenſeatur repetita in conditionali.

SVMMARIVM.

Summarium patet ex argumento.

VOTVM CLXVII.

IN vltimis ſuis tabulis Nicolaus Vrſonus ſic diſpoſuit -- *Inſtituiſco mio herede vniuerſale Giacomo mio figlio in tutti i miei beni, grauandolo ſolo di fideicommiſſo nella Poſſeſsione di Villafranca à fauore de' ſuoi Figli, e Nepoti maſchi, e mancando i detti Figli maſchi, e deſcendenti, voglio che ſi fondi colla detta Poſſeſsione di Villafranca vn Monaſtero di Monache Cappuccine.*

Mortuo deindè Iacobo primo hærede inſtituto, ac etiàm Franciſco illius filio maſculo, & demum Xauerio dicti Franciſci filio,

filio, qui reliquit D. Caſſandram vnicam filiam, orta fuit controuerſia, an eſſet purificata ſubſtitutio fauore Monaſterij erigendi.

Scribentes enim prò Monaſterio adducebant, quod in parte diſpoſitiua eſſent vocati ſolummodo filij, ac Nepotes maſculi, & licet in conditionali legerentur illa verba, *e mancando detti Figli maſchi, e*
1 *Deſcendenti*, nihilominùs dicti Scribentes prò Monaſterio inſiſtebant, quod dicta pars conditionalis eſſet regulanda à ſuperiori parte diſpoſitiua, quæ eſt reſtricta ad ſolos Filios, & Nepotes maſculos, & proindè aſſerebant illud verbum *Deſcendenti* in conditionali expreſſum eſſe reſtrictum ad Nepotes Maſculos ſimplicitèr iuxtà regulam, quod pars conditionalis comprehendat eaſdem perſonas in diſpoſitiua vocatas *Rodulph. allegat.* 34. *num.* 10. *Rot deciſ.* 237. *num.* 5. *par* 5. *& deciſ.* 330. *num.* 8. *par.* 12. *& deciſ.* 461. *num* 8. *par.* 13. *& deciſ.* 269. *num.* 27. *par.* 15. *& deciſ.* 207. *nu* 4. *par.* 16. *recent. cum alijs in Carpentoraten. hæreditatis, ſeù fideicommiſſi* 14. *Martij* 1687. §. *vltrà quod coràm R. P. D. Molines*, tanto
2 magis quia qualitas maſculinitatis requiſita in antecedenti diſpoſitiua cenſetur etiam volita, & repetita in ſubſequenti parte conditionali *Rodulph. d. allegat.* 34. *num.* 11. *Rota deciſ.* 237. *num.* 5. *par.* 5. *deciſ.* 330. *num.* 10. *par.* 12. *& deciſ.* 76. *nu.* 11. *par.* 13 *recent.*

Non releuante, quod à ſupradicta regu-
3 la recedi ſoleat, quando pars conditionalis ſit amplior, & contineat nouas perſonas in diſpoſitiua non expreſſas *Caſanat. conſ.* 6. *num.* 7. *Palma nepos alleg.* 221. *nu.* 71. *verſ. vltra quod Card. de Luca de fideicommiſſ. diſc.* 71. *nu.* 11. *Rot corā clar me. Card. Cerro deciſ.* 682. *nu.* 5. *& deciſ.* 702. *nu.* 9. *&* 10. *& in Romana fideicommiſſi* 24. *Aprilis* 1690. §. *non obſtat*, *&* 10. *Decembris* 1691. §. *quoniam coràm R. P. D. Molines*.

Quoniàm non poteſt dici, quod pars conditionalis ſit amplior diſpoſitiua, nàm obſeruandum eſt Teſtatorem in antecedenti parte diſpoſitiua vocaſſe Iacobi filios, & Nepotes maſculos, & in conditionali ſubſtituiſſe Monaſterium fundandum defectis dictis filijs maſculis, & deſcendentibus, & proindè pars conditionalis non poteſt dici amplior diſpoſitiua, cum verbum illud *Deſcendentibus*, poſſit verificari in Nepotibus tantum in diſpoſitiua expreſsè vocatis.

Auctoritates verò in contrarium allega-
4 tæ loquuntur, & procedunt, quando Teſtator in antecedenti parte diſpoſitiua vocaſſet Filios, & Nepotes, & in conditionali loquutus fuiſſet de Filijs, & Nepotibus, & vlteriùs de *Deſcendentibus*, tunc illud verbum *Deſcendentibus* ne remaneret, ſuperfluum eſſet dicendum, vt conditionalis pars eſſet amplior diſpoſitiua, & per neceſſe eſſent comprehenſi vltra Nepotes, etiàm cæteri deſcendentes. At ſecùs in præſenti caſu, quod verbum *Deſcendentibus* in parte conditionali expreſſum poteſt verificari in Nepotibus in diſpoſitiua expreſsè vocatis, vt bene declaratur per *Rotam in dicta Romana fideicommiſſi* 10 *Decembris* 1691. §. *quoniàm coràm R. P. D. Molines*.

Quam ſententiam libentiùs amplexus
5 ſum, quia Teſtator in diuerſis partibus teſtamenti, etiam in parte conditionali ſubſtitnendo Monaſterium erigendum habuit prò ſinonymo verbum *Nepotes*, & verbum *Deſcendentes* ibi — *mancati detti Figli, e Nepoti maſchi, e venuto il caſo della fondatione del Monaſtero*, & in altera parte *mancati detti Figli maſchi, e Deſcendenti, voglio, che le Monache da nominarſi in detto Monaſtero da fondarſi, &c.* & faciunt tradita in his terminis per *Rodulphin. alleg.* 45. *num.* 22.

ARGVMENTVM.

AN dicatur inductum perpetuum, & abſolutum fideicommiſſum ex præcepto facto per Teſtatorem hæredi, eiuſque deſcendentibus, aſſumendi Cognomen, & Arma abſque mixtura in perpetuum.

SVMMARIVM.

Ex præcepto aſſumendi Cognomen, & Arma Teſtatoris inducitur perpetuum, & abſolutum fideicommiſſum num. 1. *&* 2.

Amplia præſertim ſtantibus leuibus coniecturis num. 3. *&* 4.

Et numerantur coniecturæ dicto num. 4.

VOTVM CLXVIII.

FLorianus Doſius poſtquàm inſtituerit hæredem vniuerſalem Leonem ex Sorore Nepotem in ſuo Teſtamento ſic diſpoſuit: *Ordino, e commando, che tanto detto Sig. Leone mio herede, quanto i ſuoi Figli, e Deſcendenti in perpetuo debbano chiamarſi col Cognome del mio Caſato, & vſare l'Arme, e l'Inſegna della mia Famiglia, col ritenere in perpetuo il Cognome, & Armi della mia Famiglia ſenza altra miſtura in qualſiuoglia Inſtromento, ò atto ſimile, nel quale doueranno eſsi eſſer nominati, ò pure ſi doueranno dipingere, e intagliare l'Armi.*

Fuit proindè dubitatum, an ex ſimplici præcepto aſſumendi Cognomen, & Arma iniuncto omnibus deſcendentibus in infinitum, eſſet inductum perpetuum, & abſolutum fideicommiſſum fauore omnium deſcendentium à Leone primo hærede inſtituto, & cenſui affirmatiuè reſpondendum.

Non deſunt enim magni nominis Au-
1 ctores, firmantes, quod ex ſimplici onere deferendi Cognomen, & Arma familiæ iniuncto alicui, eiuſque filijs, & deſcendentibus in perpetuum reſultet perpetuum, & abſolutum fideicommiſſum, vt prætèr antiquos allegatos à *Ramon. conſ.* 15. *num* 40. *Rauden. de anolog. in append part* 1. *num.* 78. *& ſeq.* ſcripſerunt etiàm *Cenſ. ad Peregrin. de fideicom. art.* 53. *verſ.* 2. *dicaſ. Torr. de primogen. Ital. cap.* 38. §. 4. *nu.* 82 *lib.* 1. *& Rota in Cauallicen. hareditatis* 24. *Nouembris* 1681. §. *defuncto, &* 14. *Iunij* 1684. §. *quo enim ad onus, & prima Iulij* 1686. § *tales autèm coràm bo me. Albergato, & in Romana fideicommiſsi de Auila* 1692. *&* 23. *Ianuarij* 1693. *coràm bo. me. Emerix* §. *primo.*

Et hæc opinio multis eſt fulcita rationi-
2 bus, & ſignantèr, quod Teſtator non præſumatur oneraſſe eos, quos præcedentèr non honorauit, cùm quia hoc onus, aſſumendi Cognomen, & Arma dicitur iniunctum cauſa conſeruandi agnationem, ex qua benè infertur ad fideicommiſſum, vti proſequitur *Rota in dicta Romana fideicommiſsi de Auila* 23. *Ianuarij* 1693. *coràm bo. me. Emerix.*

Et quamuis adſint quamplurimi Do-
3 ctores, ſequentes contrariam opinionem, nihilominus omnes conueniunt, quod prò inducendo perpetuo, & abſoluto fideicōmiſſo ſufficiat præceptum deſcendentibus aſſumendi Cognomen, & Arma Teſtatoris in perpetuum, quando vltra dictum præceptum concurrat etiam aliqua leuis coniectura *Rot decis.* 266. *num.* 16. *part.* 1. *recent. & in dicta Romana fideicommiſsi de Auila* 23. *Ianuarij* 1693. *coràm bo. me. Emerix* §. *& licèt.*

Teſtator namque non ſolùm voluit, vt
4 deſcendentes aſſumerent Cognomen, & Arma, ſed etiàm expreſſit ſinè vlla mixtura, quibus additur dictos deſcendentes fuiſſe vocatos cum qualitate legitimitatis, & naturalitatis, ac etiàm obſeruando, quod Teſtator non inſtituerit extraneum, ſed ex Sorore Nepotem, dilectiſſimum ab eodem pluries in ſuo Teſtamento appellatum, & proindè præſumitur Teſtatorem geſſiſſe eumdem affectum, & amorem erga illius deſcendentes, eoſque per conſequens ad fideicommiſſum vocaſſe; & hæc omnia ſigna amoris erga deſcendentes magis creſcunt, attento, quod Teſtator, priùs quàm condiderit Teſtamentum, de quo agitur, fundauerit ius patronatus in Eccleſia Sancti Dominici, & ad illud vocauit tàm attiuè, quàm paſſiuè omnes deſcendentes in infinitum præfati Leonis ex ſorore nepotis, vti in ſimilibus terminis ratiocinatur *Rota in dicta Romana fideicommiſsi de Auila* 23. *Ianuarij* 1693. *coràm bo. me. Emerix ferè per tot.*

ARGVMENTVM.

QVarta debetur Viduæ pauperi in hæreditate Viri prædefuncti, & quando.

SVMMARIVM.

Vidua dicitur imago Mariti num. 1.

Vxori debetur quarta in hareditate Mariti pradefuncti ſtante illius paupertate num. 2.

Quarta an debeatur Vxori, qua poteſt conſequi alimenta à Patre, ſeù à Fratre num. 3. *&* 4.

Quarta non debetur, quando Vxor habeat aliundè viuere, etiàm miniſterio, & induſtria manuum ſuarum num. 5.

Limita in Muliere nobili num. 6.

Non debetur quarta Vidua, qua cum parua dote inuenit Virum num. 7.

Declara num. 8.

Vidua

Viduæ debetur quarta, quamuis ad eius fauorem poſsit purificari fideicommiſſum intrà ſpatium breuis temporis num. 9.

Quarta debetur Vxori, etiamſi adſit Statutum, quod diſponit Vxorem non poſſe ſuccedere Viro num. 10.

Quarta debita Vxori pacto nèc tolli, nèc minui poteſt num. 11.

Quarta debetur Vxori in bonis Viri diuitis tantùm num. 12.

Declara dicto num. 12.

VOTVM CLXIX.

MOrtuo Viro Illuſtriſſima Agatha
eius Vxor licèt equeſtris, & pri-
mariæ nobilitatis, tamèn pauper,
& iàm nupta ſine dote inſtetit coràm me
prò conſequenda quarta in bonis ſui Viri
prædefuncti, & mandatum ad eius fauo-
rem relaxaui.

Honor enim prædefuncti Viri lædere-
1 tur, ſi eius Vxor in viduili ſtatu mendica-
re cogeretur, nàm Vidua dicitur mortui
Mariti imago, illiusque radijs adhùc cor-
ruſcat, hinc iura noſtra Viduæ pauperi
conceſſerunt quartam partem bonorum
prædefuncti Viri *auth. præterea C. vnde Vir, & Vxor.*

Hoc enim beneficium competit Viduæ,
2 ſi nupſerit ſinè dote, vèl cum exigua, &
tenui, & inſufficienti prò alimentis *Ro-
land. conſ. 85. num. 4. & 5. lib. 3. Decian.
conſ. 70 numer. 10. & 13. lib. 2. Berlich.
concluſ. 26. num. 18. part. 3. Defranch. de-
ciſ 410. num. 2. Cæſar. de Graſ. deciſ. 1. nu.
14. de ſucceſ. ab inteſtat. Rot. coràm Coccin.
deciſ. 1564. num. 2. & 3.*

Et proindè malè hæredes Viri defun-
3 cti prætendebant Viduam ab hoc benefi-
cio excludere, dum ipſa potuiſſet conſequi
alimenta ab eius Patre, Matre, & Fratre
*Cuman. in leg. in ſuis ff. de lib & poſthum. &
conſ. 131. Alexand. in dict. authen. præterea
C. vnde Vir, & Vxor numer. 11. ibique Corn.
num. 24. Gratian. diſcept. 120. numer. 6. &
57. Barz. deciſ. 129. num. 24. & deciſ. 131.
num. 8. Rot. coràm Gregor. deciſ. 443. numer.
10. coràm Coccin. deciſ. 1564. num. 17.*

Quoniàm non deſunt multi Doctores
4 contrariam ſententiam tuentes, & ſignan-
tèr *Dec in dict. Auth. præterea numer. 19. &
20. Menoch. conſ. 433. num. 16. Riminal.
Iun. conſ. 657. num. 60. lib. 6. Hond. conſ.
93. num. 19. cum alijs apud Merlin. de legi-
tim. quæſt. 23. lib. 2. tit. 1. num. 53. & 57.*

Sed relicta in ſuſpenſo prò nùnc veri-
tate huius theoricæ, ceſſabat in facto pe-
nitus difficultas, quià rimatis teſtibus, qui
adducebantur prò concludenda opulen-
tia tàm Fratris, quàm Patris dictæ Viduæ,
fuerunt reperti omninò irreleuantes, vèl
eorum dicta pœnitus deſtruuntur cum
probationibus factis ex parte Viduæ,
Nàm veritas eſt, quod tàm Frater, quàm
Pater poſſideant aliqua bona, ſed cum il-
lorum fructibus alendæ ſint non ſolùm
perſonæ Patris, & Fratris reſpectiuè, ac
etiàm illorum Filij, & Vxores, indè ſequi-
tur, vt calculato introitu, & exitu appa-
reat nihil ſupereſſe prò alenda Vidua.

Minùs releuat, quod dictæ Viduæ ab
5 altero eius Fratre defuncto relicta fuerint
ſcuta 1500. cum quibus prætendebant
hæredes dicti Viri illam alendam eſſe, &
per conſequens excludendam à quarta,
quæ non debetur, quando Vxor poſſit
aliundè viuere, etiàm computata manuum
ſuarum induſtria *Rot. coràm Coccin. deciſ.
1564. num. 15. & in recent. deciſ. 138.
part. 11. recent. Poſt. Pacif. de Saluian. deciſ.
174. num. 40.*

Quia diſtinguendum eſt intèr Nobiles,
6 & Mulieres infimæ conditionis; nàm vti
dixi agitur de Vidua equeſtris nobilitatis,
vndè eidem aſſignari debet prò ſua manu-
tentione portio congrua, & ſufficiens, vt
viuere poſſit ſplendidè, ſicut faciebat tem-
pore Viri ſui; In hac enim materia totum
remiſſum legitur arbitrio Iudicis, qui de-
bet rerum, perſonarumque circumſtan-
tias ponderare, vt benè declaratur in pun-
cto per *Rot. in dicta deciſ. 138. numer. 12.
part. 11. recent. & coràm Coccin. dec. 1564.
num. 23.*

Et paritèr non obſtat, quod præfata
7 Vidua cum dictis ſcutis 1500. iàm inueni-
re poſſit ſecundum Virum, proùt aſſere-
batur, quod iàm occaſio eſſet in promptu,
in qua hypotheſi non intrare beneficium
quartæ detrahendæ ex hæreditate præde-
functi Mariti, firmarunt *Gratian. diſcept.
120. Vrſell. concluſ. 89. num. 286.*

Quia dicta Vidua vti Mulier prudens
8 non intendit nubere, niſi cum Viro conſi-
milis, & ſpectatæ nobilitatis, vndè exce-
ptio hæc ab hæredibus Viri excitata, pœ-
nitus corruit, cum impoſſibile ſit, vt illa

nubere valeat Viro æquali cum tàm exigua dote.

9 Ac etiàm non aduerſatur, quod dictæ Viduæ fauore purificari debeat fideicommiſſum ordinatum ab eius Amita, dùm in terminis, de quibus agitur non eſt attendenda ſpes futuræ ſucceſſionis, qua non obſtante retardanda non eſt quarta eidem debita in bonis ſui Viri prædefuncti, vti in puncto ſcripſerunt *Berlich. concluſ. 26. num. 23. part. 3. Rot. coràm Coccin. deciſ. 1564. num. 24. & ſeq. & num. 37.*

10 Et quamuis adſit Statutum diſponens Mulierem non poſſe ſuccedere Viro, nihilominùs non refragante hac diſpoſitione ſtatutaria, Viduæ debetur quarta ad tradita per *Plot. intèr conſil. diuerſor. vltim. volunt. conſ. 168. num. 45. Hond. conſ. 93. num 9. lib. 1. Merlin. de legitim. lib. 2. tit. 1. quæſt. 23. num. 37.* nàm iſta quarta eſt

11 adeò priuilegiata, vt non poſſit nèc minui, nèc auferri, nèc in teſtamento, nèc intèr viuos, nèc per aliquem actum, ſeù titulum *Bald. in dict. auth. præterea num. 1. ibique Alexan. num. 6. Ieſon. num. 17. Dec. num. 9. Ceph. conſ. 241. num. 1. Surd. tract. de aliment. quæſt. 35. numer. 10. & ſequen. Merlin. de legit. tit. 1. lib. 2. quæſt. 23. num. 8. Berlich dicta concluſ. 26. num. 26. March. Coler. deciſ. 61. num. 6. part. 1. Barz. deciſ. 130. numer. 62. Rot. coràm Coccin. deciſion. 1564. num. 7. & 8.*

12 Et tandèm non officit, quod ſupradicta quarta debeatur in bonis Viri diuitis tantùm *Hond. conſ. 93. ſub num. 18. Menoch conſ. 505. ſub num. 2. Nat. conſ. 605. num. 12. Monach. deciſ. Lucen. 50. num. 2. Donad de renunciat. cap. 35. nu. 5. cum alijs apud Mel. ad Caſtil. de aliment. cap 18. n. 23.*

Quia Vir poterat dici diues cum illius hæreditas aſcendat ad 15000. ſcuta, & tantò magis quià non reliquit Filios, itaùt eius hæreditas hodiè ſit deuoluta hæredibus extraneis, in quibus terminis ſiuè Vir ſit diues, vel pauper, ſempèr Vxori debetur quarta *Merlin. de legit. lib. 2. tit. 1. quæſt. 23. ſub num. 48.*

ARGVMENTVM.

Regularis quando poſſit eijci vti incorrigibilis à Religione, & quàdo eiectus à Religione recuperet bona renunciata, & ab alijs poſſeſſa.

SVMMARIVM.

Religioſus quando vti incorrigibilis poſsit eijci à Religione num. 1.

Incorrigibilis eiectus à Religione, quando teneatur ſeruare vota, cæteraque præcepta ſuæ Religionis num. 2. & 3.

Incorrigibilis eiectus à Religione adhùc remanet Religioſus num. 3.

Religio tenetur dare alimẽta Religioſo eiecto n. 4.

Declara in Religioſis Societatis Ieſu num. 5.

Religioſus eiectus vti incorrigibilis, an recuperet bona renunciata num. 6.

Religioſus profeſſus poſt ſuppreſsionem Religionis non recuperat bona renunciata num. 7.

Religioſus profeſſus ſi ex diſpenſatione Apoſtolica redeat ad Sæculum, non recuperat bona renunciata num. 8.

Et idem eſt de Religioſo tranſeunte de vna ad alteram Religionem num. 9.

Religioſi Ieſuitæ an recuperent bona renunciata, quando fuerint dimiſsi à Religione num. 10.

VOTVM CLXX.

Ad primum dubium an, & quando ſit eijciendus à Religione Religioſus tamquàm incorrigibilis, reſpondeo, quod aliqui Doctores appellant incorri-

1 gibilem illum Religioſum, qui ter monitus adhùc perſiſtat in mala vita. Alij verò credunt Religioſum eſſe incorrigibilem, quando nulla adſit ſpes emendationis, vndè tempore Sa. Me. Vrbani VIII. anno 1624. fuit declaratum eſſe incorrigibilem Religioſum ſpatio vnius anni in carceribus retentum prò certo delicto, qui poſteà cum exiuerit eodem vitio laborauit, de qua materia tradunt *Graſſius part. 1. lib. 2. cap. 24. numer. 19. Sanctarellus de apoſtaſ. cap. 4. dub. 3. num. 6. Sayrus de cenſur. lib. 5. cap. 21. numer. 37. Bonaccin. in tract. de clauſur. quæſt 2. punct. 12. §. 1. propoſit. 2. numer. 6. verſ. ego verò; cum alijs apud Bottiglier. de ſucceſ. theorem. 76. n. 3.*

2 Ad ſecundum dubium, an eiectus teneatur obſeruare præcepta puta paupertatem, ieiunia, aliaque mandata iuxtà conſtitutiones ſuæ Religionis, prima facie videtur eſſe reſpondendum negatiuè, proùt in ſpecie Religioſi Sancti Franciſci de Paula vouentis perpetuam vitam quadrageſimalem firmatur à *Vegha in Summa part. 2. cap. 56. caſ. 16. & generalitèr tradunt*

dunt Suarez in enchiridion. caſuum conſcient.
lib. 3. §. de voto, & obedientia, alijque addu-
cti per Bottiglier. de ſucc. theorem. 76. ſub
num. 5. Ego tamèn cenſui affirmatiuè eſſe
reſpondendum, itaùt Religioſus eiectus
teneatur ſeruare præcepta ſuæ Religio-
nis, exceptis tamèn obedientia, choro, &
alijſque actibus, qui extrà clauſtra exer-
ceri non poſſunt, nàm ipſe licèt ſit eiectus
3 à Religione, adhùc remanet Religioſus,
& propterea non eſt ſolutus ab omnibus
votis *Barboſ. in cap final. num. 10. de Regul.*
Cutel. de donat tract. 1. diſc. 2. part. 5. num.
5. & ſeq. Torr. de pact. futur. ſucceſ. lib. 2.
cap. 25. num. 88. Anton. de Marin. cap. 295.
num. 11. lib. 2. Rot. deciſ. 109. part. 5. rec.
& Adden. ad deciſ. 56. num. 116. par. 9.

Ad tertium dubium, an Monaſterium
4 teneatur præſtare alimenta Monacho eie-
cto affirmatiuè reſpondi, & ità communi-
tèr tradunt *Molin. de inſtit. & iur. tom. 1.*
diſput. 140. num. 26. Pignattel. tom. 1. con-
ſult. 34. Torr. de pact. futur. ſucceſ lib. 2.
cap. 25. num. 90. Rot. coràm Mantic. deciſ.
331. & in rec. deciſ. 109. numer. 6. part. 2.
ſed ſupradicta non procedunt in dimiſſis à
5 Religione Societatis Ieſu, in qua militat
diuerſa ratio, & retuli ſingulare Decre-
tum Sac. Congregationis Concilij in *Vot.*
113. num. 5. emanatum contrà Religio-
ſum Societatis Ieſu in Religione iàm or-
dinatum Sacerdotem ad titulum pauper-
tatis Religioſæ; qui licèt eſſet pauper ob-
tinere non potuit alimenta à Socierate.

Demùm ad quartum dubium, an Reli-
6 gioſus vti incorrigibilis eiectus à Religio-
ne recuperet bona per ipſum renunciata,
negatiuè reſcribendum putaui; quià vti
ſuprà ponderaui in ſecundo dubio, eie-
ctus à Religione, adhùc dicitur Religio-
ſus, & votum paupertatis obſeruare de-
bet, & proinde eſt incapax bonorum ſe-
cundum veram, & communem opinio-
nem firmatam à *Cutel. de donat. tract. 1.*
diſc. 2. particul. 5. num. 1. & ſeq. Bottiglier.
de ſucceſ. theorem. 76. per tot. & ſignantèr
7 *num. 9. Torr. de pact. futur. ſucceſſ. lib. 2.*
cap. 25. num. 87. & ſeq. & in fortioribus
terminis habetur, quod profeſſus in ali-
qua Religione non redeat ad bona renun-
ciata, etiàm poſt ſuppreſſionem Religio-
nis *Torr. de pact. futur. ſucceſſ. lib. 2. cap.*
25. num. 95. & 96. & Rot. coràm Burat. de-
ciſ. 510. num. 2. & deciſ. 576. numer. 3. &
in recent. deciſ. 221. part. 12. proùt etiàm
8 Religioſus, ſi ex diſpenſatione Apoſtoli-
ca redeat ad Sæculum ſolutus à votis, non
recuperat bona alteri renunciata occaſio-
ne ingreſſus in Religionem, niſi Summus
Pontifex expreſsè reintegraret perſonam
etiàm prò recuperandis bonis renuncia-
tis, & à tertio poſſeſſis *Carol. de Graſ. de ef-*
fect. clerical. effect. 4. numer. 102. & 104.
Hond conſ. 62. num 47. & 48. lib. 1. Mart.
de ſucceſſ. legal. part. 3. quæſt. 13. articul. 2.
num. 10. cum multis alijs apud Cutel. de donat.
diſc. 2. part. 6. num. 3. qui vlteriùs in nu. 4.
9 concludit idem eſſe ſeruandum in Religio-
ſo, qui ex indulto Pontificio de Religione
incapaci tranſitum facit ad aliam capa-
cem, dùm in iſto caſu non recuperat hæ-
reditates alteri delatas tempore, quo ipſe
erat incapax.

Quæ dixi in terminis Regularium eie-
10 ctorum à ſuis Religionibus, non adaptan-
tur Ieſuitis dimiſſis antè profeſſionem ſo-
lemnem, nàm iſti ſecundum veram opi-
nionem recuperabunt omnia bona renun-
ciata, & relicta ratione ingreſſus in Reli-
gionem, de qua mater a latè apud *De Ma-*
rin. reſolut. quotidian. lib. 2. cap. 195. per
tot. Torr. de pact futur. ſucceſſ. cap. 25. num.
101. & ſeq. dum ipſi antè ſolemnem pro-
feſſionem adhùc dicuntur eſſe in proba-
tione, vti probaui in *Vot. 52. num. 5. & 6.*

ARGVMENTVM.

INdultum transferendi penſiones conceſſum Conclauiſtis, & Dapiferis comprehendit etiàm Conclauiſtas, & Dápiferos Vxoratos, & penſiones reſeruatas ſupèr diſtributionibus quotidianis.

SVMMARIVM.

Indultum transferendi penſiones conceſſum Conclauiſtis extenditur etiàm ad Vxoratos nu. 1.

Præſeruata facultate retinendi non cenſetur præſeruata facultas transferendi num. 2.

Declara num. 3 & 4.

Indultum transferendi penſionem extenditur etiàm ad penſiones reſeruatas ſupèr diſtributionibus quotidianis num. 5.

Diſtributiones quotidianæ quando veniant ſub appellatione fructuum num. 6.

Digitized by Google

VOTVM CLXXI.

CEnſui fuiſſe validam translationem
penſionis, factam ad fauorem D.
Bernardini de Sauijs.
Non releuante, quod Stephanus licèt
Dapiferus, vti Vxoratus non habuerit
facultatem transferendi penſionem, nàm
1 Indultum conceſſum Dapiferis de tranſ-
ferendo quaſcumque penſiones vſque ad
ſummum Ducatorum 100. indiſtinctè lo-
quitur de omnibus Dapiferis, & propte-
reà debet comprehendere omnes quamuis
Vxoratos; conſiderando præcipuè, quod
ratio concedendi præfatum indultum fuit
ſola contemplatio ſeruitiorum, in concla-
ui creationis Pontificis concedentis præ-
ſtitorum per Conclaniſtas, ſeù Dapife-
ros; quæ ratio cum militet tàm in Vxo-
ratis, quàm in alijs, ſequitur vt omnes
pari modo priuilegiati cenſeantur, vti re-
lictis generalibus in puncto firmauit *Rot.
in Romana penſionis* 15. *Februarij* 1664. *co-
ràm Ninot. quæ decifio eſt impreſſa poſt Torr.
de pact. futur. ſucceſ. deciſ.* 126.
Minùs obſtat quod Pontifex in eodem
indulto permiſerit, vt Dapiferi poſſint re-
2 tinere penſiones vſque ad ſummam duca-
torum 200. etiamſi Matrimonium contra-
xerint, vndè ex hoc inferre prætendeba-
tur, quod in antecedenti indulto de tranſ-
ferendo non eſſent comprehenſi Vxorati,
eo fundamento, quod preſeruata faculta-
te retinendi penſiones non cenſetur data,
& præſeruata facultas transferendi, quæ
requirit etiàm ſpecialem mentionem *Ton-
dut. de penſion. cap.* 31. *num* 32. *& cap.* 73.
num. 9. *Gratian. diſcept.* 551. *nu.* 32. *&* 33.
Pariſ. de reſignat. lib. 6. *quæſt.* 4 *numer.* 29.
Spada conſ. 74. *lib.* 3. *num.* 1. *& ſeq. Rot. de-
ciſ.* 143. *num.* 1. *part.* 2. *& deciſ.* 485. *num.*
7. *part.* 4. *& deciſ.* 287. *numer.* 15. *& ſeq.
part.* 18. *recent.*
Quoniàm obiectum procederet in ha-
3 bente facultatem transferendi penſionem,
qui ſi perueniret ad dignitatem Epiſcopa-
lem, per cuius acquiſitionem penſio va-
cat, deberet obtinere non ſolùm gratiam
retinendi penſiones, ſed illas transferen-
di, quia in iſto caſu ſimplex indultum reti-
nendi non extenditur ad facultatem tranſ-
ferendi.
At iſte non eſt caſus præſentis contro-
4 uerſiæ, ſed potiùs omninò diuerſus, nàm
Pontifex conceſſit omnibus Dapiferis fa-
cultatem transferendi, & progrediendo,
ac ampliando indultum declarauit eſſe ca-
paces penſionum vſque ad ſummam du-
catorum 200. etiàm Conclaniſtas Vxora-
tos, vndè ex iſta noua ampliatione, ſeù
declaratione non eſt deſtruenda gratia
antecedentèr conceſſa, in qua vti ſuprà
probaui ſunt comprehenſi etiàm Dapiferi
vxorati, tàm ratione amplitudinis verbo-
rum, quàm ex veriſimili mente conceden-
tis, tùm quia quando indultum retinendi
facit mentionem transferendi, tunc cen-
ſetur etiàm preſeruata facultas transfe-
rendi, vti in puncto reſpondit *Rot. in dicta
deciſ.* 126. *poſt Torr. de pact. futur. ſucceſſ.
num.* 6. *&* 7. *& coràm Ninot. deciſ.* 61. *num.*
6. *&* 7. & latè ad materiam *Card. de Luca
de penſion. diſc.* 78. *per tot. Tondut. de pen-
ſion. cap.* 73. *num.* 9 *&* 10.
Eiuſdem irreleuantiæ eſt vltimum
5 obiectum, nempè quod indultum tranſ-
ferendi non comprehendat penſiones re-
ſeruatas ſupèr diſtributionibus quotidia-
nis, quià quidquid ſit ſi præſens canonica-
tus haberet præbendam, certum eſt cum
6 agatur de canonicatu conſiſtente in ſim-
plicibus diſtributionibus quotidianis (ne
detur canonicatus ſinè præbenda) quod
diſtributiones aſſumant naturã fructuum,
& indultum transferendi extẽdatur etiàm
ad penſiones reſeruatas ſupèr canonicatu
habente ſolas diſtributiones *Rot. in dict.
deciſ.* 126. *num.* 10. 11 *&* 12. *poſt Turr. de
pact. futur. ſucceſ. & generalitèr tradunt gloſ.
in cap. vnico, verb. recepit de cleric. non reſi-
dent. in* 6. *Geminian. in cap præſenti numer.*
19. *de offic. delegat. Monet. de diſtribut. par.*
1. *quæſt.* 6. *num.* 16. *Cæſar. de Graſ. deciſ.* 8.
num. 1. *& ſeq. de probat. Rot. coràm Duran.
deciſ.* 285. *num.* 99. *& deciſ.* 411. *num.* 7.

ARGVMENTVM.

TEmpore Sedis Epiſcopalis vacan-
tis, an iuriſdictio poſſit reſidere
penes aliam perſonam, quàm Capitu-
lum ſtante antiqua conſuetudine, &
an tali caſu electio Vicarij Capitularis
ſpectet ad Capitulum, & reſoluitur fa-
uore Archidiaconi, & contrà Capitu-
lum Gerundenſe.

SVM-

SVMMARIVM.

Sede Epiſcopali vacante ius adminiſtrandi Eccleſiam ſpectat ad Capitulum num. 1.

Limita ſtante conſuetudine in contrarium numer. 2.

Quando adeſt reſiſtentia iuris requiritur vel immemorabilis, vel ſaltem quadragenaria cum titulo num. 3.

Et quando dicatur ius reſiſtere num. 4. & 5.

Quadragenaria præſcriptio cum titulo colorato, & putatiuo ſufficit etiàm quando adeſt reſiſtentia iuris num. 6.

Scriptura informis recipit robur ab adminiculis num. 7.

Actus contrarij facti tempore abſentia Archidiaconi non interrumpunt præſcriptionem, & conſuetudinem num. 8.

Actus quando non ſunt nec contrarij, nec incompatibiles non interrumpunt conſuetudinem num. 9.

VOTVM CLXXII.

CVm in Ecclesia Gerunden. adſit antiqua conſuetudo adminiſtrandi Epiſcopatum Sede vacante per Archidiaconum de Rogationibus putaui ſeruandum eſſe ſolitum.

Quia licèt tàm ex diſpoſitione iuris,
1 quàm Sacri Concilij Tridentini ius administrandi Eccleſiam Sede vacante ad Capitulum deuoluatur, nihilominùs ſupradicta regula limitatur ſtante contraria anti-
2 qua conſuetudine, vti relictis generalibus in puncto aliàs reſpondit *Rota in hac cauſa Gerunden. coràm Gregor. deciſ.* 411. *num.* 1. *& latè diſputato denuo articulo in eadem Gerunden. adminiſtrationis Epiſcopatus Sede vacante* 20. *Iunij* 1687. *coràm bo. me. Emerix per tot.*

Non releuante, quod ad præſcribendum (ſtante aſſiſtentia iuris fauore Capituli)
3 requiratur vel immemorabilis, vel ſaltèm quadragenaria cum titulo, quia obiectum vrgeret, quando ius commune non ſolum aſſiſteret Capitulo, ſed vlteriùs reſiſteret Archidiacono; at ſecùs prout in
4 præſenti themate, quando ius ſolùm aſſiſtit Capitulo, nec vlteriùs procedit reſiſtendo Archidiacono, nàm in his circumſtantijs ſufficit ſimplex quadragenaria etiã ſinè titulo *Vitalin. in Clem. Statutum* §. *cæterum num.* 30. *de election. Gemin. in cap. generali nu.* 12. *de election. in* 6. *Felin. in cap. ſi diligenti nu.* 9. *de præſcript. Petr. de Vbald. ibidem nu.* 16. *Fagnan. in cap. cum Eccleſia Sutrina nu.* 33. *de cauſ. poſſeſſ. & proprietat. Spad. conſ.* 159. *nu.* 2. *&* 3. *lib.* 1. *Lotter. de re benef. lib* 2. *quæſt.* 21. *nu.* 47. *&* 48. *Rot. deciſ.* 993. *nu.* 2. *&* 5. *coràm Pen. & deciſ.* 120. *nu.* 7 *part.* 3. *recent. & in puncto Rot. in dicta Gerunden administrationis Epiſcopatus Sede vacante* 24. *Ianuar.* §. *nec magis releuat, &* 20. *Iunij* §. *neque demum* 1687. *coràm bo: me Emerix.*

Nec obficit, quod ius commune ſatis re-
5 ſiſtat Archidiacono, dùm concedit Capitulo priuatiuè iuriſdictionem quoad omnes alios; quia prò effectu de quo agitur non eſt ſufficiens leuis reſiſtentia, ſed vlteriùs requiritur, quod omninò irritetur contraria poſſeſſio, & conſuetudo, tùm quia ius expreſsè diſponit, Archidiaconum poſſe præſcribere iuriſdictionem, ſeù adminiſtrationem Sedis vacantis vigore conſuetudinis antiquæ vt in *cap. generali de election. in* 6. *Clementina Statutum* §. *cæterum eodem tit.* & proindè etiam attenta diſpoſitione iuris communis dicitur relaxata ad illius fauorem reſiſtentia iuris, ità vt ab Archidiacono præſcribi poſſit ſimilis iuriſdictio etiàm per quadragenariam, quæ continetur ſub appellatione antiquæ cõſuetudinis *gloſ. in cap. vt litigantes verb. Statuimus de offic. ordinar. Innocen. in capit. cum dilectos num* 1. *de conſuetud. Rot. coràm Caual. deciſ.* 459 *num.* 4. *cum alijs in dicta Gerunden. adminiſtrationis Epiſcopatus Sede vacante* 20. *Iunij* 1687. §. *non obſtante coràm bo. mem. Emerix.*

Et quatenùs cum quadragenaria requiretur titulus, in præſenti iſte non deficit, dùm ex antiquo libro apparet ſupradictam iuriſdictionem ſpectare ad Ar-
6 chidiaconum, nec inſiſtendum eſſe putaui ſuper defectibus eiuſdem libri, qui à Scribentibus prò Capitulo prætendebatur omninò informis, cum in hac materia, de qua agitur non requiritur titulus vndequaque validus, & iuſtus, ſed ſufficit putatiuus, & coloratus ad *tradit. per gloſ. in cap. de quarta verb. ſe poſſe in fin. de præſcript. Capyc. deciſ.* 189. *num.* 10. *Adden. ad Gregor. deciſ.* 289. *num.* 15. *Rot. apud Garz. de benef. par.* 12. *cap.* 2. *num.* 241. *& ſeq. & in Baren. iuris votandi* 13. *Februarij* 1663. §. *vel quia coràm Veroſpio, & bene fuit*

conſi-

conſideratum in hac cauſa in dicta Gerunden. Adminiſtrationis Epiſcopatus Sede vacante 24. Ianuar. §. verum quando, & 20. Iunij §. cæterum 1687. coràm bo. me. Emerix.

Præſertim quia dictus liber eſt admini-
7 culatus tàm ab antiquitate ſcripturæ, quã
etiàm ab obſeruantia, quæ dant robur
etiam ſcripturæ informi multi, quos retuli
in *vot.* 28. *nu.* 2. & *vot.* 88. *nu.* 12. 55. & 56.
& *Rot. coràm Caualer. deciſ.* 641. *num.* 9. *coràm Coccin. deciſ.* 958. *num.* 8. *cum alijs adductis per Rot. in hac cauſa Gerunden. adminiſtrationis Epiſcopatus Sede vacante* 24. *Ianuarij* 1687. §. *nec refert coràm bo. me. Emerix.*

Nec ſupradicta cõſuetudo aſſiſtens Ar-
8 chidiacono extenuatur ex aliquo actu, in
contrarium prò parte Capituli deducto,
quia ille apparet factus tempore abſentiæ
Archidiaconi, proùt deſumitur ex iuſtificationibus datis ab eodem Capitulo, quod
in illis ingenuè declarauit deueniſſe ad deputationem Vicarij Capitularis ſtante abſentia Archidiaconi, & propterea ſimiles
9 actus tamquàm non contrarij, nec incom-
patibiles conſuetudinem vetuſtam non interumpunt *Cancer. var. reſolut. cap.* 4 *num.* 123. *Adden. ad Gregor. deciſ* 162. *num.* 14. *Rot. deciſ.* 356. *num.* 4 *par.* 1. *recent.* & *deciſ.* 543. *num.* 13. *coràm Bichio, & in Amerina fideicom.* 28. *Iunij* 1679. §. *neque illi coràm cla. me. Card Vicecomite, & in dicta Gerunden. adminiſtrationis Epiſcopatus Sede vacante* 24. *Ianuarij* 1687. §. *hinc non obſtant coràm bo. me. Emerix.*

Imò potiùs ex eiſdem actibus magis augetur, & confirmatur ius, & conſuetudo fauore Archidiaconi ſtante confeſſione eiuſdem Capituli, vti obſeruatur à *Rota in dicta Gerunden.* §. *tùm etiàm.*

ARGVMENTVM.

CAnonicus ex diſpenſatione Apoſtolica retinens duos Canonicatus in duabus Eccleſijs, lucratur fructus vtriuſque reſidendo in vna Eccleſia; Imò ſtante iuſta cauſa etiamſi fuerit abſens ab vtraque lucratur fructus vtriuſque Canonicatus, & quando in his terminis dicatur legitima abſentiæ cauſa.

SVMMARIVM.

Diſtributiones quotidianæ debentur ſolùm intereſſentibus num. 1.

Canonicus retinens duos Canonicatus reſidens in vno lucratur fructus vtriuſque ſtante diſpenſatione Apoſtolica num. 2.

Amplia etiamſi fuerit abſens ab vtroque ex cauſa litis vnius tantum Canonicatus num. 3.

Canonicus vt legitimè abſit cauſa litis, requiritur, quod lis ſit ſuper ſtatu perſonæ, vel beneficij num 4.

Et quando ſufficiat, quod lis ſit tantum ſuper fructibus num. 5.

Lis ſuper titulo non dicitur terminata, quando fructus non poſſunt conſequi num. 5.

Licentia abſentiæ ab Ordinario obtenta iuncta cauſa ſufficit vt Canonicus lucratur fructus num. 6.

VOTVM CLXXIII.

ADmittebam in hac cauſa Calagurita-
na priùs diſputata in Sacra Congre-
gatione Concilij, & deindè in Sac.
1 Rota, quod diſtributiones quotidianæ de-
beantur ſolùm Canonicis intereſſentibus
tex in cap. 1. *de Cleric non reſidentibus Sac. Concil. Tridentin. ſeſſ.* 24. *cap.* 12. §. *diſtributiones Rot. coràm Rembold. deciſ.* 587. *n.* 1. *coràm Bich. deciſ.* 65. *num.* 1. & *in Barchinonen. diſtributionum* 19. *Iunij* 1690. *coràm R. P. D. Caprara* §. *non eſt.*

Solumque dicebam, quod cũ in præſenti ageretur de Archidiacono, & Canonico, qui ex diſpenſatione Apoſtolica Archidiaconatum, & Canonicatum retinebat, reſidendo in vna Eccleſia vtriuſque fructus, & diſtributiones lucrari deberet, nàm præfatus Archidiaconus, dùm naturalitèr in vtraque ſede reſidere non poſſit, reſidendo in vna ſatisfacit virtualitèr, & ciuilitèr vtrique *Gemin. in cap. non poteſt* §. *illud numer.* 11. & *Franch. num.* 5. *de præben. in* 6. *Felin. in cap. at ſi Cleric.* §. *de adulterijs ſub nu.* 16. *de Iudic. Rot. deciſ.* 703. *nu.* 2. *par.* 4. *recen. tom.* 3. & *coràm Sa. me. Alexand. VIII. deciſ.* 58. *num.* 22. & 23. & *in hac cauſa Calaguritana fructuum* 5. *Decembris* 1691. *coràm bo. me. Benincaſa* §. *quoniam confirmata prima Iulij* 1693. *coràm Priolo* §. *huic enim.*

Quibus præmiſſis non aduerſatur, quod
3 dictus Canonicus ab vtraque Eccleſia fue-
rit abſens cum ex cauſa litis Archidiaco-

natus

natus acceſſerit ad Vrbem, vndè prætendebatur, quod in tali caſu ſolùm lucrari potuiſſet fructus, & diſtributiones illius Archidiaconatus, qui dedit cauſam liti, & abſentiæ, non autèm alterius Canonicatus.

Quia vt ſupra dixi, non poteſt dari obiectiua reduplicatio perſonarum, nec vnus Canonicus reſidere poteſt in duplici Sede, ideoque etiam ſi Canonicus abſit cauſa litis vnius Canonicatus, debet lucrari fructus vtriuſque, nàm contradicit nimis æquitati, quod proptèr aſſiſtentiam liti alioquin præſtandam, legitimè à reſidentia abeſſet vti Archidiaconus, quandò è conuerſo vti Canonicus adeſſe cogeretur reſidentiæ Eccleſiæ ad tradita in his terminis per *Nauar. conſ. 14. per tot. de Cleric. non reſident. Lotter. de re benef. lib. 1. quaſt. 15. num. 45. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 53. num. 127. & de Canonic. cap. 21. ſub num. 19. verſ. eo quod Rot decis. 703. ex num. 3 parr 4. recent tom. 3. & coràm Merlin. decis. 122. num. 3. & in dicta Calaguritana 5. Decembris 1691. coràm bo. mem. Benincaſa §. quoniam, & prima Iulij 1693. coràm Priolo §. nec tales fructus, & §. ſeq.*

Non releuante, quod dictus Archidia-
4 conus nec minùs habuerit iuſtam cauſam abſentiæ, cum lis non eſſet ſupèr re graui, dum non tangebat nec Statum Perſonæ, nec beneficij, ſed tantùm ſuper fructibus *Archidiacon. in cap. licèt cauſam ſub num. 7. de election. Rot. deciſ. 288. num. 2. coràm Vbald. Sen.*

Quia quando lis eſt cum Capitulo, tunc
5 illa excuſat à reſidentia, etiàmſi verſaretur controuerſia circa fructus dumtaxat, ea ratione quia aliàs Capitulum ex propria cōtumacia poſſet lucrum captare, vti limitando contrarias auctoritates firmarunt de *Marin. reſolut 40. num. 13. lib. 1. Pignatel. conſult. 36. ſub nu. 6. verſ. etiamſi tom. 3. Rot. coràm Seraph. deciſ. 1098. num. 8. & deciſ. 1131. num. 7. & coràm Burat. deciſ. 594 n. 11. & in dicta Calaguritana fructuum 5. Decembris 1691. coràm bo. me. Benincaſa §. releuante*, proindequè Archidiaconus impeditus reſidere ex facto Capituli debet fructus lucrari *Gratian. diſcept. 191. n. 41. Adden. ad Gregor. deciſ. 154. nu. 8. verſ. hac tamen licentia, & Adden. ad Pamphil. deciſ. 458. ſub num. 10. in fin. & deciſ. 726. nu. 7. Rot. coràm Coccin. deciſ. 21. num. 1. & ſeq. coràm Rembold. deciſ. 132 num. 5. & 6. & in recent. deciſ. 117. num. 19. par. 15.* Maximè quia lis vſque ab initio fuit ſuper titulo Archidiaconatus, & licèt ſi poſteà terminata lite ſuper titulo excitata fuerit alia prætenſio à Capitulo ſuper fructibus, nihilominùs non dicitur noua lis, ſed potiùs illius continuatio, imò dùm iſti fructus veniunt in ſequelam principalis Iudicij, di-
5 cendum eſt, vt vna, & eadem fuerit cauſa, cum Archidiaconus plenariè reintegratus ad titulum beneficij dici non poſſit, niſi etiàm illius fructus fuerint eidem reſtituti *Rot. apud Poſt. de manutent. deciſ. 17. num. 3. cum ſeq. & coràm Cerro deciſ. 691. num. 7. & in recent. deciſ. 42. num 5. par. 4. tom. 1. & deciſ. 324. num 5. par. 16. & proſequitur Rota in dicta Calaguritana fructuum prima Iulij 1693. coràm R. P. D. Priolo §. hoc tamèn obiectum.*

Accedente vlteriùs licentia abſentiæ ab Ordinario obtenta prò tempore indefinito, quæ ſola eſt ſufficiens concurrente cauſa *gloſ. in cap relatum verb. Pralatorum de Cleric. non reſiden. & ibi Abbas num. 4. Ciarlin. controuerſ. 226. num. 3. & ſeq Rot. deciſ. 1. num. 3. par. 4. recent. tom. 2 & coràm Vbaldo Sen. deciſ. 288. num. 1. & in dicta Calaguritana 5. Decembris 1691. §. nec quidquàm coràm bo. me. Benincaſa.*

ARGVMENTVM.

Filiæ excluſæ per Statutum an, & quando faciant numerum prò augenda legitima maſculorum. Dos an, & quando ſuccedat loco legitimæ.

SVMMARIVM.

Legitima debetur de bonis alteri ex filijs donatis num. 1.

Legitima exiſtentibus quinque filijs eſt ſemis num. 2.

Filiæ excluſæ per Statutum quando faciant numerum ad augendam legitimam maſculorum num. 3. & 4.

Dos quando ſuccedat loco legitima à num. 5. vſque ad 12.

Digitized by Google

VOTVM CLXXIV.

MIhi viſum fuit in hac cauſa, quod
Franciſco legitima deberetur etiã
ſuper bonis alteri ex filijs dona-
1 tis, *Rouit. deciſ.* 100. *num.* 26. *Surd. conſ.*
332. *ſub num.* 13. *Peregrin. de fideicom. art.*
36. *num.* 31. *Rot. deciſ* 86. *per tot. poſt Mer-*
lin. de legitim. coràm Gregor. deciſ. 539. *nu-*
mer. 2. *& ſeq. & in recent. deciſ.* 47. *num.* 11.
par. 17.

Pariterque dubitari non poterat, quod
2 exiſtentibus quinque filijs, ſcilicèt duobus
maſculis, & tribus fœminis eſſet ſemis aſ-
ſignanda prò legitima *auth. nouiſsima C. de*
in offic. Teſtament.

Non obſtante Statuto excludente fœ-
3 minas à ſucceſſione, quia cum eorum do-
tes ſucceſſerint in locum legitimæ, ſequi-
tur vt illæ licèt excluſæ faciant partem ad
augendã legitimam Maſculorum *Bellon. de*
iur. accreſcen cap. 6. quaſt. 15. *num.* 9. *circa*
finem verſ hinc frequentius, & num. 10. *&*
12 *Torr de pact futur. ſucceſſ. lib.* 2. *cap.* 47.
num. 41. *Rot. deciſ.* 137. *num.* 9 *par.* 6. *& co-*
ràm Priolo deciſ. 134. *num.* 18. *cum alijs in*
Anconitana legitima 16. *Iunij* 1687. §. *quod*
enim coràm R. P. D. Caprara.

Quæ concluſio procedit etiàm concur-
4 rente diſſenſu vnius ex maſculis, quia ſe-
cundum æquiorem opinionem fœminæ fa-
ciunt numerum dicto diſſenſu non obſtan-
te *Rot. coràm Coccin deciſ.* 1285. *num.* 9. *re-*
petita poſt Merlin de legitim. deciſ. 106. *&*
in recent deciſ. 128. *num.* 11. *par.* 13. *& in*
dicta Anconitana legitima §. *catera*, vbi vl-
teriùs firmatur, dictam concluſionem pro-
cedere etiàm ſi ageretur de legitima de-
trahenda ab hæreditate materna.

Quod autem in præſenti dos ſucceſſerit
5 loco legitimæ deſumitur ex præſumptio-
ne iuris ad *text in auth. nouiſsima C. de in-*
offic. Teſtament. ac etiàm ex diſpoſitione
Statutaria incipiente non ab excluſione,
ſed à dotatione iuxta diſtinctionem paſſim
receptam, de qua dixi in *vot.* 59. *num.* 12.
& addo Rot. in Anconitana legitima 16. *Iunij*
1687. *coràm R. P. D. Caprara* §. *nec dubita-*
runt.

Et quamuis in alia parte eiuſdem Sta-
6 tuti diſponatur, quod maſculi, qui ſucce-
dunt in tota hæreditate teneantur filiam,
Sororẽ, vel Neptem indoratam maritare,
& dotare, ex quibus prætendebatur deſu-
mere, quod Statutum priùs excludat, &
poſtea mandet dotare, & proindè quod nõ
verſamur in caſu, in quo dos non ſuccedat
loco legitimæ.

Nihilominùs prò remotione obiecti cõ-
7 ſideranda eſt integrè tota diſpoſitio Statu-
ti, cum voluntas Statuentium arguatur
etiàm ex coniecturis, proùt in hac facti
ſpecie conſiderat *Rot. in deciſ.* 208. *num.* 10.
par. 8. *& deciſ.* 156. *num.* 11. *par.* 15. *& in*
dicta Anconitana §. *nec obſtare.*

Nàm Statutum diſponit filiam eſſe do-
8 tandã competentèr iuxtà vires hæredita-
rias, ex qua circumſtantia reſultat dotem
ſuccedere in locum legitimæ, dum dos cõ-
petens eſt illa, quæ ſecundum legitimam
regulatur vti in terminis, de quibus agitur
ponderarunt *Mangil. de imputat. quaſt.* 57.
num 27. *&* 28. *Rot. coràm Bich. deciſ.* 88.
num. 9. *& ſeq. & in recent. deciſ.* 208. *nu.* 16.
par. 8. *& deciſ.* 156. *num.* 12. *par.* 15.

Quibus additur, quod Statutum diſpo-
9 nit, quod in caſu, quo fratres reluctarent
dotare ſorores, quãtitas dotis eſſet decla-
randa per Iudicem cum conſenſu quatuor
conſanguineorũ, ex qua circumſtantia in-
ſurgit voluntas ſubrogandi dotem in locũ
legitimę, cum tàm Iudex, quam conſangui-
nei non debeant arbitrare dotem mino-
rem legitima *Eugen. conſ.* 3. *ſub num.* 43.
verſ. bonus autèm vir. Rot. deciſ. 156. *nu.* 15.
part. 15. *recent. & in dicta Anconitana* §. *ſu-*
pradicta.

Quæ omnia magis augentur attenta
10 diſpoſitiore eiuſdem Statuti, mandantis
fœminas ſic dotatas non poſſe aliud pete-
re, vel prætendere, quo caſu dotem eſſe
ſubrogatam in locum legitimæ ſcripſerunt
Boſſ. de dote cap. 7. *num.* 81. *in fin. Card. de*
Luca eod. tract. diſc. 13. *nu.* 9. *Rot. deciſ.* 156.
nu. 12. *&* 13. *par.* 15. *cum multis alijs in di-*
cta Anconitana §. *& clarior.*

Præſertim quia perpenſa integra Sta-
tuti diſpoſitione, reſultat fuiſſe fœminas
non ſimplicitèr proptèr maſculos, ſed
propter dotem excluſas, & proindè in iſtis
terminis dotem ſuccedere in locum legiti-
mæ tradiderunt *Card. de Luca de dote diſc.*
13. *ſub n* 4. *verſ. verba igitur Rot. deciſ.* 208.
num. 2. *par.* 8. *recent. & in dicta Anconitana*
§. *additur.*

Quibus poſitis non aduerſatur, quod
11 Statutum vtendo verbis *maritare, e dota-*
re, videatur differre ſolutionem dotis ad
tem-

tempus Matrimonij, & ſic excludere qualitatem legitimæ, quæ ſtatim debetur non expectato tempore nuptiarum, vti iàm dixi in *Vot. 39. num.* 12. 13. *&* 14.

Quoniàm hæc ſimplex coniectura non debet infringere, & deſtruere tot alias coniecturas in contrarium allatas, cum in hac materia Iudex debet omnia vnitim conſiderare, vt reſoluere debeat qualis veriſimilitèr fuerit voluntas ſtatuentium; tum quià non implicat, quod Statutum ſubroget dotem in locum legitimæ, & eodem tempore limitet quantitatem, & differat ſolutionem ad tempus nuptiarum *clar. me. Card. de Luca de dot. diſc.* 13. *num.* 10. *& magiſtralitèr Rot. in deciſ.* 538. *num.* 4. *&* 5. *part.* 1. *diuerſor. & in Anconitana legitima* 16. *iunij* 1687. *coràm R. P. D. Caprara* §. *hinc non obſtat*.

ARGVMENTVM.

EXaminatur quando dos conſiſtat in fundo, ſeù in quantitate.

SVMMARIVM.

Viduæ ad formam Statuti Vrbis debentur alimenta antè reſtitutionem dotis num. 1.

Alimenta debita Vxori debentur maiora fructibus dotalibus, quando dicti fructus non ſufficerent prò alimentis num. 2.

Alimenta integra debentur Viduæ, etiamſi eſſet reſtituta eidem aliqua pars dotis num. 3.

Dos quando dicatur conſiſtere in quantitate, vèl in fundo à num. 4. *vſque ad* 15.

Capitula Matrimonialia ſi diſcordent ab Inſtrumento debent attendi Capitula num 10.

Dos non poteſt alterari ſine conſenſu Mulieris num. 11.

Expedit Mulieri habere dotem potiùs in quantitate, quàm in fundo num. 12.

Dictio prò ſignificat idem, quod vicè, ſeù loco n. 13.

VOTVM CLXXV.

NOn controuertebatur in hac cauſa, quod ad formam Statuti Vrbis hæredes Viri tenerentur præſtare ali-
1 menta D. Dorotheæ Viduæ, ſolumque impugnabatur quantitas alimentorum, taxata in ſeutis decem in quolibet Menſe.

Sed perpenſis omnibus circumſtantijs non fuit exceſſiua quantitas alimentorum
2 taxata, non obſtante, quod fructus dotales non correſponderent dictæ quantitati alimentorum; quià non ſempèr regulanda eſt quantitas alimentorum à fructibus dotalibus, & præſertim quando attenta qualitate perſonæ alendæ fructus non ſufficerent prò alimentis *Mart. Medic. deciſ. Senen.* 89. *num.* 34. *Ludouiſ. deciſ.* 462. *per tot. Rot. in Romana dotis* 3. *Martij* 1687. *coràm R. P. D. Molines* §. *non attentis*.

Nec ad minuenda dicta alimenta conſiderari debet, quod per hæredes Viri
3 prædefuncti fuerit reſtituta aliqua pars dotis, quià in iſtis terminis præſtatio alimentorum ſolummodo euitatur, quando integra dos eſſet reſtituta *Capyc. deciſ.* 24. *num.* 6. *de Franch. deciſ.* 489. *nu* 23. *Giurb. ad conſuet. Meſſan. gloſ.* 15. *num.* 13. *in fin. Antonel. de tempor. legal. lib.* 2. *cap.* 20. *num.* 7. *Conciol. de harede articul.* 3. *in fine num.* 162. *Rot. in dicta Romana dotis* 3. *Martij* 1687. *coràm R. P. D. Molines* §. *atque hinc.*

Quod autèm dos eſſet reſtituenda in
4 quantitate, & non in fundo deſumitur ex Inſtrumento dotali, in quo dotis promiſſio incipit à quantitate ibi -- *S'obligano darli ſcudi* 2500. *DD. in l. quoties, & in l. cum dotem* 10 *C. de iur. dot. Gratian. diſcept.* 38. *num* 29. *& ſeq. Theſaur. quaſt. forenſ. lib* 3. *quaſt.* 21. *num.* 1. *Fontanel. de pactis clauſ.* 5. *gloſ.* 8 *part.* 13. *à nu.* 40. *ad* 44. *Hodier. ad Surd. deciſ.* 278. *num.* 2. *& ſeq. Facchineus contr. iur. lib.* 12. *cap.* 74. *verſ. primo quia Card. de Luca de dote diſc.* 158. *num.* 8. *Rot. coràm Bich. deciſ.* 350. *num.* 22. *& in recent. deciſ.* 98. *num.* 7. *part.* 18.

5 Et vltrà promiſſionem incipientem à quantitate adeſt aſſignatio paritèr in quantitate ibi - *aſſegnare ſcudi* 2000. *in tanti cenſi*, quæ verba demonſtrant quantitatem fuiſſe in obligatione, & cenſus in facultate ſoluendi *l. quamuis* 45. *ff. de ſolut. Neguſan. de pignor. quaſt.* 526. *num.* 1. *Surd. conſ.* 325. *num.* 6. *Burat. deciſ.* 287. *num.* 1. *&* 2. *& in recent. deciſ.* 655. *num.* 4. *&* 5. *part.* 4. *tom.* 1. *& deciſ.* 63. *num.* 9. *part.* 13. *& in Romana dotis* 3. *Martij* 1687. *coràm R. P. D. Molines* §. *& ſimilitèr*.

Ita vt cenſus in tali caſu cenſeantur
6 dati in ſolutum prò quantitate, vti benè explicat *clar. me. Card. de Luca de dote diſc.* 158. *ſub num.* 23. *in fin. & tradit Rot. in dicta Romana dotis* 3. *Martij* 1687. *coràm R. P. D. Molines dict.* §. *& ſimilitèr*.

Præſertim quia ad complendam ſum-
7 mam ſcutorum 2500. in dote aſſignatam non ſufficiebant cenſus enunciati, qui conſtituebant tantùm ſummam ſcut. 2000. & ſic reliqua ſcuta 500. fuerunt ſoluta in pecunia, vndè vt eadem dos non conſiſtat prò parte in quantitate, & prò parte in
8 fundo, dicendum eſt totam conſiſtere in quantitate *Hond conſ. 52 numer. 7. Giurb. ad conſuetud. Meſſan. cap 15. gloſ. 1. part. 1. numer. 14 Conciol allegat. 7. numer. 24. Card. de Luca de dote diſc. 158. numer. 16. Rot. coràm Pamphil. deciſ. 2 coràm Bich. deciſ. 350. numer. 25. & in recent. deciſ. 231. num. 15. part. 9. & deciſ. 69. num. 2. part. 15. & deciſ. 10. num 9. part. 16* maximè quià in Capitulis Matrimonialibus numquàm fuit facta mentio fundi dotalis, ex qua circumſtantia ſempèr creſcit argumentum ad credendum, quod dos in quantitate fuerit conſtituta, vti obſeruat *Rot. in dicta Romana dotis 3. Martij 1687. §. caeterum coràm R. P. D. Molines.*

Quibus firmatis non aduerſatur pa-
9 ctum reſtituendi dotem in ijſdem bonis aſſignatis, quod de ſui natura denotat dotem conſiſtere in fundo *l. cum poſt. 70. §. cum res ff. de iur. dot l. ſi intèr virum C. eodem Fontanel. de pact nuptial. clauſ. 5. gloſ. 8. part. 13. num. 31. Bich. deciſ. 350. num. 20. & deciſ. 396. num. 8. part. 14.*

Quoniàm cum inſtrumentum diſcordet
10 à Capitulis, ſequitur vt ſint potiùs attendenda Capitula, quam inſtrumentum, vti in puncto reſpondit *Rot. in ſaepè citata Romana dotis 3. Martij 1687. coràm R. P. D. Molines §. ſiquidem*; tum quia cum eſſet
11 Mulieri ius quæſitum in Capitulis Matrimonialibus, non potuit ſinè eius conſenſu alterari natura dotis *l. ita conſtante 27. ff. de iur. dot. Card de Luca de dot. diſc. 57. num. 8 Rot. poſt Merlin. de pignor. deciſ. 74. num 11. & 12. & in recent. deciſ 3. num. 7. & deciſ. 55. num. 9. & 10. part. 15.* præſertim quia ex tali mutatione, ſeù alteratione reſultat notabile præiudicium Mu-
12 lieri, cui expedit habere dotem potiùs in quantitate, quàm in fundo *Rot. coràm Bich. deciſ. 350. num 26. & in recent. deciſ 277. num. 13 part. 15. & deciſ. 241. num. 19. & 20. part. 17. & deciſ. 98. num. 35. & 36. par. 18.*

13 Et quatenùs etiàm attendendum eſſet inſtrumentum nihilominùs ex illo colligitur contrahentes non habuiſſe animum recedendi à voluntate expreſſa in Capitulis Mattimonialibus; Etenim in inſtrumento legitur, quod præfati cenſus ſcutorum 2000. ſtare deberent prò fundo dotali, nàm ex illa dictione *prò* excluditur qualitas propria fundi dotalis cum dicta dictio *prò* ſignificet idem, quod *vicè, ſeù loco* vti relictis generalibus in noſtris terminis explicant *Andreol. contr. 313. num. 16. Rot. coràm Cerro deciſ. 874. num. 7. & deciſ. 20. num. 17. part. 15.*

Accedente etiàm, quod in dicto inſtru-
14 mento Vir obligauerit omnia bona ſua prò ſecuritate dotis, quæ obligatio, & aſſecuratio repugnat fundo dotali *Gratian. diſcept. 489. num. 1. & 7. & deciſ. 20. nu. 9. part. 15. recent. & deciſ. 98. num. 16. & 30. part. 18. coràm Cerro deciſ. 1174. num. 9. ad 12.*

15 Et tandèm non obſtat pactũ reſtituendi dotem eiſdem modo, & forma ſicùt fuit recepta, quià ex hoc pacto nil aliud deſumitur niſi, quod dos conſtituta in quantitate proùt in præſenti, ſit etiàm reſtituenda in quantitate *Gratian. diſcept. 38. num. 28. Conciol. alleg 7. num. 20. Mart. Medic. exam. 30. num 20 verſ 51. fuerit dictum Fontanel. de pact. nuptial. gloſ. 8. part. 13. num. 35. Rot. coràm Cerro deciſ. 874. numer. 19. & latè in dicta Romana dotis 3. Martij 1687. §. ſicùt etiàm coràm R. P D. Molines*, vbi vlteriùs adeſſant verba *di tenere, e conſeruare la dote nel valſente, che li ſi dà, e reſtituirla nell' iſteſſo modo, e forma.*

ARGVMENTVM.

CEnſus impoſitus ſupèr re aliena quando ſubſtineatur. Cenſus impoſitus ſupèr re infructiſera quando ſit validus.

SVMMARIVM.

Cenſus impoſitus ſuper re aliena, quando ſit validus num. 1. 2. 3. & 4.

Et quando debeantur in tali caſu fructus ſaltem loco damnorum, & intereſſe à n. 1. vſq; ad 4.

Cenſus impoſitus ſuper re infructifera quando ſubſtineatur num. 5.

Cenſus quando ſubſtineatur, licèt non interuenerit pecunia numerata num. 6.

VO-

VOTVM CLXXVI.

QVamuis Antonius impoſuerit cenſum ſupèr fundo alieno ad fauorem D. Matthæi Sturoli, nihilominùs
1 adhùc creditori debentur fructus promiſſi, ſi non vti fructus, ſaltèm vti damna, & intereſſe *clar. mem. Card. de Luca de cenſibus diſc. 8. num. 4. Cenc. de cenſ. quæſt. 14. num. 14. & ſeq. & quæſt. 88. ſub num. 15. Duard. eodem tract. §. 1. quæſt. 26. in fin. Rot. deciſ. 549. num. 4. & ſeq. poſt Cenc. de cenſ. & deciſ. 46. num. 11. part. 7. & in Romana cenſus 26. Iunij 168 ;. §. non obſtat primo coràm bo. me Emerix; & in altera Romana cenſus 14. Aprilis 1690. coràm R. P. D. Vrſino §. nèc ſubſiſtit.*

Non obſtante limitatione prefatæ re-
2 gulæ ſcilicèt, quod non procedat ſtante ſcientia creditoris *Rot. poſt Cenc. de cenſ. deciſ. 45. num. 1. & per tot. & in recent. deciſ. 178. num. 6. part. 4. & deciſ. 336. num. 5. part 19.*

Quoniàm prætenſa ſcientia creditoris
3 deſumitur ex vnico teſte aſſerente proùt infrà — *Io auuiſai il Sig. Matteo, che non daſſe à cenſo il denaro ad Antonio, atteſoche il fondo, che offeriua non foſſe proprio di detto Antonio, mà bensì d'vn ſuo Fratello habitante à Mantona, e che il Sig. Matteo mi riſpondeua quando anche il fondo non foſſe proprio, lui ſaria ſtato ſicuro, mentre il detto Antonio haueua vna buona Bottega aperta in Bologna*, & proindè cum dictus Teſtis ſit vnicus nihil probat, præſertim quia adhibitis quamplurimis diligentijs per Matthæum ſupèr qualitate fundi antè impoſitionem cenſus, & ſignantèr intèr Notarios Fori Ciuilis Legationis Bononiæ habuit reſponſum, quod prædium, de quo agitur fuiſſet proprium Antonij, dum iſte à pluribus annis recognitus erat vti Dominus à Colonis, ex qua facti circumſtantia omninò reſultat tàm bona fides, quàm ignorantia in Creditore.

Minùs obſtat ſuperuenta ſcientia in
4 Matthæo poſt annum à die impoſitionis cenſus, quia in terminis, de quibus agitur ſufficit ſola ignorantia, & bona fides de tempore contractus, itaùt ſuperneniens ſcientia non excludat fructus, vti dixi ſaltem loco damnorum, & intereſſe, proùt in his terminis firmarunt *Cenc. de cenſ. quæſt. 19. num. 36. Card. de Luca de cenſibus diſc. 13. num. 8. & diſc. 31. per tot. Rot. deciſ. 47. num. 4. poſt Merlin de pignor. coràm Royas deciſ. 458. num. 5. & deciſ. 266. num. 12. part. 14. recent. & in dicta Romana cenſus 14. Aprilis 1690. coràm R. P. D. Vrſino §. quià tantum.*

5 Eiuſdem irreleuantiæ eſt alterum obiectum deſumptum ex eo, quod fundus prò cenſu aſſignatus euaſerit omninò infructiferus, ex quo capite Debitor prætendebat prædictos fructus non deberi ad formam *Conſtitutionis 79. B. Pij V. §. poſtremò.*

Quia B. Pius V. determinauit, quod cenſus non poſſit creari, niſi ſupèr re, quæ ferat fructus, ſed non intellexit, quod res illa cum effectu, & realitèr fructus ferat, ſed ſimplicitèr quod apta ſit ad fructus reddendos, proùt apparet ex verbis eiuſdem Conſtitutionis ibi — *re ſui natura fructifera* — nàm verè illud dicitur fructiferum, quod eſt aptum ad fructificandum ad tradita per *Rebuff. in leg. frugum 77. ff. de verbor. ſignific.* & in terminis noſtris ſcripſerunt *Surd. conſ. 162. numer. 18. Cenc. de cenſ. quæſt. 28. num. 8. & quæſt. 35. numer. 10. & quæſt. 37. paritèr ſub num. 10. & magiſtralitèr Rota in Romana cenſuum 6. Martij 1693. coràm R. P. D. Manuel;* vbi diſputabatur, an cenſus impoſitus in Eremo à PP. Carmelitis Diſcalceatis eſſet validus, dùm deducebatur, quod Eremus eſſet res infructifera, & Sacra, & in fortioribus terminis de cenſu creato ſupèr domo conſtruenda, ſeù fundo acquirendo *Card. de Luca de cenſ. diſc. 7. num. 4. & 5.*

Quæ omnia indubitantèr procedunt in præſenti, dùm fundus euaſerit infructiferus culpa ipſius debitoris, recidendo arbores, vti egregiè obſeruatur à *Rot. in dicta Romana cenſuum §. nèc aduerſatur.*

6 Pariterque non turbat cenſum creatum fuiſſe nullum ob defectum pecuniæ numeratæ de eſſentia requiſitæ à B. Pio V. in ſua Conſtitutione 79. quià cum loco pecuniæ tradita fuerit cedula bancaria, & habens iſta vim veræ, & actualis ſolutionis, dubitari nequit de validitate cenſus, quidquid eſſet dicendum, ſi impoſitio cenſus fuiſſet facta mediante ſimplici ordine *Cenc. de cenſ. quæſt. 50. num. 13. cum alijs in deciſ. 57. à num. 3. vſque ad 6. part. 16. recent.*

AR-

ARGVMENTVM.

Eques Hieroſolymitanus iàm profeſſus an poſſit aliquem ſibi in filium arrogare.

SVMMARIVM.

Qui non poteſt habere filios, non poteſt aliquem ſibi in filium arrogare num. 1. & per tot.

Filij arrogati habentur vti veri, & legitimi filij num. 2.

Bona arrogatorum tranſeunt in arrogantem dicto num 2.

Arrogati veniunt ſub poteſtate arrogantis, & de illius familia dicuntur, & habent iura ſuitatis dicto num. 2.

Inhabilis ad generandum non poteſt adoptare, ſeù arrogare num. 3.

VOTVM CLXXVII.

Frater Fœlix Landus Eques profeſſus in Sacra Religione Hieroſolymitana, & vltimus ſuperſtes de eius nobili familia, cupiens ſaltem ficto modo proſpicere illius propagationi poſt obtentam ab Eminentiſſimo Magno Magiſtro facultatem diſponendi de omnibus ſuis bonis, ſibi in filium arrogauit Comitem Adrianum Landum, cum Decreto Sereniſſimi Ducis Parmæ prò approbatione actus ex parte Arrogati. At quoniàm reſpectu ipſius Arrogantis, tamquàm profeſſi in præfata Religione, non improbabilitèr dubitari poſſet de huiuſmodi arrogationis validitate; hinc precibus Sanctiſſimo porrectis, & huic Sacræ Congregationi Concilij prò voto remiſſis, ſupplex inſtat, vèl prò confirmatione, & reualidatione arrogationis iàm factæ, vèl ſaltèm prò eius habilitatione ad illam iterum faciendam. Cumque Epiſcopus deſupèr auditus, ac prædicta confirmans, credat petitis indulgeri poſſe, præſertim fauore Viri plurimum emeriti, & ex primaria Nobilitate illarum partium: Ideo perpenſis his, quæ ad articuli illuſtrationem deducta habentur apud *Mandoſ. de Signatura Gratiæ verb. adopt. indult.* §. *Religioſus*, ſummæ erit æquitatis, & iuſtitiæ EE. VV. decernere.

An petitæ reualidationi, ſeù habilitationi ſit annuendum.

Et negatiuè reſpondendum videtur, nàm ſicuti Equiti Hieroſolymitano profeſſo prohibetur contrahere Matrimo-
1 nium, & per conſequens habere filios, ità ipſi non eſt permittenda facultas arrogandi aliquem in filium, cum filij adoptati,
2 ſeù arrogati habeantur vti veri, & legitimi filij *Ciriac. contr. 504. num. 67. Marcheſan. part. 1. de commiſ. fol. 1088. num. 174. Seraph. deciſ. 1286. num. 2. Torr. de pact. futur. ſucceſſ. lib. 1. cap. 12. num. 53.* ità ùt arrogatus veniat ſub poteſtate arrogantis, & de illius familia dicatur, & fiat ſuus hæres arrogatori *Tiraquel. in l ſi vnquàm verb. ſcripſit num. 21. C. de reuoc. donat. cum alijs apud Torr. de pact. futur. ſucceſ. cap. 44. num. 17. & 18. lib. 2.* vndè bona arrogatorum tranſeunt in arrogantem, qui tenetur de iure relinquere legitimam arrogato *Iaſon. in auth. nouiſsimaC de inoffic teſtam. num 69. & in leg. ſi arrogator num 6. ff. de adoption.* proindeque qui non poteſt habe-
3 re filios, nèc minùs poterit adoptare, ſeù arrogare aliquem in filium, nàm adoptio debet imitari naturam *Iaſon. in leg. filio, quem Pater ff. de lib. & poſthum. n. 20. Palm. conſult. 64. num. 5. & Torr. de pact. futur. ſucceſ. lib. 2 cap. 44. num. 7.* & in ſpecie, quod inhabilis ad generandum non poſſit ſibi aliquem adoptare in filium firmat *Bald. in* §. *in pluribus num. 1. Inſtit. de adoption.* & ità reſpondit Sacra Congregatio Concilij die 4. Maij 1697. in hac cauſa Placentina arrogationis; quæ reſoluit nèc etiàm ex gratia permittendam eſſe præfato Equiti Hieroſolymitano facultatem arrogandi.

ARGVMENTVM.

Conductor, ſeù Inquilinus an, & quando teneatur de incendio, vèl potiùs quando cedere debeat in damnum locatoris.

SVMMARIVM.

Summarium patet ex Argumento.

VOTVM CLXXVIII.

Die 14. Februarij currentis Anni 1698. culpa Annæ Camillæ de Mazzantis accenſa fuit magna quan-

quantitas Sulphurei pulueris, à quo ad inſtar minæ erumpente, domus etiàm viciaæ euerſæ remanſerunt. Hinc D. Lucas Pederzanus Locator inſtetit coràm me prò refectione damni, paſſi ex cauſa præfati incendij, & mandatum obtinuit contrà dictam Camillam de Mazzantis.

1 Et pro clara huius controuerſiæ deciſione putaui diſtinguendos eſſe duos caſus, quorum primus conſideratur à Doctoribus in domo à pluribus habitata, vel quando ignoratur perſona, quæ dedit cauſam incendio, in hac enim hypotheſi aliqui firmarunt per Conductorem eſſe reficiendum damnum Locatori, cui reſtituenda eſt integra res locata, itaùt Locator non teneatur probare neque culpam, neque cauſam ignis, ſed benè Conductor ad euitandam refectionem damnorum debebit probare ex parte ſua culpam abeſſe, iuxtà opinionem *Rot. in deciſ.* 278. *coràm Gregor.* impugnatam tamèn, & latè à *clar. mem. Card. de Luca de locat. diſc.* 7.

2 Secundus caſus eſt, quando conſtet de certa cauſa incendij, quæ etiam probari ſolet leuioribus probationibus, & coniecturis, dummodò non agatur criminalitèr, ſed tantum ciuilitèr prò conſequenda refectione damnorum, de qua materia diffusè traditur per *Pacion. de locat cap.* 30. *num.* 34. *cum plur. ſequen.* in iſto ſecundo caſu ſolet conſiderari culpa lata leuis, & leuiſſima. Idcircò Doctores omnes communitèr tradunt conductorem teneri reficere damna prouenientia ex culpa lata, & leui, & diſtinguere ſolent ſolummodò circà culpam leuiſſimam, nempè an iſta conſiſtat in committendo, vel omittendo iuxtà terminos, in quibus loquuntur *Roland. conſ* 95. *num.* 5. *& ſeq. lib.* 2. *Farinac. in prax. quæſt.* 110. *num.* 23. *& ſeq. & num.* 35. *Magon. deciſ. Florentin.* 111. *num.* 11. *&* 25. *cumſeq. Grammatic. deciſ.* 3. *num.* 13. *&* 17. *cum ſequen. Ioſeph. Ludouic. deciſ.* 25. *num.* 18. *par.* 1. *Pacion. de locat. dict. cap.* 30. *ferè per tot. clar. mem. Card. de Luca de locat. diſc.* 7. *&* 9. *Rot. deciſ.* 237. *num.* 7. *par.* 16. *recent.*

Qua theorica in genere præmiſſa excuſari nequit Anna Camilla, dum ipſa, vti confeſſa eſt in poſitionibus, retinuerit pulueremin domo ad hunc effectum non locata, & quod peius eſt poſuerit dictum puluerem propè ignem ad remouendum aliquam illius humiditatem, quæ circumſtan-
3 tiæ eamdem in culpa euidenti conſtituunt; nàm de culpa conductoris, qui ſublocauit domum Fabro Ferrario ad vſum Fucinæ non deſtinatam loquitur *Ciriacus controu.* 234. *num.* 5. proùt de altero, qui ſupèr Furnum retinebat faſcinas ſcribit *Thorr. in compend. deciſ. par.* 3. *verb. Incendium ſucceſſum fol.* 346. & de lucerna appenſa propè linum, ſeù ſtuppam tradit *Eugen. conſ.* 60. *num* 56. *& ſeq. lib.* 2. & in ſpecie de quotidiana delatione ignis per ſcalam ligneã conſuluit *Bardellon. conſ.* 117. *nu.* 19. & in terminis illius, qui repoſuit fœnum madefactum in fœnile, ex quo ortum fuit incendium decidit *Rot in deciſ.* 237. *par.* 16. *recent.* & in puncto de eo, qui retinebat materiam facilem ad comburendum propè ignem proùt in præſenti firmatur à *Bolognin in addit. ad Anan. conſ.* 71. *num.* 5. *ad fin. Pacion. de locat. cap.* 30. *num.* 58.

ARGVMENTVM.

Retractus vigore Statuti permiſſus in venditione non habet locum in permutatione. Et quando dicatur potiùs contractus venditionis, quàm permutationis, & quando cenſeatur ſimulata permutatio ad effectum excludendi retractum.

SVMMARIVM.

Summarium patet ex argumento.

VOTVM CLXXIX.

Credidi retractum non habere locum in hac cauſa, in qua non agitur de contractu venditionis, ſed ſimplicis permutationis, cum communitèr receptum ſit, Statutum in materia retractus prælatiui loquens de venditione, & emptione non procedere in permutatione *Afflict. de iur. protomiſ. in princ. leg. num.* 19. *Fab. de Mont. de emption. & vendit.* 2. *part. princip. nu.* 7. *Tiraquel. de retract. lignag.* §. 1. *gloſ.* 2. *num.* 2. *& ſeq. Carpan. ad Stat. Mediolan. cap.* 417. *num.* 105. *& num* 514. *Gratian. diſcept* 885. *num.* 16. *Conciol. ad Stat. Eugubin. rubric.* 55. *num.* 24. *lib.* 1. *clar. memor. Card. de Luca de ſeruit. ad mater. retract. diſc.* 73.

73. *ſub num.* 1. *verſ. permutatio, & diſc.* 76. *num.* 2. *Rot. coràm Pen deciſ* 88. *coràm Burat. deciſ.* 6. *num.* 12. *Adden. ad eumd. deciſ.* 937. *num.* 22. *& in recent. deciſ.* 413. *par.* 2. *& deciſ.* 322. *num.* 12. *part.* 4.

Ea inenitabili ratione, quod non poſſit
2 dari retractus, vbi retrahens non valet dare eam ſpeciem, quam præſtauit ille, à quo res eſt retrahenda *clar. mem. Card. de Luca d. diſc.* 73. *& diſc.* 76. *vtrobiq. num.* 2.

Minuſque turbat nos verſari potiùs in
3 contractu venditionis, quam permutationis, dùm permutatio non fuerit facta abſolutè de ſpecie ad ſpeciem, ſed fuerit addita quantitas pecuniæ prò ſupplendo valore vnius ex ſpecibus permutatis; quia licèt in facto ſit verum fuiſſe permutatam domum cum prædio, & quia domus erat maioris valoris ad faciendam æqualitatem; Dominus prædij in permutatione addidit Scuta quingenta vltrà prædium, tamèn non ex hoc alteratur natura permutationis, præſertim quia dicta quantitas ſoluta non præponderat ſpeciei, quæ prò altera ſpecie fuit data, nàm ad deſumendam naturam actus, qui participare poteſt de dupplici ſpecie, eſt conſideranda qualitas præponderans, ex qua præponderatione influitur qualitas in totum actũ, hinc ad cognoſcendum an conceſſio ſit ex titulo oneroſo, vel lucratiuo attendi ſolet quantitas ſoluta, itaùt ſi quantitas ſoluta excedat medietatem valoris bonorum, dicatur conceſſio ex titulo onerroſo, proùt ponderaui in *vot.* 149. *num.* 4. & benè ratiocinatur in terminis permutationis per *clar. me. Card. de Luca de ſeruit. ad materiam retractus diſc.* 73. *num.* 8. *&* 9.

Pariterque non releuat fuiſſe denomi-
4 natum contractum permutationis in fraudem, ſcilicèt ad excludendum retractum, quoniam nec ex æſtimatione bonorum permutatorum, neque ex refuſione certæ quãtitatis pretij excluditur qualitas permutationis *Decian. conſ.* 23. *Rot. coràm Pen. d. deciſ.* 88. *& deciſ.* 413. *par.* 2. *recent.* Sed dato etiàm, quod ad excludendum retractum contrahentes noluerint vendere, ſed permutare, tamèn ex hac licita cautela legali non inducitur fraus, ſeù colluſio, ſed potiùs dicta cautela adſcribenda eſt diligentiæ, & induſtriæ contrahentium in puncto *Rota coràm Manzanedo deciſ.* 308. *num.* 5. *& deciſ.* 327. *num.* 2. & faciunt etiàm traditа per *Rot. in Romana prælationis* 19. *Ianuarij* 1691. *coràm R. P. D. Vrſino* §. *cenſus autem*, *&* 28. *Ian.* 1693. *coràm Eminentiſſimo Cauallerino* §. *anatomizato*, quæ deciſiones impreſſæ ſunt in antecedenti vot. 97.

In quam ſententiam libentiùs accedo,
5 cum ſimulatio in præſenti excludatur, dum verè agatur de contractu permutationis tàm attentis verbis inſtrumenti, quàm qualitate bonorum, nàm conſiderato valore bonorum hinc indè permutatorum apparet, quantitatem refuſam in pecunia conſiſtere in minima parte, & propterea excluditur ſimulatio, quæ in his terminis eſſet demonſtranda per concludentes coniecturas, vti proſequitur *Rot. in dicta deciſ.* 327. *coràm Manzaned. n.* 3. *&* 4.

ARGVMENTVM.

Filiusfamilias non poteſt carcerari prò debitis factis viuente Patre, niſi adeſſet ſpecialiſſima renunciatio *leg.* 2. *C. quod cum eo*, dum non ſufficiat ſimplex obligatio Cameralis, vel generalis renunciatio.

SVMMARIVM.

Summarium patet ex argumento.

VOTVM CLXXX.

IN ampliori forma Reuer. Cameræ Apoſtolicæ die 16. Ianuarij 1696. Hieronymus Bernardus, vna ſimul cum eius Patre ſe obligauit ſoluere penſiones domus per eos conductæ fauore D. Æmilij de Taruffis.

Mortuo deindè Chriſtophoro Patre memorati Hieronymi, inſtabat hæres dicti Taruffi prò expeditione mandati tàm realis, quàm perſonalis contra eumdem Hieronymum prò penſionibus decurſis, & non ſolutis.

Quoad mandatum reale nulla exceptio
1 opponebatur per dictum Hieronymum, qui ſolum impugnabat exequutionem perſonalem iuxtà vulgat. *text. in l.* 2. *C. quod cum eo, qui in alien. poteſt.* per quem diſponitur, quod filiusfamilias mortuo Patre non teneatur vltrà quam facere poſſit, gaudeatque beneficio deducto ne egeat.

Cre-

Creditor namque prætendebat diſpoſi-
2 tionem ſupradicti *text. in leg.* 2. non ada-
ptari præſenti controuerſiæ dummodò de-
bitor erat obligatus in forma Cameræ per
quam cenſetur renunciatum omnibus pri-
uilegijs, & per conſequens etiàm benefi-
cio *dicta leg.* 2.

Hæc quæſtio in terminis, de quibus
agitur fuit diù agitata in Sacra Rota, &
ſemper indeciſa remanſit, vti recognoſci
poteſt in *deciſ.* 195. *in princip. poſt Zacch.
de obligat. Camerali*; nihilominus videtur
communior opinio fauore filijfamilias,
qui etiam mortuo Patre non tenetur vltrà
quam facere poſſit prò debitis contractis
tempore, quo viuebat ſub patria poteſta-
te, nàm ipſe ſequuta morte paterna, vel
emancipatione conſideratur tamquàm no-
uus homo, itaùt ſi ipſe ſe abſtineat ab hæ-
reditate paterna, dignus ſit aliqua com-
miſeratione, quaſi quod contractus facti
tempore, quo quis erat filiusfamilias vi-
deantur aliquo modo initi, vel ob ſuccur-
rendum indigentijs paternis, vel ob adim-
plenda onera, quibus ſolus Pater ſuccum-
bere debebat.

Hinc non obſtat obligatio in forma ca-
4 meræ, cum hoc beneficium non tollatur
generali renunciatione omnium legum au-
xilio, ſed requiritur expreſſa, & indiui-
dualis renunciatio *Vrſil. ad Afflict. deciſ.*
308. *num.* 21. *Gratian. diſcept.* 799. *num.* 17.
& ſeq. & nu. 52. *Sabel. var. reſolut. cap.* 81.
num. 14. *Giurb. deciſ.* 44. *num.* 9.

Et hæc opinio eſt adeo recepta, vt vlte-
riùs non ſufficeret nec etiàm ſpecifica re-
nunciatio huic beneficio, ſed requireretur
præcedens certioratio cum ſpecialiſſima
renunciatione, &ità pluries fuiſſe deciſum
per Sacrum Concilium Neapolitanum te-
ſtantur *Molfet. in alleg.* 42. *n.* 17. *& ſequen.
Paſcal. de patr. poteſt. part.* 1. *cap.* 6. *num.* 135.
& 136.

ARGVMENTVM.

PEr alluuionem factam ab aquis flu-
minis terrenum quibus prædijs au-
geatur.

SVMMARIVM.

Summarium, patet ex argumento.

VOTVM CLXXXI.

VLtra probationes factas in hac cau-
ſa, vt melius veritatem recogno-
ſcerem, acceſſi in faciem loci, &
inueni per alluuionem fluminis, quod ter-
renum paulatim accreuerit, & cohereat
1 Prædijs Dominorum fratrum de Siniſcal-
dis, & proinde ſuccedit legalis concluſio,
quod dictum terrenum, fuerit acquiſitum
coherentium Agrorum Poſſeſſoribus *text.
in l. adeò* 7. *§.* 1. *ff. de acquir. rer. domin. Bart.
in tract. de flumin. ver. adiecerit. verb. acqui-
ritur verb. per alluuionem Aym. eod. tract.
cap.* 3. *§.* 1. *num* 1. *& ſeq. Iaſon. conſ.* 146.
lib. 1. *& conſ.* 126. *lib.* 4. *per tot. Corn. conſ.*
191. *lib.* 3 *Valaſc. de emphit. quaſt.* 16. *n.* 10.
Pech. de Acqueduct. lib. 2. *cap.* 11. *quæſt.* 15.
nu. 19. *Arias de meſſ. var. reſol. lib.* 2. *cap.* 42.
n. 1. *& per tot. Rot. in Narnien. ſeù Hortana al-
luuionis* 18. *Iunij* 1696. *coràm R. P. D. Moli-
nes §. ſtabilito.*

Nec mihi viſum fuit obſtare, quod ter-
2 renum ab aquis circumdatum formam In-
ſulæ aſſumpſerit, quo caſu non eſſet au-
gendum prędijs Dominorũ de Siniſcaldis,
ſed potiùs Agris Confraternitatis Sanctiſ-
ſimi Crucifixi, eſi iſti ſint viciniores fron-
ti eiuſdem Inſulæ *l. adeò §. inſula verſ. quod
ſi alteri parti ff. de acquirend. rer. domin. &
in l. inſula ff. eodem Gobb. in tract. de aquis
quæſt.* 28. *num.* 18. *Pecch. de aqueduct. cap.* 4.
quæſt. 8. *num.* 1.

Quoniam Inſula eſt terra repentè in
3 flumine nata, quam aquæ vndique circum-
dant, & vlteriùs ad conſtituendam inſu-
lam requiritur, quod terrenum in medio
fluminis diù apparens, & ſupereminens
exiſtat *text. in §. Inſula Inſtit. de rer. diuiſ.
vbi gloſ. in ver. inſula ibique Mynſigner Bart.
de inſula in verbis in flumine nata Aymon. de
allun. lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 11. *Rot. in Narnien.
ſeù Hortana alluuonis* 18. *Iunij* 1696. *coràm
R. P. D. Molines §. quandoquidem.*

Vtrumque ex dictis requiſitis deficit in
præſenti, nàm ex teſtibus formitèr exa-
minatis apparet ex longa corruſione fuiſ-
ſe terrenum ex vna ripa diſiunctum, & al-
teri auctum, & licèt per accidens per ſum-
mam aquarum excreſcentiam aliquando
dictum terrenum fuerit ab aquis circum-
datum, nihilominùs non poteſt dici, quod
terrenum in medio fluminis diu apparens,
& ſupereminens extiterit, proùt requiritur

de eſſentia ad effectum conſtituendi inſulam, iuxtà auctoritates ſupra adductas; Imò tempore acceſſus iudicialis diminutis aquis, dictum terrenum controuerſum apparebat coniunctum prædijs Dominorum de Siniſcaldis, & per conſequens qualitas Inſulæ omninò excludebatur; proindequè dictæ alluuionatæ terræ ſpectare debent ad poſſidentes agros adiacentes prò modò tamen latitudinis prædiorum *Mazzol. conſ. 117. num. 7. Burſat. conſ. 230. num. 6. Riminald. Iunior. conſ. 573. num. 1. Ciriac. contr. 376. nu. 1. & ſeq. Benincaſa in tract. de alluuion. part. 1. num. 11. cum alijs in deciſ. 111. num. 2. & 3. part. 16. recent.*

Maximè quia ex dictis teſtibus conſtat, quod terrenum fuiſſet beneficio alluuionis iàm acquiſitum prædijs Dominorum de Siniſcaldis, vndè concesso etiàm quod ſequuta inundatione de anno 1697. declinantibus aquis præfatum terrenum apparuerit circumſeptum fluuio, non indè ſequitur, quod ſimilis Inſula ſpectare debeat agris, qui ripas habent magis propinquas, ſed benè continuauit ſub dominio Dominorum de Siniſcaldis, quibus anteà iàm erat acquiſita præuia coherentia ſeù connexione cum ipſo aucto terreno §. *inſula Inſtit. de rer. diuiſion. & in leg. 1. C. de alluuion. & palud. & in leg. 1. §. item ſi amnis ff. de flum. Aymon. de alluuion. lib. 1. capit. 14. num. 7. Ciriac. controu. 376. num. 11. & Rot. in dicta Narnien. ſeù Hortana alluuionis 18. Iunij 1696. coràm R. P. D. Molines §. ſed quatenus.*

ARGVMENTVM.

CAptura debitoris ceſſi facta ad inſtantiam cedentis poſt ceſſionem eſt nulla, etiàm ſi fuerit ratificata à Ceſſionario.

SVMMARIVM.

Cedens poteſt agere cōtra debitorem ceſſum etiam poſt ceſsionem num. 1.

Amplia accedente conſenſu ceſsionarij n. 2. & 3.

Cedens non poteſt agere contrà debitorem ceſſum ſtante ceſsione cum clauſula ponens num. 4.

Captura eſt nulla facta nomine veri Creditoris quando iſte non dedit mandatum num. 5.

Debitor ceſſus poteſt opponere de non iure cedentis num. 6.

Ceſsionarij conſenſus quando conualidet iudicium factum à cedente num. 7.

Sequeſtra, & captura debent iuſtificari ex præcedentibus num. 8.

VOTVM CLXXXII.

NOn potuit D. Bertochius poſt ceſſionem factã prò credito iàm ceſſo obtinere mandatum contrà D. Matthæium Pederzanum debitorem ceſſum, proindeque captura ſequuta in vim dicti mandati nullitèr, & iniuſtè expediti eſt inualide.

Non releuante, quod cedens etiàm poſt
1 ceſſionem factam poſſit agere contrà debitorem ceſſum, præſertim ceſſionario ità
2 volente, & ratificante iuxtà doctrinam
Bardellon. conſ. 2. num. 11. & faciunt tradita per Rot. deciſ. 239. num. 1. & 2. part. 10.
3 vel ſaltèm iſta exceptio tamquam de iure
tertij non poteſt opponi à debitore ceſſo,
ſed tantum ab eodem ceſſionario.

Quoniam obiectum forsàn ſibi locum
4 vindicaret in ſimplici ceſſione, in qua remanent iura directa penès cedentem, ſecùs verò in caſu præſenti, in quo agitur de ampliſſima ceſſione cũ clauſula *ponens. &c.* in qua hypotheſi omne ius etiam directum abdicatũ fuit à cedente, itaùt ipſe reputandus ſit vti extraneus, & nullo modo agere poteſt contrà debitorem ceſſum *Oſaſch. deciſ. 45. nu. 6. Surd. conſ. 22. nu. 35. lib. 1. Trentacinq. variar. lib. 3. volum. 1. reſol. 14. verſ. ſecunda concluſio Arias de Meſa var. reſol. lib. 1. cap. 19. Adden. ad Burat. deciſ. 470. num. 10. Rot. in recent. deciſ. 45. par. 11. recent. num. 16. cum alijs apud clar. me. Card. de Albitijs de inconſtant. in iudicijs q. 23. ſub n. 40. verſ. contrariam opinionem, & vltra ſupra adductos in terminis noſtris firmarunt Gratian. diſcep. 20. nu. 27. Sabel. var. cap. 8. nu. 35.* & propterea captura non poteſt ſubſtineri, quia illa eſt nulla etiam facta nomine veri creditoris, quando iſte
5 mandatum ſpeciale non dederit *Ludouic. Roman. in l. 1. ff. de hæred. inſtit. & conſ. 208. ac ſingul. 392. Soccin. Iun. conſ. 92. num. 3. lib. 4. Pecch. de iur. ſiſten. cap. 46. num. 5. Mozz. de contract. tit. de mandat. ord. 4. verſ. 63. & numer. 48. verſ. 44. caſus, Mauſon. de cauſ. exequut. ampl. 4. Golin. de procurat. par. 2. cap. 5. num. 149. & ſeqq. Altimar. de nullit. rubr. 11. quæſt. 26. num. 219. Chartar.*

deciſ.

deciſ. Ianuen. 54. num. 10. & ſeq. Caualc. deciſ. 10. num. 35 par. 1.

Et hæc exceptio contrà eumdem cedentem opponi poteſt ab ipſo debitore ceſſo; imo cedens poſt ampliſſimam ceſſionē factam cum clauſula *ponens &c.* etiàm parte non opponente officio Iudicis eſſet repellendus *Sabell. dict. cap. 8. num. 30.* & faciunt etiàm tradita per *Rot. deciſ. 411. nu. 2. & 3. par. 5. & dec. 323. nu. 12. par. 6. rec.*

Non obſtante, quod debitor ceſſus poſt ceſſionem ignoranter, & bona fide rectè ſoluat etiam cedenti, de qua materia dixi in *Vot. 54.* quia ſicuti bona fides aliquid operatur in fauorem debitoris ceſſi, ita mala fides in cedente debet eumdem expellere à iudicio, dum petit quod ſibi amplius non competit, dummodo in ceſſione adſit clauſula *ponens &c.*

7 Minus turbat, quod ceſſionarius ratificauerit mandatum, & capturam nomine cedentis factam, quia talis conſenſus, & ratificatio ſuperueniens re non ampliùs integra, præſertim in ſecunda inſtantia non potuit conualidare actum ab initio omninò inualidum *Gratian. diſcept. 365. Seminiat. contr. 82. num. 25. Poſt. de manut. obſeruat 55. num. 150. Rot. poſt eumdem deciſ. 612. num. 4. & in recent. deciſ. 304. nu. 12. part. 14.*

8 Quæ omnia indubitantèr procedunt in præſenti, dum ſequeſtra tàm bonorum, quàm perſonæ debent iuſtificari ex præcedentibus, ità vt iura ſuperuenientia, & iuſtificationes, & ratificationes ex poſt factæ, nullatenus ſint attendendæ *Rot. poſt Scanarol. de viſit. carcerator. deciſ. 33. num. 6. & 7. fol. mihi 123. in Appendic.*

ARGVMENTVM.

AN Monaſterium poſſit obtinere legitimationem inuito Monaco legitimando, ad effectum ſuccedendi ex perſona ipſius Monaci ad bona fideicommiſſi, à quo illegitimi ſunt excluſi.

SVMMARIVM.

Monacus inuitus an poſſit legitimari ad petitionem Monaſterij num. 1. & per tot.

Legitimatio requirit conſenſum illegitimi nu. 1.

Legitimationis beneficium non confertur in inuitum num. 2.

Legitimatio facta de perſona abſente, & ignorante ſubſtinetur num. 3.

Monacus non habet nèc velle, nèc nolle num. 4.

Declara num. 5.

Legitimari poſſunt infantes, & Amentes ſinè eorum conſenſu dicto num. 4.

Monacus non poteſt cogi à Monaſterio, vt mutet conditionem, & Statum perſonalem, & quando num. 5. & 6.

Ius petendæ legitimationis non eſt ceſſibile numer. 7.

VOTVM CLXXXIII.

PRopoſito dubio, an Monaſterium poſſit obtinere legitimationem inuito Monacho legitimando, ad effectum ſuccedendi ex perſona eiuſdem Monaci ad bona fideicommiſſi, à quo illegitimi ſunt excluſi. Negatiuè reſpondendum eſſe

1 cenſui. In legitimatione namque de eſſentia eſt neceſſarius illegitimi conſenſus *in §. generalitèr auth. quib. mod. natur. effic. ſui Menoch. conſ. 461. num. 45. in fin. Gonzal. ad regul. cancellar. gloſ. 58. numer. 8. Vaſquez. de ſucceſſ. progreſ. tom. 2. lib. 1. §. 8. num. 162. Lap. de illegit. coment. 3. §. 1. num. 6. Capyc. Latr. deciſ. 150. numer. 19. Phebeus deciſ. 171. per tot. Rot. in Bononien. legitimationis 15. Iunij §. non quidem confirmata 11. Decembris §. 1. 1693. coràm bo. me. Emerix*, & legitimatio tamquàm benefi-

2 cium, & ſingularis liberalitas Principis non eſt conferenda in inuitum *Menoch. conſ. 19. num. 2. Curt. Sen. conſ. 64. num. 6. Michalor. de duob. fratr. part. 3. cap. 25. nu. 70. & benè proſequitur Rota in dicta Bonon. legitimationis 11. Decembris 1693. dicto §. 1. coràm bo. me Emerix.*

Non refragante, quod non ſolùm Pater, ſed quilibet alius etiàm extraneus im-

3 petrare poſſit legitimationem prò filio illegitimo, & abſente, quià auctoritates adductæ procedunt in terminis, in quibus appareat ſucceſſiuus conſenſus tacitus, vèl expreſſus ipſius legitimati, vèl forſan etiàm ignorante ipſo Legitimato, cum eius conſenſus præſumi debeat ex qualitate materiæ de ſui natura vtilis, & honorificæ. At ſecus in caſu noſtro, in quo agitur de Monacho expreſsè reluctante, & impugnante legitimationem, quæ ob-

tinere prætenditur à Monaſterio *Theodor. allegat. 60. num. 5. & 20. Tiraquel. de nobilit. cap. 6. num. 30. & 33. Altimar. ad Rouit. conſ. 32. num. 11. lib. 3. & egregiè declaratur à Rot. in dicta Bononien. legitimationis 11. Decembris 1693. §. non obſtat coràm bo. me. Emerix.*

4 Et paritèr non aduerſatur, quod Monachus careat velle, & nolle, quod per ſuam profeſſionem fuit translatum in Monaſterium, & proindè ipſe etiàm inuitus legitimari poteſt ad inſtantiam Monaſterij prout legitimari ſolent quotidie Infantes, Amentes, & furioſi ad petitionem Patris Tutoris, ſeù Curatoris *Rot. reſponſ. 80. num. 16. lib. 1. Rauden. de analog. cap. 30. num. 78. Michalor de fratribus part. 3. cap. 25. num. 72. Thomas de legitimat. cap. 6. num. 168 Paſchal. de patr. poteſt. part 2. cap. 4. num. 204.*

5 Quoniàm eſt verùm, quod velle, & nolle Monaci per profeſſionem translatum ſit in Monaſterium *canon. non dicaris 12. quæſt. 1. cap. ſi Religioſus 27. de electiòn. cap. Religioſus 2. de teſtamen. in 6.* ſed hoc procedit quoad obſeruantiam regulæ, & ſtatus Religioſi perfectionem, non autèm indiſtinctè quoad omnes illius potentias, & facultates, & præcipuè eas, quæ reſpiciunt, & tangunt illius perſonam, & conditionis, ac ſtatus mutationem, intèr quas numeranda eſt legitimatio, quæ mediante miniſterio legis quædam noua regeneratio reputatur, & Monaſterium nil aliud prætendere poteſt à Monacho, niſi quod ipſe talis viuat in Religione, qualis in eam ingreſſus fuit, non autèm quod nouam conditionem, ſtatumque aſſumat, dum hoc non fuit promiſſum in profeſsione, hinc non applicantur exempla Infantium, & Amentium, & furioſorum, quià iſti ob defectum ætatis, vèl cauſam morbi omni conſenſu penitùs carent; At ſecùs dicendum eſt in Monacho, qui conſenſum naturalem retinet *Lucidor. de illegitim. cap. 24. numer. 11. & 12. Sanchez de Matrimon. diſput. 68. numer. 6. lib. 7. & ad præcept. Decalog. cap. 11. num. 44. Nauar. de regular comment. 2. num. 42. & pèr tot.* qui firmat vlteriùs, Monachum aliquando retinere etiàm conſenſum ciuilem.

6 Et demùm non obſtat, quod Monaſterium ex perſona Monaci habeat ius præſentandi ad beneficia, adeundi hæreditatem, accuſandi, remittendi iniuriam etiàm inuito Monacho. Quià prò nunc ſufficit reſpondere, quod Monachus non poſſit cogi, vt nouam conditionem aſſumat, & diuerſam ab ea, cum qua ſuam emiſit profeſſionem, præſertim in re tangente directè perſonam ipſius Monaci, vti relictis generalibus in puncto controuerſiæ, de qua agitur reſpondit *Rot. in dicta Bononien. legitimationis 15. Iunij §. neque applicantur, & 11. Decembris §. non obſtat 1693. coràm bo. me. Emerix.*

7 Maximè quià actus petendæ legitimationis eſt adeò inſeparabilis à Monacho, ità vt non poſſit tranſmitti etiàm per ceſſionem in aliam perſonam diſtinctam ab ipſo legitimando *Morot. conſ. 9. numer. 5. Ludouic. de Sard. de legitimit. tit. de requiſit. in legit. numer. 5. intèr tract. magn. tom. 6. fol. 255. Thomas de legitim. decad. 1. tract. 1. tit. 13. num. 271. in fin.*

ARGVMENTVM.

Beneficium quando dicatur Regulare, vèl Seculare.

SVMMARIVM.

Beneficia regularia Regularibus, ſecularia Secularibus ſunt conferenda num. 1.

Beneficium quando dicatur Regulare, vèl Seculare à num. 2. vſque à num. 10.

Apoſtaſia an inducat vacationem beneficij ipſo iure, vèl potius debeat præcedere ſententia Iudicis num. 11.

Apoſtaſiæ ſpecies numerantur num. 12.

VOTVM CLXXXIV.

AD primum dubium, an beneficium Sancti Iacobi ſit conferendum Regulari, dixi affirmatiuè reſponden-
1 dum, nàm eſt principium ab omnibus admiſſum, quod beneficia ſecularia Secularibus, regularia Regularibus ſint conferenda *Pariſ. de reſignat. lib. 4. quæſt. 5. num. 4. Rebuff. in prax. benefic. tit. de diſpenſat. cum regular. num. 7. Rot. deciſ. 234. nu. 7. coràm Duran.*

2 Quod autèm beneficium, de quo agitur ſit regulare apparet ex viſitationibus, de eo factis à Præpoſitis Regularibus vſque de anno 1590. ac ex deputatione Curatorum

rum Regularium prò adminiſtratione Eccleſiæ *Rot. deciſ. 636. num. 1. coràm Burat. & deciſ. 93. num. 20. & ſequent. part. 16. recent. & in Tranen. Præceptoriæ 2. Iunij 1690 coràm R. P. D. Vrſino ferè per tot. & in Auguſtana beneficij 12. Ianuarij 1693. coràm bo. me. Benincaſa.*

3 Et hæc qualitas regularis in beneficio coadiuuatur ex duabus tranſactionibus factis intèr Archiepiſcopum, & PP. Camaldulenſes de anno 1594. & 1602. vti in terminis conſiderat *Rot. in deciſ. 12. nu. 23. & 24. coràm Peuntinger. & in Capuana, ſeù Montis Caſsinen Parochialium 17 Iunij 1686. §. prædicta omnia coràm clar. mem. Card. Matthaio, & in Auguſtana beneficij 12. Ian. 1693. coràm bo. me. Benincaſa.*

4 Maximè quia Eccleſia de qua agitur eſt membrum Monaſterij Sanctæ Margheritæ ad dictos Camaldulenſes ſpectantis; proindè regularitas Monaſterij extenditur etiàm ad dictam Eccleſiam, cum eſſet monſtruoſum, vt membrum à ſuo capite differret *Rebuff. in prax. benefic. tit. de vnion. num. 11. & ſequen. Gonzal. ad regul. 8. Cancellar. gloſ. 5. §. 7. num. 3. 27. & 33. Rot. deciſ. 148. num. 9. part. 13. recent. & coràm Card. Cerro deciſ. 623. num. 20. & in dicta Auguſtana beneficij 12. Ianuarij 1693. coràm bo. me. Benincaſa.*

5 Quibus firmatis non aduerſantur collationes factæ de hoc beneficio de anno 1604. 1609. vna cum vltimo Statu, ex quibus deſumi prætenditur, quod vbi etiàm in ſui origine dictum beneficium regulare extiterit, deindè nouam aſſumpſerit naturam, & qualitatem ob dictas collationes Secularibus factas, præſertim ſtante vltimo Statu ad *tex. in cap. de quarta de præſcript. cap. cum de beneficio de Præbend. in 6. ibi Gemin. num. 8. Rot. coràm Pen. deciſ. 1435. & in ſpecie de vltimo Statu tradunt clar. me. Card. de Luca tract. de benefic. diſc. 63. num. 12. Rot. deciſ. 433. numer. 28. & ſeq. coràm Bichio.*

6 Quoniàm cum conſtet de ſtatu Regulari huius beneficii, ſequitur vt ille ſtatus immutari non potuerit ab Archiepiſcopo per collationes, per eum factas Secularibus *Felin. in cap. in noſtro num. 4. de reſcript. Rot. deciſ. 308. num. 9. part. 1. & deciſ. 148. num. 17. part. 13. recent. & in terminis noſtris in dicta Auguſtana beneficij 12. Ianuarij 1693. coràm bo. me. Benincaſa §. non ſolum.*

7 Attentis præſertim actibus contrarijs factis à Monacis, qui eodem tempore collationes etiàm fecerunt in Regulares cum frequentibus inhibitionibus, & proteſtationibus contrà Archiepiſcopum expeditis, & proindè non concurrit illa pacifica poſſeſſio, quæ per quadragenariam præſcriptionem immutare valuiſſet beneficij Statum, & qualitatem de Regulari in Secularem ad *tex. in cap. cum de benef. de præben. in 6. Rot. coràm Durano deciſ. 340. num. 11. & deciſ. 381. num. 9. & deciſ. 104. nu. 14. part. 10. & in Tranen. Præceptoriæ 2. Iunij 1690. §. conſtito coràm R. P. D. Vrſino, & in dicta Auguſtana beneficij 12. Ianuarij 1693. coràm bon. mem. Benincaſa §. ſed fortius.*

8 Obſeruando vlteriùs, quod etiàm ex dictis collationibus factis de hoc beneficio Presbyteris Secularibus non excludatur qualitas regularitatis, cum non conſtet, an prouiſiones fuerint factæ in titulum perpetuum, vel ad nutum, cum aliàs permiſſum ſit, quod Regulares aſſumant Clericos Seculares ad effectum inſeruiendi in eorum Eccleſijs imò ex hac aſſumptione non immutatur Status beneficij Regularis ad *tex. in cap. final. §. percipimus de Stat. Monachor. Garz. de benefic. part. 3. cap. 2. num. 66. & ſequent. cum alijs in Tranen. Præceptoriæ 2. Iunij 1690. coràm R. P. D. Vrſino §. minus iuuant.*

9 Et hic regularis Status beneficij multò minùs immutatus remanſit per prouiſionem factam in Comendam, quæ nedùm non interuertit, ſed potiùs præſupponit, & confirmat ſtatum regularitatis *Rot. in dicta Tranen. Præceptoriæ 23. Martij 1689. §. nec ea in fin & 2. Iunij 1690. §. minus iuuant coràm R. P. D. Vrſino.*

Et tandem non officit vltimus Status
10 Secularis in hoc beneficio, quià cum ex ſuprà deductis appareat luculenter de contraria antecedenti qualitate regularitatis, ſequitur, vt vltimus Status tamquàm inſubſiſtens nullatenùs ſit attendendus ad *tex. in cap. ſi laicus §. idem eſt de ſentent. excom. in 6. Dec. conſ. 126. num. 6. Adden. ad Gregor. deciſ. 77. num. 12. Rot. deciſ. 2. nu. 2. de præben. in nou. & coràm Merlin. deciſ. 689. num. 9 & in recent. deciſ. 148. numer. 16. part. 13. & in Auguſtana beneficij 12. Ianuarij 1693. coràm bo. me. Benincaſa §. nullius tamen ponderis.*

11 Ad ſecundum dubium, an Apoſtaſia inducat vacationem beneficij ipſo iure, vel potiùs requiratur ſententia Iudicis, reſpondi debere præcedere ſententiam, quia Apoſtaſia, quæ non prouenit ex perfidia per receſſum à fide, ſed ex inobedientia, vel irregularitate non inducit priuationem beneficij ipſo iure, ſed à Iudice per ſententiam priuari debet Apoſtata, & quidem per tres conformes, ſeu rem iudicatam *Gonzal. ſuper regul. 8. cancellaria gloſ. 15. §. 1. numer. 148. & latè Rot. deciſ. 325. num. 13. & 14. part. 16. recent.*

12 Fortiùs quià eſt neceſſaria Sententia Iudicis, cum Apoſtaſia ſit diuerſæ ſpeciei, nàm Apoſtaſia non incurritur ſine animo deſerendi in perpetuum iugum, & inſtitutum Religionis *Azor. inſtit. moral. part 1. lib. 12. cap. 16. quæſt. 1. Sanchez ad precept. decal. lib. 6. cap. 8. num. 2. Leſſ. de iuſtit. & iur. cap. 41. dub. 15. numer. 109. Portel in dub. regul. ver. Apoſtata numer. 1. Laiman. Theolog. moral. lib. 2. tract. 15. num. 1. Boſſ. in flor. Theolog. pract. verb. Apoſtaſia numer. 11. Paſqual. quæſt. moral. centur. 1. quæſt. 44. num. 5. & ſeq.* prout tranſiens de vna Religione ad aliam laxiorem ſinè licentia, non eſt puniendus vti Apoſtata *Ricc. collect. n. 2286. per tot.* idemque eſſet dicendum de Regularibus accedentibus ad Vrbem ſinè licentia Superioris, nàm ipſi mitiùs eſſent plectendi ad formam *Conſtit. 60. Clemen. VIII. tom. 3.* de qua materia loquitur *Pignatel. conſult. canonic. 65. per tot. tom. 8.* ſicùt è contrà eſſet dicendum in Apoſtaſia per receſſum à fide, quæ non diſtinguitur ab hæreſi, imò iura loquentia de hæreticis habent locum etiàm in Apoſtatis *Farinac. de hæreſ. quæſt. 133. num. 15. cum ſequen. & num. 41. verſ. quorum opinio.* Proindeque concludendum eſt, quod debeat præcedere ſententia Iudicis, qui tenetur diſtinguere qualitatem Apoſtaſiæ pro cognoſcendo, an ſit locus priuationi beneficij iuxtà opinionem *Rota in deciſ. 325. num. 13. & 14. part. 16.*

ARGVMENTVM.

DD. Comites de Campeggijs habent priuilegium legitimandi Baſtardos ampliſſimũ, & procedit etiàm in Filijs naturalibus ex Patre nobili, & habente fœuda, & quando.

SVMMARIVM.

DD. Comites de Campeggijs habent ampliſsimum priuilegium legitimandi Baſtardos num. 1.

Legitimatio obtenta poſt delatam ſucceſsionem, & pendente lite, quando ſit attendenda num. 2.

DD. Comites de Campeggijs non habent facultatem legitimandi Filios Illuſtrium Principum, Comitum, & Baronum num. 3.

Declara dicto num. 3.

VOTVM CLXXXV.

1 Illuſtriſſimi DD. Comites de Campeggijs habent priuilegium ampliſſimum legitimandi Baſtardos, de quo loquuntur *Dec. conſ. 698. Peregrin. conſ. 112. lib. 3.* pluries canonizato *à Sac. Rot. & ſignantèr in deciſ. 11. num. 20. & ſeq. par. 16. recent.*

Hinc ſequitur, quod cum D. Marchio Octauius Campana obtinuerit à dictis Dominis Comitibus de Campeggijs legitimationem, ſuccedere debeat in bonis fideicommiſſi ordinatis Franciſco Seniore.

2 Nec turbat dictam legitimationem fuiſſe obtentam poſt delatam ſucceſſionem, & pendente lite, quoniam cum in præſenti concurrat expreſſa voluntas fideicommittentis, qui ad ſucceſſionem inuitauit legitimatos, dicendum eſt legitimationem obtentam poſt apertum fideicommiſſum, & motam litem retrotrahendam eſſe ad excludendos ſucceſſiuè vocatos ex *theoric. Bartol & Iaſon. in l. Gallus §. & quid ſi tantum ff. de liber. & poſth. tradunt Peregrin. conſ. 62. num. 3. lib. 2. Gabr. conſ. 29. num. 15. & 16. lib. 1. Giouagnon. conſ. 17. num. 30. lib. 2. Gratian. diſcept. 635. num. 37. Rot. coràm Seraph. deciſ. 1331. num 11. & in rec. deciſ. 32. num. 36. part. 9. deciſ. 207. num. 23. part. 15. deciſ. 11. num. 24. part. 16. cum alijs concordan. adductis in deciſ. 673. num. 16. cum pluribus ſequent. & deciſ. 751. num. 4. & ſequent. part. 18.*

3 Minùs releuat, quod in facultate legitimandi conceſſa DD. Comitibus de Campeggijs excipiantur Filij Illuſtrium Principum, Comitum, & Baronum; Quoniàm licèt Marchio Octauius Campana ſit Nobilis, ac etiàm poſſideat fœuda, tamèn non poteſt numerari intèr Illuſtres Principes, & Barones *Rot. coràm Comitulo deciſ. 74. à numer. 5. cum tribus ſeq. & in recent.*

deciſ.

deciſ. 387. *num.* 7. *part.* 1. *& in Romana, ſeù Cremonen. hæreditatis* 15. *Iunij* 1682. *coràm bo. me. Emèrix*, in qua agebatur in fortioribus terminis nempè de familia Nobili Veneta, pluraque fæuda poſſidente.

ARGVMENTVM.

AN filio legitimato cum clauſula ſinè præiudicio venientium ab inteſtato, competat ius petendi legitimam, ſi Pater extraneos inſtituerit.

SVMMARIVM.

Qui non poteſt ſuccedere ab inteſtato non valet petere legitimam num. 1.
Legitimatus cum clauſula ſinè praiudicio venientium ab inteſtato non poteſt petere legitimam, etiàm inſtitutis extraneis num. 2.
Contrà num. 3. *&* 5.
Filia fæmina excluſa propter maſculos à Statuto rumpit Teſtamentum, quando Pater inſtituerit extraneos num. 4.
Legitima etiam non agnita tranſmittitur ad quoſcumque hæredes num. 6.

VOTVM CLXXXVI.

IN hac cauſa fuit dubitatum, an filio legitimato ſinè præiudicio venientium ab Inteſtato, competat ius petendi legitimam, ſi Pater extraneos inſtituerit, & prima facie videbatur negatiuè reſpondendum, nàm ille, qui ab inteſtato ſuccedere
1 nequit, non poteſt legitimam petere, vti in terminis legitimati cum clauſula ſinè præiudicio venientium ab inteſtato ſcripſerunt *Caſtil. contr. lib.* 4. *cap.* 22. *nu.* 158. *Merlin. de legitim. lib.* 1. *tit.* 2. *quaſt.* 8. *n.* 16. *& ſeq. Michalor. de fratrib. part.* 3. *cap.* 26. *nu.* 23. *cum alijs multis penès Vreeol. conſult.* 93. *num.* 1.

2 Non aduerſante, quod Pater inſtituerit extraneos, quia ſufficit ad excluſionem legitimati, quod exiſtant tranſuerſales vſq; ad quartum gradum, licèt non fuerint inſtituti hæredes, cum in his terminis non requiratur actualis ſucceſſio tranſuerſalium, ſed ſola aptitudo poſſibilitas, & potentia ſuccedendi, *Gionagn. conſ.* 96. *nu.* 14. *lib.* 1. *Vreeol. conſult. forenſ.* 17. *nu.* 53. *&* 93. *nu.* 21. *Rot. coràm Gregor. deciſ.* 135. *nu.* 15.

3 His tamèn non obſtantibus affirmatiuè reſpondendum eſſe putaui iuxtà æquiorem, & veriorem opinionem, quia legitimatus eſt excluſus intuitu venientium ab inteſtato, vndè cum venientes ab inteſtato non fuerint ſcripti in teſtamento, ſequitur vt filio naturali, & legitimato debeatur ius petendi legitimam contrà hæredem omninò extraneum *Caſtrenſ. conſ.* 196. *n.* 3. *&* 323. *lib.* 1. *Peregrin. de fideicom. artic.* 36. *n.* 10. *Merlin. de legitim. lib.* 3. *tit.* 1. *quaſt.* 2. *num.* 56. *Mangil. de imputat. quaſt.* 7. *nu.* 50. *Ciriac. contr.* 400. *num.* 30. *&* 52. *Beltramin. ad Gregor. deciſ.* 135. *ſub num.* 20. *Rot. poſt Merlin. de legitim. deciſ.* 62. *num.* 35. Veluti
4 obſeruatur in filia fœmina excluſa proptèr maſculos à Statuto, quæ ſi alij, quam agnati fuerint inſtituti, rumpit teſtamentum *Vreeol. conſult.* 93. *num.* 50. *Rota coràm Seraph. deciſ.* 885. *num.* 1. *in fin. poſt Merlin. de legitim. deciſ.* 46. *num.* 12. *deciſ.* 62. *n.* 36. *& in recent. deciſ.* 116. *num.* 5. *&* 223. *nummer.* 14. *&* 16. *par.* 5.

5 Nec applicatur *deciſ.* 135. *&* 201. *coràm Gregor.* dùm ibi Rota ſequuta fuit contrariam opinionem, quia extabant filij legitimi, & naturales, licèt non inſtituti hæredes, & proinde ſi fuiſſet admiſſus etiã naturalis legitimatus, illorum legitima diminuta extitiſſet, quod faciendum non erat in præiudicium filiorum legitimorum; At ſecùs in caſu noſtro, in quo per filium legitimatum nullum infertur præiudicium venientibus ab inteſtato, ſed ſolum concurrit cum penitus extraneo, vti benè diſtinguendo obſeruatur ab *Vreeol. dict. conſult.* 93. *num.* 31. *& ſeq.*

6 Quo verò ad alterum dubium in hac cauſa excitatum ſcilicèt, an legitima tranſmittatur ad quoſcumque hæredes, licèt in vita non fuerit nec agnita, nec petita, parum inſiſtendum eſſe putaui, quia ſiuè agatur de legitima debita Aſcendentibus, ſiuè deſcendentibus communitèr eſt receptum, quod illa quamuis non agnita, ſeù petita in vita tranſmittatur ad quoſcumque hæredes *Graſ. in* §. *legitima quaſt.* 37. *Gratian. diſcept. forenſ.* 597. *num.* 12. *Palm. Iun. conſult.* 6. *num.* 19. *& conſult.* 79. *num.* 5. *Andreol. contr.* 175. *num.* 4. *Rot. part.* 1. *diuerſ. deciſ.* 668. *nu.* 1. *& in recent. deciſ.* 76. *nu.* 2. *&* 3. *part.* 16.

AR-

ARGVMENTVM.

SVbſtitutus in caſu non adimplementi quando admittatur, vel potiùs ſit locus purgationi moræ. Et quando ſit neceſſaria interpellatio.

SVMMARIVM.

Vt ſit locus priuationi hæreditatis, vel purgationi moræ eſt conſideranda diſpoſitio, ſi fuerit facta per viam modi, vel conditionis nu. 1.

Quando diſpoſitio ſtat per viam modi tunc ſubſtitutus non admittitur niſi probaretur dolus in hærede negligente num. 2.

Diſpoſitio quando dicatur ſtare per viam modi, vel conditionis num. 1. & 3.

Hæres procurando multiplicum prò adimplenda pinguiùs voluntate Teſtatoris, quando non poſſe dici negligens num. 4.

Interpellatio debet precedere ad conſtituendum hæredem in mora num. 5.

VOTVM CLXXXVII.

ANtonius Iacobus Berous inſtituit hæredem vniuerſalem Annam Franciſcam eius Vxorem cum hac conditione, vt poſt decemnium elapſum à die mortis ipſius Teſtatoris, erigeretur Monaſterium ſub inuocatione Sanctiſſimæ Conceptionis, & caſu quo, elapſo dicto decemnio Monaſterium nõ fuiſſet erectum per dictam hæredem tunc, & eo caſu ſubſtituit PP. Societatis Ieſu.

Elapſo dicto decemnio Monaſterium præfatum non fuit ab hærede fundatum ſub prætextu inſufficientiæ redditũum, vndè R. P. Societatis Ieſu prætendebant in eorum fauorem iam fuiſſe purificatã ſubſtitutionem abſq; vlla purgatione moræ.

Introducta ſucceſſiuè coràm me ad inſtantiam Patrum Societatis Ieſu hac controuerſia, credidi ſubſtitutionem ad eorum fauorem non fuiſſe purificatam, nàm inſpecto toto Teſtamenti tenore reſultat Teſtatorem appoſuiſſe hæredi onus fun-
1 dationis Monaſterij per viam modi non autem conditionis, cum legatur iniunctum poſt aditam hæreditatem, & ſic poſt emolumentum quæſitum *iuxtà theoric. Bald. in l. cum eorum G. de ſentent. & interlocutione omnium Iudic. & Bart. in l. quibus diebus §. Temilius num. 5. ff. de condit. & demonſtrat. Peregr. de fideicom. art. 11. num. 113. Molin. de primog. lib. 2. cap. 14. num. 12. Card. de Luc. de fideicom. diſc. 154. num. 10. Rot. deciſ. 39. num 1. par. 1. diuerſ. deciſ. 234. n. 2. part. 14. deciſ. 62. & 156. vtrobiq; num. 1. part. 18. deciſ. 161. num. 10. part. 19. & in Taurinen. fideicommiſsi 5. Decembris 1689. §. verum hoc, & in Romana hæreditatis 29. Maij 1693. §. aut ſubſtitutio coràm R. P. D.*
2 *Molines*. Et propterea cum agatur de priuatione hæreditatis iam quæſitæ ſola exceptio non adimplementi ſufficiens non reputatur prò admittendo ſubſtituto, niſi ſimul probaretur per PP. Societatis Ieſu, quod hæres doloſè contrauenerit voluntati Teſtatoris non adimplendo onera ſibi præſcripta *Card. de Luca de fideicom. d. diſc. 154. num. 3 & 7. Rot. deciſ. 958. num. 14. coràm Dunoz. Iun. & deciſ. 187. num. 23. coràm Priolo, & deciſ. 622. num. 1. coràm Cerro deciſ 110. num. 3. coràm San. mem. Alexandro VIII. deciſ. 62 & 156. vtrobiq; num. 1. part. 18. & in dicta Romana hæreditatis 29. Maij 1693. §. aut ſubſtitutio in fin. coràm R. P. D. Molines.*

Non releuante, quod Teſtator inchoa-
3 uerit inſtitutionem per verba ibi — *Con l'infraſcritta conditione* — Quoniam ad cognoſcendum, an diſpoſitio ſit modalis, vel conditionalis non eſt inſiſtendum in cortice verborum, ſed in ſubſtantia mentis Teſtatoris, & proindè eſt inquirendum an onus debeat adimpleri antè vel poſt emolumentum quæſitum *Cancer. variar. reſol. lib. 3. cap. 22. num. 102. Card. de Luca d. diſc. 154 num. 12. Caſtrenſ. conſ. 252. verſ. circa primum deciſ. 62. num. 2. & deciſ. 156. paritèr num. 2. par. 18 cum alijs in d. Taurinen. §. nec refert. & in dicta Romana hæreditatis §. abſque eò quod.*

Maximè quia etiàm ſi diſpoſitio fuiſſet
4 concepta per modum conditionis, nihilominùs hæres de negligentia redargui non poteſt, ſtante inſufficientia reddituum bonorum, cum quibus Monaſterium erat erigendum. Non obſtante, quod Teſtator ſubſtituerit PP. Societatis Ieſu tàm in caſu, quod hæres noluerit, quàm in altero quod non potuerit erigere dictũ Monaſterium. Quoniam in caſu de quo agitur pia Vxor, & hæres Mariti prædefuncti cognoſcens redditus bonorum non ſufficere pro dicta fundatione Monaſterij procurauit

mul-

multiplicũ, vt Teſtatoris voluntas pinguius adimpleretur, licèt poſt tempus ab ipſo Teſtatore præſcriptum; vndè in hac hypotheſi ſublato impedimento accidentali non poteſt dici, quod Monaſterium non poſſit erigi, & fundari cum dicta hæreditate, vti in ſimilibus terminis ratiocinatur *Rota in dicta Romana hæreditatis* 29. *Maij* 1693. *coràm R. P. D. Molines* §. *nec contrarium*.

Præſertim quia hæres diſtulit fundatio-
5 nem Monaſterij, & inchoauit multiplicum cum conſilio, & licentia Ordinarij. Idcircò ſtante hac bona fide ad incurrendam pœnam priuationis hæreditatis, iàm quæſitæ debebat præcedere interpellatio, ex parte Subſtitutorum iuxtà *text. in auth. hoc amplius C. de fideic. Card de Luc. d diſc.* 154. *num.* 7. *in fine Rot decis.* 534. *num* 11. *&* 12. *part.* 14. *& decis.* 156. *num.* 4 *part.* 18. *& in Taurinen. fideicommiſſi* 5. *Decembris* 1689. §. *quoniam*, *& in Romana hæreditatis* 29. *Maij* 1693. §. *verùm coràm R. P. D. Molines*.

ARGVMENTVM.

HÆres in proprietate ſcriptus poſt mortem vſufructuarij, an dicatur hæres ab initio ad effectum tranſmittendi hæreditatem, ſi prædecederet.

SVMMARIVM.

Regularitèr hæres in proprietate inſtitutus poſt mortem vſufructuarij cenſetur hæres vſque ab initio num. 1.

Præſertim ſtantibus coniecturis num. 2.

Coniecturæ numerantur num. 3. 4. 5. 6. 7. 8. *&* 9.

VOTVM CLXXXVIII.

FRanciſcus Rocchus inſtituit Ioannam ſuam Vxorem in vſufructu omnium bonorum, & iurium, ſua vita durante, eique poſt mortem ſubſtituit Dominicum eius ex fratre nepotem, prædeceſſit præfatæ Ioannæ dictus Dominicus, vndè fuit dubitatum, an per illius prædeceſſum dicta hæreditas eſſet tranſmittenda ad eius hæredes.

Et licèt ſit controuerſum, an hæres in
1 proprietate inſtitutus, vel ſubſtitutus poſt mortẽ Vſufructuarij, dicatur hæres purus ab initio, ita ùt ſi prædecedat dubitari ſoleat, an tranſmittat proprietatem eius hæredibus, nihilominùs opinio affirmatiua videtur æquior, & communior, nè per prędeceſſum ſubſtituti tota moles Teſtamentaria deſtruatur, vti relictis antiquioribus teſtantur *Vrceol. conſult.* 38. *n.* 7. *Bonden. collect.* 8. *nu.* 2. *lib.* 2. *Andr. contr.* 121. *nu.* 23. *Altograd conſ.* 104. *nu.* 37. *& ſeq. lib.* 2. *Card. de Luca de fideicom diſc.* 60. *num.* 12. *& diſc.* 110. *num.* 7. *Caſtald. conſult.* 66 *num.* 5. *&* 37. *Rot. coràm Bich. decis.* 349. *nu.* 9. *&* 10. *coràm Cerro decis.* 70. *num.* 9. *coràm Merlin. decis.* 505. *num.* 7. *& ſeq. coràm Celſo decis.* 411. *num.* 22. *& in Romana Teſtamenti* 17. *Martij* 1684. §. *quod autem*, *& in Ciuitatis Caſtellana hæreditatis* 22. *Aprilis* 1689. §. *minùs facit coràm bo. me. Emerix*, *& in Interamnen. manutentionis* 22. *Aprilis* 1697. *coràm R P. D. Anſaldo* §. 3.

Et quamuis multi Doctores firmauerint, quod inſtitutus in vſufructu nullo ſibi in vita dato cohærede per quoddam ius accreſcendi cenſeatur hæres tàm in vſufructu, quam in proprietate *Menoch. de præſumpt. lib.* 4. *præſumpt.* 141. *num.* 26. *& in conſ.* 637. *num.* 2. *& in conſ.* 1112. *nu.* 1. *& ſeq. Fuſar. conſ* 195. *nu.* 7. *& ſeq. Salgad. in Labyrint. Creditor. part.* 1. *cap.* 2. §. *vnic. num.* 13. *Ioſeph Seſſe decis. Aragon.* 362. *numer.* 80. *& ſeq. Rot. decis.* 56. *num.* 1. *par.* 4. *recent. tom.* 2.

Tamèn contraria opinio videtur communior, quàm pluries complexa eſt Rota,
2 vti ſupra demonſtraui, ſed quidquid ſit de hac theorica in genere ſumpta, & adeò inter DD. controuerſa, ceſſat in noſtra ſpecie omnis difficultas ob voluntatem Teſtatoris ex varijs coniecturis elicitam; Nam Teſtator Dominicum eius hæredem ſubſti-
3 tutum in pluribus Teſtamenti partibus denominauit proprietariũ, & è contrà Vxor ſæpè fuit appellata vſufructuaria, quàm coniecturam prò oſtendendo, quod Vxor fuerit tantùm inſtituta in vſufructu expendunt *Bellon. de iur. accreſcen. dicto cap.* 7. *quæſt.* 16. *num.* 363. *Epiſ. Roc. ſelect. diſput. cap.* 30. *num.* 16. *Rot. decis.* 70. *num.* 3. *coràm Cerro*, attentis præſertim illis verbis ibi — *goda dell' vſufrutto ſua vita durante* — quæ
4 verba præſeferunt ſolum relictum temporalis vſufructus dumtaxat, vti perpendendo illa verba *ſua vita durante*, ſcripſerunt

Conciol. de hared. art. 1. num. 177. Gobb. con-
ſult. 150. num. 6. Card. de Luca de legat. di-
ſcurſ. 3. nu. 14. & 16. Rot. in rec. deciſ. 345.
5 *num. 6. par. 19.* Et idipſum firmauit Rota
conſiderando illud verbum *goda*, quod
propriè naturæ vſufructus conuenit, pro-
ùt recognoſci poteſt in *deciſ. 119. num. 1.*
& ſeq part. 19. & in Romana hæreditatis de
Ruſpolis 21. Aprilis 1690. §. fundamentum,
& §. ſequen. coràm bo. me. Emerix, & in In-
teramnen. manutentionis 12. Aprilis 1697.
§. ſecundo, §. tertio coràm R. P. D. Anſaldo.
Quibus additur præceptum factum Domi-
nico de non moleſtando Vxorem supèr
qualitate, & confectione Inuentarij ſub
pœna priuationis hæreditatis, ex quo re-
ſultat illum fuiſſe verùm hæredem in pro-
prietate, nàm priuatio non poteſt dari,
niſi priùs ſupponatur habitus *Mantic. de*
coniectur. lib 4. tit. 5. art. 15. per tot. Bellon.
de iur. accreſcen. dicto cap. 7. quæſt. 16. ſub
num. 375. verſ. 14. cum alijs cumulatis in di-
cta Interamnen. §. 4. coràm R. P. D. Anſaldo,
7 maximè quia Mariti ſolent Vxores vſu-
fructuarias dumtaxat relinquere, vt viue-
re commodè valeant tempore viduitatis,
& hanc coniecturam ex communi Marito-
rum conſuetudine deſumptam in terminis
noſtris conſiderant *Spad. conſ. 297. num 2.*
& 4. lib. 3. Capic. Latr. conſult. 112. num. 42.
& in recent deciſ. 145. num. 5. & 6. par. 18.
& coràm Vbaldo deciſ. 124. num. 7. & in Ro-
mana Teſtamenti 17. Martij 1684. §. quarto
coràm bo. me Emerix.

Quibus firmatis non releuat Teſtato-
8 rem iniunxiſſe onus Vxori ſoluendi lega-
tà, ex qua circumſtantia Scribentes pro
dicta Vxore deſumebant illam fuiſſe etiã
ſcriptam hæredem in proprietate, quo-
niam hoc argumentum retorquetur, quia
cum legata ſint annua, & per conſequens
debent ſolui ab vſufructuaria ex annuis
fructibus, dicendum eſt ipſam ſemper fuiſ-
ſe hæredem in ſimplici vſufructu, vti in
puncto ponderarunt *Conciol. de hæred. ar-*
tic 1. num. 206. & ſeq. Manſ. conſult. 123.
num 1. Rot. coràm Buratt. deciſ. 73. num. 1.
& 2. & deciſ. 70. num. 12. coràm Cerro.

Et demum non officit Teſtatorem pro-
9 hibuiſſe Vxori alienationem, ex qua pro-
hibitione reſultat argumentum, quod ei-
dem fuerit relictus non ſolùm vſusfructus,
ſed etiam proprietas *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.*
684. num. 4. Gratian. diſcept. 216. num. 1.
Bellon. de iur. accreſcen. cap. 7. quæſt. 16. nu-
mer. 384. cum alijs apud Vrceol. conſult. 38.
num. 14. Rot. coràm Burat. deciſ. 24. num. 11.
coràm Merlin. deciſ. 505. num. 15. & in re-
cent. deciſ. 289. num. 24. & ſequent. part. 9.
& deciſ. 154. num. 24. par. 13.

Quoniam hanc coniecturam impugnant *Menoch. de præſumpt. præſumpt. 133. num. 3. & conſ. 594. num 9. Fachin. contr. iur. lib. 5. cap. 44. Merend. contr. iur. lib. 2. cap. 34. numer. 5. & ſeq. Caualcan de vſufruct. Mulier. relict. num. 78. Caſtil. eod tract. de vſufruct. cap. 30 num. 34. & ſeq.*

Sed quidquid ſit de hac opinione ceſſabat in facto omnis difficultas, cum Teſtator reliquerit Vxori vltrà vſumfructũ omnium bonorum etiàm gemmas, & in diſpoſitione gemmarum legitur reſtricta ſola prohibitio alienationis, & proindè prohibitio alienationis limitata ad gemmas ſolum inſeruiret prò arguendo, quod iocalia tantummodò fuerint Vxori relicta etiàm in proprietate, idcircò hæc diſpoſitio particularis nil commune habet cum vniuerſali, imò ſtante argumento diſcretiuè loquendi poteſt dici, quod non fuerit volitum id, quod in altera parte diſpoſitionis fuerit prætermiſſum.

ARGVMENTVM.

Expenduntur plura dubia in materia funerum, & electionis ſepulturæ.

SVMMARIVM.

Regulares an ſint exempti à quarta funerali numer. 1.

Abbates regulares quando habeant vſum Baldacchini num. 2.

Abbates regulares an poſsint vti Baldacchino occaſione exequiarum num. 3.

Seculares an poſsint ſtatuere circà expenſas funerum num 4.

Emolumenta funeralia an debeantur Archipreſbytero, qui exercet curam actualem, ſeù potiùs Capitulo penès quod reſidet cura habitualis n. 5.

Eſt attendenda conſuetudo, cuius vigore Clerus Secularis ingreditur Eccleſias regularium, ibique coniunctim peragit funeralia num 6.

Regulares debent accedere ad Eccleſiam Parochialem prò aſſociando cadauere num. 7.

Moriens in carceribus, in qua Parochia ſit tumulandus num. 8.

Ele-

Electio ſepulturæ quomodo probetur num. 9.
Indutus habitu Tertiariorum an ſit ſepeliendus in Eccleſia Regularium num. 10.
Patrono an competat ius ſepulchri in Eccleſia patronali num. 11.
Ius ſepulchri, quomodo probetur num. 12.
Seculares an, & quando ſepelliri poſſint in Eccleſijs Monialium num. 13.

VOTVM CLXXXIX.

Reſoluuntur in hoc Voto plura dubia in varijs cauſis propoſita tàm in Sacra Congregatione Concilij, quàm Sacrorum Rituum, concernen-
1 tia materiam ſepulturæ, & funerum; nèc hic repeto illam quæſtionem adeò intèr Doctores agitatam, ſcilicèt an Regulares ſint exempti à quarta funerali, cùm iàm de hac quæſtione tractauerim in *Vot. 101. per tot.*

Quæſitum fuit igitur primo; An Ab-
2 bates Regulares, qui habent vſum Baldacchini poſſint eo vti occaſione exequiarum celebrandarum ob mortem alicuius Principis, & reſpondi negatiuè, quia Abbates poſſunt vti Baldacchino in quolibet anno in tribus feſtiuitatibus ad ſummum cum debita conuenientia ſinè pompa, & auro, prout pluries fuit deciſum à *Sacra*
3 *Congregatione Rituum in vna Florentina Caſſinenſium 12. Martij 1618. & in vna Camalduleu. 21. Auguſti 1632.* hinc cùm dies exequiarum non ſit feſtiuitas ſolemnis, ſequitur, vt Abbates Regulares vti non poſſint Baldacchino occaſione exequiarum; & ita declarauit *Sac. Congregatio Rituum 27. Septembris 1659.* quæ reſolutio Pontificio oraculo fuit comprobata, & deindè publicata 3. Februarij 1660. teſte *Pignatello conſult. canon. 44. numer. 11. tom. 7.*

4 Ad ſecundum dubium an laici poſſint ſtatuere circà expenſas funerum, dixi affirmatiuè reſpondendum, quià diſpoſitio laicalis circà funeralia non tangit ſpiritualitatem, ſed tantùm tollit expenſas ſuperfluas pompaſque inutiles, vti probat *Graſ. de effect. clerical. effect. 2. num. 469. Rot. deciſ. 252. num. 12. part. 16.*

5 Tertio dubio an emolumenta funeralia debeantur Archipresbytero, qui curam actualitèr exercet, seù potiùs Capitulo, apud quod reſidet cura habitualis, reſpondi dicta emolumenta ſpectare ad Capitulum, & hæc opinio paſſim eſt recepta *Tondut reſolut. benefic. part. 1. cap. 63. Pignatel. conſult. canonic. 150. numer. 6. tom. 9. Rot. deciſ. 256. part. 1. & deciſ. 391. numer. 5. part. 4. tom. 2. & deciſ. 445. num. 9. & 10. part. 5. recent. coràm Celſo deciſ. 135. coràm Cerro deciſ. 450. num* 3. & latè, & nouiſſimè in *Romana funeralium 4. Martij 1695. & 30. Ian. 1696. coràm R. P. D. Molines.*

6 Quarto dubio an ſit attendenda conſuetudo Capituli Cathedralis, & aliarum Collegiatarum ingrediendi in Eccleſias Regularium, ibique coniunctim cum Regularibus funeralia peragendi, affirmatiuè reſpondendum eſſe cenſui, & ità firmatum fuit à *Rota in Potentina funeralium 2. Decembris 1689. & 21. Aprilis 1690. coràm Eminentiſs Caccia.*

Quinto dubio an Regulares debeant
7 accedere ad Eccleſiam Parochialem cum alijs paritèr acceſſuris ad funus, affirmatiuè dixi eſſe reſcribendum, & refero plura Sacrarum Congregationum decreta in hac materia, & in ſpecie S. Congregatio Concilij die 6. Ian. 1649. cenſuit *Regulares, quando vocantur ad aſſociandum defunctorum cadauera teneri accedere ad Parochialem Eccleſiam, aut concurrente legitima conſuetudine ad aliam Eccleſiam, ſed nullo modo poſſe per viam expectare, aut in domum defunctorum conuenire non obſtante vſu contraria allegato;* idipſum fuit priùs reſolutum à Sac. Congregatione Rituum *in vna Bononien. 9. Decembris 1617. & deindè à Sac. Congregatione Epiſcoporum in vna Placentina 16. Decembris 1661.*

8 Sexto dubio moriens in carcere, in qua Parochia ſit ſepelliendus, dixi mancipatum carceribus eſſe ſepelliendum in Parochia carceris, quià quamuis inuitus detineatur, nihilominùs quoad Sacramenta recipienda ſpectat ad Parochiam carceris, & proindè etiàm inuitus euadit illius Parochianus, & ſic pluries fuiſſe reſolutum teſtatur *Pignatel. conſult. canon. 86. per tot. & ſignantèr num. 11. & 12. tom. 7.*

9 Septimo dubio an circà electionem ſepulturæ ſit ſtandum ſoli atteſtationi Parochi, vèl Confeſſarij, putaui affirmatiuè reſpondendum *Dian. part. 5. tract. 3. reſolut. 106. Lanor. tom. 1. variar. lucubrat. tit. 2. cap. 11. num. 20. Paſqualig. in deciſ. moral. deciſ. 406. num.* 1. cum hac tamèn de-

clarationе, vt ſupradicta affirmatiua reſ-
ponſio procederet, dummodò Parochus
non deponeret ad proprium commodum,
proùt declarauit Sac. Congregatio Con-
cilij die 13. Februarij 1666. ad petitio-
nem clar. me. Cardinalis Ginetti in reſ-
ponſione ad primum dubium.
10 Octauo dubio an is, qui poſt mortem
mandat ſuum corpus eſſe induendum ha-
bitu Tertiariorum, ſit ſepelliendus in Ec-
cleſia Regularium, deſumi negatiuam reſ-
ponſionem ex *Pignatel. conſult. canonic.* 17.
num 9. *&* 30. qui ex mente Sacræ Con-
gregationis Concilij concludit indutum
habitu Tertiarij eſſe ſepelliendum in Ec-
cleſia Parochiali, vèl in ſepulchro ſuorum
Maiorum.
Nono dubio, an Patrono competat ius
11 ſepulchri in Eccleſia patronali, reſpondi
negatiuè niſi expreſsè fuerit permiſſum,
vèl reſeruatum in limine fundationis, &
ità firmatum fuit à *Lotter. de re benef. lib.* 2.
quæſt. 4. *num.* 9. *&* 21. *Barboſ. de iur. Ec-
cleſ. vniuer. lib* 2. *cap.* 10. *num.* 13. *verſ.
nèc etiàm Vbald. deciſ.* 352. *num.* 9. *& ſeq.
& Bich. deciſ.* 162. *num.* 17. *& ſeq. & in re-
cent. deciſ.* 163. *num.* 15. *&* 16. *par.* 17.
Decimo dubio an, & quomodò probe-
12 tur ius ſepulchri in aliqua Eccleſia, quan-
do non conſtet de conceſſione, putaui
quod in tali hypotheſi ius ſepulchri pro-
bari poſſit per coniecturas, & ſignantèr ſi
per longum tempus alicuius familiæ cada-
uera in illo fuiſſent tumulata *Samuel. in
ſua prax. de ſepult. tract.* 1. *diſp.* 1. *cent.* 4.
concl. 4. *fol.* 30. *P. Murga diſquiſ. moral.
tract.* 4. *de iur. ſepul. diſp.* 22. *numer.* 1. *&
ſeq. tom.* 1. *fol.* 224. *Add. ad Gregor. dec.* 145.
num. 5. *verſ. vbi diù Rot. coràm Pen. deciſ.*
1566. *num.* 2. *& in rec. deciſ.* 139. *num.* 1.
part. 17. proùt ex armorum inſculptione
in lapide ſepulchrali deſumeretur ſepul-
chri dominium, ad tradita per *Rot. in de-
ciſ.* 139. *num.* 4. 5 *&* 9. *part.* 17. *recent.*
13 Vndecimo dubio, an Seculares poſſint
ſepelliri in Eccleſia Monialium, quamuis
exteriori, negatiuè reſpondendum eſſe
credidi ſinè ſpeciali licentia Sacræ Con-
gregationis Epiſcoporum, & Regula-
rium, quæ *in vna Foroſempronien.* 23. *Au-
guſti* 1652. ſic ſcripſit — *Eſſendo portato alla
notitia della Sacra Congregatione, che ſi penſi
di ſeppellire il cadauero della Moglie del Ci-
ruſico di coteſta Città nella Chieſa delle Mo-
nache di San Bernardo, doue ſi hà eletta la ſe-
poltura, queſti Eminentiſsimi miei Signori
mi hanno comandato di auuertire à V. S. che
eſſendo ciò contro i Decreti della medeſima Sa-
cra Congregatione non lo permetta in verun
modo ſenza eſpreſſa licenza dell' EE. loro* —
Et eadem Sacra Congregatio *in vna Gra-
ninen. prima Octobris* 1650. ſic ſcripſit — *nelle Chieſe eſteriori delle Monache non ſi
ponno ſeppellire eſterni, e foraſtieri, ne huo-
mini, ne donne, ne anche Principi ancorche vi
foſſero ſepolti i loro Maggiori.* Solet tamèn
eadem Sacra Congregatio impartiri li-
centiam ſepeliendi Seculares in Eccleſijs
Monialiũ, vèl ob benemerita, vèl ob elee-
moſynam ſolutam competenter, vti *in vna
Meſſanen.* 6. *Auguſti* 1601.

ARGVMENTVM.

SVbſtitutus in caſu, in quo filia vidua ſecundò nuberet, & decederet ſinè filijs, admittitur etiàm in caſu, in quo dicta vidua ad ſecunda vota non tranſierit.

SVMMARIVM.

Subſtitutus in caſu, quo filia nuberet, & decederet ſine filijs admittitur etiamſi nuptiæ numquàm fuerint ſequutæ num. 1. *& per tot.*

Conditio negatiua comprehendit omnes caſus numer 2.

Subſtitutus in caſu ſi ſinè filijs, cenſetur etiam ſubſtitutus ſi filij exiſterent, & poſtea decederent num 3.

Conditio poſita in vna ſubſtitutione quando cenſeatur repetita in altera num 4. 5. 6. *&* 9.

Oratio quando dicatur perfecta num. 7. *&* 8.

VOTVM CLXXXX.

IOannes Baptiſta Salimbenus poſtquàm inſtituerit Veronicam Filiam, tunc viduam ſic diſpoſuit; *ordino, e voglio, che quando detta mia Figlia ſi rimaritaſſe, e faceſſe Figli, tutta la mia robba vada à Figli maſchi della medeſima. Non facendo poi Figli ſuccedano in detta heredità i Figli maſchi d'Ignatio mio Fratello.*

1 Veronica autèm cum ad ſecundas nuptias non tranſierit, ſed in viduitate remanſerit, fuit dubitatum, an eſſet purifica-

tum

Digitized by Google

tum fideicommiſſum fauore Filiorũ Ignatij, & affirmatiuè reſpondendum eſſe putaui ea potiſſimùm ratione, quod illa negatiua conditio *non facendo Figli*, vti con-
2 cepta generalitèr, & indefinitè comprehendat omnes caſus, in quibus contigiſſet Veronicam ſinè filijs obijſſe *Rot. coràm Pamph. deciſ. 156. numer. 6. & ſeq. & 172. num. 1. & ſeq. & in Interamnen. fideicommiſsi 15. Ianuarij 1694. coràm R. P. D. Benincaſa*, militat namque eadem ratio tàm
3 in caſu, in quo Veronica perſeueraſſet in viduitate, quàm in altero, in quo filios non ſuſcepiſſet, cum teſtator voluerit ſubſtitutum admitti ſempèr, & quando dicta Veronica ſinè filijs deceſſiſſet *Negusan. Iun. reſponſ. 258. numer. 12. Altograd. conſ. 76. num. 38. & 42. lib. 1. Rot. coràm Pamph. d. deciſ. 156. num. 10. & deciſ. 172. numer. 9. & latè in recent. deciſ. 226. numer. 5. & 6. part. 16. recent.*

Non obſtante vnico obiecto huius cauſæ nempè, quod ſicuti prima ſubſtitutio facta fauore filiorum ipſius Veronicæ
4 concepta fuerit ſub ea conditione ibi — *ſi rimaritaſſe, e faceſſe figli* — ita ſub duplici conditione intelligi debeat altera ſubſtitutio facta fauore filiorum Ignatij ibi — *non facendo figli* — nempè poſtquàm fuiſſet ſecundò nupta.

Quoniàm ſufficit obſeruare teſtatorem appoſuiſſe conditionem tranſitus ad ſecunda vota, tamquàm neceſſarium antecedens ad ſuſceptionem ſobolis in ipſa
5 ſubſtitutione ad ſucceſſionem inuitatæ, non autèm ad regendam alteram ſubſtitutionem filiorum Ignatij. Excluditur enim conditionis repetitio, quando non concurrit nèc identitatis ratio, vèl aliqua dictio repetitiua *Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 403. num. 21. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 10. tit. 6. num. 15. Caſtil. contron. iur. lib. 2. cap. 4. num. 94. & in Meleuitana fideicommiſsi 21. Aprilis §. nàm vt in caſu, & 3. Iulij 169 . §. ſed his minimè refragantibus cum ſeq. coràm Reuerendiſs. Turonen. & in Interamnen. fideicommiſsi 15. Ian 1694. §. his ita firmatis coràm bo. me. Benincaſa.*

Nec iuuat replicare in præſenti adeſſe coherentiam primæ ſubſtitutionis, cum altera, quià hoc obiectum tollitur ponde-
6 rando ambas ſubſtitutiones, quæ vti rectæ à proprijs verbis habent proprium, & abſolutum ſenſum, ità quod vnaquæque de per ſe ſubſiſtat per modum inde-
7 pendentis, & ſeparatæ orationis, & proindè in iſtis terminis difficiliùs datur conditionis repetitio *Rot. deciſ. 172. numer. 5. part. 14. & deciſ. 381. num. 12. & 633. nu. 24 & ſequen. part. 18. & in Tudertina fideicommiſsi 27. Aprilis 1693. coràm bo. mem. Emerix §. nec obſtare.*

Minùſque turbat in ſecunda ſubſtitu-
8 tione filiorum Ignatij deficere nomen Veronicæ hæredis grauatæ, & idcircò dicta ſubſtitutio eſt ſupplenda ab altera antecedenti cum repetitione qualitatum, & conditionum in illa expreſſarum.

Nàm prò remotione huius difficultatis ſat eſt, quod ſecunda ſubſtitutio fuerit negatiuè concepta, vt nullum caſum excipiat, & in puncto firmatur per *Rot. in dict. deciſ. 156. num. 10. coràm Pamphil. & in dicta Interamnen fideicommiſsi 15. Ianuarij 1694 §. placuit coràm bo. me. Benincaſa*, in qua fuit vlteriùs deciſum non obſtare in his terminis aduerſatinã, quę intèr vnam,
9 & alteram ſubſtitutionem intercederet, dum militante diuerſa ratione in vno, ac alio caſu numquàm eſſe admittendam repetitionem ſcripſerunt *Alex. conſ 66. lib. 2. Dec. conſ. 376. ſub num. 7. verſ. tertio non obſtat Caſtil. contron. iur. lib. 2. cap. 4. num. 94. & ſeq. Rot. in Meleuitana fideicommiſsi 3. Iulij 1690. §. in quo paritèr coràm Reuerendiſs. Turonen. & in Tudertina fideicommiſsi 27. Aprilis 1693. §. non obſtare coràm bo. me. Emerix.*

ARGVMENTVM.

OBlationes factæ alicui Sacræ Imagini depictæ in pariete, ſeù exiſtenti in aliqua Capella, Oratorio, vèl Eccleſia, cui debeantur.

SVMMARIVM.

Oblationes facta alicui Sacra Imagini exiſtenti intra limites Parochia cui debeantur, eſt quæſtio controuerſa num. 1.

Reſoluitur fauore Parochi num. 2.

Qui Parochus habet aſsiſtentiam iuris prætendendi omnia emolumenta, & oblationes, quæ ſunt in ſua Parochia num. 3.

Oblationes non debentur Parocho, quando adeſſet contraria voluntas offerentium, ſed in tali caſu

ſu competere eidem adminiſtratio numer. 4. & 5.

Oblationes facta in Eccleſijs Regularium non debentur Parocho num. 6.

VOTVM CLXXXXI.

IN hoc dubio, oblationes factæ alicui Sacræ Imagini depictæ in pariete extrà Parochialem, ſed intra limites Parochiæ, cui debeantur, neceſſe eſt omnium Doctorum referre opiniones, cum ſit queſtio quotidiana, & difficilis.

Alij namque putarunt dictas oblatio-
1 nes ſpectare ad Epiſcopum, alij ad Cathedralem, alij ad Dominum parietis, & tandem alij ad Parochum, qui omnes Doctores numerantur à *Fagnan. in cap. paſtoralis numer. 14. cum plur ſequen. de his, quæ fiunt à Prælatis ſinè Conſenſu Capituli.*

Communior, & verior opinio eſt illo-
2 rum tenentium has oblationes ſpectare ad Parochum, quam amplexa eſt plurièś tàm Sacra Congregatio Concilij, quàm Sac. Rota Romana, ſiuè agatur de Sacris Imaginibus exiſtentibus in Oratorijs, ſiuè in Eccleſijs, & Capellis ſitis intrà limites Parochiæ, etiamſi adeſſet Beneficiatus in dictis Eccleſijs *Genuen. in prax. cur. Archiep. Neapol. cap. 57. num. 3. Mareſcot. lib. 2. var. reſolut. cap. 42. num. 8. Pignatel. conſult 83. num. 1. tom. 6. Fagnan. in dict. cap. paſtoralis num. 17. & 18. Ric. deciſ. 170. num. 8. & ſeq Rot. deciſ. 256. part. 1. & deciſ. 37. num. 2. part. 5.* Sacra Congregatio Concilij *in vna Fulginaten. Oblationum 6. Aprilis* 1647. per ſequentia verba -- *Cenſuit Rectori Parochialis Eccleſiæ S. Nicolai Belfioris Diœceſis Fulginatenſis deberi oblationes, quæ fiunt in Eccleſia ſimplici S. Mariæ Prati exiſtente intrà limites dictæ Parochiæ.*

Parochus namque in iure habet funda-
3 tam intentionem percipiendi prouentus omnes ſpirituales, qui obueniunt intrà limites ſuæ Parochiæ, ſiuè conſiſtant in mortuarijs decimis primitijs, ſinè in omnibus alijs ſimilibus oblationibus *cap. cum intèr vos de verbor. ſignif. Innocen. in cap. paſtorali: antè medium verſ. non dicimus ibi Hoſtien. numer. 3. in verb. prouentus Ioan. Andr. num. 1. verſic. tu dic Butr. num. 3. Fagnan. num. 17. de his quæ fiunt à Prælatis.*

Declarando tamèn, vt hæc opinio pro-
4 cedat dumtaxat in dubio, ſecùs verò quando conſtaret de intentione fidelium, qui feciſſent dictas oblationes prò ornatu Capellæ, ſeù Sacræ Imaginis, nàm tùnc offerentium intentio omninò eſſet ſeruanda *Fagnan. in dict. cap. Paſtoralis num. 29. Pignatel. tom. 6. conſult. canon. 83 num. 5. Rot. deciſ. 37. num. 8. par. 5. recent Sacra Congregatio Epiſcoporum in Triuentina* 20. *Martij* 1601. *in Fanen.* 27. *Iunij* 1659.

5 Ac etiàm quando conſtaret de certa voluntate fidelium, qui feciſſent oblationes prò ornatu Sacræ Imaginis, adminiſtratio eleemoſynarum ſpectaret ad Parochum, qui deberet exequi mentem Offerentium illas cuſtodiendo, ac erogando in vſum deſtinatum, vti egregiè explicatur *à Fagnan. in d. cap. Paſtoralis n. 30. & 31.*

Proùt nec Parochus, nec Epiſcopus
6 poſſent aliquid prætendere de oblationibus factis alicui Imagini exiſtenti in Eccleſia, vel Monaſterio Regularium, quia Monaſteria exempta licèt ſint in Parochia, vel Diœceſi, tamèn non ſunt neque de Parochia neque de Diœceſi, & tradunt in terminis noſtris *text. & DD. in cap. 1. de Stat. Monachor. cap. nimis de exceſ. prælator.*

ARGVMENTVM.

ERectio noui Archidiaconatus in Capitulo Cathedrali an poſſit fieri ab Ordinario, vèl potiùs ſit recurrendum ad Pontificem. An talis erectio poſſit fieri reluctante Capitulo. Et an præeminentiæ cum voce actiua, & paſſiua in tali caſu debeantur nouo Archidiacono.

SVMMARIVM.

Erectio noui Canonicatus, ſeù Archidiaconatus, an poſſit fieri ab Ordinario num. 1.

In tali caſu eſt exquirendus conſenſus Capituli num. 2.

Qui conſenſus ſi eſſet irrationabilitèr denegatus haberetur prò præſtito num. 3.

Nouo Canonico, ſeù Archidiacono etiàm ſtante diſſenſu Capituli debentur præeminentia cum voce actiua, & paſſiua num. 4.

Archidiaconus an, & quando debeat eſſe Doctor num. 5.

VO-

VOTVM CLXXXII.

IN hac cauſa Sabinenſi pluriès propoſita in Sacra Congregatione Concilij primò loco fuit dubitatum, an erectio noui Archidiaconatus in Cathedrali Sabinenſi eſſet facienda à Dataria Pontificis, ſeù ab Eminentiſſimo Ordinario.

Prima facie videbatur reſpondendum,
1 quod talis erectio eſſet facienda à Dataria Pontificis per *text. in can. omnes diſt.* 22. *ibi gloſſ. Pyr. Corrad. prax. benefic. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 38. *Sac. Congregatio Concilij in vna Licien.* 18. *Aprilis* 1617. maxime in præſenti, quia agitur de Capitulo habente determinatum numerum Canonicatuum, prout apparet ex Bulla San. Mem. Alexandri VI.

Tamèn à Sacra Congregatione Concilij in hac cauſa Sabinenſi *die* 26. *Nouembris* 1695. reſcriptum fuit, dictam erectionem Archidiaconatus poſſe fieri ab Eminentiſſimo Ordinario ſequendo opinionem *Barboſ. de poteſt. Epiſc. in addit. ad alleg.* 68. *ſub num.* 8. præcipuè quia ex iſta noua erectione non minuebatur prouentus aliorum Canonicatuum, ſed potiùs augebatur honor, & ſeruitium Eccleſiæ, vti in ſimilibus terminis ratiocinatur *Rot. coràm Coccin. deciſ.* 1902.

In hac cauſa Sabinenſi fuit ſecundo lo-
2 co dubitatum, an in tali erectione Archidiaconatus eſſet neceſſarius conſenſus Capituli, & affirmatiuè reſpondendum eſſe putaui, prout exquiri ſolet etiàm à Dataria Pontificis *Pacion. de probat. lib.* 2. *cap.* 28. *num.* 11. *Gambar. de offic. & poteſt. Legat. in erigen. non. benefic. num.* 12. & 13. & ità reſolutum fuit à Sacra Congregatione Concilij in hac cauſa Sabinenſi *die*
3 14. *Aprilis* 1696. & ſi per Capitulum ſine cauſa, & irrationabilitèr denegaretur conſenſus, in illo enim caſu haberetur prò præſtito *cap. nullus* 17. *de iur. patronat. Lotter. de re benefic. lib.* 1. *quaſt.* 28. *nu.* 10. *Rot. deciſ.* 744. *nu.* 8. *par.* 18. *tom.* 2. *recent.*

Quo verò ad tertium dubium, an ſupra-
4 dicto Archidiaconatu erecto ſinè conſenſu Capituli, debeatur Archidiacono Stallum in Choro cum ſuis præheminentijs, & cum voce actiua, & paſſiua, affirmatiuè reſcribendum eſſe credidi ad tradita per *Rotam coràm Mohedan. deciſ.* 24. *aliàs* 260. *de prabend. & coràm Coccin. deciſ.* 1902. *num.* 16.

Et tandèm quoad quartum dubium, an
5 pro conſequendo dicto Archidiaconatu requiratur Laurea Doctoralis in iure canonico, vel in Sac. Theologia, diſtinguendum eſſe cenſui, aut Archidiaconus habet curam Animarum, vel iuriſdictionem, & in iſto caſu requiritur Laurea Doctoralis; aut Archidiaconus caret cura Animarum, & iuriſdictione, & in hac hypotheſi non eſt neceſſaria Laurea Doctoralis iuxta diſtinctionem paſſim receptam *Ricc. in prax. in for. Eccleſ. deciſ.* 248. *Garz. de benefic. par.* 7. *cap.* 7. *num.* 30. *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. par.* 3. *alleg.* 60. *num.* 60. *Rot. deciſ.* 1902. *num.* 25. & 26. *coràm Coccin. & deciſ.* 347. *num.* 9. & 10. *coràm Pentinger.*

ARGVMENTVM.

VAlet conſuetudo, quod in Eccleſia receptitia non admittatur Presbyter ad participationem Maſſæ Capitularis, niſi poſtquàm inſeruierit ſinè ſtipendio Eccleſiæ per aliquod tempus.

SVMMARIVM.

Valet conſuetudo inſeruiendi ſinè ſtipendio Eccleſia per aliquod tempus priùs quam participetur de Maſſa communi num. 1.

Beneficiatis, & Canonicis non poſſunt diminui eorum redditus tàm vigore Concilij Tridentini, quàm Bulla Piana confirmata à Sanctiſsimo D. Noſtro num. 2.

Declara num. 3 & 4.

VOTVM CLXXXIII.

IN Cathedrali Eccleſia Andrien. (quæ eſt receptitia) antiqua irrepſerat cõſuetudo admittendi æqualitèr, & indiſtinctè omnes Sacerdotes ad ſeruitium Eccleſiæ, & conſequentèr ad participationem omnium emolumentorũ Maſſæ Capitularis, excepto tamèn primo anno ſeruitij, in quo illi, qui fuerant promoti ad Sacerdotium intrà menſem Septembris participabant integrè, & æqualitèr cum cæteris alijs. Promoti verò poſt dictum menſem, ne dum tenebantur gratis inſeruire vſque ad

ad menſem Auguſti ſubſequentis: Verùm etiàm in caſu prætermiſſæ celebrationis mulctabantur pœna vnius caroleni prò qualibet vice, ac prò qualibet Miſſa non celebrata. Hanc conſuetudinem vti minùs æquam, ſacriſque Canonibus parum conſonam particulari decreto in viſitatione ædito improbauit Epiſcopus non diſſentiente tunc, vt ipſæ aſſerit, maiori parte Capitularium. Cum autèm alij ſub nomine Capituli reclamantes interpoſito recurſu ad Sacram Congregationem Concilij inſtent prò dicti decreti reuocatione, ac prò obſeruantia veteris conſuetudinis, hinc vtraq; parte informante ab Eminentiſſimis PP. decernendum erit.

An Decretum Epiſcopi in viſitatione factum ſit obſeruandum.

Negatiuè reſcribendum videtur, nàm
1 fere in toto Regno Neapolitano, ac etiàm alibi viget ſimilis conſuetudo admittendi Presbyteros ad participationem Maſſæ Capitularis, poſt quàm per aliquod temporis ſpatium ſinè ſtipendio inſeruierint Eccleſiæ, & hæc conſuetudo ſæpè approbata remanſit ab oraculo Sacræ Congregationis Concilij, & ſignantèr *in vna Calertina 11. Iunij 1609. & in Pelicaſtrenſi 13. Ianuarij 1695. & in hac cauſa Andrien. 5. Maij 1696.*

Non obſtante, quòd per Sac. Conci-
2 lium Tridentinum *ſeſſ. 24. cap. 14. de refor. & per Bullam 106. B. Pij V.* determinatū ſit nouis Canonicis, ſeù Beneficiatis non eſſe diminuendos introitus, & prouentus eorum Canonicatuum, & Præbendarum, de qua materia latè tradunt *Garz. de benefic. cap. 1. num. 84. Monet. de diſtribut. par. 2. quæſt. 18. num. 54. Barboſ. de Canonic. & Dignit. cap. 15. num. 33. Pignatel. tom. 3. conſult. 30 per tot.*

3 Quoniàm tàm Synodus Tridentina, quā Piana conſtitutio non habent locum in his Eccleſijs receptitijs, in quibus non eſt reprobanda antiqua conſuetudo inſeruiendi Eccleſiæ per aliquod tempus abſque emolumento, vti vno ore firmant *Barboſ. de Canonic. & Dignitat. cap. 23. num. 7. Garz. de benefic part. 11. cap. 5. num. 138. Fagnan. in cap. licet de prabend. num. 86. clar. mem. Card. de Luca de Canonic. & Capit. diſc. 17. per tot.*

Prout in terminis ſupradictæ diſpoſitio-
4 nis Sacri Concilij Tridentini, & Bullæ Pianæ etiam per Sanctiſſimum Dominum Noſtrum confirmatæ, fuit nouiſſimè reſolutum à Sacra Congregatione Concilij in vna Cauallicen. fructuum die 25. Ianuarij 1698. Archidiaconum teneri ad contributionem fructuum primi anni ad formā antiqui Statuti Eccleſiæ Cathedralis.

ARGVMENTVM.

Creditor Cenſus, ſeù Cambij recipiens partem ſortis abſq; vlla proteſtatione extinguit in toto Cenſum, ſeù Cambium, itaut prò rata ſortis non ſolutæ non poſſit ampliùs prætendere fructus, ſeù lucra.

SVMMARIVM.

Creditor Cenſus, ſeù Cambij recipiens partem ſortis non extinguit in toto Cenſum, ſeù Cambium, etiàm ſi non præceſſerit aliqua proteſtatio num. 1.

Contra num. 2. 3. & 4.

VOTVM CLXXXXIV.

IN hac cauſa agitata intèr D. Bartholomæum Franciam, & D. Cæſarem Ferrarium fuit diſputatum, an fructus, ſeù lucra amplius deberentur poſt extinctionem in parte factam prò ea parte, & rata ſortis non reſtitutæ.

Nàm prò affirmatiua non deſunt quam
1 plurimæ auctoritates firmantes, quod reſtitutio ſortis in parte facta non faciat ceſſare contractum in toto, itaùt prò rata ſortis non reſtitutæ debeantur fructus ſinè agatur in cenſibus, ſiuè in ſocietate Officij *Cenc. de cenſ. quæſt. 107. num. 4. & ſeq. & quæſt. 110. num. 1. & ſeq. ac per tot. Rot. coràm Merlin. deciſ. 822. & 841. Adden. ad deciſ. 454. part. 4. recent. tom. 2. & in puncto cambiorum tradit. clar. mem. Card. de Luca de camb. diſc. 19. ferè per tot.*

Negatiua tamèn opinio mihi viſa eſt
2 æquior, & communior cum creditor recipiens partem ſortis abſque vlla proteſtatione cenſeatur totum cenſum, ſeù cambium extinguere, itaùt non poſſit prò reſiduo ſortis ampliùs fructus prætendere, dum contractus tamquàm indiuiduus (ſeclusa contraria proteſtatione creditoris)

in

in parte extinctus, dicatur etiàm in toto innouatus, & extinctus *Rot. deciſ.* 709. *n.* 3. *part.* 1. *diuerſ. penès Cenc. de cenſ. deciſ.* 182. *num.* 3. *deciſ.* 272. *nu.* 7. *& deciſ.* 293. *nu.* 1. *&* 10. *& in recent. deciſ.* 250. *nu.* 16. *par.* 18. *tom.* 1. *& deciſ.* 601. *num.* 13. *eadem par.* 18. *tom.* 2. *& deciſ.* 347. *num.* 27. *par.* 19. & in puncto partis ſortis in cambio à debitore creditori reſtitutæ firmauit Rota Bononienſi *in die* 16. *Ianuarij* 1696. *intèr D Ioannem de Riccijs, & hæredem quondam D. Marci de Boarijs.*

Nec turbat in contractu cambij de quo 3 agitur, adeſſe pactum, vt lucra deberentur vſque ad totalem ſortis reſtitutionem, quia ab hoc pacto præſumitur receſſum eo ipſo, quod creditor receperit partem ſortis abſque vlla proteſtatione ratione indiuiduitatis contractus, quæ ratio ſi militat in cenſu, qui de ſui natura poteſt extingui in pluribus ſeparatis vicibus, indubitantèr debet multo magis procedere in cambio, quod vnico actu eſt extinguendum.

In quam opinionem faciliùs acceſſi ex 4 coniectura ta mente contrahentium, nàm creditor poſt reſtitutionem integræ ſortis ſiluit ſpatio quinque annorum, quibus elapſis intentauit iudicium prò conſequendis lucris, & proindè ex hac longa taciturnitate eſſe deſumendam illius intentionem extinguendi totum cambium probarunt *Card. de Luca de camb. diſc.* 19. *num.* 7. *Rot. in recent. deciſ.* 347. *nu.* 29. *par.* 19 *recent.* maximè quia dictus Creditor vti Mercator, & Vir ſagax non recipiſſet ſortem integram abſque vlla præſeruatione fructuum, niſi verè, & realitèr præceſſiſſet totalis extinctio ſupradicti Cambij.

ARGVMENTVM.

Reſoluuntur plura dubia ſpectantia ad materiam Indulgentiarum.

SVMMARIVM.

Epiſcopus poteſt concedere vnum annum Indulgentiarum pro dedicatione Eccleſia num. 1.

Indulgentia conceſſa vltrà facultatem ſubſtinetur in ea parte, quæ non excedit facultatem concedentis num. 2.

Archiepiſcopus poteſt concedere Indulgentias quadraginta dierum Subditis ſuorum ſuffraganeorum num. 3.

Indulgentia conceſſa in diebus Paſchatis, an poſſit lucrari pluriès ab eadem perſona diuerſis tamèn diebus num. 4.

Clauſula dummodo in Eccleſia non adſit alia Indulgentia, quomodo intelligatur num. 5.

Cardinales quamuis non Epiſcopi poſſunt concedere centum dies Indulgentiarum num. 6.

Capitulum Sede vacante an poſſit diſpenſare Indulgentias num. 7.

Diſpenſatio Indulgentia dependet à iuriſdictione, non autem ab ordine Epiſcopali num 8.

Facultas diſpenſandi Indulgentias poteſt ab Epiſcopo committi ſuo Vicario etiàm non Sacerdoti num. 9.

Cardinales quamuis Diaconi, & Epiſcopi licèt non conſecrati, poſſunt diſpenſare Indulgentias num. 10.

VOTVM CLXXXXV.

Qvoad primum dubium an, & qualis facultas diſtribuendi Indulgentias competat Epiſcopo in Dedicatione Eccleſiarum, reſpondeo Epiſcopum poſſe concedere in dedicatione Eccleſiæ vnum annum Indulgentiarum *gloſ. in cap. Indulgentiæ de pœniten & remiſsion. peccator. in* 6.

Quoad ſecundum dubium, an Epiſcopo 2 concedente duos annos Indulgentiarum in die dedicationis Eccleſiæ vltrà ſuam facultatem, Indulgentiæ vires habeant ſaltem prò anno, affirmatiuè reſcribendum eſſe cenſui, nàm numerus dierum eſt ſeparabilis, & proindè applicatur illud legale axioma, quod in ſeparabilibus vtile per inutile non vitietur, vti in puncto Indulgentiarum firmat *gloſ. in cap.* 3. *de pœniten. & remiſsion. verſ. ſed ponamus in* 6. *Bonacin. tom.* 1. *tit. de Indulgen. diſput.* 6. *quæſt.* 1. *punct.* 3. *propoſit.* 2. *nu.* 4. *Ventriglia de iuriſdict Archiepiſc. cap.* 27. *num.* 7.

Tertiò dubio, an Archiepiſcopus poſſit 2 concedere Indulgentiam 40. dierum per totam Prouinciam Subditis ſuorum Suffraganeorum, reſpondi affirmatiuè per *gloſ. in cap. Roman. verſ. nota quod carens de pœniten. & remiſsion. in* 6. *& tex. in cap. noſtro de pœniten. & remiſsion. cum alijs apud Ventrigliã de Archiepiſc. cap.* 27. *num.* 1. etiamſi non ſit in actu Viſitationis *Ventrigl. eodem tract. quæſt.* 28. *num.* 1. *& ſeq.*

Quartum dubium (an conceſſa Indulgentia à Summo Pontifice Viſitantibus aliquam Eccleſiam in diebus Paſchatis, poſſit

poſſit illam lucrari pluries in diuerſis tamèn diebus eadem perſona viſitans eamdem Eccleſiam, vel potiùs intelligatur conceſſa prò vna vice tantùm cuilibet perſonæ viſitanti memoratam Eccleſiam in vna ex præfatis diebus Paſchatis) fuit propoſitum in Sac. Congreg. Concilij *die 16. Iunij 1696.* & ab Eminentiſſimis, & Sapientiſſimis Patribus non fuit reſolutum.

Ego verò dicebam Indulgentiam poſſe lucrari pluries, cum de ſui natura fauorabili latiſſimam recipiat interpretationem, dummodò non adſit expreſſa reſiſtentia verborum, de qua materia latè traditur per *Henriq. in ſum. lib. 6. cap. 16. num. 3. & lib. 7. cap. 11. num. 1. Rodriquez in ſum. tom. 1. cap. 184. Thom. del Bene de parlamen. & comit. dubit. 4. ſeſſ. 30. Adden. ad Sanfelic. deciſ. 344. verſ. vt itaque, Dian. reſolut. moral. tom. 4. tract. 5. de Indulgent. reſolut. 23. Paſſerin. de Indulgent. quæſt. 105. num. 438. & ſequen.*

In quinto dubio an, & quomodo in Bre-
5 uibus Indulgentiarum intelligatur illa clauſula dummodò in Eccleſia non adſit alia Iudulgentia, refero prò reſolutione decretum emanatum à Sac. Congregatione ſuper Indulgentijs die 23. Iunij 1676. tenoris ſequentis.

Sacra Congregatio re diligentiùs examinata clauſulam ſic explicandam cenſuit, ſi videbitur Sanctiſſimo Domino Noſtro, in ea minimè contineri Altaria priuilegiata prò defunctis neq; Indulgentias, aut certo perſonarum generi conceſſas, vt Confraternitati Regularibus, & Capitulo, aut certum pium opus in ipſa Eccleſia peragentibus, vt litanias, aliaſue huiuſmodi praces recitantibus, ac ijs qui Chriſtiana doctrina erudiuntur, & qui Sanctiſſimi Euchariſtiæ Sacramenti expoſitioni cum oratione quadraginta horarum interſunt, neque Stationum Vrbis, & ſeptem Altarium Indulgentias inſtar ſeptem Altarium Baſilicæ Vaticanæ conceſſas, neque demum, quæ pro vnica vice conceduntur. De his facta relatione Pontifici die 18. Martij 1677. ab eodem fuit approbata Sententia Congregationis.

Sexto dubio, an Cardinales in eorum
6 titulis concedere poſſint Indulgentias centum dierum etiàm quod non ſint Epiſcopi; affirmatiuè reſpondendum eſſe putaui. *Nauarr. de Iubileo not. 21. Duuallius de Indulg. part. 2. quæſt. vnica art. 9. Lauor. de Indulgent. par. 2. cap. 11. num. 15; Card. Albitius de iuriſdict. Cardinalium in eorum titulis num. 77. fol. mihi 25.*

7 Quo verò ad ſeptimum dubium, an Capitulum Sede vacante poſſit concedere Indulgentiam, prima facie negatiuè reſpondendum videtur iuxtà ſententiam *Rodriquez in ſum. tom. 1. cap. 71. num. 22. Genuen. in prax. Archiepiſcopal. caput. 87. num. 32. Marcel. Vulpe in prax. for. Eccleſ. cap. 44. num. 22. Merolla tom. 3. diſput. 7. dub. 16. num. 155.*

Mihi tamèn affirmatina placuit opinio, quam ſequuti ſunt *Molina de iuſtit. tom. 6. tract. 5. diſput. 11. num. 6. Nauar. §. in Leuitico 31. num. 6. & 7. Silueſt. verb. Capitulum in calce num. 5. Azorius part. 2. lib. 3. cap. 37. quæſt. 9. cũ alijs apud Dianam tract. 4. de poteſt. Capitul. Sede vacante reſolut. 35. Pauin. de poteſt. cap. Sed. Vacant. par. 1. princip. quæſt. 4. Zerol. in prax. part. 1. verb. Indulgentia §. 2. Quarant. Sum. Bullar. verb. Capitulum Sede vacante verſ. duodecimo quæro Ricc. in prax. par. 2. reſolut. 222. verſ. his tamen ſecundum vltimam impreſſionem, Ventriglia de iuriſdiction. Archiepiſc. capit. 28. num. 6.*

Eo fundamento, quod diſpenſatio Indul-
8 gentiæ non eſt ordinis Epiſcopalis, ſed dignitatis, & iuriſdictionis *Abb. in cap. cum olim in fin. de maior. & obedien. & in cap. dilectus de offic. ordinar. Nauar. in comentar. de Iubil. & Indulgent. cap. 31. num. 7. & 8. Silueſter in Sum. in verb. Indulgentia nu. 11. cum alijs relatis à Iacob Sbrozzio de Vicar. Epiſcop. lib. 2. quæſt. 40. Bonacin. de Sacrament. tit. de Indulgent. diſp. 5. quæſt. 1. punct. 4. propoſit. 3. num. 18. verſ. dixi abſque licentia, Ventrigl. de iuriſdict. Archiepiſcop. cap. 26. num. 4.*

Hinc facultas diſpenſandi Indulgen-
9 tiam præuio ſpeciali mandato ab Epiſcopo ſubdelegari poteſt eius Vicario generali, quamuis non Sacerdoti *Cardin. in cap. noſtro de pœnit. & remiſsion. & in clem. 1. num. 19. de offic. vicar. Oldrad. conſ. 73. nu. 8. Nauar. de Iubil. & Indulgent. cap. 31. nu. 7. Sbroz. de Vicar. Epiſcop. lib. 2. cap. 40. Bellarmin. de Indulgent. lib. 1. cap. 11. Graff. lib. 2. cap. 2. num. 2. in Appendic. Emanuel Sà verb. Indulgentia num. 16. Suarez diſput. 55. ſect. 6. num. 6. Bonacin. de Sacrament. tit. de Indulgentijs diſput. 5. quæſt. 1. punct. 3. propoſ. 2. num. 11. Ventrigl. de iuriſdict. Archiepiſcop. cap. 26. num. 7. qui in num. 8.*

dicit Epiſcopum non poſſe demandare
hanc poteſtatem laico.
Et in ſequelam ſupradictæ rationis
10 Cardinalis quamuis Diaconus, & Epiſ-
copus electus, & confirmatus licet adhùc
non conſecratus, vèl factus Sacerdos In-
dulgentiam concedere poſſunt, vti ex ſen-
tentia Diui Thomæ probatur per *Iacobum
Sbroz. de Vicar. Epiſcop. quæſt. 40. lib. 2. n. 5.
& 6. Suarez diſp. 49. ſect. 3 n. 3. Bonacin. de
Sacrament. tit. de Indulgentijs diſp. 5 quæſt.
1. part. 4. propoſit. 3. num. 6. Galganet. de iur.
public lib. 3. tit. 21. num. 26. Ventriglia de
iuriſdiction. Archiepiſcop. cap. 26. num. 6.*

ARGVMENTVM.

Scriptura quando ſit falſa, & ſimulata, & numerantur plures coniecturæ prò detegenda falſitate, & ſimulatione.

SVMMARIVM.

In ciuilibus ſuſpicio falſitatis habetur prò falſitate num. 1.

Scriptura dicitur ſuſpecta de falſo ſi lineæ modò ſint productæ ad anguſtiam, modo ad diſtantiam num. 2.

Scriptura dicitur ſuſpecta ſi ſumma pecuniæ fuerit ſcripta in abaco num. 3.

Item ſtante cancellatione, & reaptatione num. 4.

Scriptura dicitur ſuſpecta ſi in ea appareat pauperem mutuaſſe pecuniam num. 5.

Dicitur ſcriptura ſuſpecta ex nimia diligentia in illam archiuiando num. 6.

Apparet ſcriptura ſuſpecta ſi in ea conſtituatur debitor conſiderabilis ſummæ perſona pauper abſque fideiuſsione num 7.

Non eſt veriſimile quod in contractu conſiderabilis ſummæ non fuerit ſtipulatum Inſtrumentum num. 8.

Non eſt veriſimile, quod conſiderabilis ſumma pecuniæ fuerit ſoluta abſque ordine directo alicui publico Banco, vel Mercatori num. 9.

Scriptura dicitur ſuſpecta ſtante qualitate perſonarum num. 10.

Eſt ſuſpecta de falſitate ſcriptura repleta in ea parte, in qua Mercatores apponere ſolent ſignum Crucis num. 11.

Ad concludendam falſitatem coniecturæ ſunt vnitim conſiderandæ num 12.

Falſitatem componens curat potiùs ſuſpicionem minuere, quam augere geminatis actibus numer. 13.

Declara num. 14.

VOTVM CLXXXXVI.

CEnſui non eſſe exequendum man-
datum relaxatum prò ſumma libra-
rum 5000. cum hoc prætenſum cre-
ditum originem habeat ab apocha valde
ſuſpecta de falſitate; Verſamur namque
in iudicio ciuili ad effectum denegandi exe-
quutionem apocæ, non verò in criminali
1 ad irrogandam pœnam, & proindè ſola
ſuſpicio falſitatis habetur pro falſitate
*Crauet conſ 134. num. 26 Noguerol. alleg.
26. num. 153. Rot. deciſ. 144 num. 4. coràm
Priolo coràm Alex VIII. deciſ. 123. num. 19.
in recent. deciſ. 23. numer. 3. & deciſ 364.
num. 12. part. 10. & in Romana cambiorum
17. Februarij 1690. coràm R. P. D. Manuel.
§. nulla, & in Romana pecuniaria 5. Decem-
bris 1691. coràm R. P. D. Molines § demum.*
Prima namque coniectura deſumitur
ex modo inſolito, cum quo exarata fuit
dicta apocha cum verbis, & lineis modò
2 ad anguſtiam, modò ad diſtantiam loci
productis, ſeù conrractis, ex quibus de-
promitur vehemens argumentum falſita-
tis *Genua de ſcriptur. priuat. lib. 1. quæſt. 6.
dubit. 7. num. 27. & 28. Farinac. de falſit.
quæſt. 153. num. 178. Tancredin. conſult.
105. num. 42. verſ. alia præſumptio Rot. in
Romana mutui 15. Martij 1683. §. intrinſe-
ci coràm bo me. Rondinino, & in Romana
cambiorum 17. Februarij 1690. coràm R. P.
D. Manuel. § ſi verò.*
3 Secunda coniectura apparet ex ſumma
conſiderabili librarum 5000. pluriès in
apocha repetita, & ſempèr cum notis nu-
4 mericis deſignata, & numquàm per ex-
tenſum ſcripta, & ſemèl cum cancella-
tione, & viſibili reaptatione *Natt. conſ.
635. num. 13. Decian. conſ 62. numer. 73.
lib. 3. Menoch. præſumpt. 20. num. 14. lib.
5. Rot. coràm Coccin. deciſ. 302. num. 5. &
deciſ. 943. num. 20. & in dicta Romana cam-
biorum 17. Februarij 1690. §. idemque coràm
R. P. D. Manuel.*
Tertia coniectura reſultat ex inueriſi-
5 militudine, cum credibile non ſit, quod
Blaſius mutuauerit libras 5000. tempo-
re, quo ipſe ingenti ære alieno præmeba-
tur, & querebat accipere pecunias ſub

graui vſura prò ſatisfaciendo creditoribus, qui eum vrgebant, vti in ſimilibus terminis ratiocinatur *Rot. in dicta Romana cambiorum* §. *verùm nedum*.

6 Quarta coniectura prouenit ex nimia, & triplicata diligentia, & ſollicita cura archiuiandi apocham, de qua deponit Archiuiſta formitèr examinatus, qui noluit illam in Archiuio retinere, ſeù adnotare, addita ea ratione, quià malè olebat, vti in ſimilibus terminis ponderarunt *Crauet conſ. 6. num. 34. Menoch. de præſumpt. lib. 5. præſumpt 20. num. 28.*

7 Quinta coniectura colligitur ex eo, quod abſque fideiuſſione, ſeù alia cautione fuerit data conſiderabilis ſumma librarum 5000. D. Liberato, qui diuitijs non affluebat, quod ad effectum, de quo agitur conſiderat *Card. de Luca de credit. diſcurſ. 77. ſub num. 5. Rot. coràm Merlin. deciſ. 714 ſub num. 20. coràm Dunoz. Iun. deciſ. 703. num. 21. poſt Salgad. in labyrint. creditor. deciſ. 8. num. 9. & in recent. deciſ. 61. num. 10. part. 5.*

Sexta emanat ex obligatione facta in
8 ſimplici apocha ſubiecta periculis amiſſionis, & lacerationis, quando attenta qualitate ſummæ conſiderabilis librarum 5000. debuiſſet redigi in publicum, & ſolemne Inſtrumentum *Rot. in Romana pecuniaria 2. Iuny 1686. §. tertio, valdè vrget coràm R. P. D Vrſino, & in Romana cambiorum 17. Februarij 1690. coràm R. P. D. Manuel. §. atque hinc.*

Septima depromitur ex eo, quod non
9 fuerit proceſſum per medium alicuius publici Banci, vt quotidiè in longè inferioribus ſummis practicari videmus, ſed mediante pecunia breui manu tradita, quod cum magnam præſeferat inueriſimilitudinem, non mediocrem præbet ſimulationis coniecturam ex adductis per *Rot. in Romana, ſeù Cremonen. hæreditatis 14. Iuny 1680. §. accedit etiàm coràm clar. me. Card. Vicecomito.*

Octaua deſumitur conſiderando, quod
10 Blaſius multa polleat ſagacitate in hac materia, ac in alia cauſa de falſitate fuerit accuſatus criminalitèr, & è contrà Liberatus adſit valdè Senex ſimilibus fraudibus, & circumuentionibus ratione ætatis ſubiectus *Pariſ. conſ. 67. numer. 11. lib. 3. Andreol. contr. 14. num. 4. & ſequen. Card. de Luca de dote diſc. 33. numer. 4. & 5. Rot. deciſ. 93. num. 7. coràm Priolo, & deciſ. 243. num. 8. part. 13. recent. & in Romana pecuniaria 5. Decembris. 1691. coràm R. P. D. Molines §. ſuſpicio.*

Nona demum coniectura reſultat ex
11 totali repletione apocæ in ea parte, in qua Mercatores apponere ſolent ſignum Crucis, quæ pars ſecundum praxim omnium Mercatorum relinqui ſolet in albo, vti ad effectum deſumendi ſimulationem, & falſitatem ponderarunt *Crauet. conſ. 28. num. 5. Menoch. de præſumption. lib. 5. præſumpt. 20. num. 16. Rot. coràm Priolo deciſ. 144. num. 12.*

12 Quibus firmatis non turbat, quod coniecturæ prò ſimulatione, & falſitate adductæ ſingularitèr ſumptæ poſſint criticari. Quoniàm dictæ coniecturæ ſunt vnitim conſiderandæ, nàm ipſæ ſimùl iunctæ valdè ſtringunt ad effectum probandæ falſitatis *Hond. conſ. 46. num. 26. lib. 1. Tancredin. conſult. 105. num. 53. & conſult. 106. num. 33. Rot. deciſ. 3. num. 11. & ſeq. part. 9. & deciſ. 262. num. 22. part. 11. recent & in Romana pecuniaria 2 Iunij 1686. §. tùm magis in fine coràm R. P. D. Vrſino.*

13 Et non aduerſatur, quod ex parum accurato modo ſcribendi apocham excludatur potiùs ſimulatio, prò qua facienda ſummum ſtudium, & cura ſolet adhiberi, & regularitèr falſitatem componens curat potiùs ſuſpicionem minuere, quàm augere geminatis actibus *Rot. in Piſauren. depoſiti 28. Nouembris 1691. §. atque hinc coràm bo. me. Benincaſa.*

14 Quia falſitas arguitur ſtantibus ſupra enarratis coniecturis, etiamſi appareat illa commiſſa cum minori ſagacitate, & ſegniùs *Rot. deciſ. 283. num. 10. & 11. part. 5. recent. & in Romana pecuniaria 2. Iunij 1686. coràm R. P. D. Vrſino § tertio valdè.*

Et demùm non releuat ſubſcriptionem fuiſſe factam à Liberato, quià alteratio non eſt in ſubſcriptione, ſed in corpore apocæ, in qua fuit auctus numerus abacalis à 50. ad quinque millia librarum cum alteratione etiàm quantitatis mercium, quæ erant emendæ cum dictis libris 50. proùt apparere poterit vnicuiquè perlegenti totum corpus ipſius apocæ.

ARGVMENTVM.

APpellatio à mala relatione Examinatorum, & ab irrationabili iudicio Epiſcopi quando detur. An ſit locus nouo examini poſt viginti duos Menſes à die facti concurſus.

SVMMARIVM.

Appellatio ab irrationabili iudicio Epiſcopi non datur in Parochialibus, niſi conſtet de reiectione doloſa num. 1.

Contrà num. 2.

Non eſt locus nouo examini, quando à die concurſus interceſſerit notabile temporis ſpatium, in quo examinandus magis doctus, & habilis euadere potuit num. 3.

Declarantur auctoritates contrariæ num. 4. & 5.

Non valet arguere in terminis litteraturæ de præſenti ad præteritum, cum vnuſquiſque ſtudendo doctior quotidiè euadere poſſit num. 3. & 5.

VOTVM CLXXXXVII.

POſt viginti duos Menſes à die concurſus facti prò prouidenda Eccleſia Parochiali S. Mariæ Virginum, appellauit Reuerendus Antonius Felicinus, tàm à prætenſa mala relatione Examinatorum, quàm ab electione emanata in eodem concurſu ab Epiſcopo, qui magis idoneum reputauit prò dicta Eccleſia Parochiali Reuerendum Ioſephum Troianum attenta illius doctrina, ac morum probitate, introducta ſucceſſiuè cauſa in Sacra Congregatione Epiſcoporum Ponente Eminentiſs. Sacchetto, mihi non innotuit exitus eiuſdem cauſæ ſtante meo diſceſſu ab Vrbe.

Ego tamèn dicebam non eſſe locum appellationi prò parte Reuerendi Anto-
1 nij Felicini interpoſitæ, cum non deſint Auctores non obſcuri nominis firmantes, non dari appellationem ab irrationabili iudicio Epiſcopi in prouiſionibus Parochialium etiàm ad effectum deuolutiuum, niſi manifeſtè conſtiterit de doloſa, & irrationabili Epiſcopi electione *Mareſcot. variar. lib. 1. cap. 52. num. 23. & 24. Gonzal. ad regul. 8. cancellar. gloſ. 4. num. 139. & gloſ. 9. in annotat. num. 209. Maſſabron. in prax. haben. concurſ. ad Parochial. requiſit. 5. dubit. 2. num. 42.*

Sed quatenus etiàm admittenda foret opinio, quæ hodiè practicatur in Vrbe
2 ſcilicèt, vt ſit deferendum appellationi ad effectum deuolutiuum tantùm, etiamſi antecedentèr non conſtet de doloſa electione facta ab Epiſcopo ad tradita per *Garz. de benefic. part. 9. cap. 2. numer. 252. Ricc. deciſ. 96. numer. 22. part. 4. cum alijs apud Ventrigliam de iuriſdict. Archiepiſc. cap. 127. num. 3.*

Nihilominùs appellationem in præſenti caſu reiiciendam eſſe putabam, cum fuerit interpoſita poſt viginti duos Menſes à die facti concurſus, ac electionis ſequutæ. Litteratura namque eſt habitus acquiſitus, & non innatus, & ideò non infertur à præſenti tempore ad præteritum *Menoch. de præſumption. lib. 6. præſumpt. 91. nu. 18.* hinc communitèr receptum eſt, quod reiectus in concurſu debeat ſtatim prouocare, vèl ſaltèm infrà breue tempus, aliàs non eſt locus nouo examini, quando à concurſu tantum temporis ſpatium interceſſerit, vt quis medio tempore fieri potuerit doctus, ac idoneus *Rot. deciſ. 505. num. 4. part. 2. recent.*

Nec turbat, quod à Rota fuerit admiſſus ad nouum examen appellans poſt la-
4 pſum 15. 18. 21. & 22. Menſium à die facti concurſus, vti recognoſci poteſt in *deciſ. 348. num. 19. part. 10. & deciſ. 225. num. 7. part. 11. & deciſ 393. part 17. rec.*

Quoniàm dictæ auctoritates in contrarium allegatæ non applicantur noſtræ
5 controuerſiæ, nàm *deciſio 348. numer. 19. part. 10. recent.* loquitur de eo, qui cum primum potuit, appellauit, ac miſit ad Curiam prò habenda inhibitione, & ſubdelegatione examinis in partibus *deciſio verò 225. part. 11. recent.* procedit in eo, qui ex remotis Hiſpaniarum Regnis acceſſit ad Vrbem, habita etiàm ratione infirmitatis, itaùt in illo non poſſit conſiderari mora, aùt affectatum impedimentum, per quod intra hoc temporis ſpatium doctior fieret, & in iiſdem ferè terminis loquitur *deciſio 393. part. 17. recent.* ſcilicèt de eo, qui poſt longum itineris ſpatium peruenit ad Vrbem ad effectum ſubiiciendi nouo examini.

E contra in caſu præſenti agitur de concurſu facto in Italia, & in Ciuitate per

quin-

quinquaginta milliaria diſtante ab Vrbe, itaùt qui prætendebar habuiſſe grauamen in concurſu, deberet ſtatim prouocare, cum intrà ſpatium duorum annorum incumbendo ſtudio potuerit doctior euadere, indè etiamſi in nouo examine maiori doctrina polleret; nihilominùs ſtante tàm longo tempore intermedio iudicium Epiſcopi non ſit redarguendum de iniuſtitia cum, vti ſuprà dixi, non ſit arguendum de habilitate præſenti ad præteritam ad tradita per *Gonzal. ad regul. cancellar. gloſ. 4. num. 146. Ventrigl. de iuriſdict. Archiepiſcopi cap. 27. num. 4. Rot. deciſ. 505. nu. 4. part. 2. recent.*

ARGVMENTVM.

TEmpus adiectum ſolutioni legati an, & quando efficiat legatum conditionale, itaùt non tranſmittatur ad hæredes per prædeceſſum legatarij. Legitima non debetur filijs ex bonis fœudalibus antiquis.

SVMMARIVM.

Tempus adiectum ſolutioni legati an, & quando reddat legatum conditionale, eſt quæſtio valdè agitata num. 1.

Diſtinguuntur plures caſus à num. 2. vſque ad num. 6.

Declarantur auctoritates contrariæ num. 7. & 8.

Legitima non debetur filijs ex bonis fæudalibus, & quando num. 9. & 10.

VOTVM CLXXXXVIII.

IN ſupremis tabulis Marchio Matthæus reliquit Gregorio eius Nepoti triginta millia Ducatos ſoluendos ab hærede cum his verbis; *quando Gregorio mio Nipote hauerà compiti venticinque anni, voglio che il Marcheſe Tomaſo mio herede gli paghi Ducati trenta milla.*

Euenit caſus, quod Gregorius vitam cum morte commutauerit in eius florida ætate 24. annorum, vndè fuit dubitatum, an ipſe tranſmiſerit ad ſuos hæredes dictum legatum triginta millium Ducatorum.

Articulus huius cauſæ reſtringitur in
1 ponderando, an tempus adiectum ſolutioni legati efficiat legatum conditionale; hæc quæſtio eſt nimis perdifficilis, & excitata vſque a legum Romanorum primordijs intèr Offilium, & Labeonem, & ſucceſſiuè variè, & incoſtantèr etiàm deciſa à Supremis Tribunalibus.

2 Prima opinio fuit illorum tenentium, quod tempus adiectum ſolutioni legati reddat conditionale ipſum legatum *Ciriac. contr. 72. num. 13 Carena reſolut. 123. nu. 6. Capyc. Latr. deciſ. 107. numer. 20. & 32. & ſequent. Rot. coràm Gregor. deciſ. 346. nu. 6. vbi Adden. num. 8.*

3 Secunda opinio eſt diſtinguentium, aùt tempus fuit adiectum per dictiones aduerſatiuas, & in eo caſu tempus adiectum non importare conditionem, aùt verò legitur tempus appoſitum cum dictionibus conditionem ſignificantibus, & in iſta hypotheſi ex adiectione temporis reſultare conditionem, & per conſequens legatum non eſſe tranſmiſſibile *Gratian. diſcept. 136. num. 29. & ſeq. Fontanel. de pact. nuptial. clauſ. 6. gloſ. 3. part. 2. num. 6. cum alijs apud Rodulph. allegat. 14. num. 3. Rot. coràm Coccin. deciſ. 272. num. 6.*

4 Tertia opinio eſt firmantium legatum dotis non eſſe conditionale, quando tempus nuptiarum non ſit appoſitum ſubſtantiæ, ſed tantùm præſtationi, vèl ſolutioni, ac exequutioni eiuſdem legati *Menoch. lib. 4. præſumpt. 201. num. 50. Mangil. de imputat. quæſt. 57. num. 37. Laderch. conſ. 27. num. 8. Merlin. de legit. lib. 3. tit. 1. quæſt. 8. numer. 64. Boſſ. de dote cap. 7. numer. 99.*

Sed iſtorum opinio eſt parum conſtans,
5 & tuta, vti reiecta à *Rot. in deciſ: 291. part. 11. recent.* vbi firmatur, qualitatem nuptiarum non eſſe adiectam ad diſtinguendum ſolùm tempus ſolutionis, ſed benè ad regendam principalitèr ſubſtantiam ipſius legati.

Sed quidquid ſit in tàm opinionum diſ-
6 crepantia in præſenti in caſu credidi non eſſe locum tranſmiſſioni legati, ſtante prædeceſſu legatarij antè tempus à Teſtatore præſcriptum; meaque opinio fundatur in oratione connexa, & ab vnico verbo recta, præſertim quià tempus eſt adiectum antè legatum ibi — *quando Gregorio mio Nipote hauerà compiti 25. anni voglio che il Marcheſe Tomaſo mio herede gli paghi Ducati trenta milla* — Conueniunt namque

DD.

Digitized by Google

DD. quod tempus quocumque modò ſiuè per aduerſatiuas, ſiuè per conditionales dictiones adiectum antè legatum, prout in præſenti reſpiciat ſubſtantiam ipſius legati, illudque reddat conditionale, & per conſequens per prædeceſſum antè tempus non tranſmittatur ad hæredes *Cuiacc. ad rubric. C. dies legat. ced. Vaſquez de ſucceſſ. progreſſ. lib. 3. §. 29. ſub n. 3. Barri. de ſucceſſ. lib. 12. tit. 3. de tranſ. legat. n. 17. Marcian. conſ. 11. num. 8. verſ. ſecundo caſu Cancer. variar. reſolut. par. 3. cap. 2. num. 12. & ſeq. Noal. de tranſmiſ. caſ. 3. num. 15. caſ. 17. num. 54. Mantic. de coniectur. lib. 11. tit. 23. num. 28. Graſ. in §. legatum quæſt. 43. num. 7. Giouagn. conſ. 40. num. 2. & conſ. 64. num 6. volum. 1. Ioſeph de Roſa conſult. 6. num. 40. & 41. Rot. coràm Coccin. deciſ. 272. num. 6. & 7. & in recent. deciſ. 291. nu. 10. par. 11. & deciſ. 283. num. 27. & 28. par. 17. recent.*

7 Non turbant auctoritates in cõtrarium adductæ, quia omnes loquuntur, quando tempus ſit adiectum poſt rem legatam, ſecùs verò quando antè ipſam rem legatam, vel auctoritates contrariæ procedunt in legato dotis, vel legitimę à Patre facto, quod cum de ſui natura omne grauamen reijciat, ſequitur, vt quamuis eſſet relictum cum determinatione temporis deberetur purè vſq; ab initio ad effectum tranſmittendi ad hæredes, vti benè declaratur per *Rot. in deciſ. 291. nu. 14. par. 11. recen.*

Minuſque releuat, Teſtatorē ordinaſſe,
8 vt hæres quolibet anno deponeret ad computum ſupradictorum Ducatorum triginta millium 3000. Ducatos, quia ex hac circumſtantia non deſtruitur qualitas ipſius legati conditionalis, ſed potius deſumitur Teſtatorem voluiſſe, vt hæres quolibet anno deponeret partem ſummæ legatæ, vt adueniente tempore, quo Gregorius compleuiſſet vigeſimum quintum annum, inueniſſet dictam ſummam promptam, & paratam, vt de ea abſque lite diſponere poſſet, vti benè occurrendo huic obiecto firmatur per *Rot. in deciſ. 291. num. 14. & 15. par. 11. recent.*

Firmato itaque hæredibus dicti Grego-
9 rij vigore tranſmiſſionis non competere dictum legatum ducatorum 30000. multo minus dicendum eſt præfatis hæredibus competere ius petendæ legitimæ in bonis Patris eiuſdem Gregorij. Verſamur namque in bonis fæudi antiqui Regni Neapolitani, in quo iure Franchorum adhùc viuitur, & proindè in fæudis ſuccedunt ſolùm primogeniti, excluſis ſecundogenitis etiam à legitima, reſeruata eiſdem ſola ſubſiſtentia, quam Neapolitani vitam, & militiam, Galli autèm appannagiam vocant *Surd conſ. 427. per tot. & ſignantèr num. 50. & 51. Ciriac. contr. 312. Michalor. de fratr part. 1. cap. 38. num. 27. & 38. Roſſantal de fæud. cap. 7. concluſ. 13. nu. 1. Merlin. de legitim. lib. 2. tit. 1. quæſt. 2. per tot. Capyc. deciſ. 2. Rot. coràm Caual. deciſ. 260. num. 2. & deciſ. 298. num 5. & in recent. deciſ. 463. ſub num. 4. part. 2. & deciſ. 283. num. 9. par. 17.*

Et contrariæ auctoritates ſolùm pro-
10 cedere poſſent, vel in fæudis nouis, vel in eis de recenti emptis cum pecunia paterna *Rot. deciſ. 703. part. 1. recent. repetita poſt Merlin de legitim. deciſ. 53. & benè in recent. deciſ. 283. num. 7. part. 17.*

ARGVMENTVM.

Fundator iuriſpatronatus in limine fundationis, an poſſit apponere conditionem, quod inſtitutio ſpectare debeat ad Capitulum, ſeù ad alium Inferiorem excluſo Epiſcopo.

SVMMARIVM.

Fundator in limine fundationis poteſt apponere conditiones, etiam iuri contrarias num. 1.

Et in ſpecie quod inſtitutio ſpectare debeat ad Inferiorem excluſo Epiſcopo num. 2.

Contra num. 3.

Declara num. 4. & 5.

VOTVM CLXXXXIX.

Propoſito dubio, an fundator poſſit de conſenſu Epiſcopi in limine fundationis reſeruare inſtitutionem Capitulo Cathedralis in beneficio de iurepatronatus. Affirmatiuè reſpondendum eſſe putaui; nam de conſenſu Epiſcopi fundator in limine fundationis poteſt apponere cõ-
1 ditiones ſibi beneuiſas, quamuis iuri communi contrarias *cap. nobis, cap. præterea de iur. patronat. Corrad. in prax. benefic. lib. 4. cap. 2. num. 61. & 62. & cap. 6. num. 42. Rot. coràm Roxas deciſ. 274. num. 4. & 5. coram Mer-*

Digitized by Google

Merlin. deciſ. 800. *num.* 1. *coràm Bichio deciſ.* 110. *num.* 19.

Et in puncto, quod de conſenſu Epiſco-
2 pi in limine fundationis poſſit reſeruari inſtitutio alteri Inferiori capaci de iure tradiderunt *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. par. 3. alleg. 72. num. 187. in fin. Viuian. de iur. patronat. lib. 2. cap. 3. num. 8. Card. de Luca de iur. patronat. diſc. 64. num. 31. Rot. coràm Dunoz. Iun. deciſ. 382. num. 2. & coràm Bich. deciſ. 110. num. 4. 18. & 19.*

Non refragante contraria diſpoſitione
3 Synodi Tridentinæ in *ſeſſ. 14. de reform. cap* 12. ibi -- *In caſu autem fundationis, aut dotationis huiuſmodi Inſtitutio Epiſcopo, & non alteri inferiori reſeruetur* -- Ex quibus verbis communitèr traditur, quod etiam in limine fundationis non poſſit apponi à fundatore, quod Inſtitutio Iuriſpatronatus ſpectare debeat ad Capitulũ, vti recognoſci poteſt apud *Bellarm. in obſeruat. ad Concil. in dicto cap. 12. Fagnan. in cap cum Eccleſia Vulterana num. 31. & 32. de elect. Monet. de commut. vltim. volunt. cap. 11. n. 169. Ventrigl. in prax. Eccleſ. tom. 2. adnot. 1. de iurepatronat. cum alijs pleno calamo cumulatis in Burgen. iuris Inſtituendi, ſeù conferendi 23. Iunij 1690. coràm R.P.D. Molines,* in qua fuit firmatũ, quod diſpoſitio Sacri Concilij procedat indiſtinctè, ſiuè agatur de inſtitutione authorizabili facienda per Epiſcopum, ſiuè ſimplicitèr collatiua.

Quoniàm hoc obiectũ dupplici reſpon-
4 ſione omninò tollitur, & primò quia diſpoſitio conciliaris non applicatur in caſu, de quo agitur, cum inſtitutio fuerit reſeruata Capitulo, qui ordinariam habet iuriſdictionem cum omnimoda exemptione à iuriſdictione Epiſcopi, vti ex mente Sac. Congregationis Concilij declaratur per *Corrad. in prax. benefic dict. lib. 4. cap. 3.* & admittitur etiàm à *Rot. in dicta Burgen. iuris inſtituendi, ſeù conferendi* 1690. *coràm R.P.D. Molines* §. *minùs applicatur*.

5 Secundò quia Synodus Tridentina procedit in fundationibus factis poſt Concilium, ſecùs in præſenti, in qua agitur de fundatione antiqua, & longè facta antè Concilium; in iſta enim hypotheſi nihil eſt innouatum, & propterea eſt ſeruandum præceptum appoſitum in limine fundationis, quod inſtitutio beneficij, ſpectare debeat ad Capitulum, vti benè diſtinguendo admittitur etiàm à *Rot. in dicta Burgen. iuris inſtituendi, ſeù conferendi 23. Iunij* 1690. *coràm R. P. D. Molines*, & cum hac diſtinctione, vtraque opinio conciliatur præſertim à Sacra Congregatione Cõcilij in *vna Ciuitatis Caſtelli canonicatuum* 31. *Martij* 1685. *& in vna Vulteranen. iuris inſtituendi* 3. *Auguſti* 1686.

ARGVMENTVM.

Coniugis mors ex quibus probetur, vt ſuperſtes tranſire valeat ad ſecunda vota.

SVMMARIVM.

Mors probatur ex certo nuncio num. 1.

Ad probandam mortem requiruntur duo Teſtes num. 2.

Mors Coniugis eſt probanda concludentèr, vt ſuperſtes poſsit tranſire ad ſecunda vota num. 3.

Mors ad effectum tranſeundi ad ſecunda vota probatur vnico teſte num. 4.

Probatur mors leuioribus probationibus, ſi fuerit ſequuta in remota parte num. 5.

Amplia præſertim ſi fuerit ſequuta mors in mari intèr tempeſtates dicto num. 5.

De iure ciuili mors probatur ex abſentia per quatriennium, quando nulla fuerit habita notitia abſentis num. 6.

Mors probatur ex publica voce, & fama num. 7.

VOTVM CC.

Vſque de anno 1685. Georgius à Portu Anconæ cum naui diſceſſit, nec ampliùs de eo aliqua notitia haberi potuit, ſolumque poſt decennium peruenit Anconam Ciriacus, qui teſtatur de menſe Aprilis eiuſdem anni 1685. dictum Georgium vna cum naui perijſſe propè littus Sanctæ Mauræ, ipſumque ab illa tempeſtate euaſiſſe in quadam nauicula vna ſimul cum Mercatore gallo. Margherita Vxor dicti Georgij poſt lapſum duodecim annorum non habens ampliùs notitiam Georgij ſui Viri, ſupponens illum eſſe mortuum, inſtetit prò licentia tranſeundi ad ſecunda vota, præſertim innixa atteſtationi dicti Ciriaci deponentis de morte ſui Viri.

1 Videbatur prima facie non eſſe concedendam licentiam tranſeundi ad ſecunda vota, dummodò non adſit certa ſcientia mor-

mortis primi Viri, nàm ſunt clara verba
2 in *cap. in præſentia de ſponſalibus* ibi — *non*
permittas eos contrahere, donec certum nun-
cium de morte recipiant. — Vnus itaque te-
ſtis non poteſt dici certus nuncius cum iura
clament, vocem vnius eſſe vocem nullius.
3 Præſertim in materia tàm graui, in
qua imminet periculum nullitatis matri-
monij, & adulterij, ad quod euitandum
deſideratur certa notitia mortis, vt Co-
niux ſuperſtes conuolare poſſit ad ſecunda
vota *gloſ. in cap. in præſentia de ſponſ. in fin.*
Innocen. in cap. dominus de ſecund. nupt. num.
vnic. vbi Ancharan. in fin. Roland. conſ. 93.
*num.*8. *volum.*3. *Ioſeph. Ludouic. deciſ. Peru-*
ſin. 12. *num.* 7. *Guttierez.* 2. *pract. quæſt.* 8.
num. 4. *& ſeq. Maſcard. de probat. concluſ.*
1074. *num.*4. *Ledeſma de matrimon. dub.*52.
§. *vltimo*, itaùt Coniux contrahens ſecun-
dum matrimonium abſq; certitudine mor-
tis alterius Coniugis puniatur à Sancto
Officio *Carena de offic. Inquiſit. par.* 2. *tit.* 5.
§. 4. *num.* 27. *Pignatel. tom.* 4. *conſult. cano-*
nic. 189. *num.* 5.
4 His tamèn non obſtantibus contrariam
ſequutus ſum opinionem, nàm in *cap. in*
præſentia leguntur illa verba — *donec cer-*
tum nuncium recipiant, vndè lex in mate-
ria, de qua agitur non requiſiuit duos nun-
cios, ſed tantum vnum, ad tradita per
Pignatel. conſult. canon. 67. *num.* 9. *tom.* 9.
& proindè cum Ciriacus teſtetur fuiſſe
præſentem naufragio, & in illo periſſe
Georgeum vna cum naui, videtur hæc
probatio eſſe ſufficiens, maximè quia
5 quando mors ſucceſſit in loco remoto le-
uiores admittuntur probationes, etiam
ad effectum contrahendi matrimonium,
vti in noſtris terminis ponderatur à *San-*
*chez de matrimon. lib.*2. *diſput.* 46. *num.* 12.
fortiùs in præſenti, in quo agitur de morte
non ſolū ſequuta in remotiſſima parte, ſed
vlteriùs in mari in naui ſubmerſa à tempe-
ſtatibus, ad tradita per *Rotam in magiſtrali*
deciſione 53. *part.* 2. *diuerſ.* vbi firmatur in
hac materia eſſe ſtandum leuibus proba-
tionibus, & coniecturis.
Quæ omnia magis ſtringunt, cum veri-
6 ſimile non ſit, quod ſi Georgeus in aliqua
mundi parte viueret poſt ſpatium tàm lon-
gi temporis 12. annorum de eo non ha-
buiſſet aliquam notitiam tàm eius Vxor,
quàm illius proximi Conſanguinei, vti in
ſimilibus terminis de abſentia Viri per
quinquennium, vel quatriennium loquitur
text. in leg. Vxores ff. de diuortio l. Vxor. C. de
repud. & licèt dicta diſpoſitio legum ciui-
lium ſit innouata per ius canonicum, ad-
hùc tamèn non eſt negandum, vt ex longa
abſentia ſinè notitia ſaltèm naſcatur admi-
niculum ad mortem præſumendam.
7 Quibus additur publica vox, & fama
orta inter Mercatores, qui intereſſe habe-
bant in dicta naui, qui teſtantur ipſos cer-
to credere Georgium periſſe vna cum na-
ui, cum ipſi diligentijs factis vbique de
illo numquàm notitiam aliquam habere
potuerint, *relati per Sanchez de matrim.*
*lib.*2. *cap.*46. *num.* 13. *cum plur. ſequent.* ex
quibus omnibus ſimul iunctis cenſui præ-
fatæ Margheritæ concedendam eſſe licen-
tiam tranſeundi ad ſecunda vota.

Laus Deo ſemper, & Virgini, & Matri Mariæ; & Diuæ
Catharinæ Martyri, & Virgini.


BONONIA
DOCET.

INDEX

Per Diœceſes Sacræ Rotæ Romanæ,

Deciſionum inter Vota impreſſarum.

A

Æſina cenſus 10. Iunij 1697. coràm R. P. D. Priolo. pag. 205.
Anconitana, ſeù Vrbinaten. pecuniaria 28. Iunij 1690. coràm R. P. D. Molines. pag. 154.
Aſculana fideicommiſſi 5. Decembris 1691. coràm R. P. D. Caprara. pag. 104.
Auenionen. dotationis 3. Martij 1692. coràm R. P. D. Caprara. pag. 293.

B

Balneoregien. fideicommiſſi 5. Decembris 1691. coràm R. P. D. Caprara. pag. 102.
Barchinonen. Aromatariæ 2. Iunij 1690. coràm R. P. D. Manuel. pag. 298.
Baren. Iuriſdictionis 12. Maij 1688. coràm R. P. D. Rondinino. pag. 169.
Bononien. bonorum 15. Martij 1697. coràm R. P. D. Pio. pag. 76.
Bononien. fideicommiſſi de Bauoſijs 16. Iunij 1690. coràm R. P. D. Vrſino. pag. 99.
Bononien. fideicommiſſi de Boue 31. Ianuarij 1691. coràm R. P. D. Molines. pagin. 89.
Bononien. fideicommiſſi 13. Aprilis 1693. coràm R. P. D. Pio. pag. 316.
Bononien. litterarū cambij 19. Iunij 1690. coràm R. P. D. Vrſino. pag. 233.

C

Calipolitana Canonicatus 9. Februarij 1693. coràm R. P. D. Manuel. pag. 200.

E

Eugubina beneficij 23. Iunij 1693. coràm R. P. D. Caprara. pag. 197.

F

Ferrarien. pecuniaria 2. Martij 1693. coràm R. P. D. Vrſino. pag. 157.
Firmana fideicommiſſi 6. Iunij 1687. coràm R. P. D. Herauault. pag. 321.
Firmana iuriſdictionis 14. Iunij 1688. coràm R. P. D. Rondinino. pag. 172.
Fulginaten. pecuniaria 8. Iunij 1693. coràm R. P. D. Molines. pag. 319.

G

Gerunden. beneficij 5. Maij 1692. coràm R. P. D. Benincaſa. pag. 178.

H

Hiſpalen. Præcedentiæ 21. Aprilis 1690. coràm R. P. D. Emerix. pag. 299.
Hortana Parochialis 4. Maij 1693. coràm R. P. D. Molines. pag. 203.

L

Lauden. penſionis 4. Februarij 1695. coràm R. P. D. Vrſino. pag. 188.
Lauretana Canonicatus 13. Februarij 1693. coràm R. P. D. Vrſino. pag. 180.
Lunen. ſeù Sarzanen. beneficiorum 13. Martij 1682. coràm bo. mem. Rondinino. pag. 57.
Eadem coràm eodem 4. Maij 1682. pag. 61.
Eadem coràm eodē 8. Martij 1686. pag. 65.

N

Neapolitana, ſeù Romana redotationis, ſeù alimentorum 9. Decembris 1686. coràm R. P. D. Molines. pag. 283.

P

Piſana Oeconomatus prima Iulij 1695. coràm R. P. D. Emerix. pag. 162.
Eadem ſuper attentatis prima Iulij 1695. coràm eodem. pag. 164.
Eadem coràm eodem 12. Decembris 1695. pag. 165.
Eadem ſupèr attentatis 12. Decemb. 1695. coràm eodem pag. 168.
Piſauren. hæreditatis 22. Iunij 1693. coràm R. P. D. Priolo. pag. 132.

R

Rauennaten. emphiteuſis 10. Decembris 1691. coràm Eminentiſſimo Cauallerino. pag. 279.
Recinaten. fideicōmiſſi 11. Decembris 1693. coràm R. P. D. Benincaſa. pag. 144.
Romana affictus 22. Iunij 1693. coràm R. P. D. Caprara. pag. 47.
Romana cambij 16. Iunij 1697. coràm R. P. D. Anſaldo. pag. 236.
Romana domus 26. Iunij 1690. coràm R. P. D. Caprara. pag. 156.
Romana fideicommiſſi de Ruſpolis 23. Iunij 1684. coràm R. P. D. Rondinino. pag. 271.
Romana grani 17. Iunij 1697. coràm R. P. D. Anſaldo. pag. 228.
Romana Iocalium 14. Aprilis 1690. coràm R. P. D. Vrſino. pag. 303.
Romana Legati 12. Iunij 1690. coràm R. P. D. Priolo. pag. 208.
Romana pecuniaria 22. Aprilis 1697. coràm R. P. D. Priolo. pag. 120.
Romana penſionis 29. Februarij 1692. coràm R. P. D. Caprara. pag. 192.
Romana penſionis ſuper congrua 10. Aprilis 1693. coràm R. P. D. Priolo. pag. 190.
Romana prelationis 19. Ianuarij 1691. coràm R. P. D. Vrſino. pag. 218.
Eadem 28. Ianuarij 1693. coràm Eminentiſſimo Cauallerino. pag. 222.
Romana primogeniture de Aldobrandinis 20. Iunij 1687. coràm R. P. D. Vrſino. pag. 211.
Romana ſucceſſionis 22. Iunij 1693. coràm R. P. D. Molines. pag. 118.
Romana, ſeù Portuen. Tenutarum ſupèr exceſſibus 5. Decembris 1692. coràm R. P. D. Emerix. pag. 148.
Romana Trebellianicæ 15. Ianuarij 1691. coràm R. P. D. Priolo. pag. 91.

S

Salernitana Canonicatus 5. Decemb. 1691. coràm R. P. D. Emerix. pag. 198.
Senogallien. quartæ funeralis 11. Ianuarij 1686. coràm R. P. D. Rondinino. pag. 243.

IN-

Digitized by Google

INDEX

Materiarum, & Concluſionum, quæ in hoc Opere continentur.

A

ABBAS

Abbates Regulares, quando habeant vſum Baldachini. Vot. 189. num. 2.
Abbates, an poſſint vti Baldachino occaſione Exequiarum. Vot. 189. num. 3.
Abbas quamuis exemptus non poteſt dare licentiam Sacerdotibus audiendi confeſſiones. Vot. 141. num. 19.
Abbas licèt habeat vſum Mitræ, aliaſque prærogatiuas, non tamèn dicitur habere Territorium ſeparatum. Vot. 141. n. 13.

ABSOLVTIO

Facultas abſoluendi à caſibus reſeruatis eſt reuocata in Italia, & quando. Vot. 95. num. 1.
Confitens bona fide à Sacerdote communitèr reputato prò confeſſario, remanet abſolutus. Vot 95. per tot.
Iulius III. conceſſit Pœnitentiarijs Montis Gargani facultatem abſoluendi à reſeruatis. Vot. 95. num. 1.

ACTIO

Actio negotiorum geſtorum quando competat. Vot. 45. num. 1. & 2.
Actio redhibitoria. Vide *Animal*, & *Venditor*.
Actio pro delictis ſpatio viginti annorum præſcribitur. Vot. 114. num. 2.
Actio antè diem ſolutionis, quando poſſit intentari. Vide *Solutio*, & Vot. 14. nu. 3. & 4.
Eadem actio, quæ datur prò conductione expreſſa competit etiàm prò tacita. Vot. 42. num. 22.

ACTVS

Conſilium requiſitum in viſitatione, quando ſit neceſſarium etiam in actibus præparatorijs. Vide *Viſitatio*.
Actus nullus, & vitioſus ab initio non conualeſcit, ſi deuenerit ad eum ſtatum, à quo incipere potuiſſet. Vot. 152. num. 5.
Actus approbatus, quando poſſit impugnari. Vide *Approbatio*.

ADAM

Adam ſi habuiſſet filium antè peccatum, iſte filius non amiſiſſet gratiam per ſubſequens peccatum paternum. Vot. 146. num. 8.

ADIMPLENS, ADIMPLEMENTVM.

Non adimplens ex parte ſua non poteſt agere ad adimplementum. Vot. 87. num. 31.
Adimplementi non facti exceptio, quando faciat locum reſolutioni contractus. Vide *Mora*, vide *Contractus*, & Vot. 13. per tot.
Subſtitutus in caſu non adimplementi, quando admittatur, vel potius ſit locus purgationi moræ. Et quando ſit neceſſaria interpellatio. Vot. 187. per tot.

ADITIO

Aditio hæreditatis an, & quando induceatur. Vot. 79. num. 7.
Requiritur mandatum ſpeciale ad adeundam hæreditatem. Vot. 79. num. 5. & 6.
Quando detur reſtitutio in integrum aduerſus aditionem hæreditatis. Vot. 79. num. 8. & 9.
Minores faciendo malè inuentarium, quale remedium debeant habere. Vide *Inuentarium*, *Minor*, & *Mulier*.
Aditio hæreditatis non probatur ex actibus equiuocis. Vot. 79. num. 2.
Quando probetur ex verbis enunciatiuis. Vot. 79. num. 3. & 4.
Expenſæ funeris, & ſimiles non ſufficiunt ad concludendam hæreditatis aditionem. Vot. 79. num. 7.

ADMINISTRATOR

Mulier, quæ adminiſtrauit bona Viri, quando præſumatur ſatisfacta de ſua dote. Vide *Dos*.

ADOPTIO, ET ARROGATIO.

Adoptandi facultas quando poſſit remitti arbitrio tertij. Vot. 47. num. 13. & 14.
Talis facultas quando tranſeat ad hæredes. Vot. 47. num. 18. & 30.
Eques Hieroſolymitanus iàm profeſſus, an poſſit aliquem ſibi in filium arrogare. Vot. 177. per tot.
Qui non poteſt habere filios, non poteſt aliquem ſibi in filium arrogare. Vot. 177. num. 1. per tot.
Filij arrogati habentur vti veri, & legitimi filij. Vot. 177. num. 2.
Bona arrogatorum tranſeunt in arrogantem. Vot. 177. d. num. 2.
Arrogati veniunt ſub poteſtate arrogantis, & de illius familia dicuntur, & habent iura ſuitatis. Vot. 177. d. num. 2.
Inhabilis ad generandum non poteſt adoptare, ſeù arrogare. Vot. 177. num. 3.

ADVLTERIVM

Adulterij quomodo probatur. Vot. 155. n. 2.
Adulterium ferè numquàm probari poteſt de directo, & perneceſſe. Vot. 155. nu. 3.
Et ideo probatur præſumptionibus, & Teſtibus etiàm ſocijs criminis, aliaſque exceptiones habentibus. Vot. 155. num. 4.
Ob adulterium quandò ſit locus diuortio. Vide *Separatio thori*.

ADVOCATVS

Aduocatus. Vide *Procurator*.

ÆDIFICATIO

Ædificari, & eleuari poteſt murus non obſtante oppoſitione Domini in parte inferiori, & quando. Vot. 10. per tot.
Quando adeſt lis ſupèr ædificatione, quando ſit admittenda cautio de demoliendo, dicto Vot. 10. per tot.
Quando periculum eſt in mora poteſt ædificari, non obſtante nunciatione noui operis, d. Vot. 10. num. 5.
Regulares an, & quando poſſint ædificare, & habere proſpectum in vicinos. Vot. 124. per tot.
Monaſteria noua, quando poſſint ædificari. Vide *Religioſus*.

ÆDITIO

Æditio ſcripturarum. Vide *Exhibitio*.

AGNATIO

In defectum agnatorum, quando veniant etiam Cognati. Vot. 89. n 9. cũ plur. ſeq.
Teſtator ſi fuerit Sacerdos non præſumitur ſollicitus in conſeruanda agnatione. Vot. 89. num. 13.
Defectis agnatis, quando ſit locus ſucceſſioni fœminarũ agnatarum. Vot. 96. per tot.
In fideicommiſſo agnatitio an, & quando ſint excluſi Religioſi. Vot. 52. per tot.
Reliqua vide in verb. *Religioſus*, & in verb. *Fideicommiſſum*.
Ex præcepto aſſumendi cognomen, & arma dicitur volita conſeruatio agnationis. Vot. 168. num. 2.

AGNITIO

Ius perſonale, vt dicatur agnitum requiritur petitio iudicialis. Vide *Ius*, *& Dos*.

ALIENATIO

Habens facultatem diſponendi non poteſt alienare. Vide *Diſponere*.
In caſu alienationis ſubſtitutus. Vide *Subſtitutus*.
Alienatio rei communis factæ à Socio, quando ſubſtineatur. Vot. 109. per tot.
Alienata à Filio grauato imputantur in legitimam. Vot. 109. num. 4.
In alienatione bonorum Eccleſiæ an, & quando ſit neceſſarium beneplacitum Apoſtolicum, & quando iſtud præſumatur interueniſſe ex lapſu temporis. Vot. 152. per tot. Vide in verb. *Beneplacitum*.
Subſtitutus in caſu alienationis an ſit admittendus ſtatim ſequuta alienatione, non expectata morte alienantis. Vot. 60. nu. 43.

ALIVD

Pronomen aliud, quid importet. Vot. 70. n. 4.

Aliud prò alio à debitore inuito Creditori ſolui nequit. Vot. 46. per tot.
Limita, quando intraret diſpoſitio *authen. hoc niſi C. de ſolut.* Vot. 46. num. 2.
Ad hoc vt procedat *auth. hoc niſi* ſunt neceſſaria requiſita relata in Vot. 46. num. 3.
Auth. hoc niſi non habet locum ſtante iuramento, vel obligatione camerali. Vot. 46. num. 4.

ALIMENTA

Alimenta ſunt filijs præſtanda à Patre. Vot. 29. num. 1.
Et in ſubſidium à fratre. Vot. 29. per tot.
Amplia etiàm alteri fratri naturali. Vot. 29. per tot.
Alimenta quando ſint præſtanda extrà domum. Vot. 29. num. 3.
Sunt ſoluenda, ſeù præſtanda anticipatè. Vot. 29. num. 3.
Quomodo taxanda. Vot. 29. num. 4. & 5.
An ſit computandum in taxatione alimentorum lucrum, quod alimentandus percipere poſſet ab exercitio alicuius profeſſionis. Vot. 29. num. 5.
Patruus tenetur alere neptem pauperem. Vot 55. num. 15.
Nepos, quando teneatur alere Amitam exiſtentibus fratribus. Vot. 121. num. 6. 7. & plur. ſeqq.
Onus alendi conſanguineos ſpectat ad proximiores. Vot. 121. num. 8.
Non valet arguere à ſucceſſione ad præſtationem alimentorum. Vot. 121. num. 10.
Prò alimentis non datur actio realis, ſed extinguitur onus alendi extincta perſona proximiori. Vot. 121. num. 11.
Declarantur auctoritates contrariæ. Vot. 121. num. 12.
Qui dotare tenetur eſt obligatus præſtare etiam alimenta. Vot. 121. num. 14.
Alimenta minora ſunt præſtanda, quando ſimùl cohabitatur. Vot. 121. num. 20.
Alimenta non ſunt præſtanda Mulieri, quæ habuit ſuam dotem. Vot. 121. numer. 12. in ſin.
Alimenta, quando ſint præſtanda Mulieri, quæ amiſit ſuam dotem. Vot. 121. num. 14. cum ſeq.
Viduæ ad formam Statuti Vrbis debentur alimenta antè reſtitutionem dotis. Vot. 175. num. 1.
Alimenta debita Vxori debentur maiora fructibus dotalibus, quando dicti fructus non ſufficerent prò alimentis. Vot. 175. num. 2.
Alimenta integra debentur Viduæ, etiamſi eſſet reſtituta eidem aliqua pars dotis. Vot. 175. num. 3.

ALLVVIO

Per alluuionem factam ab aquis fluminis terrenum quibus prædijs augeatur. Vot. 181. per tot.

ALTERNATIVA

Alternatiua in beneficialibus quando, & quomodo procedat. Vot. 94. à num. 26. vſque ad 32.

AMOR, ET AMASIVS

Iura loquentia de Amentibus, procedunt etiàm in Amantibus. Vot. 147. num. 2.
Teſtamentum Amantis fauore Amaſiæ an ſubſtineatur. Vot. 147. per tot.

ANIMAL

Circa morbum animalium ſtatur iudicio Periti. Vot. 108. num. 9.
Animalia ſunt reſtituenda in eodem numero in ſocietate, & quando. Vot. 2. per tot.
Non ſufficit probare interitum animalium à conductore, ſiuè paſtore, ſed vlterius eſt probandus interitus illorum ſinè culpa. Vot. 2. num. 4. & 5.
Morbus in animali, quando dicatur nouus, vel antiquus. Vot. 108. per tot.
Venditor quando teneatur de morbo, & vitio animalis venditi. Vot. 108. per tot.
Quando ſit locus redhibitoriæ. Vot. 108. per tot.

APOCHA

Apocha vulgò *pagherò* continet etiàm obligationem inſolidum. Vot. 7. num. 10.
Qui illam ſcripſit non poteſt opponere girattario exceptionem contrà girantem forſan competentem. Vot. 17. per tot.
Amplia præſertim quando legitur ſoluibilis *à chi preſenterà*, dict. Vot. 17.
Quando accipiatur inſolutum. Vot. 48. numer. 3. 4. & 5.

Apo-

Apocha priuata eſt ſuſpecta de antidata. Vot. 97. num. 20.
Si Apocha fuerit ſcripta de commiſſione à tertio, non ſolùm eſt recognoſcenda à Teſtibus, ſed debet ab eiſdem deponi de commiſſione. Vot. 39. num. 17.
Amplia. Vot. 39. num. 18.
Creditor anterior quando non poſſit impedire ſolutionem cedulæ, ſeù apocæ giratæ à ſuo debitore. Vot. 17. num. 2. & 3.

APOSTASIA

Apoſtaſia an inducat vacationem beneficij ipſo iure, vèl potiùs debeat præcedere ſententia Iudicis. Vot. 184. num. 11.
Apoſtaſiæ ſpecies numerantur. Vot. 184. num. 12.

APPELLATIO

Appellatio ſuſpenſiua non admittitur in concernentibus curam Animarum. Vot. 88. num. 22. & 49.
Appellatio non admittitur in litteris cambij. Vide *Cambium*.
Appellatio non admittitur ante Decretum diffinitiuum, vèl vim diffinitiui habens in cauſis tàm ciuilibus, quàm criminalibus agitatis in foro Epiſcopali in prima inſtantia. Vot. 21. & per tot.
Et quando Epiſcopus ſaltèm teneatur transmittere acta ad effectum recognoſcendi, ſi Decretũ ſit diffinitiuum, d. Vot. 21. per tot.
Appellatio quando detur à carceratione. Vot. 21. num. 2. & 3.
Appellatio à denegata iuſtitia an, & quando ſit admittenda in cauſis agitatis in Curia Epiſcopali. Vot. 125. per tot.
Appellatio non datur in cauſis primæ inſtantiæ, agitatis in foro Epiſcopali à citatione ad comparendum ſub pœna carcerationis. Vot. 21. num. 2.
Appellatio ab irrationabili iudicio Epiſcopi non datur in Parochialibus, niſi conſtet de reiectione doloſa. Vot. 197. num. 1.
Contrà. Vot. 197. num. 2.
Non eſt locus nouo examini, quando à die concurſus interceſſerit notabile temporis ſpatium, in quo examinandus magis doctus, & habilis euadere potuit. Vot. 197. num. 3.
Declarantur auctoritates contrariæ. Vot. 197. num. 4. & 5.

APPROBATIO

Quod ſemèl placuit ampliùs impugnari non poteſt. Vot. 87. num. 38.
Actus approbatus quando poſſit impugnari. Vot. 117. num. 3.

AQVA

Curſus aquarum neceſſarius non poteſt euitari à Domino fundi inferioris. Vot. 122. num. 7.
Aqua proueniens à parte ſuperiori domus, quando debeat tollerari à Domino domus in parte inferiori. Vot. 131. num. 4.
Dominus fundi ſuperioris quando non poſſit diuertere curſum aquarum in præiudicium Domini fundi inferioris. Vot. 162. per tot.

ARBITRIVM

Arbitrium datum in vna re non cenſetur datum in alia. Vot. 35. num. 4.
Regulatur à iure. Vot. 59. num. 6.

ARCHIDIACONVS

Archidiaconus an, & quando debeat eſſe Doctor. Vot. 192. num. 5.

ARCHIEPISCOPVS

Archiepiſcopus poteſt exercere iuriſdictionem Metropoliticam in omnibus Eccleſijs ſuffraganeis exiſtentibus in ſua Prouincia. Vot. 157. num. 1.
Archiepiſcopo Salisburgenſi eſt ſubiecta Eccleſia Paſſauienſis, Vot. 157. num. 2.
Archiepiſcopus poteſt viſitare Eccleſiam ſuffraganeam vacantem. Vot. 157. à numer. 3. vſque ad 5.
Archiepiſcopus de iure antiquo valebat viſitare omnes Eccleſias ſuffraganeas. Vot. 157. num. 3.
Archiepiſcopus non poteſt diſſoluere Concilium Prouinciale ſine conſenſu Coepiſcoporum. Vot. 157. num. 6.
Archiepiſcopus titularis translatus ad Eccleſiam ſuffraganeam in Concilio Prouinciali debet præcedere cæteris Epiſcopis. Vot. 157. num. 8.

ARCHIVIVM

Extractio Scripturæ ab Archiuio publico etiamſi ſinè compulſoria, & citatione partis eſt valida, Vot. 88. num. 36.
Archiuium Epiſcopi eſt publicum, Vot. 88. num. 37.
Scriptura informis quamuis repoſita in Archiuio non probat, Vot. 88. num. 40.
Scripturæ extractæ ab Archiuio Epiſcopi, quando fauore Epiſcopi probant, Vot. 88. num. 52.
Scripturæ extractæ ex Archiuio non publico quoad non ſubditos non probant, Vot. 88. num. 53.

ARGENTVM

Argentũ, & aurum, & iocalia quando veniant ſub nomine ſtabilium, Vot. 6. ferè per tot.

ARGVMENTVM

Argumentum à diſcretiuo modo loquendi. Vide *Diſcretiua*.
Argumentũ minoris, vèl maioris affectionis non eſt admittendum in materia clara. Vot. 89. num. 24.
Non eſt arguendum à diuerſis, Vot. 42. nu. 17. & Vot. 93. num. 18.

AROMATARIA

Aromataria an, & quando poſſit exerceri à Regularibus, Vot. 124. num. 9. & 11.

ARRA

Arra inducit perfectionem contractus, Vot. 13. num. 1.

ARROGATIO

Arrogatio. Vide *Adoptio*.

ARS

Artes immundæ non poſſunt exerceri in præiudicium vicinorum. Vide *Fætor*.
Non implicat quod vna perſona exerceat plures artes, & retineat earum priuilegia, Vot. 51. num. 5.
Ars aromatariæ an poſſit exerceri à Regularibus. Vide *Aromataria*.

ARTICVLI

Articuli de directo contrarij ſunt admittendi, Vot. 85. num. 4.
Limita quando dicta Teſtium eſſent didicita. Vide *Teſtis*.

ASSECVRATIO

Aſſecurata naui, & ſequuta illius amiſſione debetur prætium promiſſum, Vot. 160. num. 1.
Naufragium, & deperditio mercium ex quibus probantur, Vot. 160. num. 2.
Aſſecuratio non debetur ob caſum incogitatum à partibus, Vot. 160. num. 3.
Limita, Vot. 160. num. 7.
In contractu aſſecurationis quando ſit excluſus dolus, & baratteria, Vot. 160. num. 6.
Aſſecurationis contractus deſumit ſuam iuſtitiam ab incertitudine maris, & ventorum, Vot. 160. num. 8.
Itaùt ſola notitia poſſibilis naufragij iàm ſequuti irritet contractum, Vot. 160. numer. 8.
Notitia in hac materia quomodo præſumatur, vèl excludatur, Vot. 160. numer. 9. & 10.
Eſt de eſſentia contractus aſſecurationis, quod merces ſint propriæ aſſecurati, Vot. 160. num. 11.
Capitula Conſulatus Barchinonenſis obſeruantur vbique locorum in aſſecuratione maritima, Vot. 160. d. num. 9.

ATTENTATA

Attentata ſunt antè omnia purganda, Vot. 49. num. 2.
Etiam in vim nouiſſimæ Conſtitutionis Sanctiſſimi Innocentij XII. Vot. 49. num. 1.
Qui continuat non attentat, Vot. 88. numer. 20. & 46.
Declara, Vot. 88. num. 21.
Qui priùs attentauit non poteſt petere purgationem attentatorum Vot. 88. num. 24.

AVOCATIO

Auocatio pecuniæ quando datur. Vide *Pecunia*. Vide *Reiuendicatio*.

B

BALDACHINVM

Baldachinum. Vide *Abbas*.

BANNITVS, ET BANNVM

Bannitus licèt reintegratus non recuperat bona fideicommiſſi alteri deuoluta tempore, quo erat bannitus. Vot. 71. num. 9.
Bannum ſolum non priuat aliquem dominio bonorum. Vot. 60. num. 64. Vot. 71. n. 8. Vide *Confiſcatio*.

BARBITONSOR

Statutum Barbitonſorum quando procedat etiàm in Balneatoribus. Vot. 51. num. 4.

BARO

Baro habens fæudum cum iuriſdictione meri, & mixti Imperij, an ſit capax penſionis Eccleſiaſticæ. Vide *Penſio*.
Baro quando poſſit cogere ſuos Subditos ad molendum frumentum in ſuo Molendino. Vide *Molendinum*.
Baro quando poſſit cogere ſuos Subditos ad redeundum ad ſua fæuda. Vide *Ciuitas*.

BELLVM

Bellum, quando dicatur iuſtum, vel iniuſtum. Vot. 156. num. 2.

BENEFICIVM

Ius conferendi beneficia ſpectet ad Capitulum ſtante priuilegio, vel conſuetudine. Vot. 88 num. 3.
Per vnionem, quando transferatur etiàm ius conferendi beneficia. Vot. 88. num. 61. cum plur. ſeq.
Epiſcopus habet fundatam intentionem conferendi omnia beneficia ſuæ Diœceſis. Vot. 88. num. 66.
Ius conferendi beneficia, quando dicatur conceſſum. Vot. 88. num. 67.
Exemptus à iuriſdictione Ordinarij habet ius conferendi beneficia. Vot. 88. num. 68.
Aſſiſtentia iuris, quàm habet Epiſcopus non ſuffragatur, quãdo inferior demonſtrat titulũ in cõferendo beneficia. Vot. 88. n. 72.
Obſeruantia eſt valdè attendenda in collatione beneficiorum. Vot. 88. num. 73. & ſeq.
Iuriſdictio, & ius conferendi reſultat ex ſolutione cenſuum. Vot. 88. num. 78.
Ius conferendi beneficia Cathedralis ſpectat ad Capitulum, ſtante conſuetudine etiàm abſque titulo. Vot. 88. num. 79.
Amplia. Vot. 88. num. 80.
Duo beneficia ſub eodem tecto ſunt incompatibilia. Vot. 89. à num. 6. vſque ad 8.
Conclauiſtæ beneficia ſunt reſeruata. Vot. 94. num. 1.
Beneficia Prothonotarij Apoſtolici ſunt reſeruata. Vot. 94. num. 2. & 7.
Beneficia ſubcollectoris ſpoliorum ſunt reſeruata. Vot. 94. num. 3.
Amplia dicto num. 3.
Habens indultum conferendi beneficia reſeruata, non poteſt conferre beneficia affecta dupplici reſeruatione. Vot. 94. num. 4.
Litteræ Apoſtolicæ beneficij iuſtificatæ ſunt exequendæ. Vot. 94. num. 6.
Epiſcopus non poteſt vnire Seminario beneficia reſeruata. Vot. 94. num. 14.
Prothonotarij beneficium eſt reſeruatum, etiàm antè præſtitum iuramentũ, & vſum inſignium. Vot. 94. num. 15.
Subcollectoris ſpoliorum beneficium non eſt reſeruatum, ſi dictus Subcollector non fuerit vnicus in Diœceſi. Vot. 94. nu. 16.
Subcollectoratus ſpoliorum, ſiuè decimarum probatur etiàm abſque litteris, & quando. Vot. 94. num. 17. 19. & 20.
Subcollectoris decimarum beneficia ſunt reſeruata. Vot. 94. num. 18.
Amplia etiamſi adſit alius Subcollector ſpoliorum. Vot. 94. num. 19.
Clericatus, ſeù Presbyteratus qualitas non eſt iuſtificanda, quandò litteræ beneficij ſunt expeditæ in forma gratioſa. Vot 94. num. 25.
Alternatiua ſi ſit conceſſa in medio menſis apoſtolici, illius vſus incipit currere à die datæ, non autem ab initio menſis ſubſequentis. Vot. 94. num. 26.
Contrà à num. 27. vſque ad 32.
Dies, media nox, & menſis in materia beneficiali, quando incipiant. Vot. 142. per tot.
Filius an ſit incapax conſequendi beneficium, quod habuit Pater. Vot. 93. nu. 27.
Epiſcopus non poteſt mutare ſtatum beneficij. Vot. 141. num. 28.

Be-

Beneficium, quando ſit Clericale, vel Sacerdorale. Qualitas, quando requiratur actu, vel habitu. Vot. 148. per tot.
In beneficijs Sacerdotalibus ſufficit, vt præſentatus ſit in ea ætate, in qua infrà annum poſſit promoueri ad Sacerdotium. Vot. 148. num. 4.
Declara. Vot. 148. num. 5.
Beneficia regularia Regularibus, ſæcularia Secularibus ſunt conferenda. Vot. 184. num. 1.
Beneficium quando dicatur regulare, vel ſeculare. Vot. 184. à num. 2. vſque ad numer. 10.
Ieſuitæ quando ſint capaces beneficij, & penſionis. Vot. 52. num. 6.
In beneficijs eſt attendendus vltimus ſtatus. Vot. 184. num. 5.
Declara. Vot. 184. num. 10.
Beneficiatis non eſt diminuendus redditus. Vot. 193. num. 2. 3. & 4.
Fundator quas conditiones apponere poteſt in limine fundationis beneficij. Vide *Iuſpatronatus*.

BENEFICIVM DEDVCTO NE EGEAT

Beneficium deducto ne egeat debetur Patri tàm reſpectu Filij, quam Generi. Vot. 165. num. 3. & 4.
Beneficium deducto ne egeat an intrat ſtante obligatione in forma Cameræ. Vot. 165. num. 5.
Beneficium deducto ne egeat ceſſat ſtante dolo. Vot. 165. num. 6. & 7.

BENEFICIVM CAPIT. ODOARDVS

Beneficium cap. Odoardus. Vide *Clericus*.

BENEPLACITVM APOSTOLICVM

Poſt conſtitutionem Vrbanam ad præſumendum beneplacitum Apoſtolicum in alienatione bonorum Eccleſiæ requiritur centenaria. Vot. 152. num. 1.
Declara. Vot. 152. num. 2.
Amplia etiam in locationibus, & emphiteuſi. Vot. 152. num. 3.
Inter duas Eccleſias in alienatione ad præſumendum beneplacitum ſufficit triginaria. Vot. 152. num. 4.
Limita, & declara. Vot. 152. num. 5.
Poſt factum contractum alienationis bonorum Eccleſiæ, & antè exequutum beneplacitum Apoſtolicum an, & quando ſit locus maiori oblationi. Vot. 152. num. 6.
Beneplacitum Apoſtolicum requiritur etiàm in tranſactione ſupèr rebus Eccleſiæ. Vot. 88. num. 19.
Amplia etiàmſi agatur intèr duas Eccleſias dicto num. 19.
Eccleſia volens ſtare contractui poteſt cogi ad obtinendum beneplacitum Apoſtolicum. Vot. 154. num. 5.
Ex lapſu temporis quando præſumantur in contractu Eccleſiæ beneplacitum, & vtilitas. Vot. 153. num. 1. & 2.

BONA

Bona tranſeunt cum onere ſuo. Vide *Gabella*.
Bonorum ſtabilium appellatione, quæ veniant. Vide *Loca Montium*, *Cenſus*, *Pecunia*.

C

CAMBIVM

Pactum continuandi cambium quando dicatur repetitum. Vot. 99. num. 22. & ſeq.
Cambium ex pretio mercium, quando legitimè contrahatur. Vot. 99. nu. 1. 2. & 3.
Fructus cambij an debeantur poſt decoctionem. Vot. 99. num. 5.
Quando debeantur poſt diſdictam. Vot. 99. num. 5.
Litteræ cambij quando non ſunt ſolutæ, datur regreſſus contra ſcribentem. Vot. 99. num. 7.
Scribens litteras cambij quando poſſit reuocare mandatum etiàm in præiudicium giratarij. Vot. 99. à num. 11. vſq; ad 14.
Litteræ cambij poſſunt contineri plura mandata. Vot. 99. num. 12.
Mandatum cambiandi per decoctionem intelligitur reuocatum. Vot. 99. num. 15.
Cambia ſiuè fructus non debentur, quando non conſtat de realitate cambiorum. Vot. 99. num. 19. & 20.
Fructus ſeù lucra, quando debeantur vſque ad diem reſtitutionis capitalis. Vot. 99. n. 21.
Cambij litteras ſoluens poteſt prætendere damna, & intereſſe non ſequuta reimburſatione. Vot. 7. num. 1.
Prò litteris cambij datur via exequutiua. Vot. 7. num. 2.

Soluens litteras cambij debet conſequi ſuã ſatisfactionem non obſtante exceptione computorum. Vot. 7. num. 3.
Prò litteris cambij an detur hypoteca. Vot. 7. num. 4. 7. 8. & 9.
Litteræ cambij habent exequutionem paratam vim publici inſtrumenti, & continent obligationem Cameralem. Vot. 7. num. 5. & 6.
Non admittunt appellationem dicto num. 6.
Iudicium, & conſuetudo Mercatorum eſt attendenda in materia cambiorum. Vot. 99 num. 14.
Cambium extinctum in parte, quando intelligatur extinctum in toto per reſtitutionem partis ſortis. Vot. 194. per tot.

CAMINVS

Vſus camini quando non poſſit impediri à Domino in parte ſuperiori, etiam ſub prætextu fumi, ac timoris ignis. Vot. 131. per tot.

CANONICVS, ET CAPITVLVM

Quando legatum dicatur relictum potiùs Canonicis, quam Eccleſiæ. Vide *Eccleſia*.
Canonico an, & quando debeatur iubilatio. Vot. 103. per tot.
Et quando debeatur etiam in diſtributionibus auctis, dicto Vot. 103. per tot.
Sede Epiſcopali vacante ius adminiſtrandi Eccleſiã, & deputandi Vicarium Capitularem ſpectat ad Capitulũ. Vot. 172. n. 1.
Limita ſtante conſuetudine in contrarium. Vot. 172. num. 2. & per tot.
Diſtributiones quotidianæ debentur ſolum intereſſentibus. Vot 173. num. 1.
Canonicus tetinens duos Canonicatus, reſidens in vno, lucratur fructus vtriuſq; ſtante diſpenſatione Apoſtolica. Vot. 173. num. 2.
Amplia etiamſi fuerit abſens ab vtroque ex cauſa litis vnius tantum Canonicatus. Vot. 173. num. 3.
Canonicus vti legitimè abſit cauſa litis, requiritur, quod lis ſit ſupèr ſtatu perſonæ, vel beneficij. Vot. 173. num. 4.
Et quando ſufficiat, quod lis ſit tantùm ſupèr fructibus. Vot. 173. num. 5.
Lis ſuper titulo non dicitur terminata, quando fructus non poſſint conſequi. Vot. 173. num. 5.
Licentia abſentiæ ab Ordinario obtenta iuncta cauſa ſufficit, vt Canonicus lucretur fructus. Vot. 173. num. 6.
Erectio noui Canonicatus, ſeù Archidiaconatus, an poſſit fieri ab Ordinario. Vot. 192. num. 1.
In tali caſu eſt requirendus conſenſus Capituli. Vot. 192. num. 2.
Qui conſenſus ſi fuiſſet irrationabilitèr denegatus, haberetur pro præſtito. Vot. 192. num. 3.
Nouo Canonico, ſeù Archidiacono etiàm ſtante diſſenſu Capituli, debentur præeminentiæ cum voce actiua, & paſſiua. Vot. 192. num. 4.
Valet conſuetudo inſeruiendi ſine ſtipendio Eccleſiæ per aliquod tempus priùs quam participetur de maſſa communi. Vot. 193. num. 1.
Beneficiatis, & Canonicis non poſſunt diminui eorum redditus tàm vigore Concilij Tridentini, quam Bullæ Pianæ confirmatæ à Sanctiſſimo D. N. Vot. 193. numer. 2.
Declara Vot. 193. num. 3. & 4.

CAPITVLA

Capitula ſi diſcordent ab Inſtrumento, an ſint attendenda. Vide *Inſtrumentum*.

CAPPVCINI.

Cappuccini. Vide *Religioſi*.

CAPTVRA

Vide *Carceratio*.

CARCERATIO, ET CAPTVRA

Carceratio prò ſumma debita ſubſtinetur etiam ſtante mandato exceſſiuo, quando proceditur ſola facti veritate inſpecta. Vot. 14. num. 7.
Appellatio quando detur à carceratione. Vide *Appellatio*.
Præſumptio ſtat prò validitate capturæ. Vot. 90. num. 3.
Captura eſt nulla facta nomine veri Creditoris, quando iſte nondedit mandatum. Vot. 182. num. 5.
Sequeſtra, & Captura debent iuſtificari ex præcedentibus. Vot. 182. num. 8.

Car-

Carceratio vigore mandati ſuſpicionis fugæ etiàm nulla ſubſtinetur ſtante credito claro. Vot. 14. num. 5.

CASVS

Caſus omiſſus remanet ſub diſpoſitione iuris communis. Vot. 157. num. 5.

CATASTRVM

Cataſtrum probat bona fuiſſe poſſeſſa à Teſtatore. Vide *Identitas*, vide *Confinia*.

CAVSA

Cauſa quando dicatur finalis, vel impulſiua. Vot. 34. num. 6. & 7. Vot. 96. num. 14.

Cauſa quando dicatur deſerta. Vide *Deſertio*.

Cauſa ſanguinis quando præualere debeat cauſæ pietatis. Vot. 96. num. 6. in fin.

CENSVS

Olim vigebat opinio, quod poſt euictionem fundi cenſiti adhùc deberentur fructus, ſed hodie contraria præualuit opinio. Vot. 95. num. 10. & 11.

Declara, quod fructus conſumpti bona fide non ſunt reſtituendi. Vide *Vſura*.

Cenſus, quando veniat appellatione ſtabilium. Vide *Loca Montium*.

Cenſuarius, quando præferatur alijs in emptione fundi cenſiti. Vide *Vot. 97. per tot.* Vide *Prælatio Retractus*.

Cenſus non extinguitur, nec depoſito, nec diſdicta. Vot. 97. num. 7.

Cenſus poteſt quandocumque redemi. Vot. 97. num. 39.

Cenſus impoſitus à Minore, vel Muliere prò extinguendo alio nullitèr impoſito, quando ſubſtineatur. Vot. 116. num. 3.

Cenſus impoſitus ſuper re aliena quando ſit validus. Vot. 176. num. 1. 2. 3. & 4.

Et quando debeantur in tali caſu fructus ſaltèm loco damnorum, & intereſſe. Vot. 176. à num. 1. vſq; ad 4.

Cenſus impoſitus ſupèr re infructifera quando ſubſtineatur. Vot. 176. num. 5.

Cenſus quando ſubſtineatur, licèt non internenerit pecunia numerata. Vot. 176. n. 6.

Cenſus impoſitus ſupèr fundo emendo, & domo conſtruenda, quando ſubſtineatur. Vot. 176. num. 5. in fin.

Creditor cenſus, ſeu cambij recipiens partem ſortis non extinguit in toto cenſum, ſeù cambium, etiamſi non præceſſerit aliqua proteſtatio. Vot. 194. num. 1.

Contra. Vot. 194. num. 2. 3. & 4.

CESSIONARIVS, CESSIO, CEDENS

Cedenti quę obſtant, quando non poſſint opponi contra ceſſionarium, ſeù giratarium. Vide in ver. *Apocha*.

Ceſſio iurium non eſt neceſſaria ad effectum retinendi, ſecùs ad effectum agendi. Vot. 27. num. 1.

Ceſſio iurium quando ſit neceſſaria. Vide *Subingreſſio*.

Ceſſionarius non poteſt agere contrà cedentem, niſi factis diligentijs contrà debitorem ceſſum. Vot. 48. num. 1.

Inexigibilitas ex quibus deſumitur. Vot. 48. num. 2.

Diligentiæ per ceſſionarium quando dicantur factæ. Vot. 48. num. 2. Vot. 82. per tot. Vide *diligentia*.

Ceſſio quando importet dationem inſolutum. Vide *Datio inſolutum*. Vot. 48. num. 3.

Debitor quando benè ſoluat cedenti etiàm poſt ceſſionem factam. Vot. 54. num. 3. 4. & 5.

Cedens liberatur præſtando nomen verum. Vot. 82. num. 1.

Limita Vot. 82. num. 2. 3. 4. & 5.

Sicuti non poteſt præiudicari cedenti, ità nec ceſſionario. Vot. 87. num. 37.

Scientia ceſſionis quando reſultat. Vot. 87. num. 33. & ſeq.

Ceſſionario cenſus quando competat prælatio in emptione fundi cenſiti. Vot. 97. per tot.

Ceſſio iurium facta lite pendente, quando ſit valida. Vot. 97. num. 53.

Negligentia in exigendo nomen ceſſum an, & quando præiudicet ceſſionario. Vot. 107. per tot.

Cedens poteſt agere contrà debitorem ceſſum etiàm poſt ceſſionem. Vot. 182. n. 1.

Amplia accedente conſenſu ceſſionarij. Vot. 182. num. 2. & 3.

Cedens non poteſt agere contrà debitorem ceſſum, ſtante ceſſione cum clauſula ponens. Vot. 182. num. 4.

Debitor ceſſus poteſt opponere de non iure cedentis. Vot. 182. num. 6.

Ceſ-

Ceſſionarij conſenſus quando conualidet iudicium factum à cedente. Vot. 182. nu. 7.
Cedulam, ſeù *pagherò* conficiens an valeat opponere Giratario exceptionem ſibi competentem contrà Girantem. Vot. 17. num. 1. & per tot.
Cedens non poteſt moleſtari à Ceſſionario niſi priùs factis diligentijs contrà debitorem ceſſum. Vot. 82. num. 6.
Exigibilitas quando dicatur promiſſa in perpetuum à cedente. Vide *Exigibilitas*.

CIRCVITVS

Circuitus inutiles euitandi. Vot. 86. nu. 18.

CITATIO

Quando probetur adfuiſſe ex atteſtatione Notarij. Vot. 16. num. 45.
Quando ſit neceſſaria ad informandum peritos, & ad videndum referre. Vot. 57. per tot.
Quando ſit neceſſaria in ſententia, ſeù laudo Arbitri. Vot. 57. per tot.

CIVITAS

Ciuitas Aquauiuæ vbi erat, Vot. 88. n. 54.
Ciuitas, & Territorium faciunt vnum corpus. Vot. 87. num. 21.
Ciuitas exiſtente iuſta cauſa poteſt prohibere, ne extrahantur victualia. Vot. 159. num. 10.
Ciuitas poteſt cogere Ciues ad emendum frumentum publicum corruptum. Vot. 159. num. 12.
Baro, & Ciuitas habent Ius reuocandi Vaſſallos, ſeù Ciues ad Patriam. Vot. 159. num. 13.

CLAVSVLA

Clauſula ad habendum, & in perpetuum quid operetur, Vot. 110. num. 6.
Clauſula omni meliori modo operatur, ac ſi fuiſſet dictum pleno iure, & ſinè diminutione. Vot. 15. num. 3.
Clauſula ponens in ceſſione quid operetur. Vot. 182. num. 4.
Clauſula pro quibus &c. prodeſt omnibus intereſſe habentibus. Vot. 86. num. 19.
Clauſula prò quibus adeſt in obligatione camerali. Vot. 86. num. 19.
Clauſula', ſiuè præmiſſo, ſiuè alio quouis quid operetur. Vot. 95. num. 7. & 9.
Clauſula ſublata, & Decretum irritans non admittunt exceptionem non vſus. Vot. 51. num. 6.
Clauſula ſublata, & Decretum irritans claudunt os Iudici, & Parti, Vot. 101. ſub numer. 14. in fin.

CLERICVS

An, & quando ligetur Statuto laicorum. Vide *Statutum*.
Clericus poteſt proceſſari ab Epiſcopo ſtantibus inditijs, etiamſi prò illo delicto fuiſſet accuſatus, & proceſſatus laicus in Curia laica. Vot. 21. num. 4.
Clericatus, ſeù officium Eccleſiaſticum ſuſceptum poſt delictum quando ſuffraget. Vot. 62. per tot. Vide *Immunitas*.
Clericus coniugatus non eſt exemptus à gabellis communitatiuis. Vot. 92. num. 7.
Clericus non incedens in habitu, vt amittat priuilegium, & penſiones requiritur trina monitio. Vide *Penſio*.
Clericis an, & quando ſit prohibita negotiatio. Vot. 6. num. 6. & Vot. 124. ſub numer. 11. verſ. fuit autem.
Clericus etiam filiusfamilias poteſt teſtari. Vide *Teſtamentum*.
Clericus admiſſus ad beneficium *cap. Odoardus* non eſt infamis. Vot. 165. num. 9.
Et ideo eſt legitimus Teſtis. Vot. 165. numer. 10.
Filiusfamilias Clericus poteſt teſtari. Vot. 74. num. 8.

COLONVS

Dans frumentum Colono, quando poſſit agere contrà Dominum fundi. Vot. 45. num. 3.

COMPENSATIO

Compenſatio legati cum dote quando ſit admittenda. Vot. 26. num. 10. & 11.
Compenſatio quando excludatur. Vot. 26. num. 12. & 13.

CONCILIVM PROVINCIALE.

Concilium Prouinciale. Vide *Synodus*.

CON-

CONCILIVM TRIDENTINVM

Habet in quolibet capitulo decretum irritans. Vot. 88. num. 17.
Et ideo non admittit obſeruantiam in contrarium. Vot. 88. num. 18.
Cap. 18. *ſeſſ.* 24. *de reform.* An habeat locum in Eccleſijs Parochialibus vnitis Religioni Hieroſolymitanæ, vèl S. Stephani. Vot. 88. num. 29.

CONCLAVISTA

Conclauiſtarum beneficia ſunt reſeruata. Vot. 94. num. 1.

CONCVBINA

Concubinæ legatum factum quando dicatur pium. Vide *Legatum*, & Vot. 12. num. 8. & 9.

CONCVRSVS

Concurſus in Parochialibus eſt nullus, non ſeruata forma Tridentini. Vot. 95. nu. 5.
Examinatores Synodales. Vide *Examinatores*.

CONDITIO

Conditiones omnes ſunt adimplendæ prò conſequendo legato. Vot. 12. num. 1.
Conditio, quæ ab initio erat poſſibilis ſi mora legatarij euadit impoſſibilis, impedit acquiſitionem legati. Vot. 12. nu. 2. & 3.
Conditio nubendi intrà quod tempus ſit adimplenda. Vot. 12. num. 4. & 5.
Conditio poteſtatiua quàm primum eſt adimplenda. Vot. 12. num. 7.
Pars conditionalis. Vide *Pars*.
Diſpoſitio quando ſtet per viam conditionis, vèl modi. Vot. 187. per tot.
Conditio negatiua comprehendit omnes caſus. Vot. 190. num. 2.
Conditio poſita in vna ſubſtitutione, quando cenſeatur repetita in altera. Vot. 190. num. 4. 5. 6. & 9. ſupple in verb. *Repetitio*.
Tempus adiectum legato quando reddat illud conditionale. Vot. 198. per tot.

CONDVCTOR

Conductor debet reſtituere gregem integrum, etiamſi animalia ſint mortua ſtante obligatione. Vot. 2. num. 1.
Conductori quando ſit facienda remiſſio mercedis, ſeù defalchus ſit concedendus. Vot. 42. per tot. Vot. 111. per tot.
Subconductor ſoluens penſionem conductori liberatur. Vot. 45. num. 4.
Conductor, ſeù Inquilinus an, & quando teneatur de incendio, vèl potiùs quando cedere debeat in damnum locatoris. Vot. 178. per tot.
Defalchus, ſeù reſtaurum eſt dandum conductori. Vot. 42. num 1.
Amplia quando forma agri fuit deuaſtata ab aquis. Vot. 42. num. 2.
Limita quando fundus de tempore conductionis erat expoſitus inundationi. Vot. 42. num. 3.
Limita ſtante renunciatione defalchi. Vot. 42. num. 4.
Declara. Vot. 42. num. 5. & 6.
Renunciatio defalchi non extenditur ad caſus inſolitos, in quibus ſit perempta ſubſtantia rei locatæ. Vot. 42. num. 8.
Renunciatio defalchi ob damnum locuſtarum, & ſimilium quomodo intelligatur. Vot. 42. num. 10.
Tiberis inundationi requiritur expreſſa renunciatio. Vot. 42. num. 11.
Pactum non petendi defalcum eſt ſeruandum. Vot. 42. num. 12.
In concedendo defalco ſunt computandi anni fertiles cum ſterilibus. Vot. 42. nu. 13.
Prò obtinendo defalco eſt facienda interpellatio, & quando. Vot. 42. num. 14.
Si fuerit ſoluta penſio abſque exceptione defalchi eſt ſignum, quod ille non debeatur. Vot. 42. num. 15.
Conductor ſibi imputet ſi conduxit fundum inundationi expoſitum. Vot. 42. num. 16.
Eadem actio, quæ datur prò conductione expreſſa, datur etiàm prò tacita, & quando. Vot. 42. num. 22.
Reliqua ſupple in verb. *Inquilinus*.
Reductioni penſionis non eſt locus ob diminutionem, & defectum extrinſecum. Vot. 111. num. 8.
Declara. Vot. 111. num. 9. 10. & 11.
In concedendo defalco debent computari anni ſteriles cũ fertilibus. Vot. 111. n. 12. & 13.

CONFESSIO, CONFITENS, ET CONFESSARIVS

Confeſſio qualificata non poteſt ſcindi. Vide *Poſitio*.

Con-

Confeſſio dotis receptæ. Vide *Dos*.

Confeſſio præiudicat ſolùm confitenti, & habenti cauſam ab eo. Vot. 60. num. 51.

Confeſſio etiàm ſuſpecta adminiculata probat. Vot. 98. num. 14.

Confitens à Sacerdote communitèr reputato prò confeſſario, quando remaneat abſolutus. Vot. 95. per tot.

Facultas abſoluendi à caſibus reſeruatis quando ſit reuocata. Vot. 95. num. 2.

Abbas quamuis exemptus non poteſt dare licentiam Confeſſarijs audiendi confeſſiones. Vot. 141. num. 19.

Si Teſtator voluerit, vt præſentaretur Confeſſarius, an poſſit præſentari Confeſſarius in aliena Diœceſi, & diuerſa ab ea, in qua ſitum ſit beneficium. Vot. 148. numer. 6.

Confeſſio dotis receptæ facta in Teſtamento, quando reſoluatur in ſimplex legatum. Vot. 26. num. 1. & 2.

Supple in verb. *Dos*.

CONFINIA

Exceſſus non adeſt ſi conueniunt confinia. Vot. 87. num. 8.

Dictio vſque facit terminum terminatum. Vot. 87. num. 10.

Aliquid exiſtens extrà terminum non poteſt venire ſub terminato. Vot. 87. num. 11.

Identitas probatur ex confinibus. Vide *Identitas*, Vot. 87. num. 13.

Circumdatum confinij venit cum confinato. Vot. 87. num. 15.

Termini, ſeù lapides ſibi inuicem correſpondentes indicant confinia. Vot. 87. numer. 17. & 19.

Fagi quando inſeruiunt prò confinijs. Vot. 87. num. 18.

Confinia quando deſumantur ex diuerſitate armorum. Vot. 87. num. 20.

Cataſtri enunciatiuæ ſeruiunt prò probandis confinijs. Vot. 87. num. 22.

Flumen, ſeù fouens non ſemper inſeruiunt prò confinijs. Vot. 87. num. 23.

In materia confinij ſtatur arbitrio Iudicis. Vot. 87. num. 24.

Reliqua ſupple in verb. *Identitas*.

CONFISCATIO

Sola confiſcatio non tollit dominium. Vot. 60. nu. 64. Vot. 71. n. 8. Vide *Bannum*.

Iuſpatronatus quando veniat in generali confiſcatione bonorum. Vide *Iuſpatronatus*.

COGNATVS

Cognati quando veniant in diſpoſitione in defectum agnatorum. Vide *Iuſpatronatus agnati, & fœminæ*.

CONGRVA

Congrua Parochi quanta eſſe debeat. Vide *Penſio*.

Congrua Vicarij perpetui quanta eſſe debeat. Vide *Vicarius*.

Scuta centum aſſignata prò congrua à Concilio quando intelligantur de ſcutis iuxtà morem Regionis. Vot. 93. num. 17. 24. & 25.

Quæ onera ſint calculanda in computatione congruæ Parochialis. Vot. 93. num. 14.

CONIECTVRA

Coniecturæ ſunt vnitim conſiderandæ. Vot. 15. num. 4. Vot. 119. nu. 40. & Vot. 126. num. 17.

In concurſu coniecturarum ſunt attendendæ illæ, quæ magis ſtringunt. Vot. 119. num. 25. & Vot. 96. num. 14.

CONQVESTIO

Conqueſtiones non releuant, quando fuerint clandeſtinæ. Vot. 56. num. 8.

CONSANGVINEVS

Conſanguineorum præſentia excludit metum. Vide *Metus*.

Contractus Minoris, & Mulieris quando ſubſiſtineatur etiàm ſine præſentia conſanguineorum requiſita à Statuto. Vot. 16. per tot.

Teſtis conſanguineus contrà conſaguineum fortiùs probat. Vot. 16. num. 6.

CONSENSVS

Conſenſus quando ſufficiat, vt ſuperueniat ex interuallo etiàm poſt inchoatam litem. Vot. 154. num. 3. 6. & 10. Vot. 182. num. 7. & 8.

Digitized by Google

Conſenſus irrationabilitèr denegatus habetur prò præſtito. Vot. 192. num. 3.

CONSILIVM

Conſilium requiſitum in viſitatione, an ſit neceſſarium in actibus preparatorijs. Vot. 91. per tot.
Conſilium quando requiritur eſt dandum congruum tempus ad conſulendum, dicto Vot. 91.

CONSVETVDO

Conſuetudo vt releuet, debet probari in indiuiduo. Vot. 101. à nu. 10. vſque ad 13.
Reliqua ſupple in verb. *Immemorabilis*.
Conſuetudo inſeruiendi gratis Eccleſiæ priùſquam participetur de maſſa communi, quando ſubſtineatur. Vide *Canonicus*.

CONTRACTVS

Contractus metu factus eſt nullus. Vot. 1. num. 1. & Vot. 86. nu. 12. Vide *Metus*.
Contractus quando reſoluatur ob nô adimplementum. Vot. 13. per tot. Vide in verb. *Mora*.
Contractus Mulieris, vel Minoris quando valeat ſine ſolemnitatibus. Vide *Mulier*. Vide *Minor*.
Contractus poſſunt effici in Teſtamento. Vot. 61. per tot.
Contractus intèr Medicum, & Infirmum, intèr Clientes, & Notarios, Procuratores, carcerum Cuſtodes, & ſimiles, quando ſubſtineantur. Vot. 150. per tot.
Contrahentium voluntas declaratur leuioribus probationibus. Vot. 35. nu. 5. & 6.
In contractu quando quis dicatur habuiſſe purum nomen. Vot. 68. per tot.

CONTRARIETAS, ET CONTRARIVM

Contrarietas eſt concordanda in ſcriptura. Vot. 99. num. 26.
In eodem actu eſt euitandà. Vot. 99. numer. 22. & 24. Vot. 110. num. 7.

COPIA

Copia. Vide *Sumptum*.

CORRECTIO

Sunt improprianda verba ad euitandam correctionem inſtantaneam. Vot. 89. nu. 33.

CREDITOR

Creditor dans pecuniam prò reaptatione, vèl emptione alicuius rei quando præferatur omnibus alijs. Vot. 39. nu. 5.
Creditor quando poſſit variare in exequutione. Vide *Variatio*.
Maior pars Creditoris quando poſſit præiudicare minori. Vot. 54. num. 1.
Creditor fundi quando præferatur ſupèr fructibus recollectis Vide *Prælatio*.
Creditor quoad anterioritatem. Vide *Hypotheca*, *Prælatio*.
Ius offerendi an, & quando competat ſecundo Creditori. Vide *Ius*.
Creditor anterior quando poſſit impedire ſolutionem cedulæ alteri giratæ à ſuo debitore. Vot. 17. num. 2. & 3.
Creditor quando habeat actionem contrà bona empta à debitore prò perſona nominanda. Vide *Nominatio*.

CVLPA

Culpa Paſtoris in paſcendo pecudes ex quibus arguatur. Vide *Animalia*.
Culpa Mulieris ex quibus arguatur ne poſſit prætendere redotationem. Vide *Redotatio*.

CVRA

Cura Animarum. Vide *Parochus*.

CVRATOR

Curatores plures quando ſint neceſſarij in eodem contractu facto à pluribus Mulieribus, ſeù Minoribus. Vot. 73. n. 8. & 9.

D

DATIO

Datio in ſolutum quando reſultet. Vot. 48. num. 3. 4. & 5.

DEBITOR

Debitor aliud prò alio ſoluere non poteſt. Vide *Solutio*.

DECIMA

Decimæ an, & quando ſint ſoluendæ etiàm à Regularibus. Vot. 105. per tot. Vot. 113. per tot.
Laicus an ſit incapax iuris decimandi. Vot. 105. num. 5.
Circa quantitatem decimarum ſtatur conſuetudini. Vot. 105. num. 6.
Subcollectoris decimarum beneficium eſt reſeruatum. Vide *Beneficium*.
Decimæ ſunt de iuribus Cameræ licèt à Pontifice erogantur prò bello contrà Turcas. Vot. 94. num. 22. & 23.
Ius decimandi quanto tempore præſcribatur intèr Eccleſiaſticas perſonas. Vot. 141. num. 21.
Decimæ debentur etiàm ex opificio, & labore perſonali. Vot. 159. num. 7.
Parochus habet aſſiſtentiam iuris in exactione decimarum. Vot. 105. num. 1.
Amplia tàm in prædijs cultis, quàm de nouo ad culturam redactis. Vot. 105. num. 2.
Amplia etiàm contrà Regulares. Vot. 105. num. 3.
Limita. Vot. 105. num. 4.
Patres Societatis Ieſu ſunt exempti à decimis tam in bonis primæ erectionis, quàm in alijs ſucceſſiuè acquiſitis. Vot. 113. per tot.

DECISIO

Deciſio Rotæ poſt obtentam nouam audientiã non eſt ſupponenda. Vot. 47. n. 4. in fin.

DECLARATIO

Declaratio. Vide *Præſeruatiua*.

DECOCTIO

Statutum Bononiæ præſumit alienationem ſimulatam ſi fuerit facta infrà annum decoctionis. Vot. 60. num. 44.
Declara. Vot. 60 num. 45.
Decoctioni proximus quando quis dicatur. Vot. 98. num. 13.
Decoctio quomodo ſit probanda. Vot. 99. num. 6. & 16.
Fructus cambij quando debeantur poſt decoctionem. Vot. 99. num. 5.
Decoctioni proximi contractus quando irritetur. Vot. 99. num. 17.
Mandatum cambiandi per decoctionem dicitur reuocatum. Vot. 99. num. 15.
Confeſſio proximi decoctioni quando ſit attendenda. Vot. 98. num. 13.

DECRETVM

Decretum irritans. Vide *Clauſula*.

DELEGATVS, ET DELEGATIO

Iudex delegatus debet cognoſcere an materia ſpectet ad ſuam iuriſdictionem. Vot. 141. num. 8
Supple in verb. *Exemptio*.
Delegatio an, & quando inducatur. Vide *Ceſſio*.

DELICTVM

Poſt ſpatium 20. annorum an poſſit inquiri de aliquo delicto. Vot. 114. num. 2.
Delictum commiſſum in Eccleſia poteſt puniri à Iudice tàm laico, quàm Eccleſiaſtico, & eſt locus preuentioni. Vot. 20. numer. 1.
Delinquens in Eccleſia quando amittat immunitatem. Vide *Immunitas*.
Ad probanda delicta requiruntur probationes clariſſimæ. Vot. 123. num. 15.
Delictum læſæ Maieſtatis. Vide *Læſa Maieſtas*.

DEMONSTRATIVE'

Demonſtratiuè, vèl taxatiuè quando dicatur ſtare diſpoſitio. Vot. 42. num. 18. & Vot. 87. num. 6.
Legati fundus quando ſtet taxatiuè, vèl demonſtratiuè. Vot. 106. per tot.

DEPOSITVM

Deponens pecuniam in ſacculo vti ſpeciem, non habet actionem contrà depoſitarium ſi pecunia fuerit furto ablata, & quando. Vot. 39. num. 16.

DESCENDENS, DESCENDENTIA

Deſcendentia ſi non agatur de probanda parentela in certo gradu, nèc compareat alius in concurſu iuſtificatur leuioribus probationibus. Vot. 60. num. 62.

Deſcendentium appellatione qui veniant. Vide *Agnatio, Iuſpatronatus, Fideicommiſſum*, & Vot. 89. num 15. & ſeq.
Quando comprehendantur ſolum nepotes. Vot. 167. per tot.

DESERTIO

Deſerta cauſa quando dicatur. Vot. 120. num. 4.

DICTIO

Dictio *ac* quid ſignificet. Vot. 47. num. 12. & 22.
Repetit, & connectit. Vot. 129. num. 7.
Dictio *circa* quid importet. Vot. 87. num. 5. & 46.
Dictio *cum* quid ſignificet. Vot. 47. numer. 22.
Dictio *omnino* quid importet. Vot. 96. ſub num. 12.
Dictio *penitus* nullam reſtrictionem admittit. Vot. 96. ſub num. 19.
Dictio *prò* ſignificat idem, quod vice, ſeu loco. Vot. 175. num. 13.
Dictio *tamèn* ſtat exceptiuè ad præcedentia. Vot. 89. num. 17.
Dictio *tunc* temporis extremitatem denotat. Vot. 94. num. 30.
Declara. Vot. 94. num. 31.
Dictio *vſque*. Vide *Confinia*.
Dictio *vt ſuprà* eſt relatiua. Vot. 60. numer. 41.

DIES

Dies quomodo calculatur in materia beneficiali. Vot. 141. per tot.
Dies quando debent eſſe vtiles, vel continuæ. Vot. 166. num. 4.

DILECTIO

Dilectio reſultat ex ſpeciali mentione facta in teſtamento, & quando. Vot. 119. numer. 16. 17. & 29.
Priùs nominatus præſumitur magis dilectus. Vot. 119. num. 18.
Declara. Vot. 119. num. 26. 27. & 29.
Ex maiori quantitate legata arguitur maior dilectio. Vot. 119. num. 19.
Contra. Vot. 119. num. 28.

DILIGENTIÆ

Diligentiæ quando dicantur factæ à Ceſſionario. Vide *Ceſsio*, & Vot. 48. num. 2. Vot. 82. per tot. & Vot. 107 num. 1.
Amicus præſumitur diligens in adimplendo negotium ſibi commiſſum. Vot. 126. num. 13.

DISCRETIVA

Argumentum à diſcretiuè loquendo quando valeat. Vot. 89. num. 18. Vot. 96. nu. 12. & 15.

DISMEMBRATIO

Diſmembratio ab Eccleſia Parochiali quando ſit valida, & quando ſit facienda. Vot. 117. per tot.
Parochus, qui dedit conſenſum diſmembrationi, quando poſſit illam impugnare. Vot. 117. num. 3.

DISPENSATIO

Papa cenſetur diſpenſare quando dirigit gratiam inhabili. Vot. 93. num. 40.

DISPONERE, ET DISPOSITIO

Habens facultatem diſponendi non poteſt alienare, neque donare inter viuos. Vot. 84. num. 7.
Amplia quando verbum diſponere ſit coniunctum cum verbo relinquere. Vot. 84. numer. 8.
Habens facultatem diſponendi inter filios an, & quando poſſit illos grauare fideicommiſſo fauore Nepotum. Vot. 137. per tot.
Diſpoſitio quando dicatur ſtare per viam modi, vel conditionis. Vot. 187. num. 1. & 3.
Quando diſpoſitio ſtat per viam modi, tunc ſubſtitutus non admittitur, niſi probaretur dolus in hærede negligente. Vot. 187. num. 2.

DISTANTIA

Diſtantia ſupple in ver. *Menſura*.
Statutum requirens diſtantiam tot cannarum debet ad vnguem ſeruari. Vot. 51. nu. 2.

DISTRIBVTIO

Diſtributiones quotidianæ quando veniant ſub appellatione fructuum. Vot.171.numer.6.

Indultum transferendi penſionem, quando extendatur etiàm ad penſiones reſeruatas ſupèr diſtributionibus quotidianis. Vot. 171. num.5.

Reliqua ſupple in ver. *Canonicus*.

DIVORTIVM

Circa materiam diuortij. Vide *Separatio thori*.

DOMINIVM, ET DOMINVS

Dominij reſeruatio in venditione quid operetur. Vot. 83. per tot.

Quando reſoluatur in ſimplicem ſpecialem hypothecam. Vot. 83. per tot.

Supple in ver. *Venditor*.

Dominus fundi præfertur in fructibus omnibus alijs. Vot. 98. num. 1. cum plur. ſequen.

DOMVS

Domus ſupple in ver. *Familia*.

DONATIO

Promiſſio de donando quando importet donationem. Vide *Promiſsio*.

Dotans abſque obligatione, quando præſumatur donaſſe dotem. Vide *Dos*.

Donatio non inſinuata licèt intèr viuos poteſt reuocari antè inſinuationem. Vot.61. num. 2.

Donatio non inſinuata an, & quando ſubſtineatur. Vot. 61. per tot.

Contrà donatarium particularem non poteſt agi nec via exequutiua, nec actione perſonali. Vot. 86. num.14.

Donatio irreuocabilis conſenſu donatarij poteſt quandocumque reuocari. Vot. 55. num.16.

Donator cenſetur donaſſe ius, quod habebat. Vot. 47. num.32.

Donatio quando dicatur vniuerſalis. Vot. 47. num. 5.

Donatio facta à Muliere maiori quando ſubſtineatur. Vot.33. per tot. & ſub num.10.

Donatio intèr Virum, & Vxorem non valet. Vot. 33. per tot.

Amplia etiamſi facta eſſet donatio alteri côtemplatione Viri. Vot. 33. ſub num. 9.

Declara quod morte Viri confirmetur. Vot. 33. num. 10.

Donatio quando per prædeceſſum donatarij reſoluatur, amplia, & limita. Vot.34. per tot. Vide *Renunciatio*.

Onus iniunctum donatario, qui prædeceſſit quando ſit adimplendum ab eius ſucceſſore. Vot. 34. in fin.

Tot ſunt donationes, quot ſunt perſonæ côtemplatæ. Vot. 47. num. 33.

Stante donatione iurata, donantes non poſſunt contrauenire ſtante iuramento in donatione. Vot. 47. num. 24.

Donatio licèt non inſinuata ſubſtinetur in ea parte, quę non excedit quingentos aureos. Vot. 61. num. 4.

Donatio quando dicatur particularis. Vot. 86. num. 15.

DOS

Dotis cauſa ſoluens ſubingreditur in iura anteriora, etiàm abſq; ceſſione. Vide *Subingreſsio*.

Prò dote quando non detur hypotheca contrà Patrem. Vot. 121. num. 15.

Fructus dotis, & donationis proptèr nuptias tàm ſolutæ, quàm promiſſæ, quando debeantur poſt interpellationem. Vot. 22. per tot.

Dotis confeſſio facta in Teſtamento, quando ſit attendenda. Vot. 26. per tot.

Dos quando præſumatur ſoluta. Vot. 26. per tot. Vide etiam ſolutio.

Mulier etiamſi dederit dotem æſtimatam in ſubſidium, poteſt agere contrà bona dotalia, in quibus præfertur omnibus alijs creditoribus amplia, & limita. Vot. 27. per tot.

Hoc priuilegium an ſit perſonale, dict. Vot. 27. per tot.

Et quando traſmittatur ad hæredes. Vot. 27. num. 9.

Dos non poteſt repeti à Muliere, quæ adminiſtrauit, niſi reddita ratione. Vot.36. numer. 1. & 2. & Vot. 86. num.26.

Filij primi matrimonij quando poſſint prætendere, quod dos reſtituenda Matri binubæ ſit reinueſtienda. Vot.36. per tot.

Dos vigore *auth. reſqua* non poteſt prætendi in bonis liberis. Vot. 55. num.23.

Remedium *auth. reſqua* non habet locum in fideicômiſſo tranſuerſali. Vot. 55. nu.24.

Pa-

Patruus tenetur dotare Neptem pauperem. Vot. 55. num. 25. & 27.

Dos quando dicatur congrua. Vot. 55. numer. 26. Vot. 59. per tot. Vot. 60. num. 9. 10. & 12.

Habens arbitrium taxandi dotem, quomodo debet ſe continere. Vot. 59. per tot.

Dos detracta ex fideicommiſſo vigore *auth, reſqua* remanet libeta. Vot. 60. num. 8.

Mulier, quæ amiſit dotem, quando ſit redotanda. Vot. 121. num. 16. & ſeq.

Vxor non tenetur ad fructus dotis, qui exigi non potuerunt. Vot. 72. num. 6.

Promiſſio facta de dote excedente patrimonium mulieris eſt nulla. Vot. 72. num. 7.

Vxor quando teneatur de euictione dotis. Vide *Euictio*.

Dos quando dicatur cõſtituta in quantitate, ſeù in bonis. Vot. 72. num. 10. & Vot. 175. per tot.

In dubio eſt capienda interpretatio in materia potiùs fauore Mulieris, quam Viri. Vot. 72. num. 12. & 18.

Potior eſt cauſa dotis, quam alimentorum Vot 72. num. 13.

Fructus dotales lapſu temporis cenſentur remiſſi. Vot. 72. num. 20.

Ius exigendi fructus dotales extinguitur morte Mariti, nec tranſmittitur ad eius hæredes. Vot. 72. num. 21.

Dotis lucrum. Vide *Lucrum*.

Fœmina dotanda arbitrio conſanguineorum poteſt agere præuentiuè antè nuptias prò declaratione quantitatis dotis. Vot. 59. num. 7.

Fœminæ prouectæ in ætate eſt augenda dos, etiamſi alia Soror minorem dotem habuerit. Vot. 59. num. 8.

Dos quoad prælationem. Vide *Creditor*, & *Prælatio*.

Dos quando ſuccedat loco legitimæ. Vot. 39. num. 14. Vot. 174. per tot.

Quando debeatur vna ſimùl cum fructibus à die mortis Patris. Vot. 39. num. 15.

Facultas data prò dotandis filijs, quando ſit perſonalis, vel realis. Vot. 120. num. 2.

Fauore dotis poteſt agi prò tota ſumma contrà vnum ex cohæredibus. Vot. 116. n. 4.

Legatum dotis relictum prò nubendis, quando debeatur etiàm nuptis. Vot. 120. nu. 3.

Pater tenetur dotare filiam. Vot. 123. nu. 7.

Amplia etiamſi filia nupſerit abſque conſenſu paterno. Vot. 123. num. 8.

Fortiùs ſi nupſerit cũ æquali. Vot. 123. nu. 9.

Amplia. Vot. 123. num. 10. & 11.

Bona fideicommiſſo ſubiecta poſſunt alienari prò dote, ac prò omnibus illius appendicibus. Vot. 133. num. 1.

Amplia etiàm in matrimonio ſpirituali. Vot. 133. num. 2.

Declara quod ſi Virgo moriatur antè profeſſionem, eius dos reuertitur ad ſubſtitutum. 133. num. 3.

Bona extracta ex fideicommiſſo, & pro dote aſſignata, licet reuertantur ad dotantem, non reincidunt in fideicommiſſum. Vot. 133. num. 9.

Bona data in dotem quando poſſint redimi à fideicommiſſario oblato pretio. Vide *Fideicommiſſarius*.

Filia aliundè dotata non poteſt conſequi dotem ex bonis fideicommiſſi. Vot. 139. n. 1.

Mater dotando filiam an præſumatur dotem donaſſe, vel potius habuiſſe animum illam repetendi. Vot. 139. num. 2. 3. 4. 5. & 6.

Extraneus dotando alicuius filiam, præſumitur dotem donàſſe. Vot. 139. num. 3.

Capitula matrimonialia ſi diſcordent ab Inſtrumento debent attendi capitula. Vot. 175. num. 10.

Dos non poteſt alterari ſinè conſenſu Mulieris. Vot. 175. num. 11.

Expedit Mulieri habere dotem potiùs in quantitate, quam in fundo. Vot. 175. num. 12.

Mulier non obſtante nouatione ſemper poteſt redire ad primęua iura prò conſequenda ſua dote. Vot. 27. num. 10.

Mater poteſt diſtrahere bona dotalia ob ſuas neceſſitates, quamuis ſit binuba in pręiudicium filiorum ptimi matrimonij. Vot. 36. num. 8.

E

ECCLESIA

Legatum factum Eccleſiæ abſque expreſſione certi nominis cui debeatur. Vide *Incertitudo*.

Vnuſquiſque poteſt ædificare nouam Eccleſiam in ſuo ſolo, etiàm reluctante Epiſcopo, vel Parocho. Vot. 64. per tot.

Onus manutentionis, & reparationis Eccleſiæ quando ſpectet ad Abbatem Comendatarium, ſiuè ad Vicarium perpetuum. Vot. 100. per tot. Vide *Vicarius*.

Legatũ quando dicatur relictũ Eccleſiæ, vel potiùs illius Canonicis. Vot. 102. per tot.

Le-

Google

Legatum quando dicatur relictum Monaſterio contemplatione filij Monaci in eodem Monaſterio. Vide *Legatum*.

Eccleſia volens ſtare contractui, poteſt cogi ad obtinendum beneplacitum Apoſtolicum. Vot. 154. num. 5.

In cõtractu Eccleſiæ ex lapſu temporis quando præſumatur vtilitas, & ſolemnitas. Vot. 153. num. 1. & 2. Supple in verb. *Beneplacitum*.

Delinquens in Eccleſia à quo ſit puniendus. Vot. 20. num. 2. & 3. Vide *Delictum*.

Delinquens in Eccleſia quando gaudeat immunitate. Vide *Immunitas*.

Eccleſia quando dicatur receptitia, & quando valeat conſuetudo in ea inſeruiendi gratis, prius quam participetur de Maſſa communi. Vot. 193. per tot.

EFFECTVS

Effectus quando non remoueatur remota cauſa. Vot. 97. num 9.

ELECTIO, ELIGENS, ELECTVS

Habens facultatem à Teſtatore eligendi aliquem ex certo genere perſonarum, nõ poteſt electum grauare aliquo onere. Vot. 116. num. 1.

Declara. Vot. 116. num. 2.

Supple in ver. *Nominare*.

ELEEMOSINA

Eleemoſina, ſupple in verb. *Oblatio*.

EMPHITEVSIS

Emphiteuſis Eccleſiaſtica, quando tranſeat ad extraneos. Vot. 110. per tot.

Bona emphiteuſis Eccleſiaſticæ, quando poſſint alienari, & hypotecari. Vot. 110. per tot.

Qualitas hæreditaria ſufficit, vt habeatur reſpectu primi acquirentis. Vot. 110. numer. 13.

In emphiteuſi quando ſit locus reductioni canonis. Vot. 111. num. 4. 5. & 6.

Quando ſit potiùs locatio, quàm emphiteuſis. Vot. 111. num. 7.

Eccleſia quando teneatur inueſtire vltimi emphiteutæ proximiorem, & hæredem finita emphiteuſi. Vot. 127. per tot.

In Statu Vrbini bona emphiteutica ſunt redacta ad inſtar Allodialium. Vot. 149. n. 1.

Declara. Vot. 149. num. 2.

Primus acquirens titulo oneroſo poteſt præiudicare cæteris vocatis in emphiteuſi. Vot. 149. num. 3.

Sed acquiſitio vt dicatur facta titulo oneroſo quid requiratur. Vot. 149. num. 4.

Qui notabilitèr meliorauit bona emphiteutica, quando poſſit de eis diſponere. Vot. 149. num. 5.

In emphiteuſi datur ius accreſcendi, & quando. Vot. 149. num. 6.

Emphiteuta ob alienationem factam rei emphiteuticæ incurrit caducitatem. Vot. 164. num. 1.

Sed admittitur ad purgationem moræ, & ſufficit, quod procuret conſenſum. Vot. 164. num. 23.

Et domus directus tenetur præſtare conſenſum. Vot. 164. ſub num. 3.

Natura emphiteuſis colligitur ex obſeruantia. Vot. 110. num. 9.

Hæres beneficiatus poteſt retinere bona emphiteutica Eccleſiaſtica, & relaxare bona paterna Creditoribus. Vot. 110. num. 13.

EMPTOR

Emptor quando teneatur ad fructus recompenſatiuos amplia, & limita proùt in Vot. 23. per tot.

Et quomodo ſint taxandi dict. Vot. 23. numer. 7.

Emptio facta prò perſona nominanda. Vide *Nominatio*.

Emptio quando dicatur ad corpus, ſeù ad menſuram. Vot. 87. ferè per tot.

Emptor ob non traditionem rei venditæ poteſt agere ad reſtitutionem pretij, ac ſi res eſſet euicta. Vot. 87. num. 27. & 31.

ENVNCIATIVA

Enunciatiuæ Notarij quando præiudicent. Vot. 79. num. 4.

Quando ſint attendendæ, & probant. Vot. 88. num. 69. & 70.

EPISCOPVS

Epiſcopus non poteſt prohibere, vt quis nõ ædificet nouam Eccleſiam, ſiuè Oratoriũ. Vide *Eccleſia*.

Epi-

Epiſcopus habet iuriſdictionem in omnibus Eccleſijs ſuæ Diœceſis. Vot. 88. num. 50.

Epiſcopus quoad viſitationem. Vide *Viſitatio*.

Epiſcopus quoad ius conferendi Beneficia. Vide *Beneficium*.

Quando poſſit deputare Oeconomos in Eccleſijs Parochialibus. Vide *Oeconomus*.

Epiſcopus poteſt conuocare Synodum abſque conſilio, & conſenſu Capituli. Vot. 91. num. 2.

Epiſcopus poteſt conuocare concurſum abſque conſenſu Examinatorum. Vot. 91. num. 2.

Epiſcopus habet intentionem fundatam procedendi contra quoſcumque exiſtentes in ſua Diœceſi in cauſis ſpectantibus ad eius forum. Vot. 141. num. 1.

Epiſcopus poteſt cognoſcere cauſas criminales ſinè Adiunctis. Vot. 141. num. 23.

Epiſcopus Sancti Seueri, & Epiſcopus Vulturarienſis non poſſunt denominari Epiſcopus Dragonarien. Vot. 157. num. 10.

Epiſcopus quando poſſit reuocare ad reſidentiam Presbyteros, qui non habent beneficium reſidentiæ. Vot. 159. num. 14.

EQVITES

Equites Sancti Stephani dicuntur impropriè Religioſi. Vot. 88. num. 35.

Equites Sancti Stephani ſunt ſolùm exempti à gabellis communitatis in bonis Comendæ tantùm. Vot. 92. per tot.

Sunt Religioſi, & Eccleſiaſtici. Vot. 92. num. 4.

Equites Hieroſolymitani ſunt capaces penſionis. Vot. 93. num. 41.

Equites Lauretani ſunt capaces penſionis. Vot. 93. num. 42.

Amplia. Vot. 93. num. 42.

Amplia etiamſi non geſſerint Crucem, & alia inſignia militaria. Vot. 93. ſub num. 42.

Eques Hieroſolymitanus iam profeſſus an poſſit aliquem ſibi in filium arrogare. Vot. 177. per tot.

Equites S. Stephani tenentur ſoluere gabellas communitatiuas de bonis proprijs. Vot. 92. per tot.

ERROR

Error non præſumitur. Vot. 87. numer. 40. & 41.

Error calculi quando ſit attendendus in tranſactione. Vide *Tranſactio*.

Communis error facit ius latè amplia, & limita. Vot. 95. num. 4. & 8.

EVICTIO

Prætium, & valor quando non ſit attendendus de tempore euictionis. Vot. 87. num. 28. & 30.

Vxor an, & quando teneatur de euictione dotis datæ Marito. Vot. 72. ferè per tot. & num. 3. 9. 10. 13. 14. 17. & 18.

Euictio in tranſactione regularitèr non eſt præſtanda. Vot. 73. num. 10.

Euictio debetur in totum etiamſi euicta ſit pars tantùm. Vot. 39. num. 10.

Amplia. Vot. 39. num. 11.

Moleſtiæ ſunt denunciandæ ad effectum agendi prò euictione. Vot. 39. num. 6.

Limita. Vot. 39. num. 7. 8. & 9.

Liberatio à moleſtijs debetur etiamſi qui paſſus fuerit moleſtias tranſegerit. Vot. 116. num. 5.

Supple in verb. *Moleſtia*.

EXAMEN, EXAMINATORES

Examinatores Synodales debent deputari ſub proprio nomine perſonæ, non autèm officij. Vot. 95. num. 6.

Limita. Vot. 95. num. 7.

A relatione Examinatorum quando detur appellatio. Vide *Appellatio*.

EXCEPTIO

Exceptione turbida non eſt retardanda executio crediti liquidi. Vot. 86. num. 27.

Exceptio firmat regulam in caſibus non exceptis. Vot. 160. num. 5.

EXCESSVS

Sententia exceſſiua eſt iniuſta. Vot. 121. n. 19.

Exceſſus non præſumitur. Vot. 87. num. 7.

Exceſſus in ſumma non facit nullam carcerationem, & quando. Vot. 14. in fin.

EXCVSSIO

Excuſſio bonorum an ſit neceſſaria ſtante Statuto, quod procedatur ſola facti veritate inſpecta. Vot. 27. num. 8.

Cir-

Circa excuſſionem ſupple in verb. *Ceſsio, & diligentia*.

EXEMPTIO

Exemptio concèſſa familiaribus eſt reſtringenda ad familiares ſtipendiatos. Vot. 112 per tot.
Exemptus tenetur oſtendere Epiſcopo priuilegia ſuæ exemptionis. Vot. 141. nu. 2.
Priuilegia ſunt recognoſcenda iudicialitèr ab Epiſcopo. Vot. 141. num. 3.
Inferior non poteſt iudicare ſupèr priuilegijs Sedis Apoſtolicæ. Vot. 141. num. 4.
Declara. Vot. 141. num. 5.
Epiſcopus vti delegatus Sedis Apoſtolicæ habet iuriſdictionem in Eccleſijs Parochialibus exemptis in his, quæ reſpiciunt curam Animarum. Vot. 141. num. 6.
Epiſcopus vti delegatus Sedis Apoſtolicæ debet declarare in dubio, an delictum concernat curam Animarum. Vot. 141. numer. 7.
Epiſcopus habet intentionem fundatam, quod Monaſterium exemptum ſit in ſua Diœceſi, non comparente alio Epiſcopo viciniori. Vot. 141. num. 9.
Locus licèt exemptus quando dicatur in Diœceſi exiſtere. Vot. 141. num. 10.
Ad inducendum territorium ſeparatum, quæ requirantur. Vot. 141. num. 12.
Ex ſingularibus prerogatiuis conceſſis Monaſterio, non benè infertur ad ſeparationem Territorij. Vot. 141. numer. 13. & 14.
Prò ſeparatione Territorij priuilegium debet eſſe clariſſimum Vot. 141. num. 15.
Ex iuriſdictione, & Territorio ſeparato in profanis non benè arguitur ad iuriſdictionem ſpiritualem. Vot. 141. num. 16.
Exemptio competens Monaſterio principali, debetur omnibus illi annexis. Vot. 141. num. 18.
Abbas quamuis exemptus non poteſt dare licentiam Sacerdotibus audiendi Confeſſiones. Vot. 141. num. 19.
Exemptio competit ſolum familiaribus Monaſterij, qui habent requiſita Sacri Concilij Tridentini. Vot. 141. num. 20.
Epiſcopus poteſt deputare Oeconomos in Eccleſijs Parochialibus vacantibus licèt exemptis. Vot. 88. num. 5. 6. & 23.
Reliqua ſupple in verb. *Epiſcopus*.

EXEQVVTIO

In exequutione quando detur variatio. Vide *Variatio*.
Exequutio exceſſiua non annullatur in totum. Vot. 87. num. 25.
Supple in verb. *Exceſſus, Mandatum, & Carceratio*.
Mandatum expeditum prò maiori ſumma, poteſt exequi prò ſumma debita. Vot. 135. num. 8.

EXEQVVTOR

Exequutor Teſtamentarius ſi non nominet Cappellanū, quando ius nominandi tranſeat ad hæredes. Vide *Facultas*, & Vot. 70. num. 10.

EXHEREDATIO

Filius poteſt exheredari, ſi recuſet fideiubere prò excarcerando Patre. Vot. 86. numer. 4.
Declara. Vot. 86. num. 5.

EXHIBITIO

Exhibitio ſcipturarum, & librorum quando ſit facienda latè. Vot. 8. per tot.
Exhibitio ſcripturarum eſt facienda docto de exiſtentia, & intereſſe. Vot. 8. num. 1.
Amplia quod probata exiſtentia tempore motæ litis, non ſtetur iuramento aſſerentis amiſſionem. Vot. 8. num. 2.
Exiſtentia eſt formitèr probanda. Vot. 8. num. 3.
Prò exhibitione ſufficit quodlibet intereſſe. Vot. 8. num. 4.
Libri, & ſcripturæ priuatæ ſunt ædendæ. Vot. 8. num. 5. & 6.
Amplia in Mercatoribus etiam non probata exiſtentia. Vot. 8. num. 7.
Amplia in hæredibus etiàm poſt tranſactionem. Vot. 8. num. 8.
Requiritur exhibitio omnium ſcripturarum ad cauſam facientium. Vot. 8. num. 9.

EXIGIBILITAS

Creditum quando ſit inexigibile. Vot. 82. per tot.
Exigibilitas quando intelligatur perpetuò promiſſa. Vot. 82. per tot.

Inexi-

Inexigibilitas ex quibus deſumitur. Vot. 48. num. 2.
Reliqua ſupple in verb. *Ceſsio*.

F

FABRICA SANCTI PETRI

Iuxtà ſuas facultates capit omnia legata pia incerta, & quando. Vot. 119. ferè per tot.
Diſpoſitio Teſtatoris, quod in legatis pijs non ſe ingerant Miniſtri Reu. Fabricæ San. Petri, an ſubſtineatur. Vot. 161. per tot.
Reliqua ſupple in verb. *Incertitudo*.

FACVLTAS

Facultas quando ſit perſonalis, vèl tranſitoria ad Succeſſores. Vot. 70. per tot. Vide *Perſona*.
Habens liberam facultatem poteſt facere totum id, quod facere poſſet, qui dedit facultatem. Vot. 70. num. 3.
Facultas dicitur relicta potiùs intuitu qualitatis, quàm perſonæ, quoties qualitas rei legatæ id ſuadeat. Vot. 119. ſub num. 36.

FALSITAS

In ciuilibus ſuſpicio falſitatis habetur prò falſitate. Vot. 196. num. 1.
Scriptura dicitur ſuſpecta de falſo, ſi lineæ modo ſint productæ ad anguſtiam, modo ad diſtantiam. Vot. 196. num. 2.
Scriptura dicitur ſuſpecta, ſi ſumma pecuniæ fuerit ſcripta in abaco. Vot. 196. num. 3.
Item ſtante cancellatione, & reaptatione. Vot. 196. num. 4.
Scriptura dicitur ſuſpecta ſi in ea appareat pauperem mutuaſſe pecuniam. Vot. 196. num. 5.
Dicitur ſcriptura ſuſpecta ex nimia diligentia in illam archiuiando. Vot. 196. nu. 6.
Apparet ſcriptura ſuſpecta, ſi in ea conſtituatur debitor conſiderabilis ſummæ perſona pauper abſque fideiuſſione. Vot. 196. num. 7.
Non eſt veriſimile, quod in contractu conſiderabilis ſummæ non fuerit ſtipulatum Inſtrumentum. Vot. 196. num. 8.
Non eſt veriſimile, quod conſiderabilis ſumma pecuniæ fuerit ſoluta abſque ordine directo alicui publico banco, vèl Mercatori. Vot. 196. num. 9.
Scriptura dicitur ſuſpecta ſtante qualitate perſonarum. Vot. 196. num. 10.
Eſt ſuſpecta de falſitate ſcriptura repleta in ea parte, in qua Mercatores apponere ſolent ſignum Crucis. Vot. 196. num. 11.
Ad concludendam falſitatem coniecturę ſunt vnitim conſiderandæ. Vot. 196. num. 12.
Falſitatem componens curat potiùs ſuſpicionem minuere, quàm augere geminatis actibus. Vot. 196. num. 13.
Declara. Vot. 196. num. 14.
Reliqua ſupple in verb. *Simulatio*.

FAMILIA, ET DOMVS

Quod quis ſit de familia quomodo probetur. Vide *Deſcendentia*.
Familia. Vide *Agnatio*.
Domus appellatione qui veniant. Vot. 89. num. 22.
Et quando tàm familia contentiua, quàm effectiua. Vot 89. num. 23. & ſeq.
Quando tàm agnati, quàm cognati. Vot. 89. quaſi per tot.
Domus in qua habitauerunt Maiores malè patitur vt tranſeat in extraneos. Vot. 97. num. 14. & 51.
Idem cognomen non probat identitatem familiæ. Vide *Nobilitas*.

FAMILIARIS

Familiaritas quomodo probetur. Vot. 112. num 1.
Familiaris vt quis dicatur, quæ requirantur. Vot. 112. per tot.
Supple in verb. *Exemptio*, & Vot. 141. n. 20.

FAVOR

Quæ inducta ſunt in fauorem, non ſunt in odium retorquenda. Vot. 99. num. 25.

FENESTRA

Regulares quando poſſint aperire nouas feneſtras ſinè craticulis. Vide *Religioſus*.

FOEMINÆ

Foeminæ de iure communi ſuccedunt æqualitèr cum maſculis. Vot. 71. num. 4.

Agnatæ quando ſuccedant in fideicommiſſo agnatitio defectis agnatis. Vot. 96. per tot.

Fœminæ agnatæ nuptæ dicuntur potiùs de familia Viri. Vot. 96. num. 21.

Fęminę veniunt appellatione filiorum etiàm in materia pœnali. Vot. 146. num. 4.

Filia fœmina excluſa proptèr maſculos à Statuto rumpit Teſtamentum, quando Pater inſtituerit extraneos. Vot. 186. numer. 4.

Statutum Bononiæ excludens fœminas à ſucceſſione Matris ſtantibus fratribus, iſtis defectis ab inteſtato, & ſinè filijs admittit ad ſucceſſionem fœminas in bonis prouenientibus à communi Matre. Vot. 71. num. 4.

Amplia. Vot. 71. num. 5.

F OE T O R

Fœtor cauſatus ab arte immunda eſt remouendus. Vot. 43. per tot.

Fœtor corrumpit aerem, & cauſat infirmitates. Vot. 43. num. 1.

Materia fœtida non poteſt retineri in Ciuitate. Vot. 43. num. 2.

Artes immundæ non poſſunt exerceri in domu propria, quando ex eis naſcatur magnus fœtor. Vot. 43. num 3.

Præcipuè in Vrbe. Vot. 43. num. 4.

F OE V D V M

Fœudum quando dicatur nobile, & antiquum. Vot. 5. per tot.

Ius accreſcendi quando habeat locum in fœudo. Vide *Ius accreſcendi*.

In fœudo inueſtitura præſumitur facta ad formam antiquæ. Vot. 5. num. 5. & Vot. 87. num. 12.

Eccleſiaſtici an ſint capaces fœudorum laicorum. Vot. 93. ſub num. 37.

Eccleſiaſtici ſunt capaces fœudorum in terris Eccleſiæ. Vot. 93. ſub num. 37.

Legitima quando debeatur filijs in bonis fœudalibus. Vot. 198. num. 9. & 10.

FIDEICOMMISSVM, ET FIDEICOMMISSARIVS

Ex prohibitione alienationis quando inducatur nouum, & independens fideicommiſſum. Vot. 78. num. 4. & 5.

In fideicommiſſo agnatitio quando ſuccedant Religioſi ſolum eorum vita durante. Vot. 52. per tot.

Vocatus ad fideicommiſſum quando poſſit agere præuentiuè. Vide *Iudicium*.

Fideicommiſſum perpetuum ex quibus reſultat. Vot. 60. num. 2

Fideicommiſſum perpetuum, & ſucceſſiuum reſultat ex vocatione deſcendentium cum verbis in perpetuum. Vot. 60. num. 38. & 48.

Item ex prohibitione alienationis, vt bona perpetuo remaneant in familia. Vot. 60. num. 49.

Fideicommiſſo quando cenſeatur renunciatum per diuiſionem. Vot. 60. à num. 53. vſque ad 55.

Fideicommiſſum factum in oratione ſeparata ſi ſit magis amplum non reſtringitur ex dictionibus relatiuis. Vot. 60. num. 60.

Fideicommiſſum perpetuum faciliùs inducitur in domo propria Teſtatoris. Vot. 60. num. 61.

Fideicommiſſarijs an, & quando competat ius francandi, ſeù redimendi bona data in dotem oblato pretio. Vot. 134. num. 6.

Fideicommiſſarius habet electionem agendi, vèl ad bona alienata, vèl ad pretium contra alienantem, vèl eius hæredes. Vot. 86. num 20.

Fœminæ agnatæ quando admittantur. Vide *Fœminæ*.

Fideicommiſſum declaratur ab obſeruantia. Vot. 96. num. 27. & 28.

Confeſſio vocati quando præiudicet in declarando etiàm Succeſſoribus. Vot. 96. num. 28.

Ex onere perpetuo inducitur perpetuum, & reciprocum fideicommiſſum. Vot. 136. num. 7.

Fideicommiſſum diſcenſiuum reſultat quando fuerint ſubſtituti liberi vulgaritèr, pupillaritèr, & per fideicommiſſum. Vot. 78. num. 1.

Habens facultatem diſponendi intèr filios quando poſſit illos grauare fideicommiſſo. Vide *Diſponere*.

Immiſſio etiàm contrà tertium datur ſubſtituto in fideicommiſſo facto in contractu. Vot. 140. num. 1. & 2.

Ex præcepto aſſumendi cognomen, & Arma Teſtatoris inducitur perpetuum, & abſolutum fideicommiſſum. Vot. 168. num. 1. & 2.

Am-

Amplia præſertim ſtantibus leuibus coniecturis. Vot. 168. num. 3. & 4.
Et numerantur coniecturæ. Vot. 168. dicto num. 4.
Præuentiuè quando poſſit agi in fideicommiſſis. Vot. 60. num. 1. 5. & 6.
Tranſactio facta ſupèr re fideicommiſſaria quando ſubſtineatur. Vide *Tranſactio.*

FIDEIVSSIO

Fideiuſſio de demoliendo fabricam conſtruendam quando ſit practicanda. Vide *Ædificatio.*
Releuatio eſt facienda fideiuſſori quamuis de facto ſoluerit, nec eſt conſiderandum quid de iure eſſet ſoluendum, quando fuerunt intimatæ moleſtiæ. Vot. 79. num. 1.
Fideiuſſor tenetur ac principalis. Vot. 99. num. 8.
Liberatur mutatis perſonis, & quando. Vot. 99. num. 9. & 10.

FIDES

Fides recognita facit adminiculum. Vot. 57. in fine.
Supple in verb. *Teſtes.*

FILIATIO

Filiatio probatur ex libro Baptiſmatis. Vot. 32. num. 1.
Item ex educatione, & nominatione. Vot. 32. num. 2.
Item ex publica voce, & fama. Vot. 32. numer. 3.
Item ex legitimatione. Vot. 32. num. 4.
Ex inſtitutione. Vot. 32. num. 5.
Reſpectu Patris probatio filiationis eſt quaſi impoſſibilis. Vot. 32. num. 6.
Et ideo probatur coniecturis. Vot. 32. n. 7.
Quando agitur de præiudicio tertij requiritur exacta probatio ſuper cuſtodia mulieris. Vot. 32. num. 8.
Vnde probato acceſſu aliorum filiatio excluditur. Vot. 32. num. 9.
Contrariæ auctoritates declarantur. Vot. 32. num. 10.
Fama publica quando habuit originem ab inſubſiſtente credulitate non releuat. Vot. 32. num. 11.
Filius præſumitur illius, cui eſt ſimilis. Vot. 32. num. 12.

FILIVS, ET FILIA

Contrahens cum filiofamilias non poteſt contractum impugnare, ſi filiusfamilias intendit ſtare contractui. Vot. 154. nu. 1.
Contrà. Vot. 154. num. 2.
Amplia vt conſenſus paternus ſuperueniens non ſufficeret. Vot. 154. num. 3.
Contrà. Vot. 154. num. 6.
Filiusfamilias quando validè obligetur. Vot. 154. num. 7.
Bononiæ filiusfamilias validè obligatur ratione negotiationis, & mercaturæ. Vot. 154. num. 8.
Filiusfamilias non poteſt carcerari prò debitis factis viuente Patre, niſi adeſſet ſpecialiſſima renunciatio *leg. 2. C. quod cum eo,* dùm non ſufficiat ſimplex obligatio Cameralis, vel generalis renunciatio. Vot. 180. per tot.
Filia fœmina excluſa proptèr maſculos à Statuto rumpit Teſtamentum, quando Pater inſtituerit extraneos. Vot. 186. numer. 4.
Filius quando teneatur fideiubere prò Patre excarcerando. Vot. 86. per tot.
Habens facultatem diſponendi intèr filios, quando poſſit iſtos grauare fideicommiſſo fauore Nepotum. Vot. 137. per tot.
Filij aliquando fuerunt puniti à Deo ob peccata Parentum. Vot. 146. num. 5.
Filiorum appellatione veniunt filiæ fœminæ etiam in pœnalibus. Vide *Fœmina.*
Filiusfamilias licèt Clericus primæ tonſuræ poteſt teſtari. Vot. 74. num 8.
Filij quando dicantur vocati vti filij, vel vti hæredes. Vot. 55. num. 18.
Filiorum appellatione quando veniant Nepotes. Vot. 60 num. 39. 40. 42. & ſeq.
Si recuſet fideiubere prò Patre poteſt exhæredari. Vide *Exhæredatio.*
Filij in conditione poſiti quando cenſeantur vocati. Vot. 144. per tot.
In delictis læſæ maieſtatis quando puniantur filij ob delicta Parentis. Vot. 146. per tot.
Et quid in filijs natis antè delictum. Vot. 146. per tot.
Filiorum appellatione veniunt omnes indiſtinctè quocumque tempore nati. Vot. 146. n. 2.

FISCVS

Fiſcus habetur loco hæredis. Vot. 3. num. 1.
In fiſcum quando tranſeat iuſpatronatus ſub ge-

generali confiſcatione. Vide *Ius patronatus*, & Vot. 3. per tot.
Cætera, ſupple in verb. *Confiſcatio*.

FLVMEN

Inundatio fluminis numeratur intèr caſus fortuitos. Vot. 69. num. 8. Vide *Conductor quoad remiſsionem penſionis*.
Alluuio facta per flumen. Vide *Alluuio*.

FORENSIS

An, & quando ligetur ſtatuto loci, in quo habitat. Vide *Statutum*.

FRAVS

Fraus ex quibus excludatur. Vot. 121. numer. 33. & 34.
Reliqua, ſupple in verb. *Simulatio*, *& Falſitas*.
Fraus non præſumitur. Vot. 24. num. 6.

FRVCTVS

Fructus quando veniant ſub legato ſtabiliū. Vot. 6. per tot.
Fructus dotis. Vide *Dos*.
Fructus recompenſatiui quando debeantur. Vide *Emptor*.
Fructus ſunt ſoluendi in eadem taxa facta à promiſſore, licet iſte defecerit, & ſucceſſerint illius hæredes. Vot. 55. nu. 31.
Fructus perceptio præſumitur ex ſola poſſeſſione. Vot. 72. num. 31.
Fructus ſunt reſtituendi à die motæ litis. Vot. 135. num. 3.
Fructus ſtabilium olim taxabantur ad rationem quinque prò centenario. Vot. 135. num. 4. & 9.
Præſertim Bononiæ ob particularem conſuetudinem. Vot. 135. num. 5.
Sed hodie fructus ſtabilium ſunt taxandi ad rationem quatuor. Vot. 135. nu. 6. & 10.
Fructus ſtabilium aliquando fuerunt taxati à Rota ad rationem trium. Vot. 135. numer. 11.
Ex domo non præſumuntur percepti fructus, niſi probetur locatio. Vot. 135. num. 12.
Limita quando domus eſſet ſolita locari. Vot. 135. num. 13.
Fructus habent eamdem hypothecam, quæ competit prò ſorte. Vide *Hipotheca*.

FVNVS, ET FVNERALIA

Funeris expenſæ, ac vltimæ infirmitatis præferuntur omnibus alijs Creditoribus. Vot. 39. num. 4.
Solutio funeris quando inducat aditionem hæreditatis. Vide *Aditio*.
Regulares an ſint exempti à quarta funerali. Vot. 189. num. 1. Vide *Quarta*.
Abbates Regulares an poſſint vti Baldachino occaſione exequiarum. Vot. 189. num. 3.
Seculares an poſſint ſtatuere circà expenſas funerum. Vot. 189. num. 4.
Emolumenta funeralia an debeantur Archipresbitero, qui exercet curam actualem, ſeù potiùs Capitulo, penes quod reſidet cura habitualis. Vot. 189. num. 5.
Eſt attendenda conſuetudo, cuius vigore Clerus ſecularis ingreditur Eccleſias Regularium, ibiq; coniunctim peragit funeralia. Vot. 189. num. 6.
Regulares debent accedere ad Eccleſiam Parochialem prò aſſociando cadauera. Vot. 189. num. 7.
Funeralis quarta quando debeatur à Regularibus. Vot. 101. per tot. Vide *Quarta*.

FVRTVM

Derubantes Pixides Sacras ſunt puniendi à Miniſtris Sancti Officij. Vot. 20. num. 5.
Derubantes in Eccleſia quando gaudeant immunitate. Vot. 20. per tot.

G

GABELLA

Equites Sancti Stephani à quibus gabellis ſint exempti. Vot. 92. per tot.
Clerici coniugati non ſunt exempti à gabellis. Vot. 92. num. 7.
Libri gabellæ quando probent. Vot. 98. numer. 10. in fin.
Gabella impoſita habito reſpectu ad fructus eſt reducenda proportionabilitèr diminutis fructibus. Vot. 118. per tot.
Gabella quando eſt realis, & perpetua, eſt ſoluenda etiam ab Eccleſiaſticis. Vot. 113. ſub num. 2. §. & huic.
Bona tranſeunt cum onere ſuo, dicto Vot. 113. num. 2.
Gabellæ poſſunt imponi ſuper induſtria, & labore perſonali. Vot. 159. num. 8.

GEM-

GEMMÆ

Gemmæ quando veniant ſub legato ſtabilium. Vot. 6. num. 4.
Cætera, ſupple in verb. *Iocalia*.

GIRANS, ET GIRATARIVS

Supple in verb. *Cedens, & Ceſsionarius*.

GREX

Grex pecudum quando ſit reſtituendus integer finita ſocietate. Vide *Societas*.

H

HEBRÆI

Hebræi ſunt comprehenſi ſub ſtatutis, & legibus Ciuitatum, in quibus habitant, etiam in materia odioſa. Vot 159. num. 1.
Mulieres hebręæ habent priuilegia dotalia. Vot. 159. num. 2.
Contrà. Vot. 159. num. 3.
Si conuerterentur ad Fidem Catholicam tunc acquirerent priuilegia dotalia. Vot. 159. num. 4.
Hebræi, qui non poſſident ſtabilia, quando poſſint collectari ſupèr eorum induſtria, & labore. Vot. 159. num. 5.
Vniuerſitas Hebræorum Vrbis poteſt imponere collectas. Vot. 159. num. 6.
Hebræorum Vniuerſitas poteſt ſtatuere, vt Hebræi non extrahant magnam quantitatem pecuniæ, & Mercium. Vot. 159. num. 9.
In Ghetto Hebræorum Vrbis quando liceat ædificare ſinè licentia Vniuerſitatis Iudęorum. Vot. 159. num. 15.
Filij Hebræorum conuerſi ad Fidem chriſtianam, quomodo ſuccedere debeant in bonis Patris Hebręi. Vot. 159. n. 16. & 18.
Et quæ bona aſſignanda ſint, & retineri poſſint ab Hebræis conuerſis ad Fidem. Vot. 159. num. 17.
Hebræus an, & quando gaudeat immunitate. Vide *Immunitas*.
Hebræi, & Mons Pietatis habent priuilegium, quod mobilia ab eis prò pignore recepta non ſubiaceant anteriori hypothecæ. Vot. 9. num. 7.
Hebræi ſunt recepti ſub protectione Eccleſiæ Romanæ. Vide *Immunitas*.

HÆRES, HÆREDITAS

Hæres cum beneficio legis, & inuentarij non eſt vexandus in bonis proprijs, & quando. Vot. 24. num. 1. & 2.
In hæredem tranſit omne ius, quod competebat teſtatori. Vot. 47. num. 2.
Mortuo exequutore teſtamentario, quando eius facultas remaneat penes hæredem. Vot. 70. num. 10.
Ius perſonale quando non tranſeat ad hæredes. Vide *Adoptio, Dos, Retractus, Nominare, & Facultas*.
Hæreditas ſempèr dicitur incerta, donec non fuerint ſoluta debita. Vot. 72. numer. 11.
Aditio hæreditatis. Vide *Aditio*.
Fauore dotis quilibet hæredum poteſt conueniri inſolidum. Vide *Dos*.
Hæres procurando multiplicum prò adimplenda pinguiùs voluntate Teſtatoris, quando non poſſit dici negligens. Vot. 187. num. 4.
Hæres in proprietate ſcriptus poſt mortem vſufructuarij, an dicatur hæres abinitio ad effectum tranſmittendi hæreditatem ſi prędecederet. Vot. 188. per tot.

HÆRESIS, ET HÆRETICVS

Ob crimen hæreſis commiſſum à Patre an, & quando puniantur eius filij. Vot. 146. num. 3. & 7.
Hæreticus quando gaudeat immunitate. Vide *Immunitas*.
Hæreticus quoad matrimonium. Vide *Matrimonium*.

HISTORICVS

Hiſtoricis, & Geographicis eſt deferendum. Vot. 141. num. 11.

HOSPITALE

Hoſpitale quando ſit reputandum laicale. Vot. 153. num. 6. & 7. & Vot. 158. num. 8.
Quando gaudeat immunitate. Vide *Immunitas*.

HYPOTHECA

Hypotheca an detur in litteris cambij. Vide *Cambium*.

Hy-

Hypotheca quando comprehendat etiàm veſtes, & mobilia, exiſtentia penes tertium. Vot. 9. per tot.
Hypotheca cum eadem anterioritate, quæ competit prò ſorte, competit prò fructibus. Vot. 27. num. 2.
Hypotheca incipit à tempore contractus prò annuis præſtationibus, & penſionibus. Vot. 27. num. 4.
Hypotheca dotis. Vide *Dos*.
Piſtor prò Pane quandò præferatur. Vide *Piſtor*, vide *Prælatio*.
Dans pecuniam ad emendum, ſiuè reficiendam domum in ea omnibus præfertur. Vide *Creditor*, vide *Prælatio*.
Hypotheca conditionalis an incipiat à die contractus, vèl à die purificatæ conditionis. Vot 149. num. 7.
Mobilia vſualia quando veniant ſub generali hypotheca. Vot. 9. num. 1.
Hebræi, & Mons Pietatis habent priuilegium, quod mobilia ab eis prò pignore recepta, non ſubiaccant anteriori hypothecæ. Vot. 9. num. 7.
Pecunia an veniat ſub generali hypotheca. Vide *Pecunia*, vide *Moneta*.

I

IDENTITAS

Probatur ex cataſtro. Vot. 60. num. 50.
Probatur in antiquis leuioribus argumentis. Vot. 60. num. 63. & Vot. 81. num. 1.
Identitas bonorum an, & quando probetur. Vot. 81. per tot.
Reliqua ſupple in verb. *Confinia*.
Identitas eſt probanda, vt competat prælatio ſupèr fructibus recollectis in fundo. Vide *Prælatio*.
Identitas monetæ, frumenti, & ſimiliū quando probetur. Vide *Pecunia*, & *Reiuendicatio*.
Identitas probatur etiàm coniecturis. Vot. 81. num. 2.
Probatur ſi acquiſitio fuit facta ab hæredibus grauatis. Vot. 81. num. 3.
Probatur ſi bona exiſtunt, vbi poſſidebat fideicommittens. Vot. 81. num. 4.
Declaratur contraria opinio. Vot 81. nu. 5.
Identitas non excluditur ſi in vno Inſtrumento prædium ſit deſignatum in vno corpore, & in altero Inſtrumento appareat diuiſum in pluribus corporibus. Vot. 81. num. 6.
Identitas non excluditur ex diſcordia circa numerum petiarum, & quando. Vot. 81. n. 7.

IESVITA

Ieſuita. Vide *Religioſi*.

IGNORANTIA

Ignorantia facti excuſat ab indebiti reſtitutione. Vot. 95. num. 13.
Ignorantia iuris dubij, & inuoluti æquiparatur ignorantiæ facti. Vot. 95. num. 14.
Ignorantia concomitans, & antecedens quales ſint, & de earū effectu. Vot. 130. ſub n. 4.

IMMEMORABILIS

Immemorabilis excluditur ex vnico actu in contrarium, ac etiàm ex rumore. Vot. 88. num. 33. & 34.
Immemorabilis quādo probetur. Vot. 41. n. 4.
Ad eam probandam requiruntur teſtes annorum 54. Vot. 88. num. 14.
Amplia. Vot. 88. num. 15. & 16.
Actus contrarij non interrumpunt immemorabilem iam completam. Vot. 138. n. 10.
Stante immemorabili non eſt probandum requiſitum petitionis, & denegationis cum acquieſcentia. Vot. 141. num. 22.
Stante reſiſtentia iuris requiritur, vel immemorabilis, vel ſaltem quadragenaria cum titulo. Vot. 172. num. 3. & ſeq.
Reliqua ſupple in verb. *Præſcriptio*.

IMMISSIO

Immiſſio eſt concedenda vocatis ad bona fideicommiſſaria. Vot. 60. num. 37.
Conceditur generalis in bona fideicommiſſi ſuſpenſa reſolutione ſuper ſpecificatione, & liquidatione eorumdem, & quando. Vot. 60. num. 47.
Immiſſio conceditur docto de vocatione, & identitate bonorum. Vot. 60. nu. 56. & 57.
Immiſſio contrà tertium datur ex fideicommiſſo facto in contractu. Vide *Fideicommiſſum*.

IMMVNITAS

Exiens ab Eccleſia ſeductus blandis, ſubdoliſque verbis, quando amittat immunitatem ſi fuerit deceptus. Vot. 90. per tot.

Im-

Immunitas quando amittatur à delinquente in Eccleſia. Vot. 20. per tot.
Quando dubitatur, an ſit locus immunitati, declaratio eſt facienda à iudice Eccleſiaſtico. Vot. 20. num. 6.
Amplia cum proceſſu facto in Curia Eccleſiaſtica. Vot. 20. num. 6.
Officium Eccleſiaſticum, ſiuè Clericatus ſuſceptus poſt delictum quando ſuffraget. Vot. 62. per tot.
Iudex Eccleſiaſticus priuatiuè debet recognoſcere, an officium fuerit ſuſceptum in fraudem. Vot. 62. num. 2.
Quid quoad alios delinquentes cum eo, qui ſuſcepit Clericatum poſt delictum. Vot. 62. num. 5. Vide *Clericus*.
Hebræus, vel Paganus confugientes ad Eccleſiam gaudent immunitate. Vot. 158. num. 1. vſque ad 4.
Hebræi ſunt recepti ſub protectione Eccleſiæ Romanæ. Vot. 158. num. 2.
Sepulcra Hebræorum gaudent immunitate. Vot. 158. num. 3.
Hæreticus confugiens ad Eccleſiam prò alio delicto, quam pro hæreſi, gaudet immunitate. Vot. 158. num. 4.
Exiſtens extrà Eccleſiam, & occidens aliquem in Eccleſia ictu ſclopi non gaudet immunitate. Vot. 158 num. 5.
Oratorium an, & quando gaudeat immunitate. Vot. 158. num. 6.
Hoſpitalia an, & quando gaudeant immunitate. Vot. 158. num. 7.
Ad cognoſcendum an Oratorium, vèl Hoſpitale ſit fundatum auctoritate Ordinarij in dubio recurritur ad coniecturas. Vot. 158. num. 8.
Palatia Cardinalium extrà Vrbem, & Epiſcoporum gaudent immunitate. Vot. 158. num. 9.
Palatium Prælati inferioris habentis iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem non gaudet immunitate. Vot. 158. num. 10.
Mandans committi homicidium in Eccleſia gaudet immunitate. Vot. 158. num. 11.
Domus, ſeù Apothecæ annexæ Eccleſiæ quandò gaudeant immunitate. Vot. 158. num. 12. & 13.
Confugiens ad Eccleſiam, illamque clauſam reperiens, ſi manibus tangat parietem, vèl apprehendat vectem oſtij, gaudet immunitate. Vot. 158. num. 14.
Structura Silicia, vèl via ſilice ſtrata, vèl murus ſeſſilis, aùt ambulatorius circùm Eccleſiam, gaudent immunitate. Vot. 158. num. 15.
Eccleſia ruralis habet immunitatem triginta paſſuum. Vot. 158. num. 16.
Occidens aliquem in Eccleſia ex cauſa rixæ, vèl ob ſui, ſuorumque defenſionem, gaudet immunitate. Vot. 158. num. 17.
Occidens à porta Eccleſiæ exiſtentem in ſcalis ipſius Eccleſiæ, gaudet immunitate. Vot. 158. num. 18.

INCENDIVM

Conductor an, & quando teneatur de incendio domus. Vot. 178. per tot.

INCERTITVDO

Legatum factum Eccleſiæ abſque expreſſione certi nominis, quando dicatur incertum. Vot. 119. ferè per tot.
Stantibus pluribus Eccleſijs prætendentibus legatum incertum cui debeatur. Vot. 119. per tot.
Diſpoſitio non dicitur incerta, quando fuit legatum prò nubendis certis puellis licèt nomen exequutoris non ſit expreſſum. Vot. 119. num. 9.

INCORRIGIBILIS

Incorrigibilis an, & quando dicatur. Vot. 170. num. 1.
Reliqua ſupple in verb. *Religioſus*.

INDVLGENTIA

Epiſcopus poteſt concedere vnum annum Indulgentiarum pro dedicatione Eccleſiæ. Vot. 195. num. 1.
Indulgentia conceſſa vltrà facultatem ſubſtinetur in ea parte, quæ non excedit facultatem concedentis. Vot. 195. num. 2.
Archiepiſcopus poteſt concedere Indulgentias quadraginta dierum Subditis ſuorum Suffraganeorum. Vot. 195. num. 3.
Indulgentia conceſſa in diebus Paſchatis an poſſit lucrari pluriès ab eadem perſona diuerſis tamèn diebus. Vot. 195. num. 4.
Clauſula dummodo in Eccleſia non adſit alia indulgentia, quomodo intelligatur. Vot. 195. num. 5.
Cardinales quamuis non Epiſcopi poſſunt concedere centum dies Indulgentiarum. Vot. 195. num. 6.

Capi-

Capitulum Sede vacante an poſſit diſpenſare Indulgentias. Vot. 195. num. 7.
Diſpenſatio Indulgentiæ pendet à iuriſdictione, non autem ab ordine Epiſcopali. Vot. 195. num. 8.
Facultas diſpenſandi Indulgentias poteſt ab Epiſcopo committi ſuo Vicario etiàm non Sacerdoti. Vot. 195. num. 9.
Cardinales quamuis Diaconi, & Epiſcopi licèt non conſecrati poſſunt diſpenſare Indulgentias. Vot. 195 num. 10.

INEXIGIBILE

Inexigibile. Vide *Exigibile*.

INHIBITIO

Inhibitio ligat manus tàm inhibiti, quàm impetrantis. Vot. 88. num. 23.

INQVILINVS, INQVILINATVS

Inquilinus in Vrbe finita locatione non poteſt expelli, ſi velit continuare. Vot. 58. num. 1. & per tot.
An dictum priuilegium tranſeat ad ſubinquilinum. Vot. 58. num. 4. & 5.
An tranſeat in ſingularem ſucceſſorem. Vot. 58. num. 7. & 8.
Inquilinatus priuilegium quando procedat. Vot. 58. per tot.
Quando amittatur. Vot. 58. num. 1. & 9.
Inquilinus præfertur Cenſuario in emptione fundi cenſiti, & quando. Vot. 97. numer. 1. & plur. ſeq. Vide *Cenſuarius*, Vide *Prælatio*. Vide *Retractus*.
Reliqua ſupple in verb. *Conductor*.

INSINVATIO

Donatio non inſinuata quando ſubſtineatur. Vide *Donatio*.

INSTRVMENTVM

Inſtrumentum abſque clauſula *actum* eſt imperfectum. Vot. 28. num. 1.
Circà materiam inſtrumentorum ſupple in verb. *Scriptura*.
Si diſcordent Capitula ab Inſtrumento debent attendi potiùs Capitula, quàm Inſtrumentum. Vot. 165. num. 1.
Declara. Vot. 165. num. 2.
Scientia Inſtrumenti facit præſumere notitiam omnium in Inſtrumento contentorum. Vot. 87. num. 34.
Amplia. Vot. 87. num. 35.

INTERPELLATIO

Interpellatio quando ſit neceſſaria prò lucrandis fructibus. Vot. 22. num. 1.
Quando ſit ſuperflua ſtante notitia. Vot. 87. num. 36.
Interpellatio debet præcedere ad conſtituendum hæredem in mora. Vot. 187. num. 5.
Interpellatio quomodo ſit facienda. Vot. 22. num. 5.

INTERPRETATIO

Ad interpretandum voluntatem dubiam non requiritur plena probatio. Vot. 89. num. 20. Vide *Voluntas*.
In Teſtamento rogato per Notarium imperitum non eſt ſtandum litteræ. Vot. 89. num. 32.
Interpretatio eſt ſumenda in ea parte, in qua minùs læditur ius commune. Vot. 91. num. 2.

INVENTARIVM

Inuentarium quando ſit nullum ex defectu citationis. Vot. 24. num. 8. & 9. & Vot. 4. num. 1.
Item ex defectu ſubſcriptionis. Vot. 24. n. 3.
Inuentarium eſt nullum, ſi non fuerint deſcripta omnia mobilia cum eorum valore, & nomine artificis. Vot. 55. num. 1. & 8.
Contrà præſertim Bononiæ. Vot. 55. num. 2. 9. 12. 13. & 14.
Inuentarium ſi non fuerit exhibitum tempore congruo non ſuffragatur. Vot. 55. n. 4.
Inuentarium eſt validum licèt hæres omiſerit deſcribere aliquid dolosè. Vot. 55. numer. 10.
Omiſſio facta à Procuratore in deſcribendo bona in inuentario, quando præiudicet principali. Vot. 55. num. 11.
Inuentarium eſt nullum non citatis omnibus creditoribus. Vot. 4. per tot.
Amplia, & limita. Vot. 4. per tot.
An ſufficiant proclamata. Vot. 4. num. 1.
Inuentarium eſt nullum non deſcriptis omnibus bonis. Vot. 4. num. 8.

De-

Digitized by Google

Declara. Vot. 4. num. 9. & Vot. 24. per tot.
Mulieres, & Minores occultantes bona, & iſta non deſcribendo in inuentario non habent aliud remedium, quàm reſtitutionis in integrum. Vot. 4. num. 10.
Creditores litigioſi quando ſint citandi in confectione inuentarij. Vot. 4. num. 2.
Declara. Vot. 4. num. 3.
Non ſunt citandi nominatim Creditores quando de eis non adeſt notitia. Vot. 4. num. 4.
Citatio quando non ſit reiteranda in confectione inuentarij. Vot. 24. num. 9.
Omiſſio rerum quando vitiat inuentarium. Vot. 24. per tot.

INVESTITVRA

Inueſtitura præſumitur facta ad formam antiquæ. Vide *Feudum*.

IOCALIA

Iocalia. Vide *Gemma*.
Iocalia quando præſumantur remanſiſſe penès Vxorem. Vide *Vxor*.

IRREGVLARITAS

Miles qui in bello neminem occidit, vèl mutilauit, an ſit irregularis. Vot. 156. per tot.

IVBILATIO

Iubilatio an, & quando debeatur Canonicis etiàm cum diſtributionibus auctis. Vot. 103. per tot.

IVDEX, ET IVDICIVM

Iudicis atteſtationi quando ſit ſtandum. Vot. 57. num. 5. 6. & 7.
Iudicio præuentiuo quando ſit locus. Vot. 60. num. 1. 5. 16. 17. 20. & 21.
Iudicis, & conſanguineorum præſentia faciunt præſumere omnia fuiſſe rectè facta. Vot. 86. num. 13.
Iudex non poteſt interponere Decretum in contractu Mulieris, vèl Minoris niſi exiſtente legitima, & vtili cauſa. Vot. 33. num. 6.
Declara. Vot. 33. num. 7.

IVRAMENTVM

Iuramentum an, & quando dicatur præſtitum. Vot. 129. num. 6.

IVRISDICTIO

Iuriſdictionis conceſſio ſtrictè interpretanda. Vot. 88. num. 58. & 59.
Intelligitur cumulatiuè, non priuatiuè. Vot. 88. num. 60.
Reſultat ex exactione cenſuũ. Vot. 88. n. 78.
Vnicus actus iuriſdictionis ſufficit ad obtinendam manutentionem in iuriſdictione vniuerſali. Vot. 141. num. 17.
Iuriſdictio, & ius conferendi reſultat ex ſolutione cenſuum. Vot. 88. num. 78.
Iuriſdictio acquiſita conſuetudine, vèl præſcriptione debet intelligi cumulatiuè. Vot. 88. num. 60.
Iuriſdictio in perſonas inſeruientes Eccleſiæ non eſt extendenda ad Populum. Vot. 88. num. 58. & 59.
Litteræ hortatoriæ probant iuriſdictionem illius, vti diriguntur. Vot. 88. num. 76.

IVS IN GENERE

Ius quando ſit perſonale, vèl tranſitorium ad Succeſſores. Vot. 70. per tot.
Ius perſonale agnitum tranſmittitur ad hæredes. Vot. 97. num. 8.
Et ad hoc dicatur agnitum requiritur petitio iudicialis. Vot. 97. num. 45.
Ius accreſcendi quando habeat locum in feudo. Vot. 5. per tot.
Ius congrui. Vide *Retractus*.
Statutum diſponens, quod ſit ſeruandum ius ciuile potiùs, quàm ius canonicum non eſt attendendum. Vot. 132. per tot.
Ius accreſcendi an, & quando habeat locum in emphyteuſi. Vide *Emphyteuſis*.
Ius offerendi an competat ſecundo Creditori, quando primus predium communis debitoris vtrique hypothecatum acquiſiuit tamquàm licitator per ſubhaſtationem. Vot. 163. per tot.

IVSPATRONATVS

Iuſpatronatus quando veniat ſub generali confiſcatione. Vot. 3. per tot.
Iuſpatronatus quando dicatur annexum fundo. Vot. 3. num. 5.

Iuſpatronatus quando veniat in venditione, ſeù donatione bonorum. Vot. 47. per tot.
Inſtitutio eſt concedenda præſentato à legitimis patronis. Vot. 47. num. 3.
Patrono ſufficit, vt admittatur eius præſentatio, quod ſit in poſſeſſione præſentandi. Vot. 47. num. 16. & 29.
Ius præſentandi ſpectat ad vſufructuarium. Vot. 47. num. 17.
Voces quomodo computentur in iurepatronatus. Vot. 47. num. 19.
Conſenſus Ordinarij quando ſufficiat, vt interueniat etiam poſt donationem iuriſpatronatus. Vot. 47. à numer. 24. vſque ad 39.
Qualitas iuriſpatronatus non poteſt immutari ſinè conſenſu Ordinarij. Vot. 47. n. 35.
Declara. Vot. 47. num. 36. & 37.
In iurepatronatu mixto attenditur qualitas hæreditaria primi fundatoris, non autem vltimi patroni. Vot. 47. num. 38.
Habens qualitates requiſitas à fundatore eſt inſtituendus in iurepatronatus. Vot. 89. num. 1.
Iuſpatronatus an, & quando ſit comprehenſum in fideicommiſſo. Vot. 136. num. 12.
Qui erat præſentandus ſi fuerit neglectus quando habeatur prò præſentato. Vot. 89. num. 2.
Si fundator voluit, vt præſentaretur vnus de ſua parentela, & Matris habens vtramque qualitatem, eſt præferendus etiam proximiori ex vno latere tantum. Vot. 89. numer. 3. & 4.
Obſeruantia declarat iuſpatronatus. Vot. 89. num. 5.
In iurepatronatus obſtat etiam incompatibilitas duorum beneficiorum. Vot. 89. num. 8.
In materia indifferenti prout eſt iuſpatronatus ſub nomine deſcendentium veniunt agnati, & cognati. Vot. 89. num. 15. cum plur. ſeq.
Status iuriſpatronatus deſumitur ex obſeruantia, & declaratione Ordinarij. Vide *Ordinarius*.
Ad probandum iuſpatronatus quando ſufficiant enunciatiuæ, vel ſententiæ Ordinariorum. Vot. 138. num. 2.
Iuſpatronatus eſt probandum à Barone, vèl alia perſona potenti cum inſtrumento fundationis, vèl dotationis, vèl ſaltèm cum immemorabili, cum præſentationibus effectum ſortitis per ſpatium quinquagintà annorum. Vot. 138. num. 1.
Declara. Vot. 138. num. 7.
Amplia vt non ſuffragaret præſentato poſſeſſio triennalis. Vot. 138. num. 2. in fin.
Amplia præſertim ſi adſint collationes factæ ab Ordinarijs. Vot. 138. num. 3.
Iuſpatronatus etiàm quando agitur ad fauorem perſonæ potentis quomodo iuſtificetur. Vot. 138. num. 4. & per tot.
Præſentationes præſumuntur effectuatæ ſi fuerint plures, & ſucceſſiuæ. Vot. 138. num. 8.
Si præſentatus tranſegerit cum prouiſo ab Epiſcopo, & remanſit in poſſeſſione, non præiudicat patrono. Vot. 138. num. 9.
Præſentatus à Patrono ſi clandeſtinè obtinuerit etiàm prouiſionem à Sede Apoſtolica, non præiudicat Patrono. Vot. 138. num. 11.
Confirmatio Epiſcopi in donatione iuriſpatronatus præſumitur interueniſſe ſtante lapſu longi temporis. Vot. 153. num. 1.
In donatione iuriſpatronatus facta ab Eccleſia præſumitur vtilitas, & beneplacitum Apoſtolicum ſtante obſeruantia longiſſimi temporis. Vot. 153. num. 2.
Patroni laici poſſunt variare antè inſtitutionem non obſtante præſentatione antecedentèr facta. Vot. 153. num. 3.
Secus dicendum eſſet in iurepatronatu Eccleſiaſtico. Vot. 153. num. 4.
Iuſpatronatus quando dicatur Eccleſiaſticum. Vot. 153. num. 5.
Minores, & Viduæ de Parochia ſunt admittendi in præſentatione ſpectante ad Parochianos. Vot. 153. num. 8.
Præſentatio facienda à Parochianis, vt ſit valida, an requirat, quod ſint ſimùl congregati. Vot. 153. num. 9.
Fundator in limine fundationis iuriſpatronatus, poteſt apponere conditiones, etiàm iuri contrarias, & in ſpecie quod inſtitutio ſpectare debeat ad Inferiorem excluſo Epiſcopo. Vot. 199. nu. 1. & 2. & per tot.
Limita poſt Concilium Tridentinum, & quando. Vot. 199. ferè per tot.

L

LEGATVM

Legatum quando dicatur incertum. Vide *Incertitudo*.

Le-

Legatum factum ſub pluribus conditionibus exigit, vt omnes adimpleantur. Vot. 12. per tot.
Legatum factum concubinæ, vt ad meliorem vitæ frugem reuertatur, quando dicatur pium. Vot. 12. num. 8. & 9.
Legatum quando dicatur factum Monaſterio contemplatione filij in eo exiſtentis. Vot. 96. à num. 6. vſque ad 12.
Fructus legati quando debeantur à die mortis Teſtatoris, ſiuè potiùs à die motæ litis. Vot. 96. num. 16. & 17.
Legatum quando dicatur potiùs factum Eccleſiæ, quàm Canonicis. Vide *Eccleſia*, & Vot. 102. per tot.
Legati fundus quando dicatur ſtare demonſtratiuè, vel taxatiuè. Vot. 106. per tot.
Sub legato ſtabilium quæ veniant. Vide *Loca Montium*.
Legatum relictum prò nubendis, quando debeatur etiàm nuptis. Vide *Dos*, vide *Nupta*.
Legata facta Ieſuitis quando ſint irreuocabilia. Vot. 143. num. 1. & 3.
Legata ſoluta a Teſtatore dùm viuebat, præſertim fauore piæ cauſæ, quando euadant irreuocabilia. Vot. 143. num. 2. 4. & 5.
Legatum præſumitur potiùs relictum intuitu qualitatis, quàm perſonæ legatarij, quoties qualitas etiàm rei legatæ id ſuadeat. Vot. 119. num. 36. in fine.

LEGITIMA

Dos quando ſuccedat loco legitimæ. Vide *Dos*, & Vot. 174. per tot.
Statutum excludens à ſucceſſione, excludit etiam à legitima. Vot. 1. num. 9.
A legitima quando ſit excluſa Mater per ſubſtitutionem pupillarem. Vide *Subſtitutio*.
Legitima debetur de bonis alteri ex filijs donatis. Vot. 174. num. 1.
Legitima exiſtentibus quinque filijs eſt ſemis. Vot. 174. num. 2.
Filiæ excluſæ per ſtatutum, quando faciant numerum ad augendam legitimam maſculorum. Vot. 174. num. 3. & 4.
Qui non poteſt ſuccedere ab inteſtato, non valet petere legitimam. Vot. 186. num. 1.
Legitima tranſmittitur, etiàmſi non fuerit agnita. Vot. 186. num. 6.
Legitima quando debeatur ex bonis fæudalibus. Vot. 198. num. 9. & 10.

LEGITIMATIO, LEGITIMATVS.

Legitimati per ſubſequens matrimonium veniunt appellatione natorum ex legitimo matrimonio. Vot. 120. num. 1. & 6.
Monacus inuitus an poſſit legitimari ad petitionem Monaſterij. Vot. 183. num. 1. & per tot.
Legitimatio requirit conſenſum illegitimi. Vot. 183. num. 1.
Legitimationis beneficium non confertur in inuitum. Vot. 183. num. 2.
Legitimatio facta de perſona abſente, & ignorante ſubſtinetur. Vot. 183. num. 3.
Legitimari poſſunt Infantes, & Amentes ſinè eorum conſenſu Vot. 183. dicto num. 4.
Ius petendæ legitimationis non eſt ceſſibile. Vot. 183. num. 7.
DD. Comites de Campeggijs habent ampliſſimum Priuilegium legitimandi Baſtardos. Voc. 185. num. 1.
Legitimatio obtenta poſt delatam ſucceſſionem, & pendente lite quando ſit attendenda. Vot. 185. num. 2.
DD. Comites de Campeggijs non habent facultatem legitimandi filios Illuſtrium Principum, Comitum, & Baronum. Vot. 185. num. 3.
Declara. Vot. 185. dicto num. 3.
Legitimatus cum clauſula ſinè præiudicio venientium ab inteſtato non poteſt petere legitimam etiam inſtitutis extraneis. Vot. 186. num 2.
Contrà. Vot. 186. num. 3. & 5.

LEGITIMITAS, ET LEGITIMVS

Legitimitatis poſſeſſio quando ſufficiat, ſi cõſtet de initio vitioſo. Vot. 120. num. 7.
Legitimitas ex quibus excludatur. Vot. 120. num. 8.
Legitimitas an reſultet ex admiſſione ad Sacros Ordines. Vot. 120. num. 9.
An ex dignitate *Epiſcopali*. *Ibidem* nu. 10.
Legitimitas ex quibus excludatur. Vot. 120. num. 11. 12. & 14. & ferè per tot.
Argumentum à filiatione ad legitimitatem, quando non procedat. Vot. 120. num. 15.
Natus in quinto menſe poſt matrimonium, an ſit reputandus legitimus. Vot. 123. numer. 12. & 14.

LÆSA MAIESTAS

In delictis læſæ maieſtatis, quando puniantur filij ob delicta Parentum. Vide *Filius*,

LÆSIO

Læſio non conſideratur in eo, quod dependet à futuro euentu. Vot. 86. num. 10.
Attenditur de tempore contractus. Vot. 86. num. 11.
Tranſactio læſiua non eſt attendenda à Muliere. Vot. 123. num 6.
Læſio enormiſſima quando dicatur. Vot. 86. num. 9.

LEX

Lex quando reſpiciat, & comprehendat etiā præterita. Vot. 96. num. 9. & Vot. 144. num. 3. & 4.
Cætera ſupple in verb. *Statutum*.

LIBER

Libri quando probent tàm prò ſcribente, quā contrà tertium. Vot 38. per tot.
Libri gabellæ quando probent. Vide *Gabella*.
Libri quando ſunt legalitèr tenti probant prò ſcribente. Vot. 38. num. 1.
Præſertim concurrentibus adminiculis. Vot. 38. num. 2.
Adminicula numerantur. Vot. 38. num. 3. 4. & 5.
Defectus commiſſus ſinè fraude non adimit fidem libris. Vot. 38. num. 6.
Libri Mercatorum non probant in materia non ſpectante ad eorum mercaturam. Vot. 38. num. 7.
Libri quando ſint reuidendi ab Epiſcopo in loco viſitationis, vel potiùs ſint tranſportandi ad Palatium illius. Vot. 91. num. 4.

LIQVIDATIO

Liquidanda ſunt damna, & intereſſe antè expeditionem mandati. Vot. 87. num. 26.

LIS

Lis an, & quando dicatur ſuper titulo. Vot. 173. num. 5.
Lis quando ſit legitima cauſa abſentiæ Canonici. Vide *Canonicus*.

LITTERÆ APOSTOLICÆ, ET LITTERÆ PATENTES.

Quando dicantur originales. Vot. 88. numer. 9. 10. & 11.
Quando probent etiamſi non fuerint regiſtratæ. Vot. 94. num. 12.
Iuſtificatæ ſunt exequendæ. Vot. 94. nu. 24.
Reliqua ſupple in verb. *Priuilegium*.

LOCA MONTIVM

Loca Montium, & Cenſus, veniunt ſub legato ſtabilium. Vot. 6. per tot.
Emens loca Montium dummodo vincula non ſint expreſſa in litteris patentibus eſt ſecurus. Vot. 66. per tot.
Emens loca Montium à Mulieribus, & Minoribus etiàm ſinè ſolemnitatibus, quando ſit ſecurus, dicto Vot. 66. per tot. Vide *Mulier*, *& Minor*.
Habens loca Montium obligata ne remaneat eluſus, debet ſuam hypothecam apponere in litteris patentibus. Vot. 66. num. 2.
Pendente lite loca Montium ſunt ſequeſtranda, quia ſi venderentur medio tempore non poſſent recuperari. Vot. 66. num. 3.
Qui habet loca Montium obligata, quando vincula non ſunt expreſſa in litteris patentibus, habet actionem ſolùm contra alienantem, non autèm contrà Emptorem. Vot. 66. num. 5.
Limita quando adeſſet fraus. Vot. 66. nu. 6.

LOCATIO, ET LOCATOR

Domus quando præſumatur locata. Vide *Fructus*.
Contractus quando ſit potiùs locationis, quàm emphyteuſis. Vot. 111. num. 7.
In locatione non eſt illicitum pactum, quod capitale ſit ſaluum. Vide in verb. *Societas*.
Vigore Statuti Vrbis prò penſionibus proceditur ſola facti veritate inſpecta. Vot. 14. num. 6.
Locator præſumitur locaſſe partem ſuam. Vot. 42. num. 19. & 20.
Eadem actio, quæ competit in locatione expreſſa, procedit in tacita. Vot. 42. nu. 22.
Succeſſor quando teneatur ſtare locationi. Vot. 50. per tot.
Locator quando teneatur ad reductionem, ſeù remiſſionem penſionis. Vide *Conductor*.
Locator præfertur omnibus alijs creditoribus anterioribus in rebus inuectis ad conſeruandum in re locata. Vot. 80. num. 7. 8.
Locator quando poſſit agere in ſubſidium cōtrà Vxorem. Vide *Vxor*.
Locator quando præferatur in fructibus fundi. Vide *Dominus*.

Quan-

Quando adeſt pactum de non ſublocando, ſubſtinetur ſublocatio ſtante tacito conſenſu locatoris. Vot. 154. num. 9.
Et dictus conſenſus ſufficit, vt interueniat etiàm poſt inchoatam litem. Vot. 154. num. 9. & 10.
Locator habet fundatam intentionem prò exigendis penſionibus in Inſtrumento affictus. Vot. 42. num 7.
Integrum ſalarium debetur ei, qui locauit operas ſuas ad certum tempus, quando fuit impeditus facto Conductoris, ſeù caſu fortuito. Vide *Salarium*.
Dominus fundi præfertur in fructibus recollectis in fundo ab affictuario omnibus creditoribus anterioribus. Vot. 98. per tot.

LONGOBARDI

Longobardorum Imperium quando ceſſauit in Italia. Vot. 88. num. 28.

LVCRVM

Lucrum dotale quando debeatur. Vot. 72. num. 24.
Non eſt retardanda illius ſolutio exceptione illiquida. Vot. 72. num. 32.
Supple in verb. *Dos*, & in verb. *Fructus*.
Quando debeatur, etiamſi fructus dotis exigi non potuerint à marito. Vot. 22. num. 4. Vot. 72. à num. 6. cum plur. ſeq.
Lucrum dotis quando debeatur, ſi dos fuerit promiſſa, & non ſoluta. Vot. 22. num. 4.

LVDVS

Ludus quando ſit licitus. Vot. 11. per tot.
Quando detur actio prò pecunia lucrata in ludo. Vot. 11. per tot.
Mutuans pecuniam ludenti quando habeat actionem repetendi, dicto Vot. 11. num. 4.
Contractus facti occaſione ludi ſunt illiciti, dicto Vot. 11. num. 3.
Ludus vulgo *delle ſcomeſſe*, quando ſit licitus. Vot. 11. num. 11.
In ludo etiàm licito prò qua ſumma pecuniæ datur actio. Vot. 11. num. 9. & 10.
Ludus vulgò *all' Ombra* an ſit diuerſus ab alijs alearum. Vot. 11. num. 5. 6. & 7.

M

MANDANS, MANDATARIVS

Cū adiecto cōtrahens alio mandante dicitur cōtrahere cū ipſo mandante. Vot. 99. n. 13.

MANDATVM

Mandatum ſupple in verb. *Procurator*.
Mandati fines ſunt diligentèr cuſtodiendi, itaùt exceſſus etiam in minimo annullet actum. Vot. 35. per tot.
Mandatum ex quibus arguatur. Vot. 97. num. 48. & 50.
Ratificatio mandati quando ſuffraget in præiudicium tertij. Vot 97. num. 49.
Mandatum ſuſpicionis fugæ reuocatur docto de poſſeſſione bonorum. Vot. 83 num. 1. Limita. Vot 83. num. 2.
Mandatum ſuſpicionis fugæ poteſt expediri etiàm antè diem conuentæ ſolutionis. Vot. 14. num. 1.
Mandatum ſuſpicionis fugæ relaxatum ad inſtantiam Socij contrà alium conſocium antè redd tam rationem, quando ſubſtineatur. Vot. 129. num. 1.
Creditum etiàm ſummariè iuſtificatum ſufficit prò obtinendo mandatum ſuſpicionis fugæ. Vot. 129. num. 2.
Deteriorationis probatio requiritur pro validitate mandati ſuſpicionis fugę. Vot. 129. num. 2.
Probatur ex iuramento Creditoris ſecundum Statutum Bononiæ. Vot. 129. d. nu. 3.
Ac ex alijs recenſitis in num. 4.
Iuramentum eſt de eſſentia validitatis mandati ſuſpicionis fugæ. Vot. 129. num. 5.
Et debet apparere ex actis cum non ſufficiat enunciatiua Notarij. Vot. 129. dicto n. 5.
Subſtinetur etiàm prò credito non liquido, dummodo poſt carcerationem liquidetur. Vot. 14. num. 2.
Stante claro credito ſubſtinetur carceratio, etiàm ſtante nullitate mandati ſuſpicionis fugæ. Vot. 14. num. 5.
Quando mandatum poſſit expediri prò fructibus decurrendis. Vide *Subhaſtatio*.

MANVTENTIO

Poſſeſſio anterior eſt manutenenda. Vot. 88. num. 25. & 47.
Poſſeſſio contra decretum irritans non eſt manutenibilis. Vot. 88. nu. 26. 44. 46. & 49.
Prouiſio facta in Eccleſijs non vacantibus, nō dat quaſi poſſeſſionem in Eccleſijs vacantibus. Vot. 88. num. 38.
Manutentio datur ex ſola iuris aſſiſtentia. Vot. 88. num. 41. & 45.
Vnicus actus iuriſdictionis exercitæ ſufficit ad

ad obtinendam manutentionem in iuriſdi-ctione vniuerſali. Vot. 141. num. 17.

MARITVS

Maritus quando ſibi prę iudicet, ſi fuerit negligens in exigendo creditum dotale. Vide *Negligentia*.

MATER

Mater quando ſit excluſa à legitima. Vide *Subſtitutio Pupillaris*.
Mater poteſt diſtrahere bona dotalia ob ſuas neceſſitates, quamuis ſit binuba in præiudicium filiorum primi matrimonij. Vot. 36. num. 8.
Filij primi matrimonij non poſſunt prætendere cautionem prò dote reſtituenda Matri binubæ, & quando. Vot. 36. nu. 6. & ſeq.
Mater dotando filiam quando præſumatur donaſſe dotem. Vot. 139. pet tot.

MATRIMONIVM

Matrimonium eſt validum etiàm non præcedentibus denunciationibus. Vot. 100. num. 17.
Matrimonium eſt validum etiàm celebratum coram Parocho inuito. Vot. 100. num. 18.
Matrimonium an ſit validum, ſi Parochus nō audiuerit, vel non intellexerit conſenſum. Vot. 100. num. 19. & 20.
Præſentia Parochi an debeat eſſe moralis, vel phiſica in matrimonio. Vot. 100. dicto num. 20.
Matrimonia præſumpta nō admittuntur poſt Concilium Tridentinum. Vot. 100. nu. 21.
Quando agitur principalitèr de probando matrimonio, probationes debent eſſe concludentes. Vot. 100. num. 22.
In dubio ſtandum eſt aſſertioni Parochi. Vot. 100. num. 23.
Matrimonium ex quibus excludatur. Vot. 120. num. 7.
Matrimonia Hæreticorum cum Catholicis quando ſubſtineantur. Vot. 145. num. 8.
Quales debent eſſe partes Epiſcopi in hac materia. Vot. 145. dicto num. 8.
Matrimonium qnando ſit diſſolnendum ob impotentiam coeundi. Vot. 145. num. 9.
Matrimonium contractum coràm alieno Parocho in fraudem Parochi proprij domicilij, quando ſubſtineatur. Vot. 145. nu. 10.
Mors qnomodo probetur, vt ſuperſtes contrahere poſſit matrimonium. Vot. 200. per tot. Vide *Mors*.
Matrimonium cum Hæretico, & Catholica celebratum in Italia coràm non proprio Parocho, & ratificatum coràm Archiepiſcopo per Procuratores, an ſubſtineatur. Vot. 145. num. 11.

MEDIATOR

Mediator. Vide *Teſtis*.

MEDICVS

Teſtamentum Infirmi fauore Medici an, & quando ſubſtineatur. Vot. 150. per tot.
Medicus factus Sacerdos ſi obtinuerit diſpenſationem à Sanctiſſimo exercendi ſuam artem cum ſolitis clauſulis an, & quomodo debeat contineri. Vot. 150. num. 2. & 3.
Medicus quando non poſſit aliquid accipere etiàm à ſponte dantibus. Vot. 150. ferè per tot.

MENSIS

Menſis in materia beneficiali quando incipiat. Vide *Beneficium*.

MENSVRA

Menſura ſumi debet ab illa parte, quæ propinquior erit loco menſurando. Vot. 51. num. 1.
Supple in verb. *Diſtantia*.
Expreſſio menſuræ quando dicatur ſtare demonſtratiuè, vel taxatiuè. Vot. 87. nu. 6.
Emptio, ſeù locatio, quando dicatur facta ad corpus, ſeù ad menſuram, & de eius effectu. Vot. 87. per tot. Vide *Emptio*.

MERCES

Merces an, & quando cadant ſub hypotheca. Vot. 9. num. 4.

METVS

Metus annullat contractum. Vot. 1. num. 1.
Metus quando probetur. Vot. 1. per tot. & Vot. 86. num. 12. & 13.
Metus excluditur ex præſentia Iudicis, & Conſanguineorum. Vot. 1. num. 7.

Me-

Metus excluditur ſi non fuerit reclamatum poſt mortem, vel abſentiam illius, qui timebatur, dùm erat præſens. Vot. 1. numer. 8.

MILES, ET MILITIA

Miles, qui in bello neminem occidit, vèl mutilauit, an ſit irregularis. Vot. 156. per tot.

Reliqua ſupple in verb. *Penſio*.

Miles an, & quando ſit incapax penſionis. Vot. 93. num. 34. 38. & 39.

MINOR

Obligatio minoris prò excarcerando Patre, vèl Viro, quando ſubſtineatur. Vot. 86. per tot.

Minor an poſſit contrahere ſocietatem tacitè. Vide *Societas*.

Minor maior factus ad hoc per taciturnitatem, ſeù obſeruantiam, dicatur ratificaſſe contractũ quid requiratur. Vot. 28. per tot.

Minoris contractus etiàm ſine conſanguineis requiſitis à Statuto, quando ſubſtineatur. Vot. 16. per tot.

Nullitas contractus à ſolo minore poteſt opponi. Vide *Nullitas*.

An poſſit vendere loca Montium ſinè ſolemnitatibus. Vot. 66. num. 8.

Cenſus creatus à minore prò extinguendo alio nullo, quando ſubſtineatur. Vide *Cenſus*.

Contractus minoris an, & quando ſubſtineatur ſecundum Statutum Bononię etiàm ſine cauſa. Vot. 72. num. 5.

In contractu minorum requiritur cauſa. Vot. 72. num. 1.

Exiſtentibus mobilibus non ſunt alienanda immobilia Minorum. Vot. 72. num. 3.

Falſitas cauſæ magis annullat contractum Minoris, quàm ipſa deficientia cauſæ. Vot. 72. num. 2.

Iuramentum quando non ſufficiat ad ſubſtinendum contractum Minoris. Vot. 72. num. 4.

Conſanguinei ſi fuerint citati, & non interuenerint, quando non annullent contractum minoris. Vot. 16. per tot. Vide *Conſanguineus*.

Curatores plures quando ſint neceſſarij in contractu plurium Minorum, vèl Mulierum. Vide *Curator*.

MISSA

Parochus an, & quando poſſit impedire, vt in noua Eccleſia, ſiuè publico Oratorio non celebretur Miſſa. Vot. 64. numer. 1. & 8.

Quando non fuit dictum, vt celebretur per ſe ipſum, poteſt fieri ab alio celebrari. Vot. 74. num. 6.

Beneficium quando ſit Clericale, vèl Sacerdotale. Vide *Beneficium*.

Reductioni Miſſarum, ſeù potiùs ſuppletioni quando ſit locus. Vide *Taxatiuè*.

Collegia Societatis Ieſu quando ſint capacia legatorum cum onere Miſſarum. Vot. 74. per tot. Vide *Religioſus*.

Fundus relictus prò celebratione Miſſarum quando ſtet demonſtratiuè, vèl taxatiuè. Vot. 106. per tot.

MOBILIA

Mobilia quando præſumantur conſumpta. Vot. 9. num. 5. & 6.

Mobilia exiſtentia penes tertium, quando veniant in generali hypotheca. Vide *Hypotheca*.

MODVS

Diſpoſitio quando ſtet per modum modi, vèl conditionis, & de eius effectu. Vot. 187. per tot. Vide in verb. *Diſpoſitio*, in verb. *Conditio*.

MOLENDINVM

Molendina noua tàm in flumine publico, quàm in priuato, quando non poſſint impediri. Vot. 44. per tot.

Baro, vèl Communitas non poſſunt cogere, vt homines eant ad molendum frumentum ſolum in eorum Molendinis. Vot. 44. num. 3.

In proprio ſolo licèt effodere canale prò aqua ducenda ex flumine ad effectum molendi frumentum. Vot. 44. num. 1.

Amplia etiàm ſi diminuatur concurſus alterius Molendini. Vot. 44. num. 2.

Siuè agatur de flumine publico, ſiuè priuato, ſempèr permittitur ædificatio noui Molendini, dummodo remaneat aqua ſufficiens prò alijs. Vot. 44. à num. 4. vſque ad finem.

MO-

MOLESTIA

Moleſtiæ ſunt denunciandæ ad effectum agendi prò euictione. Vot. 39. num. 6.

Declara. Vot. 39. num. 7. 8. & 9.

Liberatio à moleſtijs debetur etiamſi, qui paſſus fuerit moleſtias tranſegerit. Vot. 116. num. 5.

Supple in verb. *Euictio*.

MONASTERIVM, ET MONACHVS

Supple in verb. *Religio*.

Legatum factum Monaſterio quando dicatur relictum contemplatione filij in eo exiſtentis. Vot. 96. num. 6. & 13.

Regulares an, & quando poſſint ædificare noua Monaſteria. Vot. 124. per tot.

Monachus inuitus an poſſit legitimari ad petitionem Monaſterij. Vot. 183. numer. 1. per tot.

Monachus non habet nèc velle, nèc nolle. Vot. 183. num. 4.

Declara. Vot. 183. num. 5.

Monachus non poteſt cogi à Monaſterio, vt mutet conditionem, & Statum perſonalem, & quando. Vot. 183. num. 5. & 6.

Reliqua ſupple in verb. *Religioſus*.

MONETA

Moneta. Vide *Pecunia, & valor*.

MORA

Moræ purgatio quando ſit locus. Vot. 13. per tot.

Vel potiùs ſit locus reſolutioni contractus. Vot. 13. per tot.

Subſtitutus quando excludatur ob purgationem moræ. Vot. 187. per tot.

Taciturnitas remittit moram iàm incurſam. Vot. 13. num. 6.

MORS

Mors probatur ex certo nuncio. Vot. 200. n. 1.

Ad probandam mortem requiruntur duo Teſtes. Vot. 200. num. 2.

Mors coniugis eſt probanda concludentèr, vt ſuperſtes poſſit tranſire ad ſecunda vota. Vot. 200. num. 3.

Mors ad effectum tranſeundi ad ſecunda vota probatur vnico teſte. Vot. 200. num. 4.

Probatur mors leuioribus probationibus, ſi fuerit ſequuta in remota parte. Vot. 200. num. 5.

Amplia præſertim ſi fuerit ſequuta mors in Mari intèr tempeſtates. Vot. 200. num. 5.

De iure ciuili mors probatur ex abſentia per quatriennium, quando nulla fuerit habita notitia abſentis. Vot. 200. num. 6.

Mors probatur ex publica voce, & fama. Vot. 200. num. 7.

MVLIER

Mulieris cōtractus ſinè ſolemnitatibus quando ſubſtineatur. Vide *Minor*.

Mulier quoad dotem. Vide *Dos*.

Mulier quando poſſit donare. Vide *Donatio*.

Mulier non præſumitur habere aliud prætèr dotem. Vot. 49. num. 9.

Sed iſta præſumptio non poteſt allegari à tertio. Vot. 49. num. 10.

Mulier an poſſit alienare loca Montium ſinè ſolemnitatibus. Vot. 66. num. 7.

Mulieris obligatio prò excarcerando Viro quando ſubſtineatur. Vot. 86. per tot.

Cenſus creatus à Muliere prò extinguendo alio nullo quando ſubſtineatur. Vide *Cenſus*.

Mulier maior excepto caſu Velleiani poteſt contrahere vti Vir. Vot. 33. num. 2.

In contractu plurium Mulierum quando ſint neceſſarij plures Curatores. Vide *Curator*.

MVNERA

Munera quando non poſſint recipi etiàm à ſponte dantibus. Vot. 150. ferè per tot.

MVRVS

Murus quando poſſit eleuari non obſtante oppoſitione Domini in parte inferiori. Vide *Ædificare*, & Vot. 10. per tot.

N

NATIVITAS, NATVS

Natus extrà patriam gaudet priuilegijs patriæ. Vot. 97. num. 25.

Natus in quinto, vèl ſeſto Menſe poſt Matrimonium, an poſſit eſſe legitimus. Vot. 123. num. 12. & 14.

NAVIS, ET NAVFRAGIVM

Nauis, & naufragium. Vide *Aſſecuratio*.

NEGLIGENTIA

Negligentia præiudicat Marito in exigendo credita in dotem aſſignata. Vot. 72. num. 6. vbi amplia, & limita.
Negligentia in exigendo nomen ceſsum an, & quando præiudicet ceſſionario. Vot. 107. per tot.

NEGOTIATIO

Negotiatio an, & quando ſit prohibita Clericis, & Religioſis. Vot. 6. num. 6.
Exercitium aromatariæ quando ſit prohibitum Religioſis. Vide *Aromataria*.

NEPOS

Nepotes quando veniant appellatione filiorum. Vide *Filius*, & Vot. 137. num. 3.
Nepos ſuccedit vnà ſimùl cum fratre in hæreditate Amitæ. Vot. 121. num. 9.
Quando teneatur alere Amitam ſtante Patruo. Vide *Alimenta*.

NOBILITAS

Nobilitas non arguitur ex ſola ſimilitudine familiæ. Vot. 60. num. 12.

NOMEN, ET NOMINATIO

Bona empta prò perſona nominanda acquiruntur perſonæ nominatæ, itaùt Creditores perſonæ nominantis nullam in eis habeant actionem. Vot. 84. per tot.
Nominatio quando dicatur facta, & ſit intimanda. Vot. 84. per tot.
Quando quis dicatur habuiſſe purum nomen in contractu. Vot. 68. per tot.
Supple in verb. *Electio*.
Nominatio non poteſt fieri poſt annum à die emptionis. Vot. 84. num. 2.

NOTARIVS

Si contractus ſit rogandus per acta alicuius Notarij, ſufficit quod exhibeatur ſcriptura coràm eodem Notario, licèt rogata per alium. Vot. 51. num. 7.
Notarius non poteſt ſibi ſcribere aliquid in Teſtamento. Vot. 53. per tot.
Notarius quoad Teſtamentum. Vide *Teſtamentum*.
Notarius non dicitur falſus, ſi diceret fuiſſe hæredem à Teſtatore nominatum ore proprio, quando illum acceptauerit ad interrogationem alterius. Vot. 63. num. 2.

NOVATIO

Excluditur ex proteſtatione ſeruandi conuentionem. Vot. 99. num. 23.

NOX

Media nox quando ſit in materia beneficiali. Vot. 142. per tot.
Ex cantu gallorum an arguatur tempus mediæ noctis. Vot. 142. num. 6.

NVLLITAS

Nullitas contractus à ſolo Minore, Muliere, vèl Eccleſia eſt opponenda, non autèm à tertio. Vot. 30. num. 5. & Vot. 154. nu. 4.
Nullitas in iudicio ſpolij, quando debeat apparere ex eiſdem actis. Vide *Spolium*.

NVPTIÆ, ET NVPTÆ

Nupta extrà patriam gaudet priuilegijs Patriæ. Vot. 97. num. 26.
Legatum relictum prò nubendis quando debeatur Nuptis. Vot. 120. num. 3.
Conditio nubendi quanto tempore ſit adimplenda. Vide *Conditio*.

O

OBLATIO

Oblatio ſolutionis quando ſufficiat, vt Emptor dicatur adimpleuiſſe ex parte ſua. Vot. 87. num. 32.
Oblatio verbalis non ſufficit, ſed requiritur depoſitum actuale. Vide *Venditor*.
Poſt factam venditionem an, & quando ſit locus maiori oblationi. Vot. 152. num. 6.
Oblatio quoad ius offerendi. Vide *Ius offerendi*.
Oblationes alicui Sacræ Imagini cui debeantur, eſt quæſtio controuerſa. Vot. 191. num. 1.

Reſoluitur fauore Parochi. Vot. 191. numer. 2.

Qui Parochus habet aſſiſtentiam iuris prætendendi omnia emolumenta, & oblationes, quæ fiunt in ſua Parochia. Vot. 191. num. 3.

Oblationes non debentur Parocho, quando adeſſet contraria voluntas offerentium, ſed in tali caſu competeret eidem adminiſtratio. Vot. 191. num. 4. & 5.

Oblationes factæ in Eccleſijs Regularium non debentur Parocho. Vot. 191. num. 6.

OBLIGATIO

Obligatus in forma Cameræ cenſetur renunciaſſe omni legum auxilio. Vot. 76. num. 8.

Obligatio Cameralis continet clauſulam prò quibus. Vot. 86. num. 20.

Obligatio Mulieris, vèl Minoris prò excarcerando Viro, ſeù Patre quando ſubſtineatur. Vot. 86. per tot.

Per obligationem in forma Cameræ an amittatur beneficium deducto ne egeat. Vide *Beneficium*. Vide *Filiusfamilias*.

OBSERVANTIA

In rebus claris non eſt attendenda. Vot. 100. num. 13.

Declarat naturam emphyteuſis. Vot. 110. num. 9.

Obſeruantia etiàm ex actu vnico ſufficit ad interpretationem. Vot. 89. num. 19.

Obſeruantia declarat ſubſtitutionem. Vot. 78. num. 20. Vide *Fideicommiſſum*.

Facit præſumere interueniſſe ſolemnitates in contractu. Vot. 86. num. 21.

Interrumpitur ex vnico actu in contrarium. Vot. 86. num. 22.

Declara. Vot. 86. num. 23.

Attenditur in materia beneficiali. Vot. 88. à num. 73. vſque ad 76.

Dat robur etiàm ſcripturæ informi. Vide *Scriptura*. Vot. 94. num. 11.

OCCVLTATIO

Occultatio bonorum probatur leuioribus probationibus. Vot. 165. num. 8.

OECONOMVS

Oeconomus æquiparatur Procuratori. Vot. 50. num. 6.

Epiſcopus poteſt deputare Oeconomos in Eccleſijs vacantibus licèt exemptis. Vot. 88. num. 4. & ſeq.

Deputare Oeconomos in Eccleſijs Parochialibus ſpectat ad Epiſcopum. Vot. 88. numer. 5. & 23.

Amplia etiàm in Parochialibus affectis, vèl exemptis. Vot. 88. num. 6.

OFFICIALIS, ET OFFICIVM

Officiali an, & quando ſit præſtanda fides. Vot. 166. num. 5.

Officium Curiæ Eccleſiaſticæ ſuſceptum poſt delictum quando ſuffraget. Vot. 62. per tot. Vide *Clericus*. Vide *Immunitas*.

OPINIO

Opinio licèt controuerſa non dicitur dubia prò ea parte, prò qua adſunt reſolutiones ſupremorum Tribunalium. Vot. 106. num. 5. Vide *Transactio*.

ORATIO

Oratio quando dicatur perfecta. Vot. 190. num. 7. & 8.

ORATORIVM

Parochus quando poſſit impedire ædificationem noui Oratorij. Vide *Eccleſia*.

Oratorium quando gaudeat immunitate. Vide *Immunitas*.

Parochus quando poſſit impedire, quod in Oratorio non celebretur Miſſa. Vot. 64. per tot.

ORDINARIVS

Ordinarius ſupple in verb. *Epiſcopus*.

Ordinarius non poteſt intitulari, qui non habet Territorium ſeparatum. Vot. 88. num. 57.

Ordinarij atteſtationi eſt credendum. Vot. 88. num. 57.

Declarationi ſtatur circà iuſpatronatus. Vot. 89. num. 29. & 30.

Relationi Ordinarij datæ Sacræ Congregationi eſt ſtandum. Vot. 100. num. 16.

OR-

ORDINATIO, ET ORDINATVS

Ordinatus ad titulum paupertatis religioſæ ſi fuerit à religione dimiſſus, an poſſit aliquid prætendere. Vide *Sacerdos*.

Patrimonium, ad effectum conſequendi Ordines ſacros, poteſt conſtitui etiàm in bonis fideicommiſſi. Vot. 133. num. 4.

Ordinari poteſt ad titulum patrimonij ob deficientiam beneficij, & quando. Vot. 133. num. 7.

Quantitas patrimonij quomodo ſit taxanda? Vot. 133. num. 6.

Nemo eſt ordinandus ad titulum inſignis litteraturæ, vel alterius licitæ profeſſionis. Vot. 133. num. 7.

Quando poſſit ordinari ad titulum beneficij, quod habet onera Miſſarum. Vot. 133. n. 8.

Bona aſſignata prò patrimonio ſacro Ordinando, mortuo ipſo Ordinato, reincidunt in fideicommiſſum. Vot. 133. num. 10.

Epiſcopus an, & quando poſſit ordinare ſuum Familiarem non ſubditum ad titulum patrimonij. Vot. 151. per tot.

P

PACTVM

Pactum francandi, ſeù redimendi. Vide *Redimere*.

Pactum futuræ ſucceſſionis quando ſubſtineatur. Vot. 140. per tot.

PAROCHVS, ET PAROCHIANVS

Parochus habet aſſiſtentiam iuris in iure decimandi etiàm contrà Regulares. Vot. 105. per tot.

Parochus non poteſt impedire, quod non ædificetur noua Eccleſia. Vide *Eccleſia*.

Nec in ea non celebretur Miſſa. Vot. 64. num. 8.

Congrua Parochi quanta eſſe debeat. Vide *Penſio*.

Vicarius perpetuus quando habeatur loco Parochi. Vot. 100. num. 5.

Parochus quoad quartam funeralem. Vide *Quarta*.

Parochianus an, & quando quis dicatur. Vot. 153. num. 10. & 11.

Parochianus mortuus in aliena Parochia, quando ſit ſeppelliendus in ſua Eccleſia Parochiali. Vot. 153. dicto num. 11. Vide *Sepultura*.

Parochus habet aſſiſtentiam iuris prætendendi omnia emolumenta, & oblationes, quæ ſiunt in ſua Parochia. Vot. 191. nu 3.

Oblationes alicui ſacræ Imagini exiſtenti intra limites Parochiæ an, & quando debeantur Parocho. Vot. 191. per tot.

Parochus Eccleſiæ matricis an, & quando poſſit prohibere nè prædicetur in Eccleſia Parochiæ filialis. Vot. 115. per tot.

Quando ſit locus diſmembrationi Parochiæ? Vide *Diſmembratio*.

PARS

Eadem proportio, quæ eſt de toto ad totum eſt in parte ad partem. Vot. 98. num. 15.

Pars vna diſpoſitionis declarat aliam. Vot. 60. num. 29. Vot. 78. num. 11.

Pars conditionalis regulatur à diſpoſitiua; & quando. Vot. 167. per tot.

Qualitas expreſſa in diſpoſitiua cenſetur repetita in parte conditionali. Vot. 167. num. 2.

PARTVS

Partus æditus in quinto, vel ſexto menſe poſt matrimonium, an poſſit eſſe legitimus. Vot. 123. num. 12. & 14.

PATER

Patri an, & quando competat beneficium deducto ne egeat. Vide *Beneficium*.

PATRIA

Patriæ priuilegia non amittit filius natus extra illam, vel filia nupta extrà Patriam. Vot. 97. num. 25. & 26.

PATRIMONIVM

Patrimonium ſacrum ad effectum ſuſcipiendi ordines, ſupple in verb. *Ordinatio*.

PATRONVS

Patronus, ſupple in verb. *Iuſpatronatus*.

PATRVVS

Patruus tenetur alere neptem pauperem. Vide *Alimenta*.

Item tenetur dotare. Vide *Dos*.

PECVNIA, ET MONETA

Pecunia deſtinata ad emptionem ſtabilium venit ſub legato ſtabilium. Vot.6. per tot.
Venit ſub obligatione bonorum. Vot. 49. num.6.
Continetur appellatione mobilium. Vot.49. num.7.
Contra Vot.49. num.8.
Pecuniæ valor. Vide *Valor*.
Monetæ identitas quando probetur. Vot.98. num. 8. 9. & 10.
Pecunia quando veniat ſub nomine ſtabilium in teſtamento Clerici, vel Sacerdotis. Vot. 6. num. 5.

POENA

Pœna non incurritur ob tranſgreſſionem legis ſub oculis Principis non obſeruatæ. Vot. 93. ſub num. 42.

PENSIO IN PROFANIS

Penſio domus, ſeù fundi. Vide *Conductor*, vide *Locator*.
Remiſſioni penſionis, quando ſit locus. Vide *Conductor*.
Cauſæ penſionum ſollicitè expediendæ. Vot. 87. num. 1.

PENSIO ECCLESIASTICA

Simplices quietantiæ penſionis ſolutæ non ſufficiunt ad probandam ſolutionem penſionis reſeruatæ beneficio pleno. Vot. 93. num. 1.
Limita. Vot. 93. num. 2.
Solutiones factæ à tertio nomine titularis non conſtituunt penſionarium in quaſi poſſeſſione exigendi. Vot. 93. num. 3.
Declara. Vot. 93. num. 3.
Ad validitatem penſionis ſufficit, vt titulari remaneant libera ſcuta centum monetæ ſecundum vſum Regionis, & quando. Vot. 93. num. 4. 17. 24. & 25.
Penſionarius ſi fuerit adſcriptus militiæ ſeculari ceſſat penſio ad ſui fauorem. Vot. 93. num. 5.
Penſio remanet nulla in totum, ſi non remaneant centum libera Rectori ab omni onere. Vot. 93. num. 7.
Et hæc probatio eſt facienda à penſionario. Vot. 93. num. 8.
Limita ſtante conſenſu titularis, ac etiam obligatione in forma Cameræ. Vot. 93. num. 9.
Contrà. Vot. 93. num. 10.
Onera beneficij ſunt dedocenda in calculanda congrua. Vot. 93. num. 13.
Onera quantum valutari ſoleant. Vot. 93. num. 14.
Penſio eſt nulla in totum, nec eſt reducenda ſtante clauſula dummodò remaneant centum, etiamſi expreſſus valor deficeret in obulo. Vot. 93. num. 15. & 16.
Scuta centum aſſignata prò congrua à Concilio intelliguntur de ſcutis iuxtà morem R gionis. Vot. 93. num. 17. 24. & 25.
Declara Vot. 93. num. 20. 22. & ſeqq.
Quando in reſeruatione beneficij nominantur ſcuta aurea, tunc centum reſeruata prò congrua intelliguntur etiàm de ſcutis aureis. Vot. 93. num. 19.
Congruam præſumitur habere Parochus, quando eius Anteceſſores ſoluerint penſionem. Vot. 93. num. 23.
Penſio retinet naturam beneficij, & ſubijcitur omnibus legibus loquentibus de beneficio. Vot. 93. num. 26.
Contrà. Vot. 93. num. 28. 29. 30. & 31.
Beneficium quod habuit Pater, non poteſt conferri filio. Vot. 93. num. 27.
An idem ſit in penſione. Vot. 93. dicto nu. 27.
Penſio eſt quid mere temporale. Vot. 93. num. 28.
An in aliquibus differat à beneficio. Vot. 93. num. 28.
In impetratione beneficij quando ſit facienda mentio penſionis reſeruatæ. Vot. 93. num. 29.
Regreſſus conceditur ſi titularis non ſoluerit penſionem, & non in alio caſu, & quando. Vot. 93. num. 32.
Penſionis eſt incapax habens merum, & mixtum imperium. Vot. 93. num. 33.
Idem eſt in exercendo iuriſdictionem ſanguinis, ſeù officium criminale. Vot. 93. numer. 33.
Miles ſecularis eſt incapax penſionis. Vot. 93. num. 34.
Baro habens fæudum, eſt incapax penſionis. Vot. 93. num. 35.
Contra. Vot. 93. num. 36.
Declara. Vot. 93. num. 37.
Miles in ſeruitio Sedis Apoſtolicæ non amittit penſionem. Vot. 93. num. 38.
Clericus vt dicatur priuatus ſtatu Clericali, & penſione requiritur trina monitio, vt deſce-

Digitized by Google

deferat militiam, & reaſſumat habitum. Vot. 93. num. 39.
Equites Hieroſolimitani ſunt capaces penſionis. Vot. 93. num. 41.
Equites Lauretani ſunt capaces penſionis. Vot. 93. num. 41.
Amplia etiamſi non detulerint ſignum Crucis. Vot. 93. num. 42.
Obſeruantia inſeruit in materia penſionum. Vot. 93. num. 43.
Penſio an poſſit transferri corám perſona nõ Eccleſiaſtica, ſiuè in dignitate Eccleſiaſtica non conſtituta. Vot. 93. ſub num. 26.
Indultum transferendi penſiones conceſſum Conclauiſtis extenditur etiam ad Vxoratos. Vot. 171. num. 1.
Præſeruata facultate retinendi non cenſetur præſeruata facultas transferendi. Vot. 171. num. 2.
Declara. Vot. 171. num. 3. & 4.
Indultum transferendi penſiones extenditur etiam ad penſiones reſeruatas ſupèr diſtributionibus quotidianis. Vot. 171. n. 5.
Diſtributiones quotidianæ quando veniant ſub appellatione fructuum. Vot. 171. nu. 6.
Ieſuitæ quando ſint capaces penſionum. Vot. 52. num. 6.

PERITVS

Perito in arte ſua eſt ſtandum. Vot. 43. numer. 5. Vot. 87. num. 44.
Citatio in relatione periti quando ſit neceſſaria. Vide *Citatio*.
Peritus contra inducentem probat. Vot. 87. num. 16.

PERMVTATIO

Quando cõtractus ſit potiùs venditio, quàm permutatio. Vot. 179. num. 3. & 4.

PERSONA, ET PERSONALE

Vna, & eadem perſona exercendo plura munera omnium ptiuilegia retinet. Vot. 51. num. 5.
Facultas quando dicatur perſonalis. Vide *Adoptio, Ius, Nominatio, & Facultas*.

PISTOR

Piſtores præferuntur etiam doti, & quando. Vot. 39. num. 1. 2. & 3.

PLVRALITAS

Pluralitas an, & quando reſoluatur in ſingularitatem. Vot. 137. à num. 4. vſque ad 8.
Pluralitas non præſumitur. Vot. 87. num. 13.

POSITIO

Poſitioni reſponſiones quando poſſint ſcindi, & acceptari in parte. Vot. 40. per tot.
Probatio deducitur ex reſponſione ad poſitiones. Vot. 40. num. 1.
Confeſſio qualificata non poteſt diuidi. Vot. 40. num. 2.
Limita. Vot. 40. num. 4. 5. 6. & 7.
Clauſula *alias non credit* operatur, vt reſponſio non poſſit diuidi. Vot. 40. num. 8.

POSSESSIO, ET POSSESSOR

Statutum continuans poſſeſſionem in hæredem ab inteſtato non habet locum ſtante Teſtamento. Vot. 121. num. 21.
Poſſeſſorium quando abſorbeatur à petitorio. Vot. 88. num. 42.
Poſſeſſio arguitur ex dimiſſione bonorum. Vot. 72. num. 25.
Et de alijs actibus recenſitis. In Vot. 72. à num. 27. ad 29.
Poſſeſſio legalis quando dicatur. Vot. 72. num. 26.
Bona præſumuntur poſſidentis. Vot. 87. numer. 14.
Prouiſio facta in Eccleſijs nõ vacantibus non dat quaſi poſſeſsionem in Eccleſijs non vacantibus. Vot. 88. num. 38.
Poſſeſsio, ſupple in verb. *Manutentio*.

PRÆCEDENTIA

Præcedentia debita Patribus de Obſeruantia, debetur etiàm alijs de ſtrictiori Obſeruantia Sancti Franciſci latè. Vot. 124. numer. 10. & 12.
Præcedentia in Concilio Prouinciali quomodo ſit regulanda. Vot. 157. num 9.

PRÆDICATIO, ET PRÆDICATOR

Parochus Eccleſiæ Matricis non poteſt impedire, quod Parochus Eccleſiæ filialis non prædicet populo ſibi commiſſo. Vot. 115. num. 1.

Epi-

Digitized by Google

Epiſcopus non poteſt ordinare, quod tempore, quo prædicatur in Cathedrali, non ſit etiàm prædicandum in alijs Eccleſijs. Vot. 115. num. 2.
Epiſcopus debet prædicare, vel eligere Cōcionatorem. Vot. 115. num. 3.
Prædicare ſpectat ad Parochum. Vot. 115. num. 3.
Conſuetudo etiàm immemorabilis non prædicandi in ſua Eccleſia non debet attendi. Vot. 115. num. 4.
Prædicatio Parocho Eccleſiæ filialis eſt permittenda ſaltèm diuerſa hora ab illa, in qua prædicatur in Matrice. Vot. 115. n. 5.

PRÆLATIO

Locator an, & quando præferatur prò penſionibus domus. Vide *Locatio*.
Prælatio vigore iuris congrui vt obtineatur, non ſufficit ſolum inſtrumentum, ſed requiritur illius effectuatio. Vot. 97. nu. 21.
Prælatio vigore Bullæ Gregorij XIII. vt habeat locum requiritur, quod domus egeat ornatu. Vot. 97. num. 22.
Intentans prælationem debet refundere pretium. Vot. 97. num. 23.
Extincto cenſu quando extinguatur ius prælationis in emptione fundi cenſiti. Vot. 97. à num 30. ad 44.
Vicinus quando dicatur ad effectum gaudendi prælatione. Vot. 97. num. 52.
Ornatus inutilis, & factus ad æmulationem non eſt cauſa obtinendi prælationem vigore iuris congrui. Vot. 97. num. 54.
Cætera circa prælationem vigore retractus. V. de *Retractus*.
Prælatio intèr Creditores. Vide *Hypotheca*.
Dominus fundi præfertur omnibus alijs ſupèr fructibus. Vot. 98. num. 1. & ſeq.
Ad petendam prælationem in emptione requiritur mandatum ſpeciale. Vot. 97. numer. 11. & 12.
Quando competat prælatio vicino cenſuario, vel inquilino in emptione. Vot. 97. per tot.
Dans pecuniam prò emendo, vel reficiendo domum quando omnibus præferatur. Vot. 39. num. 5.

PRÆLEGATVM

Prælegatum an, & quando veniat in reſtitutione fideicommiſſi. Vot. 136. n. 10. & 11.

PRÆSCRIPTIO

Præſcriptio immemorabilis. Vide *Immemorabilis*.
Contrà decretum irritans, & clauſulam *ſublata* non admittitur. Vide *Clauſula*.
Præſcriptio interrumpitur ex actu vnico in contrarium, & quando. Vide *obſeruantia*, & *Immemorabilis*.
Inquiri prò delictis nō poteſt poſt lapſum 20. annorum. Vide *Delictum*.
Stante reſiſtentia iuris requiritur vel immemorabilis, vel quadragenaria cum titulo. Vot. 172. num. 3.
Et quando dicatur ius reſiſtere. Vot. 172. num. 4. & 5.
Quadragenaria præſcriptio cum titulo colorato, & putatiuo ſufficit etiam quando adeſt reſiſtentia iuris. Vot. 172. num. 6.
Actus contrarij facti tempore abſentiæ non interrumpunt præſcriptionem, & conſuetudinem. Vot. 172. num. 8.
Actus quando non ſunt nec contrarij, nec incompatibiles non interrumpunt conſuetudinem. Vot. 172. num. 9.

PRÆSENTATIO

Supple in verb. *Iuſpatronatus*.

PRÆSERVATIVA

Præſeruatiua, ſeù declaratio confirmat contractum in ea parte, à qua non fuit receſſum. Vot. 55. num. 17.

PRÆSVMPTIO

Præſumptiones, & indicia vt releuent, debent eſſe in ſuo genere probatæ. Vot. 1. num. 6.
Supple in verb. *Coniectura*, *Argumentum*, *Interpretatio*, & *Voluntas*.

PRIVILEGIVM

Strictè interpretandum. Vot. 93. num. 21.
Priuilegium non regiſtrarum quando ſit attendendum. Vide *Littera*.
Priuilegium quando tranſeat ad Succeſſores. Vide *Facultas*, *Nominatio*, & *Ius*.
Priuilegium ob nō vſum amittitur. Vot. 141. num. 24.
Limita. Vot. 141. num. 25.
Contrà. Vot. 141. dicto num. 25.

Priuilegia an, & quando poſſint recognoſci à Iudice inferiori. Vide *Exemptio*.
Priuilegium extrahendi graſciam non habet locum tempore penuriæ. Vot. 159. n. 11.

PROBATIO

In materia difficilis probationis admittitur leuior probatio. Vot. 98. num. 12.
Probationes quando admittantur contrà Tranſactionem. Vide *Tranſactio*.
Conſtitutio Iuſtiniana in foro legationis Bononiæ cum clauſula *ſaluis exceptis*, admittit ſempèr probationem. Vot. 18. numer. 7.
Probationes equiuocæ non ſunt attendendæ. Vot. 87. num. 48.
Factæ in poſſeſſorio ſuffragant etiàm in petitorio. Vot. 88. num. 71.

PROCVRATOR

Procurator dicitur approbatus, ſi vti talis fuerit citatus. Vot. 97. num. 10. & 48.
Quando poſſit eſſe Teſtis. Vot. 68. num. 3. & 4.
Quando debeatur ſalarium. Vot. 76. per tot.
Quanto tempore præſcribantur illius honoraria. Vot. 76. num. 6. & 7.
Contractus factus intèr Clientem, & Procuratorem, quando ſubſtineatur. Vot. 76. num. 3. 4. & 5. Vide *Contractus*. Vide *Medicus*, & Vot. 150. per tot.
Quando præferatur prò ſuis patrocinijs omnibus alijs creditoribus. Vot. 49. num. 3. 4. & 5.
Debet diligentèr cuſtodire fines mandati. Vot. 35. num. 1.
Itaùt exceſſus etiam in minimo annullet contractum. Vot. 35. per tot.
Amplia etiamſi exceſſus conſiſteret in accidentalibus. Vot. 35. num. 3.
Procurator quando poſſit præiudicare principali in adeundo hæreditatem. Vide *Aditio*.

PRODVCTIO

Producens ſcripturas quando poſſit illas impugnare. Vot. 87. num. 47.

PROFESSIO

Probatur etiàm ſinè ſcriptura. Vot. 96. numer. 10.
Profeſſio emiſſa antè decimum ſextum annum completum eſt nulla. Vot. 130. n. 1.
Profeſſio tacita quando poſſit dari in eo, qui neſciebat nullitatem ſuę profeſſionis expreſſæ. Vot. 130. num. 2. 3. 4. & 5.
Profeſſio tacita excluditur ex animo contrario Religioni. Vot. 130. num. 6.

PROMISSIO

Promiſſio de donando quando importet donationem. Vot. 39. num. 21. & 22.

PROPRIETAS

Quando vna cum vſufructu intelligatur relicta proprietas. Vide *Hæres*. Vide *Vſufructus*.

PROTHONOTARIVS

Beneficia Prothonotarij Apoſtolici ſunt reſeruata. Vot. 94. num. 2. & 7.
Prothonotariatus probatur ex litteris. Vot. 94. num. 8.
Amplia. Vot. 94. num. 8. 9. 10. & 12.
Beneficia Prothonotarij Apoſtolici ſunt reſeruata etiàm antè præſtitum iuramentum, & vſum inſignium. Vot. 94. nu. 15.

PROXIMITAS

Regulatitèr attenditur proximitas grauati, & non grauantis. Vot. 135. num. 1.
Limita. Vot. 135. num. 2.

Q

QVALITAS

Qualitas quando requiratur actu, vèl habitu. Vot. 148. per tot.
Qualitas Sacerdotalis, vèl Confeſſarij quando requiratur actu, vèl habitu. Vot. 148. per tot.

QVANTITAS

Quantitas probatur leuioribus probationibus probata ſubſtantia. Vot. 98. num. 16.
Quantitas frumenti probatur ex ſolito, quod colligitur. Vot. 98. num. 17.

QVARTA FVNERALIS

Regulares quando ſint exempti à ſolutione quartæ funeralis. Vot. 101. per tot.
Quar-

Quarta funeralis ex quibus debeatur. Vot. 101. num. 5. & 6.

QVARTA IN PROFANIS

Quarta an, & quando debeatur Viduæ in hæreditate Viri prædefuncti. Vot. 169. per tot.
Reliqua ſupple in verb. *Vxor*.

R

RAPTOR, ET RAPTVS

Pœna raptus quænam ſit etiàm contrà Clericos, & Religioſos. Vot. 104. per tot.
Raptus quando dicatur concluſus. Vot. 104. num. 3. & 4.

RATIFICATIO

Ratificatio quando ſuffraget in præiudicium tertij, qui medio tempore ius queſiuit. Vot. 97. num. 49.
Reliqua ſupple in verb. *Conſenſus*.

RECIPROCA

Reciproca intèr deſcendentes faciliùs inducitur. Vot. 55. num. 21.
Quando inducatur. Vot. 60. num. 58. cum plur. ſeq.
De linea ad lineam quando inducatur. Vot. 78 per tot.
Reciproca de linea ad lineam colligitur, quando poſt plures vocatos, iſti omnes ad inuicem ſubſtituuntur. Vot. 78. nu. 2.
Reciproca linealis reſultat ex prohibitione alienationis, vt bona integra conſeruentur in familia. Vot. 78. num. 3.
Amplia. Vot. 78. num. 4. & 5.
Reciproca ſubſtitutio non inducitur niſi adſunt tria requiſita, ſcilicet quod omnes ſint honorati, & quod ſubſtitutio ſit facta vltimo morienti, & in tota hæreditate. Vot. 78. num. 6.
Limita ſtantibus coniecturis. Vot. 78. num. 7. & ſeq.
Reciproca ſi poteſt verificari in vno Columnello non eſt extendenda de linea ad lineam. Vot. 78. num. 12.
Declara. Vot. 78. num. 13. 14. & 17.
Subſtitutio facta diſtributis portionibus non inducit reciprocam de linea ad lineam. Vot. 78. num. 15.
Declara. Vot. 78. num. 16.
Reciproca inducitur quando de tempore Teſtamenti intèr inſtitutos aderat Sacerdos, quibus fuerint ſubſtituti eorum filij. Vot. 78. num. 17.
Declarantur auctoritates contrariæ. Vot. 78. num. 18. & 19.
Obſeruantia inſeruit prò declaratione ſubſtitutionis reciprocæ. Vot. 78. num. 20.

RECOGNITIO

Recognitio manus non eſt facienda vbi adeſt ſigillum. Vot. 94. num. 13.
Si apocha fuerit ſcripta de commiſſione à tertio non ſolum eſt recognoſcenda à Teſtibus, ſed debet ab eiſdem deponi de commiſſione. Vot. 39. num. 17.
Amplia. Vot. 39. num. 18.

REDHIBITORIA

Vide *Animal*. Vide *Venditor*.

REDIMERE

Pactum redimendi, ſeù francandi quantò tempore præſcribatur. Vot. 134. per tot.
In pacto redimendi, ſeù francandi tempus currit contrà hæredes minores. Vot. 134. num. 7.
Elapſo tempore ad redimendum, quando adeſt læſio, eſt locus redemptioni. Vot. 134. ſub num. 3.
Fideicommiſſarijs an, & quando competat ius redimendi. Vide *Fideicommiſſarius*.
Ex pacto redimendi minuitur valor rerum. Vot. 134. ſub num. 3.

REDOTATIO

Redotatio regulatur cum eiſdem principijs alimentorum. Vot. 121. num. 16.
Mulier non poteſt prætendere redotationem ſi propria culpa amiſerit dotem. Vot. 121. num. 17.
Culpa ex quibus arguatur. Vot. 121. nu. 18.
Reliqua ſupple in verb. *Dos*.

REGVLA

Habenti regulam prò ſe ſat eſt dubiam reddere limitationem. Vot. 99. ſub num. 7.

REGVLARES

Regulares. Vide *Religioſus*.

REINVESTIMENTVM

Alienans inueſtimentum ad commodum alicuius factum tenetur ad reſtitutionem capitalis, & fructuum. Vot. 86. numer. 16. cum plur. ſequen.

REIVINDICATIO

Vt competat eſt probanda identitas. Vot. 98. à num. 3. vſque ad 10.
Mixtura quando non impediat reiuindicationem. Vot. 98. num. 18. & 19.

RELATIO

Ad quæ ſit facienda. Vot. 89. à numer. 28. vſque ad 33.
Relatio ſupponit ſcientiam, & notitiam relati. Vot. 73. num. 5.

RELEVATIO

Releuationis promiſſio reſultat ex clauſulis ampliſſimis. Vot. 16. num. 7.
Supple in verb. *Fideiuſsio*.

RELIGIOSVS

Sacerdoti ordinato ad titulum paupertatis in Societate Ieſu, ſi fuerit ab ea dimiſſus, nihil erit præſtandum ſub prætextu patrimonij ab eadem Societate. Vot. 113. n. 5.
Regulares quando ſint exempti à quarta funerali. Vide *Quarta*.
Quando poſſint ſuccedere in fideicommiſſo agnatitio. Vot. 52. per tot.
Religioſi dicuntur impropriè Equites S. Stephani. Vide *Equites*.
Religioſi Capuccini, quando ſint capaces legatorum. Vot. 31. per tot.
Et quid in Fratribus de Obſeruantia Sancti Franciſci. Vot. 31. per tot.
Religioſi in Religione capaci quando ſuccedant in fideicommiſſo agnatitio. Vide *Fideicommiſſum*.
Religioſi Societatis Ieſu poſt vota ſimplicia adhùc ſunt in probatione. Vot. 52. nu. 5.
Et ideò poſſunt retinere beneficia, & penſiones. Vot. 52. num. 6.
Patres Societatis Ieſu quando ſint capaces hæreditatum. Vot. 74. per tot.
Quid cum onere Miſſarum. Vot. 74. per tot.
Theatini an ſint capaces legatorum, & hæreditatum. Vot. 96. num 4. & 7.
Religioſi an, & quando poſſint ædificare noua Monaſteria. Vot. 124. & per tot.
Religioſus inuitus an poſſit legitimari ad inſtantiam Monaſterij. Vide *Monachus*.
Religioſus non habet nèc velle, nèc nolle, & quando procedat. Vide *Monachus*.
Religioſi quando poſſint aperire feneſtras, etiamſi habeant proſpectum in vicinos, & quando in eis non ſint apponendæ craticulæ. Vot. 124. à num. 5. vſque ad 7.
Religioſis an ſit licitum exercere Aromatariam. Vide *Aromataria*.
Religioſi quomodo præcedant. Vide *Præcedentia*.
Legata facta Ieſuitis quando ſint irreuocabilia. Vide *Legatum*.
Religioſi omnes exceptis Capuccinis, & Fratribus de Obſeruantia ſunt capaces acquirendi hæreditates. Vot. 96. num. 7.
Religioſus quando, vti incorrigibilis, poſſit eijci à Religione. Vot. 170. num. 1.
Incorrigibilis eiectus à Religione quando teneatur ſeruare vota, cæteraque præcepta ſuæ Religionis. Vot. 170. num. 2. & 3.
Incorrigibilis eiectus à Religione adhùc remanet Religioſus. Vot. 170. num. 3.
Religio tenetur dare alimenta Religioſo eiecto. Vot. 170. num. 4.
Declara in Religioſis Societatis Ieſu. Vot. 170. num. 5.
Religioſus eiectus vti incorrigibilis, an recuperet bona renunciata. Vot. 170. n. 6.
Religioſus profeſſus poſt ſuppreſſionem Religionis non recuperat bona renunciata. Vot. 170. num. 7.
Religioſus profeſſus ſi ex diſpenſatione Apoſtolica redeat ad Seculum non recuperat bona renunciata. Vot. 170. num. 8.
Et idem eſt de Religioſo tranſeunte ad alteram Religionem. Vot. 170. num. 9.
Religioſi Ieſuitæ an recuperent bona renunciata, quando fuerint dimiſſi à Religione. Vot. 170. num. 10.

REMVNERATIO

Dans pecuniam alicui ſub ſpe futuræ remunerationis nil repetere poteſt, ſi fuerit à ſpe delufus. Vot. 75. num. 11.

Inſeruiens alicui ſub ſpe remunerationis an poſſit prætendere ſalarium. Vide *Salarium*.

RENVNCIATIO

Renunciatio facta hæreditati alicuius non comprehendit bona fideicommiſſi, per illum poſſeſſa. Vot. 71. per tot.
Non extenditur ad bona materna poſſeſſa à fratre, licèt renunciatio loquatur de bonis fraternis. Vot. 71. num. 6. & 7.
Renunciatio quando dicatur realis, itaùt non reſoluatur per prædeceſſum renunciatarij. Vot. 37. per tot. Vide in verb. *Donatio*.
Renunciatio facta à nouitio, quas ſolemnitates requirat. Vot. 37. num. 6. 7. & 8.
Per diuiſionem quando cenſeatur renunciatum fideicommiſſo. Vot. 60. num. 53. & ſeq.
Renunciatio facta à nouitio cum licentia Prouicarij quando ſubſtineatur. Vot. 37. num. 6.
Prò validitate dictæ renunciationis ſufficit etiàm licentia in ſcriptis. Vot. 37. numer. 7.
Noua licentia Epiſcopi, ſeù Vicarij non requiritur prò facienda ſecunda renunciatione, quando prima fuit inualida. Vot. 37. num. 8.
Religioſus rediens ad ſecula quando recuperet bona renunciata. Vide *Religioſus*.

REPETITIO

Qualitas appoſita in principio, & fine præſumitur volita etiàm in medio. Vot. 70. num. 8.
Inducitur ex dictionibus, & verbis repetitiuis. Vot. 78. num. 14. & 17.
Conditio quando dicatur repetita. Vot. 190. num. 4. 5. 6. & 9.
Qualitas expreſſa in diſpoſitiua quando cenſeatur repetita in parte conditionali. Vot. 167. per tot.

RESIDENTIA

Epiſcopus quando poſſit reuocare ad Reſidentiam Presbyteros, qui non habent beneficium Reſidentiæ. Vot. 159. num. 14.
Reliqua ſupple in verb. *Canonic. & Beneſ.*

RESOLVTIO

Reſolutioni contractus quando ſit locus. Vide *Adimplementum*, & Vot. 13. per tot.

RESPONSIO

Reſponſio poſitioni quandò poſſit diuidi. Vide *Poſitio*.

RESTITVTIO

Reſtitutio in integrum non datur ſinè læſione. Vot. 60. num. 4. & Vot. 120. num. 5.

RETENTIO

Exceptio retentionis quando admitti poſſit in iudicio ſpolij. Vot. 55. num. 32. & 33.
Eſt ſempèr concedenda, quandò creditum eſt clarum. Vot. 83. num. 3.

RETRACTVS

Supple in verb. *Prælatio*.
Conſtitutio Gregorij XIII. ſupèr retractu quid diſponat. Vot. 87. num. 39.
Prælatio vigore retractus quando competat vicino cenſuario, vèl inquilino. Vot. 97. per tot.
Ius prælationis poteſt cedi, & quando. Vot. 97. num. 19. & 46.
Quando competat etiàm ceſſionatio cenſus. Vot. 97. per tot.
Quando præſcribatur. Vot. 97. à num. 15. vſque ad 46.
Retractus vigore Statuti permiſſus in venditione non habet locum in permutatione.
Et quando dicatur potiùs contractus venditionis, quàm permutationis. Vot. 179. per tot.

REVOCATIO

Reuocari non poteſt contractus factus à Procuratore licèt mandatum ad contrahendum quotieſcumq; reuocari poſſit. Vot. 50. n. 5.

ROTA

Rota Romana, quod refert, & ſupponit in facto in eius deciſionibus, ſolet maturè diſcutere præuia iurium legitimitate. Vot. 88. ſub num. 35.

Rota Romana facit opinionem communem. Vot. 95. ſub num. 11.
Rota amplectitur reuerentèr reſolutiones Sacrarum Congregationum Cardinalium. Vot. 101. num. 14. in fine.

S

SACERDOS

Qualitas Sacerdotalis. Vide *Qualitas*.
Sacerdoti ordinato ad titulum paupertatis in Societate Ieſu, ſi fuerit ab ea dimiſſus, nihil erit præſtandum ſub prætexru patrimonij ab eadem Societate. Vot. 113. nu. 5.
Sacerdoti an, & quando ſit prohibita negotiatio. Vide *Negotiatio*.

SALARIVM

Ex acquieſcentia arguitur quantitas ſalarij. Vot. 75. num. 11.
Inſeruiens alicui ſub ſpe futuræ remunerationis non poteſt prætendere ſalarium. Vot. 75. num. 11.
Salarium duplex debetur exercenti duplex officium. Vot. 67. per tot.
Salarium non conuentum quando debeatur. Vot. 67. num. 6. & 7. & Vot. 75. per tot.
Locatori operarum ſuarum, quando fuerit impeditus vel culpa conductoris, vel caſu fortuito, quando debeatur integrum ſalarium. Vot. 69. per tot.
Famulis tempore infirmitatis an debeatur ſalarium. Vot. 69. num. 6.
Salarium denuò eſt ſoluendum Operarijs cōductis ab alio, cui dominus fundi ſalarium conſignauit, & aufugit, & quando. Vot. 45. per tot.
Salarium debetur iuxtà ſolitum. Vot. 56. num. 1. & 2. & Vot. 67. num. 2.
In diſcrepantia quantitatis ſalarij attenditur taxa minor. Vot. 56. num. 3.
Quando ſalarium ſolutum Anteceſſori ſit ſoluendum Succeſſori. Vot. 56. nu. 3. 4. 5. & 6.
Salarium elapſo biennio quando non poſſit peti in Vrbe. Vot. 76. num. 7.
Acquieſcentia ſalariati valdè attendenda, & quando. Vot. 56. num. 7. & 8. & Vot. 75. per tot.
Quando non eſt expreſſum taxatur arbitrio Iudicis. Vot. 67. num. 1.
Dupplicato labore eſt dupplicandum ſalarium. Vot. 67. num. 4.
Salarium eſt ſoluendum ab eo, qui aliquid fieri mandat, licèt in commodum tertij. Vot. 45. num. 6.
Limita in Miniſtris, Tutoribus, & alijs ſimilibus. Vot. 45. num. 7.
Computiſta, & inſimul Reuiſor rationum debet conſequi duplex ſalarium. Vot. 67. num. 5.
Victus, & veſtitus cedunt in cauſam, & ſatisfactionem ſalarij niſi conſtet de contraria conuentione. Vot. 75. num. 9.
Salarium quando poſſit prætendi à Procuratore. Vide *Procurator*.

SCIENTIA

Scientia ex quibus præſumatur. Vot. 4. nu. 5. 6. & 7.
Ceſſionis quando reſultet. Vot. 87. num. 33.
Inſtrumenti ſcientia facit præſumere notitiã omnium contentorum in eo. Vot. 87. numer. 34. 35.
Scientia, & acquieſcentia requiritur in præiudicialibus. Vot. 88. num. 39.
Scientia præſumitur ex cohabitatione, & coniunctione ſanguinis. Vot. 4. num. 7.
Quando valeat arguere à ſcientia præſenti ad præteritum. Vot. 197. num. 5.

SCRIBERE, ET SCRIPTVRA

Scriptura dicitur ſuſpecta ex tarditate in illam producendo. Vot. 39. num. 19.
Nemo poteſt aliquid ſibi adſcribere in teſtamento. Vot. 53. per tot.
Scripturarum extractio. Vide *Archiuium*.
Scripturarum exhibitio quando ſit facienda. Vide *Exhibitio*, & Vot. 8 per tot.
Scriptura etiam informis ſumit vires ab obſeruantia. Vot. 28. num. 2. & Vot. 88. numer. 12. 55. & 56.
Scriptura quando ſit ſuſpecta de falſitate. Vide *Falſitas*.

SEMINARIVM

Seminario quando poſſint vniri beneficia. Vide *Beneficium*.
Taxa Seminarij. Vide *Taxa*.

SENTENTIA

Sententia quando faciat ſtatum quoad omnes. Vot. 47. nu. 15. & Vot. 119. nu. 35.
In iudicatum tranſacta eſt ſeruanda. Vot. 55. num. 22.

Digitized by Google

Tranſit in iudicatum ob non proſequutionem appellationis. Vot. 60. num. 3. & Vot. 93. num. 6.
Sententiæ iniuſtæ non faciunt numerum. Vot. 60. num. 36.
Vigore Statuti Vrbis duæ habent vim trium. Vot. 97. num. 24.
Sententiæ quando dicantur conformes. Vot. 97. num. 27.
Sententia etiàm nulla inſeruit prò declaratione voluntatis. Vide *Voluntas*.

SEPARATIO THORI

Stante ſæuitia Viri eſt locus diuortio. Vot. 145. num. 1.
Et dato fumo huius ſæuitiæ Maritus tenetur præſtare ſumptus litis Vxori prò lite facienda. Vot. 145. num. 2.
Cauſæ faciendi diuortium quales ſint. Vot. 145. num. 4.
Sæuitia Viri probatur teſtibus ſingularibus. Vot. 145. num. 4.
Stante magna ſæuitia Viri, eiuſque animi inconſtantia non eſt locus cautioni de non offendendo, ſed procedendum eſt ad ſeparationem thori. Vot. 145. num. 5.
Si Vxor, & Vir velint viuere in perfectiori ſtatu eſt locus ſeparationi thori. Vot. 145. num. 6.
Amplia etiamſi vnus ex eis remanere velit in Seculo, dummodò Vir remanens in Seculo ordinaretur in Sacris. Vot. 145. nu. 7.
Eſt locus diuortio ob adulterium. Vot. 155. per tot.
Adulterium quando probetur. Vide *Adulterium*.

SEPVLTVRA

Electio ſepulturæ quomodo probetur. Vot. 189. num. 9.
Indutus habitu Tertiariorum an ſit ſeppelliendus in Eccleſia Regularium. Vot. 189. num. 10.
Patrono an competat ius ſepulchri in Eccleſia patronali. Vot. 189. num. 11.
Ius ſepulchri quomodo probetur. Vot. 189. num. 12.
Seculares an, & quando ſeppelliri poſſint in Eccleſijs Monialium. Vot. 189. num. 13.
Parochianus mortuus in aliena Parochia quãdo ſit ſeppelliendus in ſua Eccleſia Parochiali. Vot. 153. num. 11.

SEQVESTRA

Sequeſtra, & captura debent iuſtificari ex præcedentibus. Vot. 182. num. 8.

SERVITVS

Seruitus diſcontinua quanto tempore præſcribatur. Vot. 41. per tot.
Seruituti neceſſariæ quando ſit locus. Vot. 41. num. 7. & 8.
Seruitus acquiritur pacto teſtamento, & præſcriptione. Vot. 41. num. 1.
Allegans ſeruitutem tenetur illam concludentèr probare, etiamſi reperiatur in poſſeſſione. Vot. 41. num. 2.
Ad probandam ſeruitutem diſcontinuam requiritur immemorabilis. Vot. 41. num. 3.
Et quando ſufficiat præſcriptio per decem, & viginti annos. Vot. 41. num. 5. & 6.
Seruituti neceſſariæ quando ſit locus. Vot. 41. num. 7. & 8.

SERVVS

Seruus quando poſſit accuſare ſuum Dominum. Vot. 21. num. 5.

SIMONIA

Simoniacus eſt incapax omnium beneficiorum, etiàm ſinè ſimonia obtentorum. Vot. 114 num. 1.
De ſimonia an poſſit inquiri poſt 20. annos. Vot. 114. num. 2.
Quando ſimonia excludatur. Vot. 114. per tot.
Quando ſit ſimoniacum pactum factum ſupèr expenſis litis prò acquirendo beneficio. Vot. 114. num. 3. & 5.
Donans iuſpatronatus contemplatione matrimonij an committat ſimoniam. Vot. 114. num. 4.
Pro excludenda ſimonia ſufficit ſola poſſibilitas in contrarium, & omnis eſt capienda interpretatio. Vot. 114. ſub num. 3.

SIMVLATIO

Simulandi cauſa ſufficit, quod ſit opinata. Vot. 68. num. 5.
Quando adeſt cauſa ſimulandi, probatur ſimulatio leuioribus probationibus. Vot. 68. num. 6. & 7.

Ex-

Excluditur ex qualitate perſonæ. Vot. 97. num. 13.
Simulatio arguitur ex inueriſimilitudine, & alijs relatis in Vot. 39. num. 20.
Reliqua, ſupple in verb. *Falſitas*.

SINODVS

Vide *Synodus*.

SOCIETAS, ET SOCIVS

Ex quibus reſultat. Vot. 30. per tot. & Vot. 65. per tot.
Stante vniuerſali ſocietate Socius tenetur communicare etiam legata, & donata. Vot. 65. num. 10.
Societas vniuerſalis quando inducatur. Vot. 65. per tot.
Socius quando poſſit vendere rem communem. Vide *Alienatio*.
Societas quando reſultet. Vot. 30. per tot.
Minor an poſſit contrahere ſocietatem tacitè. Vot. 30. per tot.
Stante ſocietate vniuerſali vnus ſocius tenetur pro debito alterius. Vot. 65. num. 7.
Amplia. Vot. 65. num. 8.
Amplia, vt teneatur dotare filiam alterius Socij. Vot. 65. num. 9.
Socius an poſsit iurare ſuſpectum de fuga alterum ſocium antè redditam rationem. Vide *Mandatum*.
Alienatio rei communis facta ab vno ex ſocijs quando ſit valida. Vot. 109. per tot.
Socius habet ſuam portionem in qualibet gleba antè diuiſionem. Vot. 109. num. 2. & 3.
In ſocietate eſt illicitum pactum, quod capitale ſit ſaluum. Vot. 2. num. 2.
Limita in locatione. Vot. 2. num. 1. & 3.
Frater maior exercendo negotium paternum euadit ſocius aliorum fratrum, quibus lucrum communicare tenetur. Vot. 30. numer. 1.
Inter fratres faciliùs præſumitur. Vot. 65. num. 1.
Requiſita ſocietatis vniuerſalis numerantur. Vot. 65. num. 2.
Societas non excluditur ex adnotationibus particularibus, & acquiſitionibus ſcriptis nomine proprio, ſi poſtea appareant communicatæ. Vot. 65 num. 5.
Coniecturæ plures prò concludenda ſocietate referuntur. Vot. 65. num. 6.

SOLEMNITAS

Solemnitates in contractu an, & quando præſumantur interueniſſe ex longeua obſeruantia. Vot. 86. num. 21. & ſeq.
Reliqua, ſupple in ver. *Mulier*. & in ver. *Minor*.

SOLVTIO

Solutio quando præſumatur in vim Statuti Vrbis. Vot. 25. num. 1.
Solutio quando præſumatur latè. Vot. 25. per tot. & Vot. 26. per tot.
Solutionis antè diem quando intentari poſſit actio. Vot. 14. num. 3.
Solutio in quam cauſam cedat. Vot. 42. numer. 23.
Aliud prò alio ſolui nequit à debitore. Vide *Aliud*, & Vot. 46. per tot.
Talis præſumitur conuentio, qualitèr fuit facta ſolutio. Vot. 75. num. 8.
Solutio præſumitur ex longa taciturnitate Creditoris. Vot. 25. num. 4.
Præſertim ſtante paupertate Creditoris, & diuitia debitoris. Vot. 25. num. 5.
Exceptio compenſationis non oppoſitæ facit præſumere ſolutionem. Vot. 25. nu. 6.
Creditor præſumitur ſatisfactus, ſi ſolū egerit poſt mortem debitoris. Vot. 25. nu. 7.
Non eſt veriſimile, quod quis ſoluerit magnam pecuniarum ſummam ſinè quietantia. Vot. 25. num. 8.
Declara, dicto Vot. 25. num. 9.
Dos quando præſumatur ſoluta. Vide *Dos*.

SPOLIVM

In iudicio ſpolij nullitas debet iuſtificari ex iiſdem actis. Vot. 55. num. 5.
Et quando dicatur iuſtificari ex iiſdem actis. Vot. 55. num. 6.
Et quando ſit cumulandum remedium manutentionis cum reintegratione. Vot. 55. num. 7.
In iudicio ſpolij quando admittatur exceptio retentionis. Vide *Retentio*.

SPONSALIA, ET SPONSVS

Sponſalia quomodo probentur. Vot. 123. num. 19.
Non eſt veriſimile, quod Mulier nobilis permittat, ſe cognoſci, niſi eſſent facta ſponſalia. Vot. 123. num 20.

Sponſalia arguuntur ex ſubſequuto matrimonio. Vot.123. num.21.

Quomodo ſit cogendus, qui fidem datam in ſponſalibus adimplere recuſat. Vot. 128. per tot.

Refectio expenſarum an, & quando debeat practicari, quando ab vno fuit receſſum à ſponſalibus. Vot. 128. per tot.

In ſponſalibus quando dicatur conſenſus cõtemporaneus. Vot. 128. num.6.

STABILE

Stabilium appellatione quid continetur. Vide *Loca Montium*, *Cenſus*, *& Pecunia*, & Vot.6. per tot.

STATVTVM

Statutum Bononiæ an ſit confirmatum in forma ſpecifica. Vot. 109. num. 10. & Vot. 132. num. 5.

Non comprehendit Clericos. Vot.109. n.7.

Quando comprehendat contractus iuratos. Vot. 109. num. 11.

Statutum Bononiæ *in tit. de vendit. & alienat. bonor. fumant. lib.7.* declaratur. Vot. 109. num. 7. & ſeq.

Statutum laicum non afficit Clericos. Vot. 109. num. 7.

Amplia etiamſi diſpoſitio ſit directa in Laicos. Vot. 109. num. 9.

Statutum reſpiciens ſolemnitates contractus quando ſit ſeruandum à Laico contrahente cum Clerico. Vot. 109. num. 9.

Statutum quando procedat in contractu iurato. Vot.25. num.2. & Vot.109. in fine.

Statutum excludens à ſucceſſione, excludit etiàm à legitima. Vide *Legitima*.

Statutum Vrbis circà præſumptam ſolutionem afficit etiàm forenſes. Vot.25. nu. 3.

Statutum quando liget forenſes. Vot. 144. num 2.

Statutum Barbitonſorum Vrbis. Vide *Diſtantia*, & Vot. 51. per tot.

Statutum Bononiæ admittit fœminas ad ſucceſſionem bonorum matris, etiamſi in alios tranſierint. Vot. 71. num. 4. & 5.

Statutum Bononiæ *lib.4. de proxenet.* declaratur. Vot. 108. num. 11.

Strictè interpretandum. Vot.108. num.11.

Statutum vt afficiat requirit vtramque ſubiectionem. Vot.120. num.13.

Statutum diſponens, quod in concurſu ſit potiùs attendendum ius ciuile, quàm ius canonicum, an ſit validum. Vot. 132. per tot.

Statutũ nouum quando comprehendat præterita. Vide *Lex*.

Statutum Barbitonſorum quando procedat etiàm in Balneatoribus. Vot. 51. num. 4.

STVPRVM, ET STVPRATOR

Stuprator tenetur dotare ſtupratam. Vot. 123. num.1. & 13.

Amplia vt tale onus tranſeat ad hæredes ſtupratoris. Vot. 123. num. 2.

Limita quando ſtuprum eſſet qualificatum ſub ſpe futuri matrimonij. Vot.123. n.3.

Contrà. Vot. 123. num.4.

Concilia. Vot.123. num.5.

Stuprum excluditur ex ſponſalibus antecedentibus. Vot. 123. num. 16.

Amplia vt tali caſu ceſſent pœnæ. Vot.123. num. 17.

Declara. Vot.123. num. 18.

SVBCOLLECTOR

Beneficia Subcollectorum tàm decimarum, quàm ſpoliorum ſunt reſeruata. Vot. 94. per tot. vide *Beneficia*.

SVBHASTATIO

Subhaſtatio exceſſiua eſt nulla. Vot. 55. numer. 28.

Mandatum de Subhaſtando quando poſſit expediri prò fructibus decurrendis. Vot. 55. num. 29.

Subhaſtatio corruit in totum ſi fuerit in aliquo exceſſiua. Vot. 55. num 30.

Creditor in exequutione quando poſſit variare etiàm poſt ſubhaſtationem inceptam, ſed non conſumptam. Vide *Variatio*.

Deliberatio facta non præſente pecunia eſt nulla. Vot. 166. num. 1.

Amplia etiamſi appareret factum depoſitum monetæ poſt deliberationem. Vot. 166. num. 2.

Amplia etiamſi ſuperueniret conſenſus Creditoris. Vot. 166. dicto num. 2.

Subhaſtatio ſuſtinetur etiàm non præſente pecunia præuia conſignatione ordinis, ſeù cedulæ, & quando. Vot. 166. num. 3.

Subhaſtatio quando ſit valida ſinè præcedenti æſtimatione, & tribus Oblatoribus. Vot. 166. num. 6.

SVBINGRESSIO

Subingreſſio in iura creditoris dimiſſi datur ſoluenti cauſa dotis, etiàm abſque pacto, & ceſſione. Vot. 19. per tot.
Vide in verb. *Ceſsionarius*.

SVBROGATIO

Bona ſubrogata habent naturam eius, in quod fuit facta ſubrogatio. Vot. 60. numer. 52.

SVBSTITVTIO

Subſtitutus quando poſſit agere preuentiuè ante purificationem ſubſtitutionis. Vot. 60. per tot. Vide *Iudicium*.
Subſtitutus in caſu alienationis debet ſtatim admitti ſequuta alienatione. Vot. 60. num. 43.
Declara. Vot. 60. num. 46.
Subſtitutio pupillaris quando excludat Matrem à legitima. Vot. 77. per tot.
Subſtitutio pupillaris quando reſultet. Vot. 77. per tot.
Subſtitutio ſi ſinè filijs expirat exiſtentibus filijs. Vot. 136. num 1.
Limita quando adſint coniecturæ in contrarium. Vot. 136. num. 2.
Enumerantur coniecturæ. Vot. 136. à num. 3. vſque ad num. 7.
Declarantur auctoritates in contrarium. Vot. 136. num. 8. & 9.
Subſtitutio reciproca. Vide *Reciproca*.
Reliqua ſupple in verb. *Fideicommiſſum*.
Subſtitutus in caſu non adimplementi quando admittatur, vèl potiùs ſit locus purgationi moræ, & quando ſit neceſſaria interpellatio. Vot. 187. per tot.
Subſtitutus in caſu, quo filia nuberet, & decederet ſinè filijs admittitur, etiamſi nuptię numquam fuerint ſequutæ. Vot. 190. numer. 1. & per tot.
Subſtitutus in caſu ſi ſine filijs, cenſetur etiàm ſubſtitutus, ſi filij exiſterent, & poſtea decederent. Vot. 190. num. 3.
Conditio poſita in vna ſubſtitutione quando cenſeatur repetita in altera. Vot. 190. nu. 4. 5. 6. & 9.
Subſtitutio pupillaris ex quibus verbis reſultet. Vot. 77. num. 3.
Subſtitutio quando dicatur potiùs fideicommiſſaria, quàm pupillaris. Vot. 77. n. 4.
Pupillaris ſubſtitutio ex quibus coniecturis deſumatur. Vot. 77. num. 5. 6. 7. & 8.
Subſtitutio pupillaris facilius præſumitur fauore piæ cauſæ. Vot. 77. num. 10.

SVCCESSIO, ET SVCCESSOR

Succeſſor in beneficio non præiudicatur facto ſuorum Anteceſſorum. Vot. 100. n. 14.
Amplia. Vot. 100. num. 15.
Declara. Vot. 141. num. 27.
Succeſſor in locatione quando teneatur ſtare locationi factæ per Anteceſſorem. Vide *Locatio*.
Statutum Bononiæ excludens fœminas à ſucceſſione Matris ſtantibus fratribus iſtis defectis ab inteſtato, & ſinè filijs admittit ad ſucceſſionem fœminas in bonis prouenientibus à communi Matre. Vot. 71. num. 4.
Amplia. Vot. 71. num. 5.
Fœminæ de iure communi ſuccedunt æqualitèr cum maſculis. Vot. 71. num. 4.

SVMPTVM

Sumptum de ſumpto quando probet. Vot. 5. num. 5. 6. & 7. & Vot. 88. nu. 7. 8. & 51.

SVSPECTVS

Suſpectus de fuga. Vide *Mandatum*.
Suſpecta dicitur Scriptura ex tarditate in illam producendo. Vot. 39. num. 19.
Scriptura quando dicatur ſuſpecta. Vide *Falſitas*.

SYNODVS

Archiepiſcopus non poteſt diſſoluere Concilium prouinciale ſine conſenſu Coepiſcoporum. Vot. 157. num. 6.
Nec poteſt impedire, quod in Concilio prouinciali non legantur libelli, & deducantur iura. Vot. 157. dict. num. 6.
Vicarius Capitularis Eccleſiæ vacantis habet votum deciſiuum ſicuti cæteri Epiſcopi in Concilio prouinciali. Vot. 157. n. 7.
Ad Concilium prouinciale quis ſit vocandus. Vot. 157. dict. num. 7.
Archiepiſcopus titularis translatus ad Eccleſiam ſuffraganeam in Concilio prouinciali debet præcedere cæteris Epiſcopis. Vot. 157. num. 8.

Præ-

Præcedentia in Concilio prouinciali quomodo ſit regulanda. Vot. 157. num. 9.
Epiſcopus poteſt conuocare Synodum abſque conſilio Capituli. Vot. 91. num. 2.

T

TAXA

Taxa Seminarij, quæ ſoluitur à Beneficiatis, quando ſit reducenda diminutis fructibus. Vot. 118. per tot.

TEMPVS

Tempus dierum, & noctium in materia beneficiali quomodo calculetur. Vot. 142. per tot.
Tempus quando debeat eſſe vtile, vel continuum. Vot. 166. num. 4.
Tempus appoſitum legato, quando reddat illud conditionale. Vot. 198. per tot.
A tempore præſenti quando non ſit arguendum ad præteritum. Vot. 108. num. 6. & ſeq. & Vot. 197. num. 3.
Tempus breue dicitur duorum, vel trium dierum. Vot. 108. num. 7.

TERRITORIVM

Separatio territorij quando adſit. Vide *Exemptio*.
Reliqua. Vide *Ciuitas*.

TESTAMENTVM, ET TESTATOR

Teſtari poteſt filiusfamilias etiàm Clericus primæ tonſuræ. Vot. 74. num. 8.
Teſtamentum Ceci an, & quando ſubſtineatur. Vot. 121. per tot.
Teſtamentum quando ſubſtineatur, etiamſi hæres non fuerit nominatus ore proprio Teſtatoris. Vot. 121. à n. 24. vſque ad 30.
Immiſſio quando non denegetur hæredi ſcripto in Teſtamento oppoſita iſtius nullitate. Vot. 121. num. 23. 30. 31. & 32.
Stante controuerſia ſupèr validitate Teſtamenti aliquando eſt practicandum ſequeſtrum. Vot. 121. num. 21.
In concurſu probationum præferuntur illæ, quæ fauent Teſtamento. Vot. 121. nu. 32.
Teſtamenti validitas, & preordinatio voluntatis ex quibus arguatur. Vot. 121. n. 33.
Fraus ex quibus excludatur in Teſtamento. Vot. 121. num. 33. & 34.
Notarius non perdit fidem quoad alios, ſi aliquid ſibi ſcripſit in Teſtamento. Vot. 121. num. 35.
Error in aliqua ſumma legati non reddit ſuſpectum totum Teſtamentum. Vot. 121. num. 36.
Hæres non eſt neceſſarium, quod nominetur ore proprio à Teſtatore. Vot. 63. numer. 1. & 2.
Identitas ſchedulæ teſtamentariæ non probatur ex rogitu facto in folio inuoluente. Vot. 96. num. 5.
Declara. Vot. 96. dicto num. 5.
Teſtamentum fauore piæ cauſæ ſubſtinetur ſtante probatione naturali, etiàm ſinè ſolemnitate. Vot. 96. num. 5. in fin.
Nemo poteſt ſibi ſcribere aliquid in Teſtamento. Vot. 53. per tot.
Solùm ſibi præiudicat, non autèm alijs. Vot. 53. per tot.
Imò datur ius accreſcendi fauore aliorum. Vot. 53. num. 9.
Vna pars Teſtamenti aliam declarat. Vide *Pars*.
In Teſtamento poſſunt effici contractus irreuocabiles. Vot. 61. per tot.
Teſtamentum factum ad interrogationem alterius an, & quando ſubſtineatur. Vot. 63. per tot.
Ex Teſtamento nullo declaratur voluntas. Vide *Voluntas*.
Teſtamentum factum Bononiæ cum ſolemnitatibus iuris canonici, an ſubſtineatur. Vot. 132. num. 6.
Teſtamentum Amantis fauore Amaſiæ an ſubſtineatur. Vide *Amor*.
Notario aſſerenti Teſtatorem fuiſſe ſanæ mentis an, & quando credatur. Vot. 147. num. 5. & ſequen.
Teſtamentum infirmi fauore Medici an, & quando ſubſtineatur. Vide *Medicus*.
Teſtamentum factum à Cæco an, & quando ſubſtineatur. Vot. 121. per tot.
Filiusfamilias Clericus primæ tonſuræ poteſt teſtari. Vot. 74. num. 8.
In Teſtatore præſumitur præualere potiùs cauſa ſanguinis, quàm cauſa pietatis. Vot. 96. ſub num. 6. in fin.
Teſtator non poteſt diſponere, quod in legatis pijs non intrent Commiſſarij Reu. Fabricæ S. Petri. Vide *Fabrica*.
Teſtator non poteſt liberare Tutores, cæteroſque Adminiſtratores à redditione rationis. Vot. 161. num. 4.

Filia

Filia fœmina excluſa propter maſculos à Statuto rumpit Teſtamentum, quando Pater inſtituerit extraneos. Vot. 186. nu. 4.
Alexander Macedo teſtatus fuit per ſigna. Vot. 121. num. 27.

TESTIS

Teſtis vnicus non probat. Vot. 1. num. 4.
Deponens de credulitate non probat. Vot. 1. num. 5.
Mediator licèt vnicus probat, quando eſt adminiculatus. Vot. 4. num. 5.
Mediatori deferendum. Vot. 84. num. 5.
Singulares probant in materia difficilis probationis. Vot. 4. num. 6.
Conſanguineus contrà conſanguineum fortiùs probat. Vot. 16. num. 6.
Teſtes mediatores plenè probant. Vot. 68. num. 1.
Adminiculati fortiùs probant. Vot. 68. numer. 2.
Procurator quando poſſit eſſe teſtis. Vot. 68. num. 3.
Dicta teſtium quando dicantur didicita. Vot. 85. per tot.
Teſtes Miniſtri, & Officiales fauore Domini non probant. Vot. 87. num. 9.
Vnicus contrà inducentem probat. Vot. 93. num. 12.
Etiàm de auditu contrà inducentem plenè probat. Vot. 98. num. 11.
Malè affectus, & inimicus non probat. Vot. 108. num. 2.
Deponens per verba ni fallor non probat. Vot. 108. num. 3.
Teſtes habentes exceptiones admittuntur ad probandum morbum animalium, vt ſit locus redhibitoriæ. Vot. 108. num. 4.
Declara. Vot. 108. num. 5.
Teſtes examinati ad perpetuam adminiculati an probent. Vot. 108. num. 10.
Fides teſtium recognita facit adminiculum. Vot. 57. in fin.
Teſtes conteſtes plenè probant. Vot. 68. n. 1.
Teſtes ſingulares in actibus reiterabilibus quando probent. Vot. 123. num. 22.
Adminicula ſupplent defectus teſtium. Vot. 126. num. 12.
Teſtes Vaſſalli quandò probent fauore eorum Domini. Vot. 138. num. 5.
Teſtes probant etiàm examinati abſque interrogatorijs, quando pars citata recuſauit illa tradere. Vot. 138. num. 6.
Teſtes quando deponant ad propriam exonerationem. Vot. 126. ſub num. 11. verſ. minuſque.
Clericus admiſſus ad beneficium *cap. Odoardus* eſt legitimus Teſtis. Vot. 165. num. 10. Vide *Clericus*.

THEATINI

Theatini quando ſint capaces acquirendi hæreditates. Vide *Religioſi*.

TRANSACTIO

Tranſactio eſt nulla ſi fuerit facta ſub prætextu opinionis dubiæ, quandò dictæ opinionis dubietas fuerit ſublata ob reſolutiones rotales. Vot. 106. num. 5.
Euictio in tranſactione quando intelligatur promiſſa. Vide *Euictio*.
Tranſactio facta ſub falſo ſuppoſito eſt nulla. Vot. 18. num. 1. & 6.
Tranſactionis exequutio non retardatur exceptionibus turbidis. Vot. 18. num. 2.
Nèc eſt retardanda donèc probetur prętenſa nullitas. Vot. 18. num. 3.
Tranſactio debet habere ſuum robur, donèc non fuerit declarata nulla cum tribus ſententijs conformibus. Vot. 18. num. 4.
Limita quando nullitas appareret ex ventre tranſactionis. Vot. 18. num. 5.
Tranſactio facta ſupèr re fideicommiſſaria non nocet vocatis, venientibus ex propria perſona. Vot. 60. num. 7.
Tranſactio extinguit omnem actionem. Vot. 73. num. 1.
Prò ſua validitate requirit litem. Vot. 73. num. 1.
Declara. Vot. 73. num. 3.
Erroneitas calculi quando non ſit conſiderabilis in tranſactione. Vot. 73. num. 6. & 7.
Exceptio erroris, & falſæ cauſæ quando retardet exequutionem Inſtrumenti tranſactionis. Vot. 18. num. 1. & 6.

TRANSMISSIO

Ius perſonale quando fuit agnitum tranſmittitur ad hæredes. Vot. 97. num. 8.
Et quando dicatur agnitum. Vot. 97. numer. 45.
Legitima licèt non agnita tranſmittitur ad hæredes. Vide *Legitima*.

Lega-

Legatum conditionale, vel modale quando dicatur ad effectum tranſmittendi. Vide *Conditio*. Vide *Legatum*.
Hæres ſcriptus in proprietate poſt mortem vſufructuarij ſi præmoriatur, an tranſmittat. Vide *Heres*. Vide *Vſufructuarius*.
Legatum ſoluendum in certo tempore quando tranſmittatur ſtante prædeceſſu legatarij. Vide *Tempus*.
Facultas quando dicatur perſonalis, itaut non tranſmittatur. Vide *Facultas*.

TREBELLIANICA

Trebellianica præſumitur conſumpta ex perceptione fructuum. Vot. 60. num. 56.
Prò trebellianica quando poſſit fieri iudicium præuentiuum. Vide *Iudicium*, & Vot. 60 num. 14.
Trebellianica ex quibus dicatur prohibita. Vot. 60. à num. 22. vſque ad 35.
Trebellianica an poſſit detrahi antè tempus reſtitutionis. Vot. 60. num. 15.

TVTELA, ET TVTOR

Tutela an poſſit recipi à Muliere. Vot. 36. per tot.
Tutor debet conficere inuentarium. Vot. 36. num. 3.
Alias datur iuramentum in litem contrà eumdem. Vot. 36. dict. num. 3.
Teſtator non poteſt liberare Tutorem à redditione rationis. Vot. 161. num. 4.

V

VALOR

Valor rerum quotidiè mutatur, & quando. Vot. 26. num. 7. & Vot. 87. num. 29.
Valor quando ſit attendendus potiùs de tempore contractus, quàm euictionis. Vot. 87. num. 28. & 30.
Valor monetæ ex quibus deſumatur. Vot. 87. num. 42.
Scutum Ferrarienſe quid valeat. Vot. 87. num. 43. & 48.
Ducatus Venetus quanti æſtimetur. Vot. 87. num. 43. & 45.
Ducatus aureus quanti valutetur. Vot. 93. num. 11.
Ex pacto francandi, ſeù redimendi minuitur valor rerum. Vot. 134. ſub num. 3.
Mutatio valoris non præſumitur. Vot. 87. num. 29.

VARIATIO

Creditor quando poſſit variare poſt exequutionem factam de re ad rem, & de reali ad perſonalem, & è contrà. Vot. 2. n. 6. & 7.

VENDITIO, ET VENDITOR

Venditor cum reſeruatione dominij ſi non fuerit de prætio ſatisfactus tempore promiſſo, quando poſſit rem alteri vendere. Vot. 83. per tot.
Nec ad impediendam venditionem ſufficit oblatio verbalis pretij non ſoluti, ſed requiritur actuale depoſitum. Vot. 83. numer. 8.
Et quando ſufficiat. Vot. 87. num. 32.
Venditor non tenetur de morbo, ſeù vitio ſuperuento poſt venditionem. Vot. 108. per tot.
Morbus quando dicatur recens, vèl nouus. Vot. 108. per tot.
Socius quando poſſit vendere rem communem. Vide *Socius*.
Poſt factam venditionem an, & quando ſit locus nouæ oblationi. Vide *oblatio*.
Quando contractus ſit potiùs permutationis, quàm venditionis. Vot. 179. nu. 3. 4. & 5.

VERBA

In circà. Vide *Dictio*.
Verbum *deficere* quid ſignificet. Vot. 154. num. 11.
Verbum *dependentium* quid contineat. Vot. 89. num. vltim.
Verbum *diſponere* quid ſignificet. Vide *Diſponere*.
Verbum *domus* quid contineat. Vide *Domus*. Vide *Familia*.
Verbum *eligere* quid ſignificet. Vot. 89. n. 27.
Verba *ex parentela ſua, & Matris* quid ſignificent. Vot. 89. num. 3. & 4.
Sub verbis *generis ex parte Patris* quis comprehendatur. Vot. 89. num. 9. & ſeq.
Verba *pleno iure*, & integrè quid important. Vot. 15. num. 7.
Præſuppoſitiua non diſponunt. Vot. 87. numer. 45.
Verbum *retinere* quid ſignificet. Vot. 60. num. 15.

VIA

VIA

Via publica non poteſt deuaſtari, nec in ea poteſt apponi aliquod impedimentum tranſeuntibus. Vot. 122. num. 1.

Teſtes ad probandam publicitatem viæ quomodo debent deponere. Vot. 122. nu. 2.

Liber æſtimi an probet publicitatem viæ. Vot. 122. num. 3.

Via quando dicatur publica. Vot. 122. numer. 4. 5. & 6.

VICARIVS

Vicarius facit vnum tribunal cum Epiſcopo. Vot. 88. num. 52.

Quando ſit neceſſaria licentia Vicarij in renunciatione facienda à Nouitio. Vide *Renunciatio*.

Prouicarius quando habeatur prò Vicario. Vide *Renunciatio*.

Onera manutentionis, & reparationis Eccleſiæ quando ſpectent ad Vicarium perpetuum, ſiuè potiùs ad Comendatarium. Vot. 100. per tot.

Congrua Vicarij perpetui quanta eſſe debeat. Vot. 100. num. 11.

Quando habeatur loco Parochi. Vot. 100. num. 5.

Vicarius Capitularis Eccleſiæ vacantis habet votum deciſiuum, ſicut cæteri Epiſcopi in Concilio Prouinciali. Vot. 157. numer. 7.

VICINVS

Quando ſit præferendus in emptione. Vide *Retractus*, *&* *Prelatio*, & Vot. 97.

VIDVA

Vidua dicitur imago Mariti. Vot. 169. numer. 1.

Viduæ an, & quandò debeatur quarta in bonis Mariti defuncti. Vide Vxor.

Viduæ an, & quando debeantur alimenta. Vide *Alimenta*.

VISITATIO

Ius viſitandi non præſcribitur aduersùs Ordinarium. Vot. 88. num. 1.

Epiſcopus poteſt viſitare Cathedralem non obſtante priuilegio in contrarium in fundatione, ſeù immemorabili. Vot. 88. numer. 2.

Conſilium Capituli ſi ſit adhibendum in viſitatione non requiritur in illius actibus præparatorijs. Vot. 91. ferè per tot.

Epiſcopus quando poſſit prætendere, vt libri ſint aſportandi ad ſuum Palatium, ſeù potiùs ſint reuidendi in loco viſitationis. Vot. 91. num. 4.

Epiſcopus poteſt præfigere terminum Capitulo ad terminandam viſitationem cumulatiuam. Vot 91. num. 5.

Epiſcopus in actu viſitationis quando poſſit facere decreta abſque citationibus partis. Vot. 141. num. 30.

Reliqua, ſupple in verb. *Exemptio*, & in verb. *Epiſcopus*.

Archiepiſcopus an, & quando poſſit viſitare ſuam Prouinciam. Vide *Archiepiſcopus*.

VNIO

Vnioni repugnant collationes, & inſtitutiones factæ per Ordinarium. Vot. 88. n. 13.

Diſpoſitio Sac. Concilij Tridentini *ſeſſ*. 18. *cap*. 24. quando procedat, etiàm quoad Parochiales vnitas Religioni Equitum. Vot. 88. num. 29.

Vnio quando dicatur ſubiectiua, vel extinctiua. Vot. 88. num. 30.

Vnioni extinctiuæ repugnat collatio. Vot. 88. num. 32.

Per vnionem factam transfertur etiàm ius conferendi beneficia. Vot. 88. nu. 61. cum plur. ſeq.

Epiſcopus non poteſt vnire beneficia reſeruata Sedi Apoſtolicæ. Vot. 94. num. 14.

Epiſcopus non poteſt vnire beneficia plena, & reſeruata. Vot. 141. num. 29.

Per vnionem factã Capitulo cenſetur tranſactum ius conferendi beneficia, etiamſi vnio eſſet facta ad conſulendum indigentijs Capituli. Vot. 88. num. 65.

VNIVERSITAS

Vniuerſitas non mutatur, licèt mutentur perſonæ. Vot. 141. num. 27.

VOLVNTAS

Voluntas teſtatoris deſumitur ex geſtis, & dictis tàm antè, quàm poſt teſtamentum. Vot. 12. num. 6.

Vo-

Voluntas contrahentium declaratur à mediatoribus licèt non formitèr examinatis. Vot.35. num.5. & 6.
Voluntas declaratur ex teſte, qui teſtamentum extendit. Vot. 60. num. 34. & Vot. 119. num. 33.
Voluntas declaratur etiàm ex actu nullo. Vot. 119. num.35. & 39.
Ad declarandam voluntatem non requiritur plena probatio. Vot. 89. num. 20.

VSVFRVCTVARIVS, ET VSVSFRVCTVS

Vſusfructus quando debeatur Patri in bonis filij. Vot. 15. per tot.
Vſusfructus relictus Vxori ſtantibus filiis, quando reſtringatur ad alimenta. Vot. 15. num. 6. & 7.
Vſufructuario quando ſpectet ius nominandi, ſeù præſentandi ad beneficium. Vot. 47. num. 17.
Hæres quando dicatur ſcriptus tàm in vſufructu, quam in proprietate. Vot. 188. per tot.
Vſufructuarius tenetur ſoluere legata annua. Vot. 188. num. 8.
Relicto vſuf. uctu cum verbis nimis generalibus intelligitur etiam legata proprietas. Vot. 15. num. 5.
Vſusfructus an, & quando dicatur tacitè, vel expreſsè prohibitus. Vot. 15. per tot.

VSVRÆ, ET VSVRARIVS

Bona fides aliquando excuſat à reſtitutione vſurarum conſumptarum. Vot. 95. à numer. 12. vſque ad 17.
Obſeruantia declarat contractum non eſſe vſurarium, & quando. Vot. 99. num. 27.
Vſuræ tamquàm prohibitæ de iure diuino nō poſſunt effici licitæ ex obſeruantia, & interpretatione Doctorum. Vot.95. nu.17.
Declara. Vot.95. dicto num.17. & 18.

VSVS

Exceptio non vſus non admittitur contrà clauſulam ſublata, & decretum irritans. Vide *Clauſula*.
Priuilegium ob non vſum quando amittatur. Vide *Priuilegium*.
Pœnam non incurrit tranſgrediens legem vſu non receptam. Vot. 93. ſub num. 42.

VTILE

Vtile per inutile non vitiatur. Vot. 195. nu.2.

VXOR

Vxor in ſubſidium tenetur ad debita neceſſaria. Vot. 39. num.3. & Vot. 80. num.6.
Quando in ſubſidium teneatur ad penſionem domus. Vot. 80. per tot.
Vxor an, & quando teneatur reddere rationem de iocalibus, & gemmis à Viro ſibi conſignatis. Vot. 126. per tot.
Quando præſumantur iocalia non remanſiſſe penes Vxorem, dicto Voto 126. per tot.
Vxori debetur quarta in hæreditate Mariti prædefuncti ſtante illius paupertate. Vot. 169. num. 2.
Quarta an debeatur Vxori, quæ poteſt conſequi alimenta à Patre, ſeù à Fratre. Vot. 169. num.3. & 4.
Quarta non debetur, quando Vxor habeat aliundè viuere, etiam miniſterio, & induſtria manuum ſuarum. Vot. 169. num. 5.
Limita in Muliere nobili. Vot. 169. num. 6.
Non debetur quarta Viduæ, quæ cum parua dote inuenit Virum. Vot. 169. num. 7.
Declara. Vot. 169. num. 8.
Viduæ debetur quarta, quamuis ad eius fauorem poſſit purificari fideicommiſſum intra ſpatium breuis temporis. Vot. 169. num. 9.
Quarta debetur Vxori, etiamſi adſit Statutum, quod diſponit Vxorem non poſſe ſuccedere Viro. Vot. 169. num. 10.
Quarta debita Vxori pacto nec tolli, nec minui poteſt. Vot. 169. num. 11.
Quarta debetur Vxori in bonis Viri diuitis tantum. Vot. 169. num. 12.
Declara. Vot. 169. dicto num. 12.
Vxor quoad dotem. Vide *Dos*.
Vxor quando teneatur de euictione pro dote. Vide *Euictio*.
Mutuans frumentum Viro prò alenda Vxore, & filijs, quando habeat actionem in ſubſidium contra Vxorem. Vot. 80. n.6.
Vxor, an, & quando validè obligetur prò excarcerando Viro. Vot. 86. ferè per tot.

Laus Deo ſemper, & Virgini, & Matri Mariæ, & Diuæ Catharinæ Martyri, & Virgini.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

Digitized by Google

Digitized by Google